

83-5355

Diol. Beneficiorum Bario nullo Comi

P R A X I S
B E N E F I C I O R V M

ABSOLVTISSIMA ACQVIRENDI, CON-
SERVANDI QVE ILLA, AC AMITTENDI, MO-
dos continens, vsumque & stylum literarum Curia Ro-
manæ, formas denique signaturæ, & alia, quæ ad
hanc materiam spectant, prout pagina
abhinc tertia & sequentes
indicant.



zo R

A V T O R E

D. PETRO REBFFO DE MONTEPESV-
lano, Iurium Doctore ac Comite, necnon Iuris Pontificij ordinario professore
Paris. & ibidem in supremo Senatu causarum patrono.

Ex postrema Authoris recognitione eaque exactissima.

Accessit his singularium materiarum locupletissimus Index.



Melchior...
re...

L V G D V N I
A P V D C L E M E N T E M B A V D I N .

M. D. LXX.
Cum priuilegio Regis.



7 400 40

Diol el Beneficio do Baario nu. 6 Comi. 40

83-5355

P R A X I S
B E N E F I C I O R V M

ABSOLVTISSIMA ACQVIRENDI, CON-
SERVANDI QVE ILLA, AC AMITTENDI, MO-
dos continens, vsumque & stylum literarum Curia Ro-
mana, formas denique signaturæ, & alia, quæ ad
hanc materiam spectant, prout pagina
abhinc tertia & sequentes
indicant.



20 R

A V T O R E

D. PETRO REBVFFO DE MONTEPESV-
lano, Iurium Doctore ac Comite, necnon Iuris Pontificij ordinario professore
Paris. & ibidem in supremo Senatu causarum patrono.

Ex postrema Authoris recognitione eaque exactissima.

Accessit his singularium materiarum locupletissimus Index.



Melchior de ...
re ...

LVGDVNI
APVD CLEMENTEM BAVDIN.

M. D. LXX.
Cum priuilegio Regis.



INDEX OMNIUM
 TITVLORVM IN OR-
 DINEM APTE DILVCIDEQVE
 DIGESTORVM, QVOS BENEFICIA-
 RIA PRAXIS DOMINI PETRI
 Rebuffi celeberrimi Iuris utrius-
 que doctoris com-
 plectitur.

Clemens Baudin Iuris Candidato.



PRAxis cum in omni disciplinae genere, tum & maxime in iure no-
 stro civili & pontificio vis potestatisque ea est, ut *θεωρία* ac ars regia va-
 nissima esset & inutilis, quemadmodum homo sine brachiis aut arbor
 sine ramis. Quod cum recte animaduertisset Petrus Rebuffus iuris Cæ-
 sarei & Pontificij cõsultissimus & antecessor sui temporis *καθηγητής* non
 potuit non quæ ad materiam sacerdotiorum (beneficia appellant) pertinerent in praxim
 deducere: *πρὸ γὰρ καλῶν ἔργων πρακτικῶν*, quæ (vt ait Fabius) ipso actu perficitur, & in agendo
 posita est, nihil post actum operis reliquit. Quibus adductus, Rebuffi sacerdotiorum
 praxim non minus vtilem quam necessariam, in publicum emittere, in tui gratiam in
 animam induxi mecum, id quod gratissimum tibi fore spero. Cum verò studiorum potif-
 sima pars sit emendatio (vt ait Quintilianus) praxim hanc recognoscendam exactè cu-
 rari, boni igitur consulas velim. Vale Lugduni.



INDEX OMNIUM TITVLORVM IN OR-

DINEM APTE DILVCIDEQVE
DIGESTORVM, QVOS BENEFICIA-
RIA PRAXIS DOMINI PETRI

*Rebuffi celeberrimi Iuris utrius-
que doctoris com-
plectitur.*



Titulorum Primæ partis Beneficia- riæ Praxi Index.

Sacerdotium pro beneficio non rectè accipitur, pagina.	1
Quid sit & quot modis capiatur beneficium.	3
Quare instituta sint beneficia.	5
Quotuplex sit beneficium.	7
Seculare beneficium quotuplex.	7
Regularia beneficia multiplicia.	9
De clericis à quibus, & quomodo creentur.	10
Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.	13
De literis dimissoriis.	18
Formula literarum dimissoriarum.	19
Quot modis beneficia acquirantur.	24
Canonica institutio quæ dicatur.	27
De electione.	28
De præsentatione & institutione.	29
De collatione.	30
Requisita ad collationem bonam, & volentibus habere beneficium.	31
Pœna contra collatores indignis conferentes.	39
Forma collationis & prouisionis ordinariorum.	42
Requisita in literis collationum.	43
Collationes plures an fieri possint.	47
De vicariis Episcoporum.	49
Forma vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collatorum.	54
De missione in possessionem.	87
De Papæ prouisionibus.	93
Differentiæ inter priuilegium, rescriptum & mandatum.	94
De mandatis Apostolicis.	100

De clausulis mandatorum.	101
Diuisio rescriptorum.	106
Differentiæ inter rescripta gratiæ & Iustitiæ.	107
De reseruatiõibus tam generalibus quàm specialibus.	115
De expectatiuis.	119
De rescripto in forma communi, & in forma pauperum.	120
De rescripto in forma pauperum pro graduatis.	123
De rescripto dignum arbitramur.	123
De nominationibus.	124
De rescriptis ad beneficia vacantia.	125
De parua data.	128
De signatura gratiæ.	129
Forma signaturæ simplicis prouisionis. cū clausularum elucidatione.	132
Bullæ nouæ ac simplicis prouisionis cum suis clausulis summè vtilis declaratio.	189
De noua prouisione & simplici.	191
Forma nouæ prouisionis.	198
Opponi quæ contra bullam possint.	229
De reformatione & correctione Bullæ.	232
Regula Cancellariæ de verisimili notitia.	234
De deuolutionibus.	241
De rescripto si neutri si alteri, & si nulli.	355
Regula de non tollendo ius quæsitum.	360
De commenda.	270
De vnionibus beneficiorum.	278
Regula Cancellariæ, de vnionibus.	285
De vicariis perpetuis.	292
De vnionis reuocatione.	296
De erectione ecclesiæ in cathedralem, secularē, vel in alium statum.	301
De erectione in curatam & parrochialem.	303
De erectione in collegiatam.	304
De translationibus Episcoporum, & aliorum, & quando fieri possint.	305
De translatione monachorum.	308

Secunda Pars sequentes Titulos, complectitur.

De rescripto etiam, & perinde valere.	311
De subrogationibus.	320
Regula cancella. de subrogandis colligantibus.	328
De	


De reprobata beneficii viuentis impetratione.	336
Regula cancella. de impetrando beneficium etiam per annum pacificè possessum, aliàs annali possessore.	348
De gratia, Rationi congruit.	360
De dispensationibus.	363
De dispensatione ad plura beneficia.	366
Formula dispensationis ad duo, & super ætate.	378
De dispensatione ratione ætatis.	382
De dispensatione super defectu natalium.	470
De dispensatione cum regularibus facta.	419
De dispensatione cum corpore vitiatum.	428
De dispensatione de non promouendo.	430
Formula dispensationis de non promouendo.	431
Regula cancella. de clericis ad sacros ordines malè promotis.	434
De non promotis intra annum quando priuati censentur, & quando possint excusari.	443
Dispensatio de non residendo.	455

Tertia Pars Titulos, qui sequuntur, continet.

De modis amitendi beneficia.	466
De resignationibus.	474
De tacita renunciatione.	474
De resignatione expressa, pura & conditionali.	475
De Regressibus.	478
De pura resignatione.	479
De procuratoris ad resignandum constitutione.	480
De resignatione conditionali, quam in fauorem vocant.	484
De reuocatione procuratoris quomodo & quando fieri possit.	488
De causis resignationem irritantibus, & primò de dolo.	490
De vi in Resignationibus adhibita.	492
De Resignatione metu extorta.	493
De Simonia in resignatione.	495
Ratione personæ & rei vitiatum resignatio.	502
Regula Cancella. de infirmis bebeneficia resignantibus.	506
De permutatione.	528
Regula cancella. de publicandis resignationibus.	536
Regula cancellariæ xlvj. Innocen. octauj de dispensationibus in gradibus prohibitis.	562
De rescriptis mistis.	576

Regula 20. quòd quis intelligat idioma.	578
De rescripto rehabilitationis misto.	584
De rescripto nobilitatis misto.	585
De rescripto legitimacionis misto.	588
De breui Apostolico, & aliis.	194

*INDICVM SINGVLORVM TITVLO-
rum, in tribus partibus Beneficiaria Praxis Domini Petri Re-
buffi, Iuris Pontificij ordinarij, professo-
ris Paris. serie dicenti con-
tentorum.*



**AD REVERENDIS-
SIMVM D. HIERONYMV M VERAL-
LVM, TITVLI S. MARTINI IN MONTI-
EVS PRESBITERVM CARDINALEM, ET
in Gallia, Sedis Apostolicæ Legatum,
Petrus Rebuffus.**



CVM in omnibus disciplinis, tum in vtroque iure semper commodissimum esse putavi, si artis præceptionibus, quæ theoremata dici solent, vsum quis adiungere studeat. Et si ij, qui in iure versantur, à quæstionibus otiosis & inutilibus, quæ nunquam aut rarissimè in actionem hominum vel forum veniunt, traducant exercitationem suam ad eas, quæ quotidianæ sunt & forenses. Ab his enim cum disceditur, vagatur studiosi animus, carètque fructu operæ, & diurni laboris. Vnde factum arbitror, vt tanta & tam immensa sint interpretum volumina, dum otiosè nimium scriptores permulti operam dederunt quæstionibus effingendis, magis quam vtitatis exercendis: quæ vt quotidianæ sunt & frequentes, ita quotidianas & varias pariunt dubitationes. Itaque cum in docendo atque tractando iure ætatem penè omnem consumpsissem, illud que illustrare quibus possem modis decreuissem, visa est mihi Beneficiaria materia tractatu dignissima, omnium vtilissima, tum etiam difficilima, quæ anfractus infinitos propemodum habeat, quæ suo quoque complexu totum ius Canonicum contineat. Quapropter illud ipsum quod in omnibus partibus iuris semper sequendum inducaueram, in hoc quoque multò magis mihi faciendum duxi: idcirco nomen & titulum huic libro inscripsi, vt Praxis Beneficiaria appellaretur: nunquam autem dubitavi cui dedicarem. Tua enim humanitas, dignitas & amplitudo semper in animo erat: tua erga me nullotibi obsequio deuinctum beneficia me tantoperè obnoxium effecerant, vt existimarem alij nulli quàm tibi me illum debere, aliisque nulli quàm tibi si non tribuerem, me ingratum videri posse: nihil enim tale aliis debeo, sed tibi maxima, nam cum in Galliam sedis Apostolicæ legatus venisses, exceptus es, cum vbique honorificentissimè, tum in hac Regia Parisiorum vrbe à frequenti & amplissimo Senatu, florentissima Academia, denique ab omnibus ordinibus ciuiliū & militarium magistratum, qui obuiam sunt profecti, vt te in urbem de-

ducerent. ita (ne ego alia quàm verà narrem) omnium animos recreabat singularis tua humanitas, prudentia & eloquentia, qua excipiebantur à te, vt tui videndi desiderio summo omnes tenerentur. Me quoque, cùm te salutatum venissem, priuatim & familiariter, ita tibi coniunctum voluisti, vt ego in summo beneficio id reponerem: quinetiam me nihil tale à te sperantem honore protonotariatus Apostolicæ sedis ornasti, contulisti que duo sacerdotia. Et tamen huius munificentia fructu careo, quòd longè antequàm in me conferres ea sacerdotia, litibus ius eorum controuersum inter plurimos, & impeditum erat. Ista tamen ipsa tua liberalitas me tibi aded obligat, vt perinde me obnoxium iudicem, ac si essem ea consecutus. Nam in me sine vllò erga tuam dignitatem merito sponte contulisti, quod ex nostrorum Gallorum Præsulum nemine mihi contigit. Quo fit vt quantò te magis colo, obseruo, suspicio, & diligo animo singulari, tantò vehementius in quosdam ex nostris conciter, quorum doctor eruditòrque fui satis diligens, non publicè quidem, ne Reipub. causa laborare viderer, sed priuatim eorum ipsorum tantùm gratia, quo nomine mihi adhuc tenentur obnoxij: nec enim cùm omnium cumulatisimè possint, gratiam retulerunt vllam. At mihi id cum aliis multis literatis & probis viris commune est, qui multùm diùque in iuris diuini & humani literis versati sunt, horùmque apud te qui à latere Pontificis maximi sedes, iustior esset querela: atque de eis huic instituto libròque meo magis quàm de me verba facere conueniret. Nam & de sacerdotiis differentem oportet quibus debeantur dicere. Ecquis non doleat eos, qui consenuerunt in studiis iuris diuini, & humani, nullum vtilissimi, honestissimi, sanctissimi que laboris præmium consequi, nullùmque locum, quo fructuum ferre possunt? Equidem illud certum est placitis omnibus, & constitutionibus diuinis, Pontificiis, conciliaribus, munera Ecclesiastica doctis & probis decreta, eorùmque causa tantùm esse parata. Et iure Gallorùm proprio, quod concordatum dicitur, nulli alij debentur, quàm ei, qui in gradu aliquo sit doctrinæ & testimonio celebris alicuius Academiae probatus. non negauerim certè deesse in orbe christiano antistites, qui eruditione, & integritate vitæ præstant, sed nò satis multi esse dicuntur, vt numerum superent imperitorum, sed repellunt, vt contraria ipsa sese mutuo non ferunt, optimos & doctissimos quousque atque sedem eorum occupant, quæ nullo iure eis debetur: quin & Euangelica lex ratioque omnis ab horret. Quis enim doctor populi idoneus fuerit, rudis nestolidus, imperitus, qui docendus ipse est an peritus? Quis optimo vitæ exemplo ducet ad vitæ honestatem & religionem? Isne qui malo exemplo fuerit, dignusque supplicio? quem grex vt lupum rapacem fugit, quem omnes oderunt, qui inutilis omninò pastor, qui neque possit, si velit, propter ignorantiam, neque velit, si possit, propter improbitatem gregem tueri, aut iuuare? Quare minimè mirandum, si multos hæc nostra ætas pepererit & pariat in dies, qui oppugnent & deleant in plerisque locis hierarchiã, hæreses excitent.

rent: eruditorumque nemo aut certè pauci sint, qui defendendam illam suscipiant, sed oppugnant potius (quanquam hoc flagitiosum) commoti grauius dum se negligi vident. Et si velint, dum omni subsidio carent, non habent ocium, sed reuocantur ad vitæ necessaria paranda. Neque apud vulgus autoritate valent, vt commoneant: sunt enim in loco humili positi. Iam verò ad istas hæresum calamitates tollendas, arma non sufficient potentioribus, vt in quibusdam prouinciis audimus, persuasis, quibus ratione, argumentis, doctrina, & probitatis exemplo opus est. hæret enim animo malum. esset mehercle hæc iuris diuini humanique peritorum causa mihi exponenda potius, quàm mea in hoc libri exordio, in quo toto de sacerdotiis agitur, cùm dentur quibus non conuenit. Sed non possum non semper meminisse singularis illius tuæ in me beneficentiæ, vt mihi de ea quoque dicendum fuisse existimauerim. Interea etiam atque etiam rogo & obsecro, vt hoc munusculum quantumcunque ea humanitate, qua soles, suscipias, vt sit testimonium perpetuum & publicum mei non immemoris aut ingrati animi. Atque dum nihil aliud habeo, aut possum, Deum optimum maximum deprecor, vt tuæ dignitatis magnitudinem conseruet & augeat, ac perpetuam incolumitatem tribuat. Si quem fructum ex hoc nostro labore studiosi capiant, tibi acceptum referri velim. Id enim omne tuum feci, si quid aliter habeat, mihi tribui statuo. Sed antequàm finem faciam exponam breuiter rationem huius nostri operis. Iampridem multa quæ ad beneficiariam materiam pertinent, contuleram in commentaria mea Concordatorum Gallia. Multa postea studio, vsu & exercitatione sum consecutus, quæ mihi non negligenda visa sunt, vel cupientibus deneganda, vt hoc genus materiae, quæ præcipua esset iuris Canonici, à me, sicuti coeperam, magis illustraretur: & si qua ad absolutam & perfectam tractationem deesse illis commentariis nostris viderentur, hoc vno libro vberimè collecta omnia haberent studiosi. Quæ prætereà habebam profutura ad interpretationem regularem Cancellariae, ab aliis prætermissa, aut aliter quàm à nobis intellecta, suo quoque loco disponens huc congepsi: atque dilucidè & commodissimè omnia ista beneficiaria explicari posse existimaui, si in tres partes diuiderem: quarum prima de acquirendis beneficiis, secunda de conseruandis, postrema de amittendis. Non solum autem tuæ amplitudini offerre volui, verùm etiam declarare illam ipsam instituti mei rationem. Nullus enim est, qui prudentia, eruditione, iudicio maiori possit hæc iudicare & probare: cùm præter dignitatis splendorem sis bonarum literarum, iuris diuini & humani peritia, & vitæ integritate præstantissimus, vt meritò purpurati, & sacri Senatus habearis decus & ornamentum. Vale.

FRANCISCVS A SALE-

RONE IN SVPREMO PARISIO-

RVM SENATV ADVOCATVS, DO-

mino Petro Rebuffo Comiti, Ce-

lebri Iurium interpre-

ti, ac professori

eximio.

*Quamvis nostra tuo fuerint (heu) saecula labori
Ingrata, & studii Sors malefida tuis.
Fide Deo tamen, excelsi te gloria celi.
Expectat, nullo qua est peritura die.
Vis dicam? aurum, & opes sunt dona caduca, Rebuffe,
Perpetua hac Praxi fama parata tibi est.
Fumus opes, fumus diademata, fumus honores,
Aeterno Virtus cum Ioue sola viget.*

CAROLI DE MONCEAV

ΔΕΚΑΪΤΙΚΟΝ ΑΔ ΛΕΚΤΟΡΕΜ.

*Pontificum veterum quoties monumenta reuolua,
Illorum summa religione trabor.
At sancta veneranda iacent oracula sedis:
Turpem ἀνοφιδῶν propter auaritiam.
Qui blandis cupiunt venerari sacra loquelis,
Vt sanctos Canones obtenebrare velint,
Et praxi lucro intenti referare ferantur
Publica scita Patrum, subtilitate sua:
Antiquum nunquid vulnus refricare verentur?
Atque Palatinum ferre supercilium?
Num flauis furtum praeselsa mente repostum,
Ne rediens horum conterat inu'idiam?
At Deus humanos casus miseratus ab alto
Hec animis voluit furta patere magis.
Istius meritis, quem prospera saecula Rebuffum
Diuina ornatum mente tulere virum.
Qui soluit quacunq; prius responsa latebant,
Praxi & ambages explicat atque sinus.
Tres iuris partes absoluens, ordine pandit
Omnia, quae praxim tangere posse videt.*

P. BOIER AD CLEMENTEM
ET GENEROSVM LECTOREM

OPERIS COMMENDATIO ET
AUCTORIS HONORATIO

Forſitam hoc opus interdum mirabere lector,
Quis peperit clarum, cui referatur honos.
Ipſe Rebuffus adest, quo non præſtantior alter
Exstitit, unde ſibi fama perennis erit.
Cuius hyperboræ nomen penetravit ad oras,
Cuius & in toto cognita fama ſola.
Gloria iam penetrat ſpatioſi climata mundi,
Nascitur authoris ſumus in orbe labor.
Cuius difficiles facundia ſolvere nodos
Auſa fuit iuri, qui latuere ſacro.
Ordine facundos, faciles, ſenſusq; decoros
Reddidit arguto perfaciliq; modo.
Bartolus obtinuit ſacrarum lampada legum:
Maior enim gemini gloria iuris adest.
Longè recens toto rutilat lux, fulgida mundo,
Credimus & præſcum delituisse decus.
Gloria per celebris nunquam eſt moritura Rebuffi,
Vivet inextinctum nomen in orbe ſuum.
Nondum tanta ſibi ſtudiorum præmia quiſquam
Arte ſua meruit, quanta Rebuffus ovans.
Parturiunt paucos nunc ſecula noſtra Rebuffos,
Scipiadas geminos, Et Annibalesque Duces.



P R A X I S
B E N E F I C I A R I A E
P R I M A P A R S, B E N E F I C I A
A C Q V I R E N D I M O D O S
C O N T I N E N S
P r o æ m i u m .



VLCHER VLPIANVS Iuriscon-
ſultus totum Ius conſistere ait? Aut in acqui-
rendo, aut in conſeruando, aut in amittendo.
Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cu-
iufque fiat, aut quemadmodum quis rem ſuam,
vel ius conſeruet, aut quomodo alienet, vel
amittat. Ita cum inſtituiſſem hanc materiam
beneficiariam, quàm diligentiffimè poſſem
pertractare, operæ prætium me facturum putavi, ſi imitatus Iurecon-
ſultum eam totam in tres partes, tréſque libros diuiderem: quorum Pri-
mus ſit de acquirendis beneficiis: Secundus de conſeruandis: Tertius
de amittendis. Ita enim me ſatiſfacturum votis ſtudioſorum putavi, &
omnium qui noſſe iſta beneficiaria iura cupiunt; nihil enim aliud vo-
lunt, quàm ſcire rationes, modóſve quibus acquirantur, conſeruentur,
vel amittantur beneficia: hæc omnia nos conabimur pro virili edocere,
& tradere, quæ ex quotidianis conſultationibus, longiſſimo uſu fori, in
quo diu verſati ſumus, iuriſque, & interpretum libris didicimus.

Antequàm tamen ingrediar materiam, pauca præfabor de hac voce
Beneficij: ſunt enim quibus magis ſacerdotium, quod *ἱεροσύνη* Græci vo-
cant, quàm Beneficium dicere placeat. Atque Beneficium putarem iſta
ſignificatione, quàm hîc uſurpamus, Latinum verbum non eſſe. Nec
primùm conteſtabimur non decreuiſſe verba uſitata, receptaque apud
iuris Canonici peritos, tanquàm artis vocabula immutate: ne potiùs
conturbemus, confundamùſque artem, & ius ipſum, quàm doceamus,
& præcipuè in his verbis Beneficij & ſacerdotij: nam nuſquàm vel rariſ-
ſimè in iure Canonico reperias Beneficium pro ſacerdotio, vel contrà
accipi: ſed ſemper diſtincta eſſe. Sacerdotium enim ſumimus pro preſby-
teratu, vel officio ipſo, ſeu dignitate ſacerdotis, preſbyterive, ad quem
pertinet ſacrificium corporis & ſanguinis Domini, in altari Dei confi-
cere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. c. perlectis, xxv. diſtin.



Sacerdotium habens non habet beneficium.

Simplicia beneficia non possunt sacerdotia uocari.

Beneficium verò consistit aut in prouentibus, emolumentoque quodam, ut præbenda: aut in sola quadam præ eminentia, præstantiaque sine iurisdictione, ut quis primas sedes, locumque seu prothocathedras habeat: ut personatus vel cum iurisdictione, ut dignitas, vel in simplici quadam administratione sine illis, & officium dicitur. Quàm differat igitur iure Canonico Sacerdotium & Beneficium, constat. Neque enim omnis qui habet Sacerdotium, Beneficium habet. Et perinde est ac si Doctoratum, vel alium gradum Iuris peritorum quis idem esse dicat cum Magistratu, & officio aliquo publico. Nam non omnis qui gradum illum habet, magistratum habet. Et institutione, origine, forma, temporibus & substantia rerum, in quibus illa sita sunt, & circa quas versantur, differunt inter se. Et alia via quærentur Beneficia, alia sacerdotia. Quædam tamen sunt beneficia dicata sacerdotibus: c. constitutus, de concess. præb. c. ei cui de non sacerdotali, de præb. lib. vj. ubi præbenda addicta sacerdotibus, sacerdotalis dicitur: quam præbendam, si quis velit appellare sacerdotium, non impedit: tamen non consentaneum est iuri, alia beneficia non addicta sacerdotibus, sacerdotium appellare, cum sine sacerdotio esse possint, ut simplicia, & non curata beneficia, quibus ordo aliquis non est annexus: & cum simplici tonsura teneri possunt: c. vltim. de præbend. & not. in c. licet canon, de elec. si quis igitur dum ius Canonicum docere vult, hæc confundat, conturbat omnia. Vix etiam apud Iureconsultos, vel Oratores vsurpari existimo sacerdotium pro beneficio. ut iure Canonico accipimus. Nam tum beneficia illa non erant: res noua est, nota tantum Christianis. Quare rebus nouis noua vocabula inuestiganda fuerunt, velut præbenda, canonicatus, præpositura, personatus, præstimonium, aliaque nomina: quæ, ut res nouæ. ita Romanis illis erant incognita. Apud autem Iureconsultos legimus tantum pro dignitate & munere sacerdotis: ut in l. non distinguemus. §. sacerdotio, ff. de recep. arbitr. l. vna, ad legem Iul. de ambi. l. pen. & in l. honoribus, de vaca. mune. l. si quis, de pollicitia. l. sponte. de mune. & hono. Et Imperator ait. in Authen. quomodo oporteat Episcopos, prin. colla. j. *maxima quidem in omnibus dona esse à superna collata clementina, videlicet Sacerdotium & Imperium.*

Itaque sicut instituta, ritus leges Christianorum multum diuersas & incognitas veteribus, & Ethnicis libenter (ut debemus) amplectimur: ita inuenta ab illis nomina cur reiciemus? Et ut Christianorum lingua utimur queramus receptum est, & rerum ordo, & substantia non læditur, ita uti Christianorum dictionibus amemus. Ergo à nostris debemus, & non efficta nomina capere, quæ nouas quoque res significant, ut præbenda, personatus, lectores, cantores, & alia permulcta ab ipsis inuenta sunt, quæ propriam & peculiarem habent significationem. Romani etiã finxerunt sibi initio nomina principes quoque nostri, & autores iuris sua, quæ si sequamur, non egrè ferendum est: non laudo tamen illos, qui nulla rerum necessitate vel mutatione coacti, cum Romanum nomen in

promp

promptu sit, barbarum quærent pro suo arbitrio; sed tum faciendum existimo, cum res nouæ antiquis comparatæ, aut ipsarum ordo, aut substantia mutata, nomen vel mutandum, vel aliò transferendum, vel effingendum postulant, quod in singulis quoque artibus fieri docet Cicero in lib. de Finib. bonor. & malorum.

Quid sit, & quot modis dicatur beneficium.



MPRIMIS quia de beneficijs acquirendis agimus, videamus quid sit beneficium, & quomodo accipiatur, quidve eius nomine contineatur, & quotplex sit: demum quot modis acquiratur, & alia suo quæque ordine tractabimus.

Itaque beneficium est gratia concessa præter ius: & sic differt à rescripto & priuilegio, secundum iurium interpretes, & definitur in c. j. quib. mod. feud. a mita. & per. Io. de Selua, in tract. de benefic. in j. parte q. j. Aliam quoque dedi ego definitionem in princ. arb. feudor. in quibus diutius immorandum non censeo, licet prædicta parum à me probentur, quia forestia non respiciunt.

Sed aduertendum est ex communi interpretum sententia beneficium accipi largè & strictè: largè comprehendit rescriptum, mandatum, & omne id per quod aliqui beneficii: & sic omne rescriptum. Barr. & alij in l. ff. de consti. princ. & in l. cum de beneficio. ff. ad legem Falci. unde beneficium literarum dicit text. in capit. ad audientiam. ij. de rescri. & commodatum dicitur beneficium, in l. in commodato. §. sicut, ff. commoda. c. j. illo ritu. in Decretal. Appellationis beneficium, in c. si. de appell. & in cap. penul. & beneficium testandi, in l. penul. C. de testam. militar. & dispensationis beneficium, in c. innotuit. ver. habito, de elec. facit l. seruus ea lege, ff. manda. l. si pignore, de furt. l. vnum ex familia. §. j. de lega. ij. & inuito beneficium non datur, id est non beneficium inuito, l. inuito. ff. de regul. iur. & in omnibus causis id obseruatur, ut ibi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, ibidem.

Largè & strictè beneficium sumitur.

Strictè verò beneficium dicitur principis liberalitas, seu gratuita concessio: & vulgò vocamus benefactum principis, *Le bien fait du Prince* & potest dici liberalitas seu gratia, cap. quamuis, de præbend. in vj. Et notandum est, quòd si princeps donet castrum, vel aliam rem, licet non dicat perpetuò, tamen illa donatio perpetua erit, decet enim principis beneficium esse mansurum: regul. decet, de regul. iur. lib. vj. Et sic beneficium quàm plenissimè debet interpretari: l. beneficium, ff. de consti. prin. ut si concesserit castrum, videtur mobilia & suppellectilia castro adherentia concessisse: l. ij. C. de bonis vacan. lib. xj. Quod secus est in donatione, vel venditione domus priuatorum, in qua non veniunt supelle-

Beneficium principis perpetuum & plenissimè interpretandum.

tilia, nisi affixa, quæ quasi pars ædium sunt: l. Iulianus, in fin. cum l. sequen. ff. de actionib. empt. liberalitas enim Principis freno non subiacet, nec debet vllō pacto coërceri. Bald. in l. penult. C. de dona. inter virum & vxor. & perquam absurdum est, & temerarium, per astutam interpretationem principum beneficia velle ad strictam interpretationem reducere: l. fin. C. de præposi. agentib. in reb. libro xij. vbi vocatur etiam priuilegium: vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias: ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. l. cum multa, C. de bonis quæ liber. & hoc quatenus principis præiudicium concernit: secus quo ad tertium. c. olim, de verbo. signific. vbi Panor. & Iaf. in l. beneficium, ff. de constitu. princip. & interpretatio beneficij, ad principem pertinet: l. Neratius, ff. de regul. iuris, l. ex facto. de vulga. & pupil.

Ecclesiasticum beneficium quid sit, et temporale.

Vnde si Imperator, vel Rex mihi beneficiat dando Baroniam, vel Ducatum, vel quid aliud, dicitur feudum seu beneficium temporale: si vero Papa, vel Episcopus ecclesiam concesserit, dicitur spirituale, vel ecclesiasticum beneficium: c. Felicis. §. ij. de pœnis, lib. vj. ideo pars illa reddituum, quæ ministro Ecclesiæ datur, vocatur beneficium Et in materia ciuili regulariter appellatione beneficij venit principis liberalitas, seu indulgentia, si materia non refragetur, in iure verò Canonico hæc obuentionum Ecclesiæ portio, quæ pro seruitio datur, vocatur beneficium Ecclesiasticum: quia à benefactis hominum tempore nascentis Ecclesiæ processit, & quia beneficium illi, cui collatum est: ideo interdum dicitur donatio: in c. eam te. de rescrip. & c. relatum de præben. & in dubio cappella fundata ad seruiendum Deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium Ecclesiasticum, vt abundè scribit Bellamera in c. super hoc, q. xvj. nu. 20. de renuncia. & sic collatio Episcopi in dubio valebit. per c. omnes. xvj. q. vij.

Beneficium præsumitur Ecclesiasticum.

Et sic in materia Canonica appellatione beneficij, venit spirituale, & Ecclesiasticum: vt docet Cardinal. in cle. ij. no. viij. de iudic. quod tribus modis capitur: largè. pro omni prouentu, seu commodo. quod ab Ecclesia percipitur: interdum pro præbenda: c. ex parte, de concessio. præb. quandoque pro titulo beneficij, teste Cardi. in clem. causam, versic. quod si forsan. in v. no. de electio. Et quomodo cognoscatur beneficium. Ecclesiasticum docet Bellamera in c. in nostra, q. iij. de rescrip. nu. 10. ego fusiùs tradidi in tract. de pacifi. posses. in x. limita. nu. 287.

In genere et specie dicitur beneficium.

Ego verò dicerem, quod ad ius pontificium attinet beneficium duobus modis capi. in genere videlicet, & in specie. Primo modo beneficij appellatio generalis est, adeò vt comprehendat quæcunque beneficia tam maiora, quàm minora, text. in c. penul. de verbo. signific. & c. olim, ibi bide. gl. in cle. auditor, de rescrip. & glo. in c. vno, de rerum permuta. in vj. & continet in hac appellatione tam regularia, quàm secularia: Feli. in c. postulasti, de rescript.

Vicarius constituitur ad conferendum beneficia, conferre dignitates poterit.

Ex quo inferitur, quod Vicarius constitutus ad conferendum beneficia,

cia, conferre poterit & dignitates, officia, cappellas, & alia ecclesiastica munia, seu beneficia. Doct. in c. fi. de offic. vicar. & inferiùs in materia Vicariorum dicitur.

- 12 Item beneficia causa permutationis vacantia non debentur mandataris, nec expectantibus Apostolicis. c. vno, de rerum permuta. §. volumus, de colla. in concordia. siue permuentur dignitates, & quæcunque alia beneficia. glo. in d. c. vno, quam probant doctor. ibi, & Imola in clementina vna, nu. 16. de sequestra. possessio.
- 13 Etiam quod nullus potest obtinere beneficium sine canonica institutione: c. j. de reg. iur. lib. vj. & hoc intelligitur de quocunque beneficio: vt ibi glo. & doct. probant.
- 14 Item si indulgeatur Episcopo, vt fructus beneficiorum vacantium ius sua diocesi recipiat, generaliter intelligitur: dicitur capitul. rua, de verbo. significat.
- 15 Limitatur, nisi materia sit odiosa, vt in dispensato ad duo beneficia, non est ad dignitates dispensatus: c. j. & ij. de filius presbyt. lib. xj. vt inferiùs dicitur in materia dispensa. in ij. parte.
- 16 Idem quando materia non pateretur, sed repugnaret, tunc etiam restringitur, vt docet Feli. in dicitur. cap. postulasti, col. vj. versic. circa gloss. ij. de rescriptis.
- 17 Vel quando contrarium esset in iure expressum: vnde si cui mandetur prouideri de beneficio, non poterit isti prouideri de præbenda in ecclesia Cathedrali, propter honorem ipsius ecclesiæ: & quia à iure prohibetur, in c. quamuis. j. de præb. lib. vj. & dicam inferiùs in forma signaturæ: aliàs regulariter beneficij appellatio pro materia generaliter accipietur.
- 18 † Et Vascones suo more mutantes B, in V, vocant hoc beneficium: quia est veneficium, id est, veneno afficiuntur hi, qui fructibus horum beneficiorum abutuntur, & non seruiunt: vt nunc sunt plurimi, ab institutione beneficiorum maximè deuiantes, quamobrem sunt fundata beneficia non considerantes: in specie verò accipitur beneficium pro materia vt docet plenè Feli. in d. c. postulasti. de rescript.

Generalis beneficij appellatio quando restringatur.

PRIMO nempe fundata sunt Beneficia in honorem Dei, & sanctorum, vt perpetuò illis in his deseruiretur, & stipendia ministrorum hæc essent: c. pastoralis, de his quæ fiunt à præla. c. fi. de rescri. li. vj. Ideò qui non seruit, beneficium perdit, cap. vno, de vassal. milite qui arma bellica deposuit. Et fructus tenetur restituere, qui non dicit officium. Feli. in c. postulasti, col. ix. de rescri. quia cessante causa cessat effectus: l. quod dictum, ff. de pact. c. cum cessante, de appella. & sic pro seruitio speciali institutum est beneficium: scripsi in q. j. tract. de deci. nu. 18.

Secundò vt prouentus ecclesiarum in vsus cederent necessarios: d. c. 2
Pastoralis: non ergo in abusus. Vnde ait Hiero. Tibi ò sacerdos, de altari
viuere, non luxuriari permittitur. xliij. distin. in summa.

*Confanguineis
an beneficiarius
dare ex bonis ec-
clesiæ possit.* Item in vsus necessarios, ergo non in vsus voluntarios, videlicet vt be- 3
nificarius det suis confanguineis diuitibus. cap. non liceat papæ. xij. quæ
stio. ij. & donare histrionibus, vitium est immane, non virtus. c. donare,
lxxxvj. distin.

Iniustum enim videtur, & ineptum, vt quæ fideles viri seu foemina 4
pro redemptione animæ suæ Deo, & sanctis eius conseruauerint, vt ite-
rùm in secularem seruitutem redigantur, & vt elemosina vnus alterius
fiat peccatum, c. iniustum. xij. q. ij. & c. iniustum, de rerum permuta.

*Orare pro popu-
lo & illi prædi-
care beneficia-
rius debet.* Tertio vt presbyter, qui istos prouentus ecclesiæ habet, teneatur ora- 5
re pro populo. cui est præfectus, & à quibus bona habet, nempe Moyses
& Aaron Domino pro populo indefinenter orabant. j. Reg. c. xij.

Quartò debet etiam populum verbo prædicationis instruere: inter 6
cætera enim quæ ad salutem populi Christiani spectant, pabulum ver-
bi Dei per maximè dicitur esse necessarium: capit. inter cætera, de offi-
cio ordinat.

*Rationem plebis
reddere curatus,
& pauperes ale-
re tenetur.* Quintò, vt illa beneficia habentes custodiant sibi commissam ple- 7
bem, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis ratio-
nem reddant, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiant. c.
ecclesiæ, in princip. xij. q. ij. Exod. xxij. ego mittam Angelum meum, qui
custodiat te in via.

Sextò, vt hospitales sint, & pauperes alant. c. de monachis. vbi gloss. 8
de præben. & in summa, xlij. distinctio, ac in c. j. & per totum: quoniam
quicquid habent clerici, paupertatem est, & domus illorum omnibus de-
bent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitem inuigilare
debent. capit. fin. xvj. quæst. j. hodie quidam Episcopi canes & meretri-
ces, aues & adulatorès alunt, ac suis confanguineis redditus emunt: &
pauperes spoliunt.

Item ecclesia sapiùs pro beneficio assumit, in c. ij. de concess. præb. & 9
c. cum non ignores, quòd vna ecclesia vnus debeat esse sacerdotis, cum
multis iuribus ibidem scriptis, de præb. licet ecclesia variè accipiatur, vt
per gl. in c. cum clericis, de verb. significa.

*Ecclesia pro be-
nificio accipi-
tur.* Item non dicitur beneficium ecclesiasticum ante Episcopi approba- 10
tionem, c. nemo, & c. nullus de consecra. dist. j. Feli. in c. ex parte ij. col. j.
de rescript. sed dicitur quædam pia donatio, vel relictum pium, si forte
promissis celebrandis, vel pro anniuersario, vel si aliàs pie in perpetuum
relictum fuerit, & de his decidimus, sicut de aliis piis, de quibus multa
scribit Roma. in auth. similiter, C. ad leg. Falc. & an sint beneficia iure di-
uino, scripsi in verb. Parochias, in tit. de constitu. in concord. videant er-
go beneficiarij, & eurent foundationi beneficiorum inseruire, alioqui sibi
acquirunt inferni habitationem perpetuam.

Quotu

QUOTUPLIX Dicemus beneficium? Respond. quòd 1
attinet ad hanc materiam, duplex, videlicet seculare & re-
gulare: cap. cum singula, de præbend. libr. vj.

Seculare est, quod secularibus personis est additum & 2
debitum: & seculares clerici dicuntur, quia nullam professi sunt re-
gulam, sed in seculo Deo seruiunt: Bal. in capitul. licet, post gl. ibi, de
offic. ordinar.

Et regulariter omne beneficium præsumitur seculare ex primæua in- 3
stitutione, nisi probetur regulare: quia postquàm diuus Petrus fuit secu-
laris, præsumitur quòd ita beneficia fundata sint, sequendo illum primum
patronum. Do. de Rota decisi. ij. incip. Fuit dubitatum, tit. de præben. in
nou. Et Philip. Prob. in additi. ad Io. Monach. in c. super eo. num. 17. de
4 præb. li. vj. post Nicol. Miliū in verb. beneficium, q. xxij. † Ideo secularis
non tenetur probare esse seculare, sed is, qui illud regulare dicit: quia ha-
bet præsumptionem pro se is, qui est secularis: vt per Doct. in c. cum de
5 beneficio, de præb. lib. vj. † Quod probatur, si per xl. annos possessum fue-
rit absque dispensatione à regulari, vel si ex fundatione appareat regula-
6 ribus affectum, nempe quatuor interuenientibus, quæ scripsi in gl. regu-
laria, in §. volumus de colla. in concor. † Nisi quoq; fuerint capellæ fun-
data in monasterio: quia illæ præsumuntur regulares, nisi per seculares
7 teneri sint sollicitæ. d. c. cum de beneficio. † Et quando quis illas capella-
nias impetrat, debet in bulla adijcere clausulam, non obstan. monasterij
statutis: quamuis ea statuta non ligent seculares, quatenus concernunt
regulam, sed religiosos tantum. Tamen quatenus disponunt, quòd capel-
lani sic seruire illis capellanijs debeant, seculares illis legantur. vnde his
derogandum est. Et hoc est tutius, quicquid in contrarium dicatur.

*Seculare benefi-
cium quid.**Beneficium præ-
sumitur seculan-
re.*

SECULARIA Beneficia multiplicia sunt: quædam enim 1
sunt cum administratione, alia sine administratione, & sic
simplicia vocantur. c. præfenti, vbi gl. de of. ord. libr. vj.

† Cum administratione vocantur ministeria. cap. cum in 2
cunctis. §. inferiora ministeria, de elec. & c. ij. de concess. præb. quæ vocan-
tur duplicia, per Spec. in tit. de lap. & dispen. §. dicendum, vers. j. & ver-
3 duplex. † Administrationem habentia hæc sunt. Primò, papatus dicitur
beneficium, in c. j. de maled. ibi, in dispositionem officij & beneficij no-
stri, & sic comprehendetur sub c. j. de reg. iur. lib. vj. vt cum canonica in-
stitutione obtineri debeat, alioqui à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ sepa-
ratus abijciatur, sicut Antichristus & inuafor, & destructor totius Chri-
stianitatis. c. j. col. iij. distin. & xxxij.

*Seculare benefi-
cium multiplex.**Papatus dicitur
beneficium, pa-
triarchatus ar-
chiepiscopatus,
& episcopatus.*

a iij

Item Patriarchalis dignitas, & Archiepiscopalis & Episcopalis, in c. 4
cleros, xxj. distinct. De episcopatu habes textum in cap. felicis. §. quod si
quis, de pœnis, libro vj. vbi episcopatus vocatur beneficium pro sub-
iecta materia, licet non veniat regulariter appellatione beneficij, quia
est culmen: capit. penul. de præben. & capi. ij. illo titu. libro vj. vbi gloss.
& alibi scripsi.

Abbatia secularis.

Abbatia secularis etiam in cap. ex transmissa, de renuntiat. vbi etiam 5
glo. de qua est videre in ecclesia collegiata sancti Sebastiani in Narbon-
næ, quæ vocatur Abbatia sancti Pauli, vbi est dignitas secularis, & in ec-
clesia Claromonten. in Aruernia (vt fertur) licet ferè sit regularis, vt
inferius dicitur.

Item dignitas, personatus, & officium, beneficia etiam sunt secularia, 6
& cum administratione, in c. cum accessissent, de constitutio. c. j. de con-
suetud. lib. vj.

Dignitas verò dicitur quædam præminentia cum iurisdictione, quæ 7
cognoscitur ex præminentia, iurisdictione & institutione, quando ad
hoc est instituta, vt sit dignitas. Panor. & alij, in c. de multa, de præben. &
ex consuetudine, quando consuetudo facit, vt dignitas reputetur. Docto-
res in d. c. de multa, & in d. c. cum accessissent, de constitut.

Personatus est habere præminentiam in ecclesia sine iurisdictione, 8
vt Præcentor: cap. j. de consuetud. vbi Doctor, scripsi in §. præfatiq; gra-
duati, de collatio, in concord.

Officium dicitur, quando quis habet rerum ecclesiasticarum admini- 9
strationem sine iurisdictione: Doctor, in rub. de offi. delega. vt Sacrista.
titu. de officio Sacristæ.

Parrochialis ecclesia secularis est beneficium, quod dicitur curam habere.

Adhæc ecclesia parrochialis dicitur beneficium secularis, & cum ad- 10
ministratione: c. extirpandæ, & c. de multa, de præben. c. cum in cunctis.
§. inferiora, de elect. quia curatus tenetur ministrare sacramenta ecclesia-
stica, videlicet baptizare poenitentes, & confitentes peccata audire, &
eos absoluerè iniuncta eis poenitentia, & sacramenta ministrare, aliâque
opera eos tangentia facere tenentur, c. j. & per totum, de parroch. scripsi
in §. statuimus. ij. de collat. in concord.

Nota quod de iure communi nullum beneficium habet curam, nisi 11
habeat populum vel clerum: ideò afferenti beneficium non esse curatū,
non incumbit probatio, quia de iure ita est: vt docet Aegid. Bellamer.
in decisi. 676. Si impetrans, probat Staphile, in tracta. de liter. gratiæ.
rub. de qualitate & statu benefi. in princ. Ideò qui dicit illud curatum,
oportet quod probet: argu. l. ei qui: ff. de probat.

Simplex beneficium quid.

Alia beneficia sunt simplicia, & sine administratione, vt quæ non ha- 12
bent populum vel clerum, nec quidem vt administrationem: vt canoni-
catus & præbenda, c. ij. de renuncia. Canonicus enim ratione præben-
dæ sacramenta non administrat, sed Deo seruit in horis cantadis, & alio
officio sibi iniuncto: ideò sine administratione dicitur. † Et præben- 13
dam dicunt esse ius percipiendi prouentus in ecclesia ratione canonici,
glos.

glo. in ver. receperunt, cap. cum Mar. de constitutionibus facit cap. dile-
cto, de præben. & Specul. in titu. de lapsis & dispensa. §. nunc dicendum
in prin. inquit, beneficium simplex dici curam animarum non habens ca-
fin. de præben. Bellamera in ca. indecorum, col. iij. versicu. quartò habe-
mus, de ætate & qualita.

14 Item capellaniæ, vt in capi. primo, de capellis monachorum. & per to-
rum, & practici Romani faciunt differentiam inter capellam & capella-
niam: nam capellam vocant, quando est corpus per se, & ecclesia per se, &
tunc literæ Apostolicæ diriguntur rectori talis capelle, vt in titulo, de ca-
pellis monachorum. Si verò altare sit in aliqua ecclesia, tunc dicitur ca-
pellania, & vocari solet perpetua: & dirigitur rescriptum tali N. perpe-
tuo capellano: & sic capella corpus est per se, capellania in ecclesia ali-
qua: quod est norandum, sed non exactè seruatur ista differentia etiam in
iure: nam vno pro altero passim vtimur.

Capella & ca-
pellania diffe-
runt.

15 Altaria fundata in ecclesia, si cum autoritate Episcopi constructa sunt
simplicia vocantur beneficia: ca. quæ situm, j. quæstio. iij. capit. recolentes,
de stat. monach. glos. in clemen. ij. de deci. & in Germania sunt quædam
altaria separata ab ecclesia: in Francia sunt quædam altaria in ecclesia
sola, & de his loquimur: alia sunt altaria cum capellania, & capellania vo-
catur. Et altaria non sunt beneficia, si ab Episcopo non sunt approbata:
cap. nouerint, & cap. regenda, x. q. j. hoc probat Felin. consilio xij. Vica-
rius, & consil. xlv. Quinque.

Altaria an sint be-
neficia & Præ-
stimonium.

16 Præstimonium seu præstimonium dicitur etiam beneficium secularis sim- 1
plex, de quo in cap. si. de concess. præb. lib. vj. & fuerunt instituta pro stu-
dentibus, & pro subsidio contra infideles, & nullum vel paruum habent
seruitium annexum, ideo multa teneri possunt sine dispensatione, teste
Staphile. in tractatu de literis gratiæ, in quinta expecta. forma. scripsi de
his in tractatu de pacifi. possess. in xvij. ampliatur. nume. 90. & seq. post Ol-
drad. consil. lxxxj. & cxi. & ista sunt beneficia secularia, de quibus in iure
canonico frequens fit mentio: si alia sunt, his addere poteris: hætenus de
secularibus.

Præstimonium.

Regularia beneficia multiplicia.



REGULARIA Beneficia sunt, quæ religiosis addi-
cta sunt, vel ex fundatione, vel ordinarij, seu superioris in-
stitutione: capitul. j. & ibi Doc. de cap. monac. vel de con-
suetudine seu præscriptione: vt pote quia per regulares re-
gi consueuerunt, & administrari per quadraginta saltem annos: cap.
cum de beneficio, de præben. lib. vj. gloss. in §. idem ordo, in versicul.
regularibus, de colla. in prag. & incongruum videtur, vt regulares secu-
laribus supponantur: cap. ij. de cap. mo. licet hodie quidam stolidi præfi-
ciantur sanctis religiosis, & eos fame opprimant, sed vel illis. Vide quæ
scripsi in concord. Francia. in ver. regularibus, in for. lit. execut. in fi.
Etiam

Regularia beneficia duplicia que.

2 Etiam hæc sunt in duplici differentia secundum quosdam: quædam enim sunt duplicia, vt abbatia regularis, fortè quia ea obtinentes duplici onere funguntur, vel fungi debent, tam circa personas, quàm res monasterij: capitulum quanto, in fin. de offic. ordinar. cap. cum ad monasterium, de statu monacho. & cap. in singulis, & per totum ibidem.

3 Officium, cap. cum singula, de præbend. lib. vj. cap. cum ad monasterium, vers. tales autem, & cap. seq. de statu monacho. & multa sunt officia in religione, quæ si bene regantur, bene est religiosus. † Prioratus conuentualis: cle. ne in agro. §. cæterum, de statu monac. c. nisi essent, de præbend. scripti in. §. monasterijs, in versic. prioratibus, in concordia rubri. de nomina. reg. ad præla. vbi dixi priores conuentuales eos, qui in conuentu religiosorum præfecti sunt: vt no. Doct. in cap. capitulum, de rescrip. & cap. cum ecclesia, de causa posses.

Prioratus claustralis qui, & eius officium.

5 Prioratus claustralis: cap. cum ad monasterium, de statu monachor, & dicitur prior claustralis, qui religiosus in claustro & monasterio præfectus est, qui præ cæteris post abbatem potens esse debet in opere, & sermone: vt exemplo vitæ, verboque doctrine, fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare, zelum religionis habens secundum conscientiam, vt delinquentes corripiat & castiget, obediens foueat & confortet. §. prior, dicto capitulum cum ad monasterium. Et ista duplicia vocantur.

Regularia beneficia: simplicia que.

6 Simplicia, sunt prioratus simplex, & monachatus, ac canonicatus regularis: hi enim suo & simplici onere funguntur: cap. quod Dei timorem, & capi. fi. de statu monach. clem. ne in agro. §. cæterum, & per totum de statu mona. gl. in clem. dispendiosam, in verb. in beneficijs, de iudic. cap. fin. de religio. domi. † vbi monachus non potest locum monachalem in diuersis locis & monasterijs habere, sed vno contentus esse debet: capit. cum singula, de præbend. lib. vj. & dicam inferiùs, in materia dispensa. super plura secunda parte.

De clericis, & à quibus, & quomodo creentur.

1 **S**CIENDVM est quòd ista beneficia debentur clericis secularibus, si secularia sint: cle. j. de elect. cap. Deus, de vita & honesta. cleric. vbi Doct. not.

2 Si verò sunt regularia, regularibus & religiosis debentur: capitulum cum singula, de præben. in vj. scripti in §. volumus de collatio. in concord.

3 Aliquando verò sacerdotibus, vt sacerdotalis præbenda, in cap. cui de non sacerdotali, de præben. lib. vj. † Itaque hæc beneficia ecclesiastica non debentur laicis, sed ipsi sunt illorum incapaces, nisi clerici fiant: c. cum adeo, de rescript. cap. ex literis, de transactio. Videndum esset de his clericis, & à quibus, & quomodo creari possint.

Et

& quomodo creentur.

5 Et vt clericus creari quis possit, tria requiruntur, ætas, habitas, & forma, seu ætas, morum grauitas, & literarum scientia: cap. cum in cunctis, de electione. *Clericus ut fieri possit, tria in eo requisita.*

6 Primò clerici fieri non possunt ante septem annos: cap. fi. de tempor. ordi. libro vj. & tunc primam tonsuram sumere possunt, seu coronam: c. fi. de cleric. coniugat. & iste annus septimus debet esse completus, teste Præposi. in cap. de his, in prin. xxvij. dist. dispensatur tamen à Papa, vt in sexto anno possit insigniri clericali charactere: & completo illo sexto anno, vt beneficia simplicia obrinere possit. † Ad beneficia autem quæcunque dispensare Papa potest in septimo completo, vt inferiùs dicam in tract. dispensat. super defectu ætatis, videat tamen causam: alioqui iudicium sibi præparat Papa, si cum isto minore dispenset sine ratione, sola affectione motus.

8 Habilitas personæ consideratur respectu dantis, & eius qui datur: dantis, an is, qui concedit, dare hoc possit: l. naturali. §. j. ff. de confir. tut. *Primam tonsuram quis concedere possit.*

9 Videndum est, qui primam tonsuram concedere possint. Respond. Papa, qui etiam solo verbo potest presbyterum facere, teste Angelo in l. j. C. de senten. pæsis, quem refert & sequitur Felin. in dicto capitu. j. numero. 23. col. vj. de consti. Ipse enim introduxit formam quam tollere potest, ff. de sponsal. l. si puellæ. † Soler tamen ipse solennia quædam in illis seruare, sine quibus actus vix reciperetur.

11 Etiam Episcopus clericos in sua diocesi creare potest: dicto cap. j. & per totum de tempo. ordinand. libro vj. & Archiepiscopus in suo archiepiscopatu, non autem clericos suffraganeorum: dicto capitu. j. de tempor.

12 ordinand. in sexto. † Itaque Episcopus primam conferre potest tonsuram, siue in episcopatu, siue extra: cum collatio tonsuræ sit voluntaria: iurisdictionis ergo suos subditos vbi que non alienæ diocesis viros ordinare potest, teste Alber. in l. emancipari. ff. de adoptionib. Barba. in c. no. *Episcopus primam tonsuram et in episcopatu, et extra, suis subditis conferre potest.*

13 uit, de officio lega. † etiam non petito consensu episcopi territorij: secus in iurisdictione contentiosa: vt notatur in clem. vna, per illum textum, de foro competen.

14 Interdum ab abbate prima confertur tonsura, si ipse benedictus sit & presbyter: sed monachis tantum & conuersis monasteriorum suorum & qui ad illa conuolauerint, & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem obtinent iurisdictionem: alios autem ordinare non possunt, nisi id eis competat ex pleno sedis Apostolicæ priuilegio. c. abbates, in fi. de priuileg. libro sexto. Glossa in c. j. de tempor. ordinand. eodem libro: capitulum cum contingat, de ætate & qualita. vbi Doctores: c. quoniam, l. x. distinctio. cap. cum inter, de re iudic.

15 Et alij, quàm religiosi, promoti ab abbatibus debent ostendere abbatis priuilegium, super quo fundant intentionem suam. l. actor, C. de probationibus, aliàs non proderit eis tonsura ab abbatibus concessa: Parisius in consilio centesimo vigesimo quinto, An collatio, in quarto volumine.

Inter

Interdum à prioribus etiam hæc prima tonsura confertur: Doct. in d. 16 c. abbates, Id tamen ex priuilegio, & sicut abbates, de quibus supra dictū extitit: & hæc tonsura vocatur aliquando corona: c. fi. de cler. conuocat. cle. ij. vbi gl. de vit. & ho. cler. & vulgus Occitanorum ita vocat, & interdum vocatur clerica: cap. Psalmista, xxij. distin. vbi Præposit. hoc scribit: quia per eam fit clericus is, qui ea honestatur.

Item consideratur habitus respectu recipientis, sed quæ in recipientibus habitus requiratur? Respon. si ab abbatibus & prioribus conferatur, requiritur quod suis monachis, non alienis conferatur: c. abbates, de priuileg. & in suo monasterio: c. quoniam, lxix. distin. & post professionem, aliàs suscepta tonsura is posset postea exire, & fraus fieri, quæ præcauenda est: c. j. de ser. non ordin. Doct. in c. religioso, de sen. excom. li. vj. ¶ Valeret tamen, si intra annum professionis esset collata, licet is dimitteret illam religionem, quia non annullatur id, quod iure factum fuit: per reg. iur. factum legitime, de reg. iur. lib. vj.

Tonsura confertur si potest originarijs, & habentibus beneficium perpetuum, & domicilium.

Si verò Episcopus conferat tonsuram, requiritur quod hi quibus confert, orti sint in suo episcopatu, vel ibi habeant domicilium, vel beneficium, nisi habeant literas dimissorias: c. cum nullus, de tempo. ord. in vj.

Beneficium dico perpetuum, ideo non possent promoueri collegiati, seu bursarij, vbi obtinent ad tempus collegij locum: quia hoc non est perpetuum. Idem si haberet fructus præbendæ ad docendum pueros: c. quia nonnulli, de magist. vbi Host. ¶ Ideo habentes beneficium in commedam per sex menses, non possunt ratione illius beneficij promoueri ab Episcopo illius beneficij, quia non datum est eis perpetuum: c. nemo, de elec. lib. vj. nisi in religiosis habentibus beneficia manualia: c. vnica, de sup. neg. præl. quia pro perpetuis quod ad hoc habentur: l. sufficit. ff. de condi. indeb. gl. in c. si gratiosè, de rescr. li. vj. ¶ Potest etiam Episcopus tonsuram conferre monachis degentibus in monasterijs sui episcopatus, nisi sint exempti: quia tunc licetia Papæ requiritur: d. c. cum nullus. §. fi. vbi Perus. sed alij firmant contrarium, quod etiam exempti ordines ab Episcopo recipere possint: quod est valdè fauorabile & tenendum.

Habentibus officium perpetuum tonsura confertur, non autem famulis.

Bene tamen poterit tonsuram concedere Episcopus consiliarijs, & alijs habentibus officium perpetuum in diocesi: vel quasi perpetuum, quia ibi censentur habere domicilium: Bar. & alij in l. j. ff. ad munic. ¶ Non posset tamen Episcopus conferre tonsuram, vel ordines alicui famulo suo alienæ diocesis, ratione familiaritatis: & quia non censetur ibi habere domicilium famulus vbi seruit, secundum Domi. & Philip. in d. c. cum nullus: nisi haberet aliquod beneficium, vel domicilium ibidem: requiritur etiam quod hic sit bonis moribus præditus: d. c. cum in cunctis, de electio. & l. scire, in fi. ff. de tutor. & cura. dat. ab his.

Illiteratus non potest promoueri.

Item illiteratus ordinari non potest: c. præcibus, xxxiiij. dist. & c. illiteratos, xxxvj. dist. in c. fi. de tempo. ordi. lib. vj. & in auth. de sanctis. epif. col. ix. quia literis carens sacris non potest esse aptus officij: d. c. illiteratos. & Episcopus, qui nesciebat Donatum, fuit priuatus: c. fi. de æta. & qualit.

Ego

- 26 Ego scio quosdam eo solo posse depōni, qui tantum sciunt legere, & scribere Gallicum sermonem, sed non latinum: tamen per eorū astutiā, nescio quo facto in animarū illorū fortè perniciem, acquisierūt episcopatus, abbatias, & alia multa beneficia: & coqui, latomi, & armigeri, tibicines, & fortè infideles in hoc regno nostra memoria, non dicā vnā, verū plures sibi vsurpāt abbatias. Sed quis est mortaliū, qui hanc nō videat insignē perniciē, & Ecclesias breui destrui, ac labefactari ab his, si diu sic regāt: Dicā cū Psalte egregio, *Benefac domine bonis & rectis corde.*
- 27 ¶ Quod est verū, si omnino essent illiterati, promouendi nō sunt: sed si scirent legere, possent habere primam tonsuram. Domin. & Philip. in d. capi. præcipimus, iuncta gloss. xxxiiij. distinctio. quia tonsura est gradus primæuus, quæ solet iuuenibus conferri, de quibus spes est, vt studeant, & doctiores fiant. cap. fi. de tempo. ordi. lib. vj. ¶ Nec poterit dispensare episcopus, vt illiteratus omninō tōsuram suscipiat, teste Inno. in cap. cū dilectus, de tempo. ord. Philip. in d. c. fi. Bernard. de Luco in præct. cri. in ver. illiterati. ¶ Quod intelligerem verum in viris iam ætate ingrauescentibus, sed in iuvene septem annorū potest episcopus cum modica scientia isti iuueni primā conferre tonsuram, habita ætatis ratione, quæ ostēdit illum magnā callere non posse scientiam in illa ætate, & sub spe futuri studij illum promouere: sicut quandoque Doctores conferunt gradum Baccalaureatus primæuum iuuenibus acrimonia ingenij præditis, licet parum studuerint in iure: quia spem habent, vt ad maiora prouehi debeant, postquam bono præditū sunt ingenio.
- 30 Forma conferendi primā tonsuram, ponitur in pontificali, in princ. eā non pono: nā postquam aliquis est clericali insignitus caractere, præsumitur quod forma fuerit seruata, & alia necessaria: vt docet in simili. Pa. in c. nisi de præb. & forma intrinseca præsumitur. l. sciendum. ff. de verb. obl. c. si fortè. de elec. lib. vj. ¶ Et in concilio Toleta. xj. fuit statutum, vt antequam clericus crearetur, caueret scriptura propria, vt fidē catholicam sincera cordis deuotione teneret, iuste ac piè viuere: in c. quanquā, xxxiiij. distinct. quod tamen hodie non seruatur.
- 31 *Clericus in ordinatione promittere debet, quod fidem catholicā tenebit.*
- 32 Aduertendum est, quod interdum confertur tonsura, & alij ordines à suo episcopo, & quādoque ab alieno: si concedatur à suo episcopo, qui dicitur ratione originis, domicilij vel beneficij. c. cum nullus. de tempo. ordi. in vj. opus est, vt ipse concedat literas probatorias, & authenticas: verum quia in eis sæpius erratum vidi, ob id sic concipi solent.

Caput. viij.

Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.



NOANNES MISERATIONE diuina, ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia, N. Episcopus, notum facimus vniuersis, quod nos anno & die infra scriptis, & in Ecclesia parochiali de Lesato nostræ diocesis of-

b

ficiū visitationis exercendo, dilecto nobis in Christo Petro Robin, filio Petri Robin, & Ioanne coniugum dicti loci de Lesato nostre diocesis oriundo, in & de legitimo matrimonio procreato, (prout fide dignorum testimonio nobis facta fides extitit) aetateque, literarum, & aliis idoneo comperto, tonsurā contulimus clericalem, militiae clericali ad scribendo eundem. Actum vbi supra, sub sigillo nostro magno rotundo, die xx. August. anno incarnationis Domini millesimo quadagesimo primo, testibus Ioanne Rotelino, & Gaspare Riro ad hoc vocatis. P. Rochet Secret.

*Dispensatio
episcopi cum
bastardo ad
tōsurā ad
beneficiū
simplex.*



SI A V T E M Episcopus tōsuram conferat bastardo, solet addi dispensatio sic, & cum eodem super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus & soluta, ut etiam ad minores ordines promoueri, & beneficiū ecclesiasticum, cui cura non imminet animarū, si sibi canonicē conferatur recipere, & retinere liberē, & licitē possit, & valeat, huiusmodi defectu non obstante, eisdem autoritate, & tenore dispensauimus, & dispensamus. In cuius & c. Et ista dispensatio elicitur ex capitulo primo de filiis presbyter. libr. vj. de qua scribam in tract. dispens. super defectu natal. inferius in ij. part.

*Requisita
in literis tō-
suræ.*

Notanda sunt in his literis tonsuræ requisita. Primò requiritur nomē Episcopi. Ioannes & c. nec solet cognomen addi, quia ex nomine satis est certus, ideò non debet ampliùs demonstrari, ut habetur in l. j. ff. de dote prælegata: & notoria demonstratione non indigent. l. emptorem, ff. de actionib. empti. & si sola nominis commemoratio quicquam ambiguitatis non pariat, non fit alia expressio, per textum l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt, vbi gloss. nisi nomen & cognomen esset de forma, ut docet Alexander consilio vigesimo septimo, viso. in sexto volumine. & Albericus in tractatu statutorum, in verbo instrumentum primo.

*Episcopatū
debet reco-
gnoscere &
a Deo & a
sede Aposto-
lica habere.*

Etiam in his literis solet describi miseratio diuina, & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, ut etiam à sancta sede recognoscat se episcopatū habere, cap. ego N. de iureiurando: alioqui priuari posset episcopatu, si nollet recognoscere sedem Apostolicam, ut scripsi in arti. ij. tract. ut beneh. ante vocatio. in const. Reg. vbi scripsi illos principes, qui neminem, nisi solum Deum in temporalibus recognoscunt, hac phrasi uti solere, gratia Dei, seu diuina gratia, seu clementia: alios verò non, maximè Episcopos, nisi sapiant hæresim, volentes papam sua dignitate priuare: &

tunc papa

tunc papa debet eos episcopatu statim priuare, quia sic indignos se reddiderunt: & ego vidi quemdam Episcopum, qui nolebat hanc adiacere clausulam: ideo præsumendum erat contra eum, & exitus acta probauit.

5 Secundò exprimi debet nomen episcopatus, videlicet Paris. Episcopus, vel alius, & hoc solet certum Episcopum facere, ut cognoscamus, an quis à suo Episcopo sit tonsuratus: ut docetur per ca. j. & per totum de temp. or. ordinand. libr. vj.

6 Tertio, debet exprimi in his literis annus & dies datæ tonsuræ: alioqui instrumentum sine anno & die non valet. l. generali, C. de tab. libr. x.

7 Quarto, locus in quo est concessa tonsura exprimi debet: gloss. vlti. in extrauagant. execrabilis. Ioan. xxij. & Speculat. in titu. de instrument. edition. §. j. imò quidam locum loci ponunt, sic datum Paris. in templo nostræ Domine, vel in aula episcopali: & prodest ad euitandam falsitatem, sed non est necessarium, ut testatur Ioan. de Grasis, in tracta. de substantia procura. in verbo, actum in ciuitate: sed ego in his maximè vidi conscribi locum.

*Locus con-
cesse ton-
suræ exprime-
ndus.*

8 Quintò exprimi debet nomen & cognomen eius, cui data est tonsura, ad euitandum dubia & æquiuocationes de alio, l. ad recognoscendos, C. de inge. & manu. l. hac consultissima, C. qui test. face. poss.

*Nomen &
cognomen re-
cipientis tō-
suram eius
que patris
est exprime-
ndum.*

9 Sextò, nomen & cognomen patris ordinandi, & nomen matris, ex quibus progenitus est is, qui tonsuram suscepit, ut sciatur an sit filius legitimus, & ex quo ortus sit, & si pater mortuus sit, dicitur filius quondam talis, l. eius, ff. si cert. petat. vbi gloss. & Doct.

10 Septimò, debet exprimi locus, in quo illi, qui suscipiunt tonsuram degunt, ut dignoscatur an Episcopus potestatem habuerit dandi tonsuram illis: & solet dici loci talis de Balianicis nostræ diocesis, vel à Lesato: quia nullus potest ordinare clericum alterius diocesis. c. j. & per totum, de tempore. ordinationibus libro. vj.

11 Octauò, debet fieri mentio, quòd is, qui tonsuram suscepit, natus est de legitimo matrimonio, & sic Episcopus, vel ab eo delegatus, antequam conferat tonsuram, debet duos saltem audire testes de hoc, & postea in literis attestari: alioqui non valebit tonsura collata bastardo, licet Episcopus possit secum dispensare, etiam ad minores: † sed non censetur dispensatum, si hoc non fuerit expressum, vel si Episcopus nesciat defectum, c. vno, vbi glossa. & Doctor. de aetate & qualita. libr. vj. cap. j. de filiis presbyter. eod. libr. Ideò superius scripsi dispensationem, quando Episcopus confert tonsuram illegitimo.

*An tonsura
tus natus sit
ex legitimo
matrimonio
licet testari
debet.*

12 Nonò, debet fieri mentio aetatis legitimæ, videlicet quòd tonsuratus inuentus est in aetate legitima, ergo super hoc debet sciscitari Episcopus à testibus & parentibus, quibus etiam cum aliis in hoc creditur.

*Literæ ton-
suræ aetatem
& sententiā
attestantur,
quibus cre-
ditur.*

14 l. de aetate, ff. de minoribus. vbi Bartolus: † quia infanti non debet conferri tonsura, nisi religionem intraret: c. finali, de tempor. ordinand. li-

15 bro. vj. † & licet fiat mentio testium, tamen creditur his literis, tam su-

per aetate, quam super matrimonio, per c. post celsionem, de proba. nisi quis vellet probare contrarium.

Decimò, de literatura promouendi etiam solet fieri mentio in his literis, quòd est inuentus idoneus in literatura, per c. cum in cunctis, de electionibus. Nam illiterato conferri etiam tonsura non debet, d. c. si ibi illiterato: nec dicitur illiteratus, si legere sciat, vt superius scripsi: & in hoc etiam creditur in his literis, nisi quis eas falsas probare vellet, super quibus est prius cogitandum.

Vndecimò, debet testari se dedisse ei tonsuram clericalem, eum ad scribendo militiæ clericali quod potest vt plenè scripsi, in fine concor. Franciæ contra Petrum de Ferrariis contrarium dicentem: quia ea quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, vt docet diuus Paulus ad Galatas quinto.

Testes in iura necessarii.

Duodecimò, debent in fine literarum duo saltem testes inscribi: vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, c. licet vniuersis, de testibus, c. relatum, de testamen. licet literis quoad hoc episcopi sigillo signatis crederetur. c. post celsionem, de probat. sed stylus est seruandus.

Data sigillum & secretarij signum in tonsura esse debent.

Decimotertiò, datam literarum apponi necesse est, & quo die hæc gesta sunt, vt plenè scribit Ioannes Andreas in fine libri sexti, & ego in forma mandat. in fine in concordatis: & istæ literæ sic confectæ faciunt fidè ideo si ista non sint in literis tonsuræ, impugnari solent.

Decimoquartò, attestatur episcopus literas sub sigillo suo esse confectas: nam sigillum episcopi in literis apponi debet, & postea probant literæ, interuenientibus aliis necessariis. d. c. post celsionem, vbi Docto. de probationibus. & debet dicere an sit sigillum rotundum, vel lógum, magnum vel paruum, vt Docto. notant, in c. significauit, de appellatio. & in c. inter dilectos, de fid. instrumen.

Decimoquintò, episcopi secretarius subscribit se in fine illis literis, de mandato episcopi, id se fecisse attestans, vt in l. hac còsultissima. C. de testa. ibi, finem autem testamenti subscriptiones. Multa super hoc scripsi in tract. nomin. q. decima. hoc procedit, nisi episcopus se subscribat: quia tunc alia non requiritur subscriptio, cum maior sit episcopi autoritas, quam secretarij eius.

Tonsura literis probanda.

Et sic patet tonsuram literis probari debere, cum de ea fiât: vt hîc per text. in l. si qua per calumniam, C. de episcopis & cleri. vbi Iacob. Butrig. & Pet. de Vergnia, in additio. ad eum: & Guido papæ quæstio. cccclxxxij. reperitur text. in c. legum, ij. quæst. j. Ibi ordinatus à suis ordinatoribus literas accipere iubetur, Chassa. in consue. Burgun. in titul. des iustices. §. vj. glo. font receues. nu. 12.

Testibus quando in iura probatur.

Quod non procedit, si dicatur scripturâ esse amissam, quia tunc per testes probari poterit, per l. testium. in fi. ff. de test. l. ad repetitionem. l. ad monendi, col. lxvij. nume. 186. ff. de iureiuran. & in l. hac còsultissima. C. de testa. Guid. papæ in decision. cccclxxiiij. de materia, facit l. solennibus. C. de fid. instr.

Imò

24 Imò etiam probari posset tonsura per vnum testem. Bald. & Felinus in capitulo licet vniuersis, in fin. de testib. quod limitatur, quâdo ex hoc fieret magnum alteri preiudicium, vt pote, si litigarem super beneficio: nam eo casu saltem per duos testes probatio fiet, per dictam l. testium: secus quòd ad hoc vt iudex ecclesiasticus cognoscat. c. si iudex, de senten. excomm. libr. vj. Petr. Gerard. singul. xlix. nota regulam, quia hoc casu res est parui momenti: vel nisi probaretur, quòd obstante impedimento scriptura fieri non potuit, teste Nicola. Mili, in verbo probatio capella: † & tunc posset hoc probari per testes, c. ij. & iij. de cler. peregrinan. nec sufficeret probare se esse in possessione clericatus per testes quòd ad beneficia obtinere, non nisi probaret se clericum: vt docent Ioan. Andr. Archid. & alij in d. c. si iudex, de senten. excomm. libr. vj. Gemin. còsi. xcj. præmitto, col. j. Probus in c. ij. de tempor. ordi. libr. vj. & Boer. in decisio. Burdegal. q. clxxj. si super, col. pen. vbi dicit repellendum quem in beneficialibus, nisi probet se clericum, sicut canonicus, vel beneficiatus probat se canonicè institutum: Archid. in c. ordinarij, in verbo. exhibere, de offic. ordi. libr. vj.

26 Et sic in beneficialibus dicerem non posse probari tonsuram, nisi per scripturam, si non probetur eius amissio: vel quòd non sit facta scriptura ratione impedimenti: sed in alijs casibus, vbi non est magnum præiudicium, vt in peregrinante, de quo dubitatur, an sit clericus, vel sacerdos tunc & per instrumentum, & per testes probatio fiet, c. ij. & iij. de cleric. peregrin. alioqui infinitæ fierent in his beneficijs fraudes, & multæ falsitates committerentur, quibus est obuiandum: & hoc dicerem esse tam de iure canonico, quàm ciuili, licet hoc dicat de iure canonico probari posse per testes, sed non de iure ciuili.

Ordines literis probantur.

27 Imò non solum oportet probare tonsuram literis, sed etiam quoslibet alios ordines. Antonius in capitulo primo, de clericis peregrinan. quem refert Felin. in c. super his. col. ix. numero. 18. in vltima còclusionione de accu. quia vna res non debet diuerso iure censeri. l. eum. ff. de vsucapionibus.

28 Nec sufficeret ostendere literas sacerdotij, nisi alias etiam literas ordinum ostenderet, quia per saltum posset esse promotus. c. j. de cleri. per saltum promot. alioqui frustra fieret scriptura de quolibet ordine, si per ipsam non esset probandum, nisi esset integritas ordinantis. Pan. in cap. nisi, de præb. & diurnitas temporis, quo casu literas presbyteratus ostendere sufficeret. Pano. in capitulo fraternitatis, de cleric. non residen. Felin. in d. c. super his, & consil. ij. excellens doctor, & c. nume. vigesimo nono & trigésimo secundo.

Literas sacerdotij an sufficiat ostendere.

29 † Etiam requiritur, quòd clericus deferat tonsuram ad modum spheeræ in capite aliàs peccat: quia venit contra præceptum. c. cauere, xxij. dist. vbi Præpos. Mediola. hoc asserit: debet etiam vestes deferre. decetes c. clericij, ibidem, & in clemen. vlti. de vita & honesta. cleric. Boeri. in decisione Burdegalen. quæstione lxx. super quæstione.

Clericus non deferens tonsuram peccat.

b iij

Caput. ix.

De literis dimissoriis.

INTER DVM tonsura à non suo confertur episcopo iurè, ut potè quando ordinandus habet à suo episcopo literas dimissorias, per quas episcopus subdito concedit, eumque dimittit episcopo alieno ordinandum. Et aliquando ista litera sunt speciales. ut possit à tali episcopo ordinari, & tunc ab alio ordinatus non iuuabitur ordinibus sibi collatis: quia non habet ad hoc concessionem: nam postquam est concessum devno, de alio est prohibitum, l. cum prator. ff. de iudic. c. nonne, de præsumpt.

Episcopus excommunicatus vel hereticus ordines conferre non potest.

Aliquando litera sunt generales, ut quis possit ordinari à quocunque antistite, gratiam & communionem sedis Apostolicæ habente, ut in c. penult. de præscrip. vnde si episcopus fuerit excommunicatus, suspensus, interdictus vel hereticus, schismaticus, non poterit tonsuram, vel alios ordines conferre, nec proderunt ordinato. c. quod sedem, de offic. ordi. vbi glo. alia iura adducit, etiam quia ad illum non est dimissus hic ordinatus: ergo sine literis dimissoriis esse censetur.

Vel etiam sunt generales ad quoscunque ordines, ut omnes ordines à tali episcopo vel a quocunque antistite sumere possit: nam & quandoque aliquis sumit tonsuram, vel alios ordines ab alieno episcopo in diocesi, tamen potest ordinari interdum extra diocesim, de quo inferius dicitur, & ego scripsi in tract. nomi. q. xiiij. nu. 42.

Cautela ut tonsura ab alieno episcopo collata an prosit.

Vnde si quis à non suo episcopo tonsuram sumpserit sine dimissoriis, cautela est, ut impetret literas perinde valere a papa, ut illa tonsura perinde valeat, ac si data & concessa à suo fuisset episcopo: & hoc antequam alios sumat ordines, & antequam eidem conferatur beneficium, & hoc à papa non à pœnitentiariis, qui super hoc dispensare non possunt. c. j. in fi. de temp. ordinar. in vj. quia si initium debile sit, superadificari valide non potest, c. principatus. j. q. j. legi. ff. de excep. rei iud.

Dimissorias quis concedere possit.

Nunc videndum est, quia de dimissoriis agitur, à quo hæc litera dimissoria concedi valeat. Respō. ab episcopo originis, dummodò sit electus, & confirmatus, licet nō cōsecratus. c. cum nullos, de temp. or. in vj. vbi dicit etiam concedi ab episcopo domicilij & beneficij, & à vicario generali episcopi, ac capitulo sedē vocante, Perus. in c. fi. in fi. eo. tit. Inferiores ergo has literas concedere non possunt. d. c. cum nullus, nisi hoc facerent ex legitima consuetudine. gl. & Doct. ibi. & Aufr. in dec. ccccl.

Archiepiscopus dimissorias vel ordines quibus concedere possit.

Imò superior, scilicet Archiepiscopus iure Metropolitano subditis suffraganeorū tonsurā, vel ordines seu dimissorias cōcedere non potest: Per. & alij in d. c. nullus. † papa tamē iure suo has cōcedere Christianis omnibus potest. c. j. de temp. ord. lib. vj. ibi, nisi à nobis speciale licentiam habeat, quia est generalis episcopus totius mundi. c. fraternitatem, lxxj. dist. & c. c. in eta per mundum. ix. q. iij. in eo tamen quod cōtulit beneficium alicui, vel episcopatum, non reseruat sibi ordines, saltem de cōsuetudine Franciæ, quicquid dicant doct. in d. c. cum nullus.

Formula

Caput. x.

VIDEA MVS quæ debeāt litera dimissoria continere. Respō. Primò nomen concedentis, ut dixi in tonsura, & cognomen illius, cui conceduntur, & permissio, quæ sic solet conscribi.

IOANNES & c. Pe. & c. ut à quocunque Antistite rite, & canonicè promotò gratiam & cōmunionem sanctæ sedis Apost. obtin. quem propter hoc adire malueris, primam tonsuram accipere, & ad acoluthiarum cæterosque minores etiā subdiacona. diacona. & presbyt. sacros ord. statutis à iure temporibus valeas promoueri, eidem domino Antistiti conferendi, tibiq; ob eodē recipiēdi, extra tamē ciuitatem & diocesim nostras tenore præsentium concedimus, & impartimur facultatem. datum, & c.

PRIMO concedit episcopus, ut ab Antistite rite promotò, ergo si nō fuerit promotus secundū iura canonica, vel nullo modo, nō est episcopus: vnde nō potest ordines cōferre, nec alia facere, quæ ad episcopum pertinet, etiā cōsuetudine distante, quæ reprobatur in c. quāto, de cōsue.

Nominatus à rege dimissorias nō cōcedit nec ordines.

Vnde si fuerit quis à rege nominatus episcopus, & non fuerit ei à papa prouisum, non potest dici episcopus. c. quod sicut, de electi. Ideo literas dimissorias concedere non potest, nec alia quæ ad episcopum pertinent exercere: quod si fecerit intrusus est, vel si fructus recoperit, etiam ex nominantis permissione, quæ non potest iuri canonico derogare, iure priuatus, & inhabilis est. c. auaritia, de elect. li. vj. ideò non valebit postea prouisio papæ illi facta, nisi faciat mentionem, quod fructus in vim solius nominationis receperit, & alios actus fecerit, ut inferius abundantiùs dicitur: † Non tenebitur tamen ordinatus probare episcopum fuisse rite ordinatum: quia præsumitur, quod fuerit rite ordinatus, sed qui aliter legaret illum non fuisse rite ordinatum, hoc probare debet: quia is qui dicit, probat. l. ei qui. ff. de probat.

Nominatus à rege fructus recipiens est intrusus.

Dicit etiam sacros ordines, quia concedendo recipi minores, vel ordines tantum, non intelligeretur concedere de maioribus: c. j. de temp. ord. ideò oportet & sacros exprimere, ut in literis dimissoriis exprimitur est solitū, ibi, etiam subdiaconatus, & c. nam cui conceditur minus, nō cōceditur maius. per re. iu. ecōtrario: & quidā solent etiā inscribere promoueri valeas, sub ti. talis Eccl. ne postea et episcopus prouidere teneatur, c. episcopus, de preb. † Postea subiungitur in literis dimissoriis statutis temporibus, quia maiores ordines certis temporibus, & prestitutis con-

Sacri ordines in dimissoriis exprimiendi.

b iij

fieri debeat capitu. primo, de tempor. ordin. valet consuetudo in contrarium, c. ij. ibidem. Alia dicam inferius in literis de non promovendo: sunt tamen quidam adiicientes clausulam, *dummodo atate, & litera tura & sufficientis, aliasq; idoneus repertus fuerit*: & tunc promovens teneatur illum examinare, & aliàs de sufficientia inquirere. capitulo si episcopus, de præb. in vj. vbi Doct.

*Tonsura quo
libet tempo-
re conceditur*

Prima verò tonsura quolibet tempore, & die conferri potest, quia in 7
ea tempus non exposcitur. Hostien. in cap. penu. de temp. ord. & hoc ser-
uatur de consuetudine, teste Aegidio de Bellamera, in c. iij. q. iij. ibidem.

Item datur potestas episcopo alieno tonsuram, & ordines conferen- 8
di, quia illi est a iure sublata propter iniuriam, quam facit episcopo,
cuius subditum ordinat. c. j. & c. cum nullus, de tempor. ordin. lib. vj. &
per rationes superius adductas.

Datur etiam subdito facultas recipiendi, quia etiam à iure ei prohibi 9
tum erat recipere, & ista sunt correlatiua: quia postquam episcopus alie-
nus non potest dare: ergo non subditus non potest recipere: & quod in
vno correlatiuorum statuitur, & in reliquo locum habet. l. j. & ij. C. de
cupres. libr. xj. sufficit tamen dare licentiam recipiendi: nam eo ipso ra-
tione annexionis videtur & data facultas conferendi: tex. in c. ij. de tem-
por. ordi. lib. vj. vbi Perus. in iij. no.

Et sic ubicunque iura prohibent aliquid fieri in fauorem certæ per- 10
sonæ, de consensu illius personæ hoc fieri poterit, vt hîc: & sic tonsura
data ab alieno episcopo de voluntate sui episcopi valet, & sine volunta-
te & licentia non, per c. j. & per totum, de temp. ord. in vj.

*Dimissoria
tonsuram, &
ordines præ-
cedere debet
nec valebit
rati habitio.*

Ex quo patet, quòd dimissoria præcedere debent tonsuram, & ordi- 11
num collationem: idè non valet rati habitio episcopi, nec ipse hoc ra-
tum habere potest, sed tantum papa per literas *perinde valere* hoc ap-
probare potest: quia ratum quis habere non potest, quod suo nomine ge-
stum non est, per regulam, ratum, de regul. iur. libr. vj. & c. cum quis, de
senten. excom. eodem lib.

Quod probatur, quia per canones sine dimissoriis irrita est ordina- 12
tio. c. j. & cap. si quis, lxxj. dist. ergo postea rata haberi non potest: quod
enim in initio vitiosum est, nò potest cõualescere. l. quod in initio. ff. de
re. iur. quicquid dicat gl. in d. c. j. lxxj. di. & Probus in d. c. j. de tẽp. ord. lib.
vj. dicens prohibitionem non inueniri iure factam: tamen vides contra-
rium: & tex. in ca. j. ix. q. ij. dicit, nec ordinatio rata erit, nec vires vllas ha-
bebit: sic consuluit Petr. Paris. conf. cxxxvj. Stante defectu. col. j. vol. iij.

Ratio est, quia per hoc pax inter episcopos seruatur, tollitur discor- 13
dia, quæ nasceretur ex ordinatione alterius. c. illud, & ca. primatus, lxxj.
dist. & sic tonsura non prodest, tam ratione prohibitionis iuris, quam
etiam annullantis: etiam quia excommunicati & indigni se faciunt cõ-
muniter in aliena patria promoueri. c. primo, de temp. ordi. lib. vj. nempe
infames loca suæ nationis fugere consueuerunt: c. cum deputati, de
iudi. iuncta glof. c. duæ, xix. q. ij.

Nec

14 Nec obstat c. Salonitana, lxxij. distinct. quia ibi non probatur, quòd
per rati habitio nem episcopi confirmetur ordinatio: sed ibi episcopus re-
laxat ex corde iniuriam, quam ordinatus sibi fecerat. probatur ibi, *ego
autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem maximo, qui me sciente
ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me, vel responsalem meum
pretermittere præsumpsit, ita ex corde relaxaui, ac si me auctore fuerit or-
dinatus.*

15 Nec obest quòd iura loquuntur de episcopo ordinante clericum, se-
cus si laicum: quia ille, qui est clericus, est effectus spiritualis iurisdic-
tionis episcopi: laicus verò stat sub temporali iurisdictione, & nò habet epi-
scopum: vt dicit Guido papæ in decis. ccccxxxix. laicus, sed halluci-
natur: nam omnes laici in diocesi permanentes sunt sub iurisdictione
spirituali episcopi, & sic habent episcopum: si non haberent episcopum,
essent acephali. † Et à quo confirmarentur ac crisma reciperent, & alia
16 spiritualia: Imò episcopus ordinando laicum alterius diocesis plus de-
linquit, quam ordinando clericum: quia subtrahit eum, & à iurisdic-
tione temporali & spirituali, & à plebe eum vsurpat can. primatus lxxj. di.
sed ordinando clericum tantum à iurisdictione eum spirituali subtrahe-
re nititur, & sic non tantum est delictum: & maius est in fundamento
delictum, quam in aliis: quia vbi non stabit fundamentum, non poterit
superædificari, nec alij sumi ordines. l. legi. ff. de exception. rei iudica. c.
cum paulus. j. quæstion. j. & idem in vtroque casus scribit sic de Monte
Lauduno, in capitu. primo, de tempo. ordin. in vj. dum tex. ibi dicit, cleri-
cum idem est, ait, si de laico faceret clericum, infra, eod. cap. vlt. & idem
dicit de Monte Lauduno, in d. capitul. cum nullus, cum sit eadem & ma-
ior ratio in ordinante laicum: vt dixi superius, & hoc probat Peru. & alij
ibidem.

*Laicus non
habet episcopi
hoc falsum.*

17 Item in d. c. primatus, lxxj. dist. dicitur, quòd episcopus non debet lai-
cum vsurpare de plebe aliena, ergo loquitur etiam in laico, licet Doct.
contrarium asserant, etiam quia ius prohibet episcopo alienum ordina-
re, alienus est laicus, & sic prohibitus, & illa prohibitio actum nullum fa-
18 cit. l. non dubium. C. de legib. † tamen tempore suspensionis episcopi or-
dinantis poterit clericus ab alieno episcopo ordinari, secus in laico: c. ij.
vbi Perus. in ij. no. de tempo. ordi. libr. vj. pœna tamen nò habebit locum
in ordinante laicum, vt dicunt Doctores.

19 Ideo in vno casu clerici absque licentia proprii episcopi ordinari pos-
sunt ab alieno episcopo, si episcopus proprius fuerit suspensus, eo quòd
alios ordinauerit, alienus suos ordinare poterit. c. ij. de tem. or. lib. vj.
sed ipsi ordinati tenebuntur probare episcopi suspensionem per decla-
rationem Metropolitanis: alioqui non crederetur ordinato, per c. cum se-
cundum leges, de hære. lib. vj. Docto. in c. cum in iure, de offic. delegat.

*Clerici abs-
que dimisso
riis quando
ab alieno or-
dinari pos-
sunt episcopo.*

20 † Etiam in alio casu quando episcopus habebat à papa potestatem exer-
cendi pontificalia in qualibet diocesi, tunc ratione priuilegij valebit: sed
retineas priuilegij exemplum si sapias: aliàs non credetur tibi.

Et in hac materia sequentes casus sunt faciendi Primus est, quod collatio tonsuræ facta ab alieno episcopo non prodest, siue collata fuerit in diœcesi ordinari, siue extra, dum modò ab alieno episcopo sine consensu proprii episcopi, ut supra conclusum fuit.

Tonsuratus ab alieno episcopo non est idoneus ad beneficium.

Vnde hic promotus non erit habilis ad beneficia, sicut si nò haberet tonsuram: c. si de cleri. ex com. ministr. quia paria sunt nullam habere tonsuram, & habere inutilem: nam quoties vitiosè cautum est, pro non cauto habendum est, l. quoties, ff. qui satisda. cogan.

Ideo impetrans beneficium à Papa, & non exprimens se promotum ab alieno episcopo, nulliter impetrat, & subreptitia est illius impetratio. nam si papa sciisset istam tonsuram nullam, ei beneficium non cõtulisset, vel saltem non ita de leui: c. postulasti, in fi. de rescript. Oldrad. consi. ccxv. puncta, col. pen. nam hic suspensus est quoad se, teste Ioan. Andre. in c. quod translationem, de tempo. ordinan. & dom. Gemi. in c. eos illo tit. in vj. † Et suspensus quo ad se, est priuatus omni actu spirituali, tendente ad suspensi commodum: ut docet Anto. But. in d. c. si de cleri. ex com. ministr. ob id redditur inhabilis ad obrinèda beneficia: c. cum bonæ, de etate & qualita.

Secundus casus, ordinatus ab alieno episcopo de sui episcopi voluntate, ritè ordinatus censetur: c. j. & per totum, de tempo. ordinan. lib. vj. vide Paris. in consi. ccxv. an collatio, in iij. vol.

Quæ voluntas præsumitur in dubio propter ordinantis authoritatè: c. nisi, vbi Panor. not. j. de præb. & Oldrad. dic. con. ccxv. nu. 9. Gulic. de. Mò te laud. in c. ij. de tempo. ordi. lib. vj.

Causa dimissoria non assignatur.

Oportet tamen quòd promotus probet istam voluntatem per literas dimissorias patentes: c. j. ibi, per eius episcopi patentes, literas causam rationabilem continètes, quare ipsum nolit aut nequeat ordinare, eodem ritu. † Nota tamen quòd licet episcopus in literis dimissoriis teneatur assignare causam, quare non ordinavit illum, quem alieno episcopo dimittit, hodie tamen de consuetudine non vidi episcopos assignare vllam causam, quam consuetudinem puto valere.

Rata non potest ordinatio haberi.

Tertius casus est, ordinatio sine consensu episcopi facta rata postea haberi non potest ab episcopo, quia non est suo nomine facta, ca. cum quis, de senten. ex com. lib. vj. & non proderit ordinato rati habitio episcopi, siue expressa, siue tacita, sed in hoc papæ requiritur confirmatio, quicquid dicat Philip. & alij in ca. j. de tempo. ordinan. lib. vj. ideo literis perinde va'ere, vtendum erit.

Socius beneficii ordinari potest.

Quartus casus est, quòd sicut episcopus beneficii potest ordinare priorem suæ diœcesis, sic poterit ordinare ipsius socium, quandiu manet socius, & quòd iuris est de priore esset de socio, hoc expressè decidit Ioan. Andre. in regula, cui licet, col. v. vet. si. secundo inducitur, de reg. iu. lib. vj. in mercuria. nam priuilegium persone respicit familiam, auth. habita. vbi scripsi. C. ne filius pro patre, c. licet, de priuileg. lib. vj. scripsi in scolastic. priuileg.

Sic

31 Sic licet cum vno socio dicere horas, c. quod in te, de pœnit. & remissio. cle. fin. de celebra. missa. facit l. si communem. ff. quemadmodum seruitut.

32 amittant. † Istam opinionem vix probarem, si non haberet socius ille originem ibi, vel domicilium, vel non esset religiosus ibi: ut notat Perus. in

33 d. c. cum nullus, in vlt. no. † Alioqui quilibet posset sic facere ordinare aliquem, & postea dicere esse suum socium, & sic auferretur potestas alterius episcopi, quod non est permittendum.

34 Quintus casus est, quòd postquam dimissoriæ literæ fieri debent, ergo probatio debet fieri per scripturam, d. c. j. & ij. de tempor. ord. lt. vj. & c. extraneo, lxxj. dist. gl. in c. j. de censib. lib. vj. Alex. consi. cxvij. videretur, ia si. in vij. vol. Feli. in c. super his, col. ix. nu. 12. de accus. & in summa, lxxj. dist. & per totum.

Voluntas episcopi probari literis debet quoad dimissionem iofura, & ordinum.

35 Sextus casus probatio voluntatis, seu licentiæ, quoad episcopum conferentem tonsuram in aliena diœcesi probari debet per literas, testes, vel alio legitimo modo: quia illa potestas non potest sibi concedi, nisi de voluntate alterius episcopi: ergo illius voluntas probari debet per ordinatum. Chassa. in consi. xx. nu. 9. & seq. nam qui hoc dicit, probare debet. l.

36 ei qui, ff. de probat. † quod probatur, si in literis episcopi conferentis ordines inscripta fuerit licentia episcopi, in cuius diœcesi celebrant ordines: vel si episcopus, qui confert ordines, dixerit se hoc de licentia & mandato episcopi fecisse: quia non est verisimile, quòd hoc fecisset, si episcopus illius diœcesis non dedisset licentiam: & quia tunc potuit hæc licentia in actu ordinum interuenisse. Card. in c. constitutus, de testi. Feli. in. c. sicut, col. xij. de re iudic. nu. 27.

37 Maximè hæc probatur licentia episcopi, si sigillo episcopi, in cuius diœcesi ordines collati sunt, sigillatè fuerint literæ tonsuræ, & aliæ, quia sigillum probat voluntatem. c. post cessionem, de probatio. & is qui diceret cõtrarium, haberet probare furatum esse sigillum, vel adulterinũ, quod facile probari non posset: c. tertio loco, de probat.

38 Et sic promotus in aliena diœcesi, oportet quòd habeat literas dimissorias: promotus verò in sua diœcesi ab alieno episcopo, oportet quòd probet episcopum alienum habuisse voluntatem sui episcopi, ad conferendum primam tonsuram, & alios ordines, quod potest probari, ut superius dixi, & aliis literis quæstionis, ac aliis legitimis modis.

39 Literæ dimissoriæ cõcessæ an morte concedentis extinguantur, quòd non videbatur: quia gratia perpetua esse debet. l. falso. C. de diuers. rescr. & hæc videtur gratia, etiam quia capitulum sede vacante concedit: ca. cum nullus, de tempo. ordin. lib. vj.

Literæ dimissoriae an morte concedentis extinguantur.

40 Contrarium videtur, quia mandatum seu voluntas alicuius morte mandantis finitur. l. mandatum. C. manda. ca. si gratiosè, de rescript. lib. vj. ista est voluntas concedentis, ergo est morte ipsius concedentis extincta, & sic post mortem concedentis non dicitur quis voluntatem habere episcopi, quia morte finita est: nam mors omnia soluit. § deinceps, in auth. de nupt. colla. iij.

Quod est verum, si non fuerit promotus: sed si fuerit promotus ad tō 41
 furam, & minores ordines cum illius episcopi voluntate, licet postea mo-
 riarur episcopus, poterit etiam ad alios promoueri ordines, si nesciuerit
 eundem esse mortuum: alioqui nouam voluntatem, & dimissorias cau- 42
 tius est habere quoad alios ordines: nam quoad suscipiēdos finita est pri-
 ma voluntas: cum ista diuidi possint, & quia inferretur iniuria nouo epi-
 copo, si hoc fieret sine voluntate eius, per d. c. cum nullus, & cap. vlti. de
 tempo. ord. lib. vj. & posset capitulum ex gratia omnibus concedere etiā
 inhabilibus, quod esset graue episcopo hos inuites postea permit-
 tere in suo episcopatu celebrare. † Tamen statuta facta a legato durant 43
 post mortem legati, vel post eius discessum. c. si. de offi. lega. Sic potest di-
 ci in concessis à capitulo sede vacante, & hoc docet expressè Ioan. Imol.
 in c. ij. in si. ne sede vacan. vnde tenendum est, quod gratia ista per mortē
 episcopi non expiret, quando ab eo est iure concessa: nec etiam si concessa
 sit à capitulo expirabit finita capituli potestate: quia gesta à capitulo
 valida sunt: & durant si rectè gesta sunt. c. his quæ de maior. & d. c. vno,
 illo titu. lib. vj. Ancha. in c. primo, in si. ne sede vacan. Federic. de Senis cō
 sil. xvj. capitulum.

*Gratia an
 per mortem
 episcopi ex-
 pirit.*

Poterit tamen episcopus reuocare ea, quæ nondum sortita sunt effe- 44
 ctum arg. c. si qua de rebus. xij. q. ij. Pano. in d. c. cum olim. vers. vij. de ma-
 ior. quod si nō reuocauerit, potestas data remanebit, q̄ est valde notādū.

Sunt tamen quædam commendatitiæ literæ, quæ dantur presbytero 45
 peregrinari volenti, vt ei liceat in aliena diœcesi celebrare, aliàs non po-
 terit, c. extraneo. & c. seq. lxxj. distinctio. c. j. de cleric. peregrin. scripsi in l.
 dimissoria. ff. de verbo. signifi. & formam vide lxxij. dist. capit. primo &
 sequent.

Cap. xj.

Quod modis beneficia acquirantur.

*Iuste & in-
 iuste benefi-
 cia acquirā-
 tur.*

IS P R A E M I S S I S ad notandum est, Quod modis be- 1
 neficia acquirere possimus: Respon. duobus modis, iuste &
 iniuste. Iuste per titulum habilem & canonicum, de quo lo-
 quitur regul. j. de regu. iur. lib. vj. vbi beneficium ecclesia-
 sticum sine canonica institutione obtineri non potest: ergo cum canoni-
 ca institutione iuste obtinetur. Iniuste sine canonica institutione, & titu-
 lo legitimo. Institutionem verò hic accipimus pro quacunque prouisio-
 ne, vt declarat Panor. & alij in c. autoritate. ac in rubr. de inst. post Din.
 & alios in d. regul. prima.

Igitur quicumque non habet canonicam prouisionem, iniuste acqui- 2
 rit. videlicet si per simoniam forte usurparit, vt per totum titu. de
 simon. de qua multa scripsi in titu. de election. derogat. in verb. simo-
 niacis, in Concordia. & in addit. ad tract. de simo. Ioan. Naucleri, quem
 modum sciunt trapesitæ simoniacæ hæresis: vt docet text. in cap. j. xxij.
 distinct.

3 distinct. † vt si permutauit beneficium cum bonis, vel officiis tempora-
 libus simonia est: ca. fin. de rerum permuta. Resignans quippe beneficiū
 si atri vxoris, vt ille bonis patris renunciaret in fauorem resignantis be- 4
 neficium, vel vt maiorem consequeretur dotem, committit simoniam.
 doct. in ca. nobis, & per totum, de simon. licet frequenter fiat à malis, &
 perditis hominibus, sed vxor sic capta parum vivet, vel is quisic eā duxit:
 & filij sic progeniti quandoque patris iniquitatem, cum Deus hoc volue-
 rit, portabunt.

*Resignans
 beneficiū fra-
 tri vxoris,
 quando simo-
 niā committat*

4 Et sic tribus potissimum modis hæc simonia contrahitur, primo à ma-
 nu, vt si pecunia detur: vt superius dixi, quando aliquid datur, vel susci-
 pitur, & dantem & accipientem pariter damnatio Simonis inuoluit. ca.
 quos constituerit. & c. placuit, j. q. j. & per totum tit. de simo. nam bene-
 ficia ecclesiastica sunt Dei dona, quia à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo
 donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, ideo gratis dari debent, ca.
 Saluator. & c. res ecclesie. j. q. iij. & simonia committitur, etiam si ali-
 quod temporale remittatur: vt in c. veniens. j. de testib.


*Simonia tri-
 bus modis co-
 mmittitur.*

5 Secundo à munere, munus enim ab obsequio est seruitus indebitè im-
 pensa: vt si quis seruiat episcopo sine stipendis, vt ei pro seruitio confe-
 rat beneficium, vel stipendia, quæ eidem famulo debebantur ab episco-
 po, ipse remittit, vt episcopus eidem provideat, simonia est, capit. sunt
 nonnulli, j. questio. j. & hoc etiam est frequentissimum, quod viuinam es-
 set ignorum, & procul exularet ab episcopis: † non dico tamē quin epi-
 scopus possit suo famulo conferre beneficiū, si sit idoneus moribus, & ta-
 te & scientia, vt dicitur in c. cum in cunctis. de election. dum modò hoc
 non fiat habita solūm ratione seruitij, stipendorum, sed meritorum: at
 pauci illorum famuli beneficia sic obtinerent hodie: sed quidam præla-
 ti ignari ignaros promouent, ac illis beneficia conferunt, doctos verò re-
 linquunt.

*Seruiens epi-
 scopo vt be-
 neficium ab
 eo obtineat,
 simoniacus
 est.*

7 Tertio munus à lingua dicitur fauor indebitè impensus: vt si quis ro-
 get episcopum, vt conferat beneficium non digno ob consanguinita-
 tem, seu seruitium, vel quia ei notus est, simonia est: secus si quis roget
 pro digno, & tunc is rogans mereretur: d. capi. sunt nonnulli. & c. tuam.
 de etate & qualita. scripsi in verbo simoniacis, in titu. de election. déro-
 ga. in concord. † Simoniam etiam committit, qui solō sanguinis ardore
 motus confert beneficium consanguineo, vt nunc ferè omnes prælati,
 c. vno. §. omnibus. & ibi glos. in verbo carnalitate: vt ecclesiasti. benefi-
 quod est verum, si habita tantūm ratione sanguinis conferat, secus si il-
 le mereatur, sicut extraneus: & tunc laudandus est conferens. c. nō satis,
 lxxxvj. distinc. gl. in ca. j. de cohabita. cleric. & mulier. etiam scribit Gra-
 tianus in cap. sunt quidam, j. q. j. his verbis: Sunt quidam qui vel violētia,
 vel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari, hoc etiam de
 creuimus vt sacrilegos iudicandos: illæ itaque preces reiiciendæ sunt,
 quas vel ipse, qui promoueri cupit, vel amici eius fundunt, non spiritua-
 li sed carnali affectu, & quas nō charitas interueniēs, sed ambitio suppli-

*Rogans pre-
 indigno vt
 beneficium
 obtineat, si-
 moniam co-
 mmittit.*



cans extorquet, c. filium, in fi. prima q. j. nec sunt nostri omnes praelati ab hoc sacrilegij crimine exempti, qui ad preces mulierum, vel hereticorum seu aliorum beneficia ignaris sine examine conferunt: vel illi nesciunt nunc quid faciunt.

Simoniacus quomodo debeat sibi providere.

Quarto simoniacus si velit anime sue providere, debet relinquere beneficium, vel illud a Papa impetrare, narrando simoniam, & quod detur ei perinde valere: & committi debet absolutio a labe simoniæ, & excommunicationis, & irregularitatis incurfæ. & deinde poni debet in literis. Nos enim si absolutionem & dispensationem huiusmodi per te fieri contigerit (vt præfertur) volumus, & eidem N. Apostolica autoritate concedimus, &c. vt in aliis perinde valeat, ac si ab excessu excommunicationis absolutus, ac cum ea super irregularitate prædicta dispensatum fatum exitisset, &c.

Acquirens beneficium ad preces hereticorum est eo priuatus.

Quinto iniuste acquiritur beneficium, si precibus hereticorum fuerit collatum, c. ij. §. ad hæc, de hæret. lib. vj. vbi sic scribitur, Ad hæc quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quecunque alia beneficia ecclesiastica sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes quod tales & habitis careant perpetuo, & si receperint illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Deuolutarii auferunt beneficia.

Sexto iniuste acquiritur, quando per vim, vel alias per iniuriam auferitur beneficium ab eo, qui iuste fuit prouisus: vt in c. primo, & per totum, de restit. spolia. videmus sæpius hos diabolicos deuolutarios iudices habentes propitios, quos pecuniis corrupunt, interdum ob id pauperes priuari opimis beneficiis: sed istorum relinquamus insaniam, & Deum, vt respiciant, oremus.

Patres filijs emunt beneficia.

Sunt & multi parentes, qui emunt suis filiis, vel consanguineis beneficia, & eis per fas & nefas acquirunt, & patres & filij in inferno quandoque cruciabuntur, & istorum stultorum infinitus est numerus: vt scribit Ecclesiastes capitulo primo in fin. sed vti iam intelligerent, & nouissima præviderent, & illud dictum præ oculis haberent, quid prodest homini, &c.

Vicarij episcoporum sunt simoniaci.

Et ferè hodie isti vicarij sunt simoniaci, & episcopos suos simoniacos faciunt, quia licet a iure sit prohibitum, ne episcopi recipiant aliquid pro beneficiorum collationibus, c. non satis. & cap. j. de simo. fuit tamen decreto senatus permiffum, vt aureum tantum, & non plus reciperent: vt dico in §. quia verò, de public. concubina. in concord. sed isti vicarij non solum recipiunt aureum, verum illorum famuli pro qualibet prouisione, & isti vicarij quot aureos possunt, & oblatos recipiunt, vnde & suos & seipfos damnant: illi verò qui sic coacti donant, non videntur simoniaci: quia non possunt resistere, dummodò voluntariè non dent, quod non presumitur. Panor. & alij in c. cum in ecclesiæ, de simon. ideò impetrari deberent beneficia istorum vicariorum, & hanc simoniam probare, quam episcopi ratam non haberent, vt arbitror: & iudices ex-

Dans pro collatione an sit simoniacus.

Atè

Atè ista deberent seruari, & non essent tot simoniaci, sed fortè Clodius accusat mæchos, &c.

14 Sunt & alij plurimi iniuste acquirendi modi, quos multi bene norunt, in perniciosam tamen suarum animarum, ideò eos rejicio: sed iustos modos abundè tractabo, ne inducam aliquem in damnationem, cum ætas nostra plus satis sit ad malum prona. c. omnis ætas. xij. qua st. j.

15 Istos enim iniustos modos ignari etiam sciunt, & exercent, & tot beneficia sibi & suis quærunt, vt omnes famuli eorum, etiam stabularij, sint beneficijs onerati, & ipsi abbatibus & episcopatibus, & hoc vnde, ex simonia matre ambitiosorum & imperitorum, quia omnis ignarus, malus, vt Menander Græcus ait.

16 Non dicitur etiam canonicè institutus, qui beneficium habet ex transactione, quæ non comprehenditur in canonica institutione, per text. in cap. si quando, de offic. deleg. vnde si quis cum aduersario transigerat, debet nouam petere prouisionem, alioqui eidem quò ad titulum non proderit.

Transactio non est canonicus iustus.

17 Dicamus nunc iuste & canonicè quot modis beneficia nobis acquirantur: & certum est quatuor potissimum modis, sub quibus alij continentur, videlicet per electionem, præsentationem & institutionem, collationem, & Papæ prouisionem, & de his omnibus inferius est tractandum.

18 Itaque cum ex vero & iusto titulo quis beneficium acquirit, canonicè obtinere dicitur, c. j. de reg. iur. lib. vj.

Canonica institutio quæ dicatur.

Cap. xij.



CANONICA igitur institutio, seu collatio dicitur, quæ est facta secundum canones, & a iure canonico probata, teste Ioan. Andre. in ca. non potest, in prin. de præb. lib. vj. c. j. de cõcessio. præb. ibidem. per text. in c. causam. in fin. de rescript. vbi canonicè fieri id dicitur, quòd iure fit, & secundum ius canonicum, ca. cum olim, de dolo, c. gratis, de cens. lib. c. vno, de ætate & qualita. lib. vj. & canonica electio quæ iure facta est: cap. primo, de elect.

1 Canonicè institutus is dicitur, qui iure prouisus est: c. extirpanda. §. qui verò, de præbend.

2 Canonicè etiam dicitur quis aliquid obtinere, quando habuit ab eo, qui iure poterat conferre: c. si gratis, de rescript. lib. vj. & c. statutum, de præben. ibidem.

3 Solet itaque hoc verbum canonicè, referri ad potestatem conferentis, non habilitatem recipientis, teste Specula. in rub. de lapsis & dispensa. §. dicendum. vers. nunquid nos. & c. seq.

Canonicè verbū & ad cõf. veniē & ad recipiē r. ferunt.

4 Ego tamen dicerem, quòd non dicitur canonicè obtinere is, qui non est habilis, ideò ad vtrunque verbum canonicè referendum esse, per c. su per inordinata. de præb. c. causam, de elec. & c. super eo. ibid. quia inha-

c ij

bilis non tenet secundum ius: ergo hoc non dicitur canonicū, nec canonicè obtinere, quia non est valida collatio, igitur non canonica: ¶ unde inolevit practica curiæ Romanæ, per quam si quis dicat se canonicè duo obtinere beneficia, & ea ex dispensatione teneat, hoc non prodest: quia verbum canonicè, est minus latum, ob id oportet exprimere, quòd ea ex dispensatione teneat: & ob hoc multas reiectas dispensationes vidi, quia propriè in iure cononico illud canonicum dicitur, quod est à iure canonico comprobatum, & roboratum, c. postulasti, de cleri. excom. mi. sicut legitimum dicitur, quod lege confirmatur, & approbatur: l. legitima, de pact. ff. scripti in l. lege obuenire. ff. de verb. signi.

Canonica collatio quæ & electio.

Et idèd canonica collatio dicitur, quando interuenit potestas & iuris solennitas. c. j. lxiiij. distin. & sic regulariter sumi concludit Gemi. consil. lxxxviiij. Innocentius, col. iij. & cons. cxxxj. sacrosancta: quamuis canonicum (vt propriè loquar) dicatur regulare, tamen in iure pontificio accipitur prout scripsi.

Et licet glos. & Doct. in c. quod sicut de electio. & in d. c. j. de reg. iur. li. vj. dicant illam prouisionem canonicam, licet deficiant iuris solennitates, dum tamen substantialia adsint, vt pote si in electione seruata sit forma, c. quia propter, de electio. sed aliquis ex eligentibus non est vocatus, sed contentus tamen mea sententia non potest dici tunc canonica institutio, quia non est facta secundum canones, & secundum iuris dispositionem: nam si contemptus prosequatur, irrita fiet electio, vt ibi: ergo non est canonica, cū à iure canonico improbata sit: in conscientia dixi posse sustineri, sed non hoc iure: in interpreta. c. postulastis, in gl. j. de cleric. excom. ministran.

Nec etiam canonica dici potest, quando non seruatur forma substantialis iuris positui, licet ad sit consensus, qui est de iure naturali, qui inter electum & eligentem interuenit: vt no. in c. auditis, de electio. quicquid dicant Doct. quod largè dicatur, sed non video quòd propriè dici possit canonica: prout legimus in iure canonico, nisi in conscientia, vt declarauit in d. c. postulastis.

De electione.

Caput. xiiij.

Electio quid & quomplex.



SINGVLOS itaque nunc acquirendi beneficia modos percramus. Primus est modus electionionis: Electio enim est ad prælaturas, vel ad beneficia vacantia ab his, ad quos pertinet, ritè facta optio: vt scripsi in §. præsati que ordinarij colla. in concord. c. j. de electio.

Per electionem prouidetur ecclesiæ cathedrali, vel collegiatæ, seu conuenuali: & tunc electio à collegio vel congregatione fit. c. j. & per totum, de election. & iustè acquiritur beneficium electo, quando electio facta est de habili, & secundum iuris formam, c. cum nostris, de concessio. prab. c. quia propter, de electio. & per totum tit. & de hac electione his verbis loquitur Pet. de Viasio in suo directorio electio. in prin. principum

cipium abusu, quorum est minus ecclesias contritas restaurare: ca. boni principis. xcvi. dist. & ibi Archidia. & Gemin. hodie ecclesia opprimuntur & destruantur, ac penitus pereunt, pro eo quòd impediunt sanctissimas electiones, eligentes diuersimodè ad indignos assumendos compellunt: & c. multa scripsi in tit. de electio. diroga. in concord. Franciæ.

3 Et ista dicitur propriè electio, quæ exigit confirmationem, vt in clem. quia contingit. de religiof. domi. §. monasteriis, de nomina. reg. in concord. da. vbi abunde scripsi.

4 Altera est electio, quæ non exigit confirmationem, sed canonici, vel alij eligendo confertur, & hæc vim collationis habet potius quàm electionis, gloss. in regula cancella. xxxiiij. & in Prag. sanctio rubr. de elect. §. sed quod per electiones, & electio fieri potest sub triplici forma, vt in capit. quia propter, de electioni.

Postulatio ad in ssu su sium præbet titulum.

5 Et sub electione comprehendimus postulationem, vt in rub. de postula. præla. que si admissa fuerit à superiore, iustum præbet titulum, c. j. & per totum ibidem. & iustè quis acquirit per illum titulum, vt scripsi in §. j. de nomin. regia. in verb. postulationem. vbi videbis differentiam inter postulationem & electionem: & de his multum scriberem volumen, sed extra oleas, cum in hoc regno (proh dolor) non habeant locum, & quia super ista materia sunt plures, ad quos poterit quisque recurrere.

De presentatione et institutione.

Caput xiiij.

PRÆSENTATIO à fundatore fieri solet episcopo, vel alteri collatori, et episcopus instituit præsentatū à patrono: vt patet in rub. et per totum titul. de instit. et ca. quod autem, de iure patro. nam si laicus fundet ecclesiam, dotet, aut construat, ex gratia acquirit sibi ius præsentandi, et alia iura, quod ius patronatus vocatur: ca. iij. de iure patro. dico ex gratia, quia de rigore iuris non potest laicus ecclesiastica tractare negotia. c. ij. de iudic.

Ius patronatus est referuatum.

2 Sed ne ipsi à foundationibus retraherentur ecclesiarū, sed ad eas potius allicerentur construendas, ius patronatus summi pontifices eis in solatium, et compensationem referuarunt, eisq; illud iure confirmarunt: cap. decernimus. xvj. q. vij. et per totum titu. de iure patro.

3 Præsentatio quid sit, definit Panor. in cap. ea noscitur, de his quæ fiunt a præla. dixi esse quandam personæ per patronum episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet, legitime factam exhibitionem. in §. præfati que ordinarij. de colla. in concord. Franciæ, in verbo, præsentationem.

Præsentatio quid & quomplex.

Patronus ecclesiasticus & laicus quis & quomodo differant.

4 Notandum est quòd præsentatio duplex est, quædam fit à patrono ecclesiastico, et hinc sex habet menses ad præsentandum, à die notitiæ vacationis computandos. c. vni. de iure patr. libr. vj. Do. de rota decisi. dlxvj. et deccxlvi. in anti. q. et decision. vij. sub titu. de præben. gloss. in §. visum in verbo, præsentandum: de colla. in pragma. scripsi in §. j. de nomin. regia. in verbo, sex menses, in concord.

Et dicitur patronus ecclesiasticus is, qui illud ius habet ratione eccle-
fia, seu beneficij, quod possidet. ca. dilectus. de off. leg. c. cum dilectus. de
iure patron. + unde ius patronatus. c. oparens. ad ius, seu operariis eccle-
siarum laicis, dicitur ecclesiasticum quia ratione ecclesie eis competit,
etiam si ipsi laici sint.

Patronus vero laicus dicitur, qui ius patronatus habet ratione sui pa-
trimoniij, ecclesiasticus vero ratione sue ecclesie. glo. & Doct. in cle. vl.
de iure patro. Rochus Curtius in suo tracta. de iure patro.

Et is patronus laicus quatuor tantum menses habet ad presentandum
dict. ca. vno. sed variare potest semel tantum. c. quod autem, de iure patro.
sed hoc cumulatiue, non autem ut a primo recedere omnino possit. cap.
autem. vbi Panor. ibid.

Ex quo infertur, quod si intra hoc tempus patronis prestitutum ipsi
presentauerit, tenebitur episcopus presentatum a patrono, siue clerico,
siue laico, si idoneus sit, admittere: alioqui institutio ad proximum supe-
riorem deuoluetur. glo. in cle. vna, de supplend. neglig. praela. c. nullus.
de iure patro. & interdum fit presentatio Archidiacono, vel alteri digni-
tati, & ipse postmodum episcopo representat. c. post electionem. de con-
ces. preb. & hoc solet in diocesi Carnote. seruari, & in aliis quibusdam.

*Episcopus
presentatus
ne examina-
tione recipere
non debet.*

Sed non debet episcopus recipere presentatum ab vno, seu altero an-
te examinationem. c. quod autem. & c. significasti. vbi Doct. de iure patro.
alioqui damnationem sibi incurrit, & tenetur ecclesie lesa damnum sar-
cire instar magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit. l. j.
per totum, de magistr. conuenien. expresse hoc docet Anchara. & Card.
in clemen. j. vol. vlt. de etate & quali. Ang. de Clauasio, in ver. restitutio. &
plene scripsi in interpre. ca. postulasti. in iij. no. de cleri. excom. mi. + sed
quidam ex nostris carnales episcopi presentatos sine examine recipiunt,
maxime cum a mulieribus presentantur, & ad mulierum preces omnes
passim recipiunt: sed vel illis cum rationem reddent.

Si vero episcopus instituit a patrono presentatum, acquiritur presen-
tato beneficium iuste. c. j. & per totum, de insti. Super hoc possem hic mul-
ta prescribere, que iustum volumen complerent, sed sunt tres, qui edide-
runt super hac materia tractatus, ideo ad illos vos reicio. primus est Ro-
chus Curtius, secundus Pau. de Citat. tertius Casar Lambertinus. Illos si
non graueris, per lege, & materiam istam amplam habebis: ego dicam
in explanatione primae signaturae clausulas, quibus curia Rom. vtitur in
hoc iure patronatus.

De collatione.

Caput xv.

*Collatio vo-
luntaria &
necessaria.*



TERTIO acquiruntur beneficia per collationem, quae du-
plex est, aut necessaria, aut voluntaria: necessaria est, quam
collator facere tenetur, veluti mandatario, ut in capit. tibi,
& ca. duobus. de res. li. vj. c. si capitulo. & seq. de coecef. preb.
eodem

cod. lib. & s. j. de mand. Apo. in Concor. Item collator nominato confer-
re tenetur. §. praefati que graduati. §. statuimus, primu de colla. in Cōcor.
plene scripsi in tract. nominat. & inferius dicam. Item institutio ad patro-
ni presentationem necessaria dicitur, in c. j. de insti. lib. vj. per Panor. &
alios in c. ij. in fi. ne sede vacante.

2. Voluntaria collatio est, quae ex voluntate, & liberè fit: & haec regulari-
ter solet fieri, nisi a nobilibus & potentibus, vel a mulieribus cogantur
collatores: quod multoties in Francia fieri solet.

3. Et haec collatio quandoque fit a Cardinalibus ratione suae legationis,
vel episcopatus: ut in c. j. de off. lega. lib. vj. & nuncijs sedis Apostolicae
habens potestatem legati de latere, beneficia conferre poterit, ut ibi tra-
dunt Doct. & De. consi. c. xxvij. licet & Paris. cōf. xvij. de bon. in iij. volu.

*Collatio a
quibus in re
fieri possit.*

4. Quandoque a patriarchis, c. ij. & c. quia, de concessio. preb.

5. Aliquando ab episcopis, c. ij. & c. ex parte, & c. constitutus, de coecef. preb.
c. ordinarij, de off. ordinarij. lib. vj. c. omnes basilicæ, xvj. q. vij.

6. Nonnunquam ab abbatibus, vel prioribus, c. fi. de insti. cle. vna, de sup-
plen. neglig. praelat.

7. Item sepius fit a capitulo, c. proposuit, de concessio. preb. c. eam te, de
rescript. c. si capitulo, de concess. preb. lib. vj. & quandoque ab episcopo
& capitulo simul, c. postulasti, de concess. preb. aliquando alternatiue, c.
cum in illis, de preb. lib. vj.

8. Interdum etiam a singulis dignitatibus vel canonicis, c. fina. de preb.
lib. vj.

9. Interdum etiam fit a laicis ex priuilegio, etiam non patronis, ut Rex
Franciae ex priuilegio confert Andegauen. Decanatum, in c. dilectus, iij.
de preb. & alia multa beneficia iure regali. c. generali, de electi. lib. vj. gl.
in c. Imperium, x. dist.

10. Et traditio pilei, vel calami in collatione operatur, quod ille, cui colla-
tio facta est, poterit ingredi beneficiu propria autoritate: quia per hoc
datur licentia & facultas ingrediendi. l. si ex stipulatione, ff. de acquiren-
possef. c. ij. vbi Doct. de consue. Ludo. Roma. singu. c. xxxvj. consuetudo.

*Traditio pilei
vel calami
in collatione
quid operetur.*

11. + seruatur tamen ut prouisus mittatur in possessionem per aliquem, &
hoc est vsitatum.

12. Nonnunquam isti collatores conferunt per se, aliquando per alios,
ut potè per vicarios, & siue per se, siue per vicarios conferant, ius acqui-
runt per collatoris ordinarij collationem, dummodò sequentia inter-
ueniant.

Requisita ad collationem bonam, & vo-
lentibus habere beneficium.

Caput xvj.

PRIMO Ex persona collatoris, seu eius vicarij requiritur,
quod Collator sit habilis, non excommunicatus. cap. postu-
lastis, de cle. excom. mi. vbi abundè scripsi, quod qui non potest
habilis con-
ferens esse de-
bet.

c. iij

conferre per se, nec per alium facit. cle. religiosus, de proc.

Purè & liberè conferri beneficiū debet.

Item quòd purè conferat, id est, sine pacto, conditione & modo: alio qui si conferat alicui, vt compenset talem: vel si quæ alia conditio interuenit, collatio simoniaca est, vt nulla, c. quàm pio, prima quæstio. ij. c. cum pridem, & c. fi. de pact. ca. ij. de elect. lib. vj. & hodie pauci sunt collatores à labe simoniæ exempti, beneficia nulli conferentes sine contractu innominato.

Canonicè tamen poterit episcopus conferre beneficium alicui sub conditione, si aliud quod obtinet, resignet: vt docet Host. in c. ad audientiam, de rescript. Collecta, in capit. significasti, de electio. refert Ioan. Francisc. in tract. de offic. & potesta. capit. sede vacan. quæst. j. partis. ij. col. iij.

Adhuc liberè, id est, sine aliqua coactione conferri beneficium debet: alioqui metu facta collatio est nulla, c. ij. de his, quæ vi metusve caus. fiut. Nam quæ metu gesta sunt, rata nõ habet pretor, l. j. ff. quod metus caus.

Idem si per vim, vt ibi, & c. ad aures, & c. pe. ibidem. nec dicitur liberè conferre, qui sola affectione ductus, absque causa, & immeritò confert, vt in Euangelio. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus, vt det illis cibum in tempore.*

Item sine aliqua diminutione conferendum est beneficium: vt in c. vno, de eccles. benefi. vnde non potest episcopus conferre beneficium vni & sibi, vel nepoti, seu famulo suo reseruare pensionem, quia diminueretur beneficium, quod fieri non potest ab episcopo, vt ibi, & c. extirpanda, in fi. de præben. nec potest iura dignitati competentia, conferendo, illa sibi reseruare, c. cum venissent, de instit. Cald. in verb. conferens dignitatem.

Ita nec potest episcopus conferre cuidam beneficium, & retinere sibi fructus: quòd si hoc faciat ex pacto, vel conuentione, simoniam committit, d. c. vno, in fi. facit c. si quis præbendas, j. q. iij.

Quod tamen limitatur. Primò, cum illos fructus reciperet ex constitutione, vel statuto, seu indulgentia papæ: dicto c. vno, ibi, si constituat, Et ibidem dubitant Doct. an hoc episcopus possit constituere, vbi dendum est posse quatuor interuenientibus. primò quòd hoc constituat de consensu Capituli, glo. ibidem approbata, & c. j. & per totum, de his quæ fiunt à præla.

Fructus retinere quòd potest episcopus in collatione.

Secundò requiritur, quòd hoc sit statutum ante beneficij collatione, ibi, vtrum ante donationem constituat: quia post collationem sine consensu beneficiarij non posset eidem nocere, nec ius suum auferre. regul. id quod nostrum, ff. de reg. jur.

Tertiò requiritur, quòd hoc sit constitutum ad tempus, vt in c. penultimo, de verborum significatione, cap. si propter: de rescriptis, in sexto, ibi, ad tempus, & in dicto capitul. vno, secus si perpetuò. clementina vltima, de rebus ecclesiæ non alienandis: Panormitanus in dicto capitul. vno.

Quartò

11 Quartò requiritur quòd Episcopus hoc statuat ex iusta causa, & necessaria, d. c. vno, nec sufficeret iuxta causam, nisi necessaria adesset: quia d. c. vnum, loquitur copulatiuè, ad veritatem cuius oportet vtrunque interuenire, ca. ij. & iij. de rescript. l. si hæredi. ff. de condit. insti. & sic. Episcopus non potest retinere sibi fructus omnes beneficiorum, quæ confert, nec partem: quia negatiua torum negat, l. si quis ita stipulatus, vbi Ias. ff. de verb. obligationib.

12 Palàm etiam facere collationem debet, id est, præsentibus testibus si de dignis, non domesticis, alioqui illi collationi non creditur, ca. post electionem, de probatio. scripsi in rub. de collatio. in concordat. vbi allegauit Curia Parisien. Arrestum vtilissimum.

Palàm confertur beneficium.

13 Notandum est, quòd hæc beneficia perpetuò conferri debent, vt quis perpetuò, ea, & non ad tempus habeat, c. præcepta, lv. distinct. & c. satis peruersam, l. l. vj. distinct. nam sicut matrimonium ad tempus non contrahitur (est enim viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens. §. j. de patr. potesta. in institu) sic nec speciale matrimonium, quod dicitur, in c. inter, de translat. episcopi quia actus legitimi non recipiunt diem nec conditionem, regula actus, & glo. in c. ij. de elect. lib. vj.

Casus in quibus beneficium ad tempus conferri potest.

14 Quod non procedit in papa, qui ad tempus conferre potest, c. si gratio se, de rescript. li. vj. & gl. in c. vnic. de capel. monachor. ibidem, & in c. pastoralis, vj. q. j. & in c. veniens, de filiis presbyter. licet hoc non sit solitus facere, vt vix reciperetur in Francia.

15 Secundus casus est in beneficiis ad nutum, c. cum ad monasterium, de statu monacho. cle. vnic. de supplen. neglig. præla. Feli. in ca. fina. col. ij. de iud. & hoc vidi seruari in ecclesia sancti Sulpitij apud Bituriges, in qua eligebatur abbas triennalis. Ioan. de Selua in tract. de bene. in iij. parte, quæst. xxj. scripsi multa in tract. de pacifi. possess. in sexta limit. nu. 272. cum sequent.

16 Tertius est in commenda, quæ fit ab ordinario ad sex menses de ecclesia parrochiali, ca. nemo deinceps, de elect. in vj. alia ergo beneficia poterit Episcopus ad tempus, vel in perpetuum commendare, c. si constituterit, de accusat. Domi. & Philipp. Franc. in d. c. nemo. Sed hodie nullus extra papam solet beneficia commendare: saltem non vidi per inferiores à papa, vel legato has commendas fieri ad vitam: quia ignari Episcopi iuris beneficio non sunt vti: vt dicit text. in simili in clement. vna, de rerum permutat.

Quartus in coadiutore præfecto durante morbo: nam cessante illo cessabit coadiutoris officium, c. j. & c. fi. de cleric. egrot.

17 Quintò idem in visitatore dato, quando Episcopus captus est à paganis, vel schismaticis, tunc adueniente Episcopo potestas visitatoris extinguetur, c. pen. & vlt. de sup. neglig. prælar. li. vj. sicuti capituli potestas confirmato episcopo cap. j. ne sede vacan.

18 Sextò in sententia, quæ si fuerit lata ad alicuius utilitatem, & execu-

tionem de mandata, is habebit beneficiū, donec contraria lata fuerit sententia, c. cum ecclesia, de causa possess. quia sententia pro veritate habetur, l. ingenuum, ff. de statu homi.

Ecclesia vacanti procurator datur. Septimò interdum ecclesiæ vacanti datur procurator, cū libera potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus: & solet Papa hunc titulum concedere Cardinalibus, cū eis ecclesias cathedrales cōmendat, seu regulares. rex. in c. cum nobis olim, in fi. vbi Panor. vlti. nota. de electio. vbi vnam causam dicit legitimā, propter quam possit hæc cōcessio fieri, videlicet cū exigit vtilitas, seu ecclesiæ necessitas habere certam personam, quæ tunc nō est legitimæ ætatis, vnde interim poterit cōstitui procurator, seu visitator illius ecclesiæ cū libera potestate administrandi temporalia & spiritualia, quod soli papæ cōpetit: & alio nomine visitator dicitur in c. is cui de elect. in vj. & c. penult. de supplend. negli. prælat. ibid.

Episcopus durante reservatione seu deuolutione administratorem ponere ecclesiæ potest. Item potest Episcopus facere in beneficiis spectantibus ad papæ collationem iure reservationis, vel deuolutionis, vt postquā aliquis illis non prouidet, possit idoneum administratorem interim concedere, donec per papam prouisum fuerit. arg. c. regenda, x. q. j. Panor. in c. cum nobis olim, in vlti. notab. de elect. dicens idem posse Episcopum facere in ecclesiis spectantibus ad suam collationem, donec ipse prouiderit intra tempus legitimum. c. nemo deinceps, de elect. li. vj. nota in c. cum vos, de offic. ordina.

Capitulum sede vacante beneficiis vacantibus procurator conueniunt. Item capitulum sede vacante, poterit procuratorem in beneficiis spectantibus ad collationem Episcopi facere, vel commendare, sed conferre non poterit, c. illa, ne sede vacante. c. vnic. vbi Ioan. And. & Doct. illo titulo. in vj. Panor. in d. c. cum nobis. † Nisi collatio fuerit necessaria, vt pote in beneficio debito mandatario vel nominato, vt ibidem Doct. tradunt: & inferius dicam in materia deuolutionis. Hactenus de beneficiis per te tuo conferendis.

Voluntas & potestas in habente beneficium requiritur. SECVNDO principaliter requiritur ex persona eius, cui cōfertur quod is, cui confertur, sit habilis & idoneus. c. graue, de præb. Idoneus dicitur secundum Iurium interpretes, si præditus sit scientia, moribus & ætate capitul. cū in cunctis, de election. capitul. licet Canon, illo titulo. in sexto.

Ego verò puto imprimis requiri voluntatem & potestatem eius, cui beneficium conferri possit, vt videlicet deseruire beneficio velit, & possit c. super inordinata: & c. graue, de præb. scripsi in gl. voluerit. §. j. de collat. in concordat.

Præterea si velit & possit, requiritur tamen, quod sit idoneus tam in ordine, ætate, scientia & moribus, quam in aliis, quæ inferius subiiciam statim.

Collatio ordinarii an solo verbo probetur. Sed an Episcopus, & alij inferiores possint solo verbo conferre, & si nec literis collationem probare: Respon. non posse, propter eorū fraudes nec crederetur illis sine literis: c. post cessionem, de probat. scripsi in rubric.

rubric. de collat. bon. & in §. j. in verb. literas, de mandat. Apostoli. in Concordat. & Felinus consil. vj. vtrum Dōm. quod limitaui in sex casibus in d. verb. literas. vbi abundè tractaui.

- 26 Ordo requisitus in quolibet beneficio est, Primò in Cardinalatu requiritur presbyteratus ordo, si titulum presbyteri habeat, si titulum diaconi, requiritur quod si diaconus. Hostien. in c. ij. de offic. Archipresbyt. glos. in titulo. de numero & qualitat. Cardina. in prag. † si tamen is non promoueat, sed diaconi vitam peragat, in foro conscientiæ tenetur: quia hoc seruit Deo in sacri altaris ministerio, sicut præcepit Christus: *Hoc facite in meam commemorationem.*
- 27 glos. in titulo. de numero & qualitat. Cardina. in prag. † si tamen is non promoueat, sed diaconi vitam peragat, in foro conscientiæ tenetur: quia hoc seruit Deo in sacri altaris ministerio, sicut præcepit Christus: *Hoc facite in meam commemorationem.*
- 28 Episcopus requiritur quod saltem sit in subdiaconatu, c. à multis, & c. intelleximus, de ætate & qualitate. sed hodie pueri promouentur, & literati negliguntur.
- 29 Idem in canonicis illum eligentibus, clemen. vt hi qui, de ætate & quali. vt subdiaconi esse ante electionem debeant, alioqui suffragium non habebunt, vt in d. cle. scribitur.
- 30 Archidiaconus in diaconatu, in c. j. de ætate & quali. vt sic præcipitur.
- 31 Abbas verò, Decanus, Præpositus, Archipresbyter, & rector, atque curatus debent esse in ordine presbyteratus, c. j. de ætate & quali. c. cū in cunctis. §. inferiora, de electio. vel intra annum saltem promoueri, cap. licet canon, de elect. in vj. c. si pro clericis, de præb. lib. vj. alibi tamen dixi an habeat locum in abbatia, & inferius in materia de non promouendo dicitur, ibi vide.
- 32 In aliis autem sufficit prima tonsura, c. j. lx. dist. Panor. in c. dudum, j. in fi. de elect. & in d. §. inferiora, c. cum in cunctis, ibid.
- 33 Et sic quilibet poterit habere beneficia curata, & quælibet alia, etiam si tantum habeat primam tonsuram, dummodò sit in ætate, in qua possit intra annum ad sacros promoueri, seu ad illum ordinem requisitum beneficio, d. c. licet cano, de elect. li. vj. c. si pro clericis, de præb. ibi. c. ij. de insti. c. si eo tempore, de rescri. li. vj. & ibi Doct.
- 34 Siue quis impetret à papa beneficium, d. c. si pro clericis, siue ab ordinario conferatur, c. statutum, & c. cū ex eo, & d. c. licet cano, de election. in sex. siue per præsentationem & institutionem assumatur. c. ij. de institution. in sexto, etiam si quis eligatur. Domin. & perus. in d. c. licet cano. quamuis Ioannes Andreas ibi teneat contrarium, per c. præterea, de ætate & qua textus hoc non probat. Imol. d. c. licet canon, & alij rex. de elect. loquentes, & d. c. commissa, decidunt in electione sufficere electum habere primam tonsuram, dum tamen faciat intra annum se promoueri: & ista est cōmunis opinio, quam Panor. & Card. sequuntur in d. c. dudum. j. de elec. & Card. in d. c. præterea. Imol. in c. fi. col. ij. de præbend. Roma. consi. cccxxv. circa primum, in princ.
- 35 Limitatur, quando de iure, vel consuetudine, seu ex fundatione, vel statuto requireretur ordo ab initio, vt in capitul. nemo de election. in sexto. vel si diceretur, quod præsentaretur sacerdos,

Domini. in c. si eo tempore, de rescript. lib. vj. Cardinal. Zabarella conf. l. xix. casus talis. tunc nisi sit sacerdos tempore collationis nō valebit collatio, vel institutio.

Etiā aetas requiritur: sed videndum est, quæ aetas in ordinibus requiritur? Respond. in tonsura requiruntur septem anni completi, c. si. de tēpor. ord. lib. vj. quatuor minores post septem annos assumi possunt. gl. in summa lxxvij. dist. † Ad ordinē autem subdiaconatus in decimo octavo anno ad diaconatus ordinem in vigesimo, ad presbyteratū in vigesimo quinto anno, promoveri quis potest: cle. si. de aetate & qual. ad. episcopatū in trigesimo quinto anno cōpletō, c. cum in cūctis, in princ. de elect. plenē Panor. in c. super inordinata, de præb. Cardina. in c. cū contingat, de aetate. hodie ad episcopatus est quis habilis in Francia in vigesimo septimo anno, per §. primum, de nomi. Reg. in consti. Francia.

Ratio est, quia beneficia non debent conferri, nisi prædictis bonis moribus, scientia & aetate, d. c. cū in cūctis. ergo aetas in initio requiritur, quod nō est in ordine, sed sufficit quod se habilem reddat intra annum, c. cū secundum, de præb. etiam iuuenis meritō dicitur, qui in iuuenilibus desideriis occupatus nulla grauitate constringitur: ca. quorundam. xxxiiij. dist. in c.

Aetate probare habebit, qui se fundat super illa, siue agēdo, siue excipiēdo: ideo qui dicit prouisum non habere aetatem legitimam, hoc probare debet: l. cū de aetate, ff. de probat. l. de aetate, de mino. Bart. in l. in illa. j. ff. de verb. oblig. l. si maiorem, vbi Paul. & Iacob. C. de in integ. restit. de Rora decif. ccliiij. in antiq. & decif. dccc. ibidē. Fel. in c. dudū, de presumption. † & aetatem requisitam in quolibet beneficio abundē tractauit in tract. de pacifi. possess. in quarta limi. nu. 74. cum seq. & inferiūs dicitur in hac aetatis dispensatione.

Dispensare circa aetatem nullus præter Papā potest, quia constitutio conciliaris est. d. c. cum in cūctis, de election. contra quam episcopi nō dispensant. gl. in c. dilectus. j. de præbend. nisi quis compleuerit vigesimum annum quo casu ad dignitates & personatus non curatos dispensare episcopus etiā liberē poterit. c. vno, de aetate & qualitate, lib. vj. secus in curatis, in quibus maior idoneitas requiritur, cum cura sit ars artium, c. cū sit ars, de aetate & qualitate. Staphile. in tract. de liter. grat. rubrica de qualitate. & statu benefic. versi. & in præmissis.

Adhæc requiritur scientia sufficiens mediocris, quæ sufficiat ad regendum illud beneficium, quod quis obtinet, c. venerabilis, de præbend. Panor. in d. c. cum in cūctis, in prin. ergo non sufficit beneficiato Rhetorica, vel dialectica, vel Medicina, per quā reguntur corpora, non animæ: licet quidam Episcopi potius studeant Medicinæ, quam Theologiæ, sed Hier. x. c. dicitur, Stultus factus omnis homo a sciētia, ideo sciētia salutis & experiētia est necessaria. Luc. j. cōtra quosdā, qui potius libros Grammaticorū & Rhetorum deferunt, quā Euangelia: quia cū sint terrena, terrena sapiunt

43 sapiunt. † Et de triplici scientia Docto. scribunt, in d. c. cū in cūctis, & ego ipse hīc scriberem, nisi dixissem in ipso in verb. eminentis scientiæ, de nomin. regia. in concordia. & super hoc non vidi expressam dispensationem, sed bene vidi a fello episcopos nescientes latinum intelligere, nec loqui, sed beneficiorum stratagemata callentes, ac beneficia per falsā, & vera sibi acquirentes.

44 Præterea boni mores maximè necessarij sunt beneficiato, qui præualeat diuitijs, l. scire. §. is qui. ff. de tut. & curat. datis ab his, sic dixi ista in clericis tantūm requiri supra.

45 Sed quia hodie de moribus vltima fit quæstio, ideo mores vltimò posui: tamen boni mores præferuntur à Dauidē. Bonitatem, disciplinam & scientiam doce me: prius bonitatem, & sic bonos experit mores, quàm alia, sic & nos illius exemplo docti faciamus.

46 Requiritur etiam vt non sit coniugatus, qui non potest beneficium obtinere: c. j. & per totum, de cleric. coniugat. Siluester Prier. in sua summa, in verb. beneficium. iij. not.

47 Adhæc vt sit legitimus, nam illegitimi sine dispensatione beneficia obtinere non possunt: ca. j. & per totum, de filijs presbyter. tam in decre. quàm lib. vj. & inferiūs dicam in dispensat. super defectu natalium.

48 Vltimò requiritur, quod si collatum fuerit absenti, vt ipse accipere, alio qui collatio facta alteri antequàm iste absens declarauerit voluntatem, nullius erit momenti, etiam postea absens acceptauerit. tex. in ca. si tibi absenti, de præb. in vj. Panor. & alij in c. accedens, illo titu. Carder. in repet. in verb. beneficium, si fuerit.

49 Tertiò principaliter requiritur ex parte rei, quod beneficium sit vacans, quia non vacans conferri non potest, ca. j. & per totum, de concess. præb. scripsi in rub. de colla. in concord.

50 Vacare autē potest beneficium vel per mortē, c. susceptū, de rescript. lib. vj. mors enim omnia soluit §. deinceps, in authen. de nupt. collat. iij.

51 Vel per renunciationem simplicem, vel ex causa permutationis, cap. j. & per totum titu. de rerum permuta. de quibus inferiūs dicitur.

52 Item per priuationem & depositionem, cap. ex literis, &c. grauem, de excessib. præla.

53 Etiam si quis transferatur ad aliud beneficium, primum vacat eo ipso quod illi translationi consensit, c. in apibus, vij. q. j. post adeptam tamen possessionem secundi, c. quanto, de translatio. episcopi. gl. & Doct. in c. si iam translatus, xxj. q. ij. cle. gratiæ. de rescrip.

54 Item si secundum quis adipiscatur incompatible beneficium pacificè, vacabit primum: c. de multa, de præb. & extrauag. execrabilis. Ioann. xxij. Idem si quis per vim secundū occuparet. c. eum qui, de præb. lib. vj. vt non sit hīc stolidus occupator melioris cōditionis, quā sapiens & astutus, qui titulum obtinuit. d. c. eum qui, & l. Seruius, ff. quod vi aut clam.

55 Item habens ecclesiam parochialem si intra annū non est promotus, est priuatus ea, & vacat, c. licet canon, & cap. commissa, de elect. lib. vj.

Item vacat beneficium, si quis contrahat matrimonium, vel sponsa
lia per verba de presenti. gloss. & Docto. in cap. vnic. de cleric. coniug. li.
vj. Panormi. in cap. j. illo titu. Aufre. decisio. ccxxxix. & aliis modis cen-
tur vacare beneficium, quos scripsi in §. monasteriis, in verb. vacantibus.
denominatio. reg. in Concorda. Et hæc vacationis genera ad tria redu-
ci solent: aut enim vacant de iure, & de facto, vt per mortem & resigna-
tionem, vt superius dixi: de iure autem in quantum nihil habet iuris in be-
neficio is qui illud resignauit, cap. inter, de præben. de facto etiam vacat:
quia de facto is resignauit, vel mortuus est, & sic de facto beneficium di-
misit.

De iure et
facto quando
beneficium va-
cet.

De facto
quando vacet.

Interdum de facto tantum vacat, vt quando quis suo est spoliatus be-
neficio. c. ad audientiam. & c. Abbas, de his quæ vi metusve caus. fiunt, ca.
item cum quis, de restitutio. spolia. Hosti. in summa de concessio. præb.
quem alij, Doct. sequuntur communiter.

Ego autem eo casu putarè nec vacare de facto, nec de iure de facto
non vacat, quia detinetur à spoliante, ideo non potest de facto vacare,
quando ab aliquo tenetur, vt notum est, per cap. cum nostris de conces-
sio. præb. ideo ego dicerem de facto vacare, quando aliquis longo tem-
pore est absens à beneficio, & ignoratur vbi sit tunc dicitur vacare de fa-
cto: quia ibi nullus est, qui de facto illi beneficio seruiat, & pro hoc vide-
tur text. in ca. ij. & c. ex parte j. de cleri. non residen. & gl. in c. non oportet.
in j. de consecra. dist. v. dicit talem desinere habere liberam admini-
strationem, & illius beneficium conferri posse: sed eo reuertente non no-
cebit illi collatio, si monitus non fuerit, vt priuatus, ca. tuæ, de cleric. non
residen. vbi Panormi. & alij, & in c. ex tuæ, ibidem.

De iure quã
do beneficiũ
vacare cre-
datur.

Conferri quã
do possit de
iure vacans
vel viroque
modo.

Aliquando vacat de iure, sed non de facto, vt quando quis obtinet se-
cundum pacificum, vacat primum de iure, per cap. de multa. de præben.
si tamen adhuc illud retineat, primum dicitur de facto retinere, sic non
vacat de facto, per c. cum nostris, de concessio. præb. Hosti. plenè tractat
in sua summa de concessio. præbend.

Itaque si beneficium vacet de iure & de facto, vel de iure tantum, po-
test conferri non obstante alterius detentio: & acquiritur ius illi, cui col-
latum est etiam absenti. c. si tibi absenti. de præb. lib. vj. sed quando de iu-
re tantum vacat, oportet quòd exprimat papæ detentio alterius colo-
rata, alioqui impetratio est nulla: secus si incolorata. d. c. cum nostris, de
concessio. præb. & dicitur incolorata, quando possessio sine iure est: vt
plenè scripsi in tracta. de pacific. possess. in iij. exten. num. 32.

Quibus ho-
die beneficia
conferantur.

Ideo Episcopus, vel alius collator quando confert, debet modum ex-
primere vacandi sic, per mortem, aut per resignationem, c. si susceptum, de re-
scrip. li. vj. nec sufficit dicere vacatam ecclesiam conferimus: vt consu-
luit Bertrand. cõsi. cxxxij. dubitatur. col. iij. nu. 19. in ij. vo. ex. editi. quia
etiam papa non prouidet de beneficio vacante per modum in cancel-
laria exprimendum, vt est in regula. cancel. multo minus ordinarius.

Nunc dicamus de collationibus Episcoporum, & ordinariorum: & quibus

quibus fiant, penitus ignoro. dicam tamen me vixisse vsque ad sexagin-
ta annos, & neminè vidisse, qui doctoribus regentibus, vel aliis doctis,
& bonis sua sponte prouidisset: in d. scio quosdam Episcopos actu quo-
dam illos induxisse ad resignandum, si quæ habebant beneficia. vnde
(vt puto) possem inre dicere, o capita ecclesiarum inuita, & mores per-
uersi hodie, capitul. j. de libel. obla. inuasit maximè ecclesias regni a qui-
bus, Deum obnixè oro, vt liberentur: & docti, probi & viles in eccle-
sijs recipiantur, & nouum videbitur: o quanti adulatores, hæretici, igna-
ri, stabularij, & coqui abundant beneficiis: & docti ac boni, steriles & o-
mnibus nudati bonis sunt. Deus eos beatos faciat in terra viventium, &
hos ignaros prostigat, & bene ecclesiæ habebunt: dicit diuus Ambro. in
pastorali. Polleat (inquit) prælatus sapientia, & doctrina, vt non solum
subditos doceat, sed etiam hæreses conterat & repellat: qui autem talis
non est, ad sacerdotium non accedat, aut vsurpare locum alterius non
presumat.

Pœnæ contra collatores indignis
conferentes.

Cap. XVII.



VAMOBREM cum ita abutantur quidam colla-
tores conferendo indignis, videamus pœnas, in quas hi
miseri incidunt: prima est, quòd priuati sunt potestate co-
ferendi pro prima collatione, & (vt dicunt) prima vice ca-
piru. cum in cunctis §. fina. de elect. capi. cum Vintonien.
de electio. gloss. in capi. cum singula §. prohibemus. de præben. lib. vj.
gloss. in capit. quòd si prædicta. in verb. priuati. de electio. in pragma. vnde
conferens beneficium excommunicato est ipso iure priuatus, tanquam
conferens indigno. cap. postulastis de cleri. excommu. ministran. Calde.
in repet. in verbo, conferens beneficium. Itaque potest impetrari benefi-
cium, quod post collationem indigno factam episcopus contulit: quia
illud conferre non poterat, eò quòd esset à iure priuatus: & minor hodie
cum tam multi sint circa hoc Gregorij, quòd ista nõ impetrant: nec pu-
tarem post impetrationem bonos iudices contra hoc iudicaturos, si ani-
mabus suis prouidere vellent.

Conferret in
digno priua-
tus est confe-
rendi potesta-
te

2 Et hoc si scienter, secus si ignoranter. ca. postulastis. & ca. Apostolice. de
cleri. excomm. minist. l. ex maleficiis, vbi gloss. ff. de actio. & oblig.

3 Et presumitur sciens Episcopus, quia tenetur de vita & moribus illius
inquirere, antequàm ei confect. cap. innotuit. de electio. Cardina. conf.
cxxxij. duo sunt. & debet habere plenam notitiam eius, cui confert. ca-
pit. bonæ. ij. in fin. & ibi Panormi. xij. no. de postula. prælator. nam sicut qui
cũ alio contrahit, non debet esse ignarus eius conditionis, cū quo contra-
hit. l. qui cū alio, de reg. iur. ff. sic & is qui vult alicui cõferre: sed quoruf-
quisque hoc facit, nescio: sed non essent tot pecora Melibei ecclesijs præ-
posita, si de his fuisset inquisitum. Etiam inquirere debet, an aliud habeat

beneficiū.c.ordinarij,de of.ord.in vj.nam peccat sciens isti conferendo, rum quia indigno confert.c.is cui,de præb.lib.vj.tum quia venit contra iura hoc prohibentia.c.primatus.lxxj.dist.Arch.in c.si quis.xxj.q.ij.

Secundò,suspendi debent à collationibus faciendis.c.graue, de præb. 4 c.postulastis:de cleric.excom.ministran.nam postquā malè vtuntur re ad eos spectante,& administratione,ea priuari debet sicut tutor, qui ma lè administrat. §.suspectus & §.fi.de suspectis tutor.in instit.vt etiam pri uatur in quo deliquit.d.c.postulastis,de cleric.exco.& ferè hodie omnes suspenderentur & priuarentur.† Sed bonum esset statuere,quòd confe 5 rens indigno esset priuatus potestate conferendi per mensem,quæ colla tio capitulo applicatur illius ecclesiæ,in qua est præpositus.cofrens etiā ab officio suspendetur.c.j.in lxxxijj.dist.c.fi.j.q.ij, sed si fune collo adhi bita suspenderentur, non amplius indignis conferrent,& fortè vtilius ef set quibusdam quoad animam.

Suspendun- collatores in dignis confe rentes.

Tertio,peccat mortaliter,quia seruitio Dei indignos applicat.ca.mo- 6 nasterij.xix.q.ijj.gl.pen.in c.ad Apostolicā,de regu.& quia hoc vergit in detrimentum ecclesiæ,& honoris diuini,qui per bonos promouetur, & colitur:& melius est paucos habere bonos,quam multos inutiles.c. tales xxijj.distinct.c.penul.de ætate.gl.in verb.indignorum,in proce.prag.san ctio.& quia transgreditur canones statuente optimū eligendū.c.Metro politano.lxijj.dist.& transgrediens canones peccat.c.quia,eadem dist.c. j.& c.quæ in ecclesiarū.de const.c.fillo ti.in vj.gl.in verbo, vtiliorem. §. ad locum,de electio.in prag.scripsi in interpreta.c.postulastis, de cleric. excom.mini.& quia fraus fit contra canones.c.fi.ijj.distinct.

Peccat indig nis confe- rentes.

Quartò,sunt Deo infideles:quia fidelis & prudens debet esse quem cō 7 stituit dominus super familiam suā,vt det illis cibum in tempore, vt est in euangelio:vnde ait Hier.indignum est dare Deo,quod dedignatur ho mo,ac cæcum anima.l.offert,qui ordinat indoctū in loco docti,magistrū q; facit,quia vix discipulus esse poterat.c.fi.xlix.dist.longua debet vitam suam probatione monstrare,cui gubernacula committuntur ecclesiæ.c. in sacerdotibus,lxj.distin.

Infidelis est indigno con ferens.

Quintò tenentur ad id quod interest illi ecclesiæ,quā læserunt vt po- 8 te si dignum elegissent,vel ei contulissent,ecclesia in lite non succubif set, aut aliud detrimentum passa nõ fuisset:hoc enim sarciri debet.vt ex pressè docent Ancha.& Cardi.in cle.j.col.vl.de ætate & qualir.& Ange. de Clauasio in sua summa,in verb.restir.& Feli.in c.si quado.col.ijj.ver. star difficultas.nu.7.de rescrip.† Instar magistratus, qui minus idoneo 9 pupilli tutelam commisit,nam magistratus tenetur deficientibus tutori bus.l.j.& per totum.ff.de magistr. conueniend. Cum ergo isti indigni præfecti non restituant damna,ergo collatores tenentur, & in extremo iudicio erunt ob hoc dnati, nisi recipiscant:quia collationes beneficio rum circa inhabiles frequentiores sunt,quam ad habiles,quia similes si miles diligit,nec eximo capitula ecclesiarum,quæ hoc faciunt, & terræ cardines multos.

Confrens in digno ad in- teresse eccle- siæ tenetur.

Sextò

10 Sextò,tenentur de mala administratione electi,vel prouisi reddere ra- tionem Deo optimo maximo,& erunt participes pœnarum,quas patien- tur prouisi ab eis in districto Dei iudicio.c.j. §. quoniam,in verb. autores de electio.in Prag.na facientes & cooperantes pari pœna punientur.c. j.de officio lega. sicut enim boni operis fructum sibi comparat, qui re- etum tenet in eligendo & prouidendo iudiciū,ita graui semetipsum af- ficit dāno,qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignū.c.miramur lxj.dist. Etia xlj. Ecce vos estis ex nihilo,& opus vestrum,quod non est, abominatio est,qui elegit vos.c.Valentinianus.lxijj.dist. vbi dicit, super vos est talis electio,vt eligentes teneantur de omni damno & dispendio quod ecclesiæ acciderit. glabi.

Confrens indigno de mala eius administra- tione tenetur.

11 De iure civili tenetur pater consentiens filio ad officium electo; prius 11 tamen exequendus erit filius.l.j.C.de decr. rio.li. x. & nominantes scien- ter indignum ad officium tenentur de his quæ electi,& nominati malè in officio gesserunt.l.j. & ij.C.de periculo nominato.lib.x.in subsidium. l.exactores.C.de suscepto.lib.x.l. scruiter.C.de excusa.tuto.

Pater pro fi- lio ad officiu electo tene- tur.

12 Septimò sacrilegium committunt,& tanquā sacrilegi sunt iudicandi. 12 c.sunt quidam.j.q.j. quia rem sacram, id est ecclesiam ledunt. Vnde ait diuus Hiero. quod Ecclesiā fraudare, sacrilegium est,vel exinde aliquid subtrahere omnium prædonū crudelitæ superat. in c. gloria. episcopi, in fi. xij. q. ij. quia nihil magis afficit ecclesiæ,quam quod indigni admittuntur in ecclesia.c.nihil. est. de electio. & dicit Leo in c.miramur. lxj. di- stinctio, sic, miramur tantum apud vos per occasione reפורis impacati, aut ambientium præsumptione, aut tumultū valuisse populare, vt indi- gnis quibuslibet, & longè extrā sacerdotale meritū constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur, nõ enim est hoc consulere populo, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen: integri- tas enim præsentium salus est subditorum; alioqui iudicium æternum eos manet.

Confrens in- digno sacrile- gium com- mittit.

13 Octauò non conferendo viris doctis & probis seipsoş cõdemnant ad 13 ignem æternum. text. in c. apostolicis. xvj. q. j. vbi sic scribitur; Apostoli- cis viris, & euangelizatoribus Christi in necessariis vobis nolletis obere, seipsum condemnare est.

14 Nonno, scandalum præbent, & qui scandalizat, necesse est vt suspenda- 14 tur in collo eius mola, & proiciatur in mare, vt est in euangelio: nõ est quàm satis biberunt ex sanguine pauperum, & adhuc non sunt satia, vbi bent ex aqua ad saturitatem.

15 Decimò, sunt homicidæ, quia auferunt bona debita bonis, & sanctis. 15 Ecclesiastic. xxij. Panis egentium, vita hominis est, qui defraudat illum, homo est sanguinis, & virum sanguinū & dolosum abominabitur domi- nus, & sic hos malignos collatores, vt docet Augusti. de Anthona in tracta. de ecclesiasti. potesta. q. lxxij. in vlti. q. & q. ij. dicens eos valde pec- cãre, qui fauore sanguinis, patriæ, aut adulationis conferunt beneficia in dignis: quia bona communia sunt, communiter dispensanda, & bona

Homicida est confrens, beneficium indignis.

ecclesie sunt communia. c. cōuenior. xxiiij. q. viij. & neccare dicitur, qui alimenta denegat. l. necare. ff. de liber. agnosc.

Vndecimò, decapitari meretur indignus Episcopus, nisi inuitus fuerit ordinatus, gl. in l. qui cum vno. in verbo. tēporalium. ff. de re. milita. quā probat Fel. in c. si quādo. col. iij. de rescrip. & idē in promouēte indignos. & si hoc seruetur. fere omnes nostri episcopi acephali esset, & sine capitibus: quia pauci ab hac indignorum promotione abstinent: imò eos plurimum iuuant quidam vicarij eorum, qui licet habeāt suos, suapte natura malos, illos tamen executores habent.

Conferri in digno de amissione animarum tenentur.

Duodecimò, isti episcopi tanquā violatores canonū puniri debent. c. violatores. xxv. q. ij. tenentur isti de amissione animarū parochianorum, quæ fuerūt dānatæ propter prouisionem istius indigni, & aliis pœnis afficiuntur, quas scripsi in tra. hōmi. q. xix. alias cumularē, sed surdis loquor.

Forma collationis & prouisionis ordinariorum.

Caput. xvij.



MARTINVS DEI AC SAN-
ctæ sedis Apostolicæ gratia Nemausen. Episcopus dilecto nobis in Christo N. clerico, in Decretis doctori, rectori parochialis ecclesie N. nostræ diœcesis salutem in domino.

Quia de literarum scientia, vitæ ac morum honestate, aliisque virtutum meritis, quibus illarum largitor personam tuam insigniuit, fuimus fama ac fide dignus testibus informati, quæ nos ad gratiam tibi faciendam excitant.

Itaque volentes te iuxta tuæ personæ merita favore prosequi gratiofo, parochialem ecclesiam N. nostræ diœcesis, nunc per liberam resignationem de ea per prouidum virum N. presbyterum dictæ ecclesie tunc rectorem in manibus nostris factam, & per nos admissam ad presens vacantem tibi, quem ad regimen & gubernationem ipsius sufficientem, & idoneum esse reperimus, cū omnibus iuribus, & pertinentiis vniuersis conferimus & prouidemus, ac de eadē tēporam nobis constitutum per pilei traditionem in manibus tuis inuestimus, ac in corporalem possessionem,

seu

seu quasi eiusdem ecclesie N. præsentium tenore cum iuribus & pertinentiis supradictis iudicamus, recepto prius abs te solito in talibus præstari iuramento, & iure nostro saluo.

4 Quo circa vobis vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis, notariis & tabellionibus publicis per ciuitatem & diœcesim nostras constitutis, & subditis nostris auctoritate prædicta tenore præsentium mandamus, committendo quatenus vos, aut alter vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, ad dictam ecclesiam accedatis, seu alter vestrum accedat, ac prædictum N. vel procuratorem eius nomine, & pro eo in corporalem possessionem prædictæ ecclesie N. iuriumque & pertinentium prædictorum inducatis vice nostra, & defendatis inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore.

5 In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præsentis literas, collationem, & prouisionem nostras in se continentes fieri, & per secretarium nostrum infra scriptū subscribi, & publicari fecimus, & mandauimus, nostrique sigilli magni iussimus appensione communiri.

6 Datum Nemausi Anno. 1551. die. 6. Martij, presentibus Ioanne Ruffiat presbytero, & Petro Rostaing aurifice, testibus ad præmissa vocatis, & adhibitis.

7 De mandato reuerendi do. Episcopi, P. Rilliot. secre.

Requisita in literis collationum.

Cap. xix.



QVIA In collationibus multa sunt dubia, ob id formam inserui, in qua collationis forma sunt quinque partes. Prima continet salutationem, & collationis causam. Secunda ibi, itaque, collationem & prouisionem, ac inuestituram factam per pilei traditionem, ac iuramenti receptionem. Tertia pars continet delegationem, & commissionem factam

Quinque partes in collationum literis.

d iij

omnibus clericis tabellionibus & personis ecclesiasticis subditis, ut istum N. in possessionem dictae ecclesiae collatae ponant, & inducant. In quarta testatur episcopus collator ad fidem huius collationis faciendam se iussisse has collationis literas fieri per secretarium suum, & sigilli sui magni appensione communiti. In ultima inscribitur data, & testes, postea subscribit secretarius. haec summa provisionis literarum beneficiorum, licet alij alia inferant, ista tamen sufficiunt.

Iurare quare renunciantur rectoribus, & curam ecclesiarum collatori praestare.

Sed dubitare quis posset, quare iurare debeant rectores, & curati? Responsio. Primo iurat episcopo quilibet curatus, quod erit illi fidelis & obediens, & sanctae sedi, prebatur in cap. ego N. & seq. de iurem. c. cum clerici. de verb. sig. c. de forma. xxij. q. vlti.

Paulus 13. ad Roma. 1. per. 2.

Secundo, quod servabit mandata episcopi, & ea servari faciet, videlicet sententias & alia, ea cum ab ecclesiarum, & c. ad reprimendum, de offic. ordin. nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, ut docet divinus Paulus & c. qui resistit. xj. q. iij. & divinus Petrus in sua epistola, Obedite praepositis vestris etiam discipulis.

Tertio, iurat quod serviet ecclesiae, cui praeficitur, serviet inquam in divinis & in spiritualibus, ac temporalibus: quia propter officium datur beneficium. c. si de rescript. in vj. & si non serviat, est periurus.

Quarto, quod residet in serviendo dictae ecclesiae. ca. quia nonnulli. & ca. relatum, de cleri. non residen. & hoc iuris est.

Quinto, non relinquet, nec se transferet ad aliam ecclesiam sine ipsius Episcopi licentia. c. admonet, de renunciano.

Sexto, iura & libertates ecclesiae conservare, & defendere, ac vtilia procurare, sicut tutor. l. final. §. omnem. C. de administ. tutor. & sicut Nabot vineam suam proprio sanguine suo defendit, ita iura ecclesiae clerici servare debent, licet pauci hodie reperiantur, sed fugiunt, dum vident lupum venientem.

Septimo, quod non alienabit res ecclesiae, sed alienata per predecessores reuocabit. c. abbatibus. xij. q. ij. & c. si quis presbyterorum, de rebus ecclesiae, non aliena. c. ij. de rerum permut. c. quod quis. xxxv. q. ix.

Octavo, quod nihil dedit, nec illicitum pro adipiscenda hac ecclesia commisit. c. si de pact. c. nobis. & per totum de simo.

Nono, quod non soluet ultra antiquam & solitam pensionem. c. pro hibernis. & seq. de censib. c. tota hos. vbi Panor. ista conscribit, de iureiur.

Decimo, quod ordines suo tempore recipiet, & hoc si non est ordinarius. c. quous, de a. tate & qualitat. c. hinc cano. de electio. in vj. hodie istud non est necessarium: quia si non promoueat, intra annum, ipso iure vacabit beneficium, per dict. c. licet cano. aliud etiam addit Panor. in dict. c. tua nos, quod non est necessarium, unde illud omitto. Haec sunt quae solent iurare prouisi ad ecclesias curatas.

De clauis collationis ordinarij.

Et hic primum inscribitur nomen Episcopi conferentis, ut dixi superius in literis consuta, & dixi Martinum, quia ignari hoc nomine abutuntur communiter, & sic vocari solent.

Secundo

13 Secundo, salutatur is, cui beneficium confertur ibi dilecto, & c. deinde praefatur episcopus, quae causa mouit eum ad conferendum: ut in c. graue. de praeb. & interdum omittit causam, quia nullam habet, cum sola affectione mouetur.

14 Tertio narratur in literis talem ecclesiam N. vacare per resignationem vel eo modo quo vacat, ut in c. susceptum, de rescript. in vj.

15 Et sic non potest Episcopus, vel Archiepiscopus habere modum vacandi pro expresso: quia hoc ad papam solum pertinet, ut scripsi in forma manda. in gl. pro expressis, in Concorda. nec. potest ordinarius in his literis, impetranter absolueret quoad effectum obtinendi, sicut papa & legatus, ut scripsi in gl. absolventes, in forma manda.

Episcopus non potest modum vacandi pro expresso habere nec ad effectum absolueret.

16 Item non poterit Episcopus in literis collationum apponere clausulam quouis modo vacet, quia non potest in omnibus vacandi modis prouidere, ut potest si beneficium vacet in curia. c. ij. de praeb. lib. 6. gl. & Doct. in c. ij. de elect. in vj. & c. ij. & iij. de concess. praeb. ibidem licet quidam ignari inscribere in suis literis haec soleant, sed frustra: quia beneficium non datur nisi per modum expressum, cum etiam iure deuoluto non possit conferre, postquam amisit collationem, non tamen vitatur collatio, si episcopus dicat se conferre vacans per resignationem, aut alias: quia si per sua non vitatur. l. si testamentum. C. de testa.

Clausula quouis modo vacet non solet per ordinarium scribi.

17 Quarto, narratur diocesis, vbi beneficium situm est, c. significante, de rescript. & si sit ecclesia per se, exprimitur nomen sanctae, alioqui non valebit collatio. gloss. & Doct. in c. quamuis. j. de praeb. lib. vj. & alias collatio esset incerta, quae non valet. c. ij. de electio. lib. vj. dicam inferius in elucida. signa.

Nomen sanctae, quando in collatione sit exprimerendum.

18 Si vero sit capella intra ecclesiam, exprimitur ecclesia, vbi sita est, ut in ecclesia sanctae Crucis Aure. dice. Fel. in d. c. significante, col. j. de rescript.

19 Quinto, exprimi solet is, per cuius mortem vacat, aut per resignationem vnde dicit Fel. in d. c. significante, quod si impetrauerim rescriptum super ecclesia contra presbyterum, si errauerim in nomine presbyteri, licet contra sit de ecclesia, non valet rescriptum, quod est stricti iuris. allegat Io. And. in additi. ad Specula. in tit. de rescript. presenta. §. ratione causae, vers. quid si indubitanter. vnde solet in signatura Papae conscribi, quomodo maior & verior expressio fieri possit, ut in trac. de signa. dicitur.

Error in nomine presbyteri auincit.

20 Sexto, exprimitur procurator, qui illam resignauit, si per procuratorem facta sit: ut si falsi postea impugnetur, probari veritas possit, & quia procurator certus esse debet. l. j. ff. de proc. si per se resignauerit, etiam hoc tor

Procurator resignans exprimi debet, et eius potestas probari.

21 primi solet, ut hic. † Et si dubitetur de hac resignatione, probari debet per instrumentum publicum, nec quo ad hoc creditur dicto episcopi, vel alterius hoc asserentis, nec quidem dicto Papae, ut in cl. literis, de prob. quae est hodie correctata per titulum de subla. cl. literis, in Coeor. vbi multa scripsi.

Inductus in possessionem beneficii.

22 Septimo, mandat Episcopus omnibus, & singulis presbyteris, & clericis ac notariis, ut istum, cui est collatum beneficium, in possessionem mittant, alioqui si auctoritate possessionem apprehendere quis non possit,

ritus debet.

l. si ex stipulatione, ff. de acq. poss. & per collationem beneficij non transferitur possessio: capitu. cum Bertholdus, ibi, *Ipsū instituit in eadem in possessionem, eum induci facien. scorporalem:* de re iudi. plenē scripsi in forma mand. inver. inducentes. † Imō dicunt quidā, q̄ apprehendens possessionē, est iure, quod habet, priuatus. c. eū qui, de præbēd. li. vj. sed ille, tex. hoc non probat, se tantūm, eum iure priuatum, qui violenter, sed non fine violentia, vt dicunt ibi Doctor. & Perusī. maximē. † Vnde qui adipi-

In possessionem mittere quilibet clericus potest.

seitur cum vero titulo possessionem, non priuatur iure, secundum Do-
min. & Philip. ibidem. & quando episcopus confert, & inuestit eum, per
calamum vel alias, is poterit propria autoritate possessionem apprehē-
dere, teste Panor. in cap. autoritate, de concess. prebend. † Et quāuis de iu-
re Archidiaconi officium sit mittere in possessionem institutū. c. adhac.
de offi. archid. in Francia quilibet clericus mittit in possessionem de con-
suetudine, nec requiritur Archid. vt dicam inferius, tit. de mis. in poss.

Clausula nō obstat in collationibus ordinarij nō inscribitur.

Octauo, ordinarius non apponit clausulam non obstan. quia inferior
non potest iuri superioris derogare. cle. ne Romani, de electio. Bart. in l.
si quis, in princ. ff. de lega. iij. † Vnde nō poterit alius à papa fundati-
onem, & fundationem, alioqui non valebit collatio, vt scripsi in for. manda.

Clausula pro hac vice nō pertinet ad inferiores: nec quidem ad curiam supremā.

in ver. non obstat. † Etiam si diceret pro hac vice tantū, quia ista clausula
pertinet ad superiores, qui iuri derogare possunt: nec puto curiam supre-
mam hac clausula vti posse, quia est instituta, vt iustitiam & ius reddat:
& ista clausula est huic contraria, quia si hac vice gratiam vellet facere
& sic iniustitiam male faceret: ergo ad parlamenta non spectat hæc clau-
sula, sed tantū ad eos, qui iure suo derogare possunt. De hac curia & eius
potestate plenē scripsi in proem. Concord. in verb. summas.

Nono, data apponi solet, videlicet, quo die collatio facta fuerit, & li-
teræ sine die & consule non valent. vt in data sexti continetur, vt supe-
rius dixi in literis tonsuræ.

*Collatio facta sine re-
sibus nō cre-
ditur.*

Decimo, testes duo ad minimum inscribi in literis collationū debent:
alioqui non credetur collationi ordinarij in præiudicium expectantis
Apostolici, vel alterius prætendentis ius, vt plenē docui in Concord. in
rubr. de collat. nec putet Episcopus ad iniuriā suam pertinere, quod illi
soli non credant. cap. placuit, vj. q. ij. & ista est communis opinio, secun-
dum Arct. in d. c. post. cessionem, col. ij. & pro ista consuluit Bertrand. cō-
sil. cxxxj. Dubitatur, col. ij. in ij. vol. ex antiq. edit. † Vbi etiam consi. sequi-
dit, quod si Episcopus postea daret literas suas testimoniales, vt diceret
se contulisse illæ literæ non probarent ad vitandas fraudes, & maximē
dictante aresto, quod allegauī in Concord. quod est prohibitorium, vt
collatio non fiat sine testibus.

*Diversitas
literarū an
viciet colla-
tionem.*

Vndecimo, debent scribi literæ eadem manu, nec esse debent di-
uersæ literæ, alioqui sunt suspectæ, per text. in authenti. de trien. & semif.
§. & quod supra text. in capit. inter dilectos, de fide instrum. & ca. licet,
de crimine falsi. Bal. in l. contractus, col. iij. nume. 10. C. de fide instrum.

Ro-

Roman. singu. cccxxxvj. An diuersitas. Alexander consilio, xij. Viso, col.
j. vol. j. & consi. ciij. in principio, volum. vij. & expressē Bertrandus con-
sil. cxxxij. Viso processu. col. iij. nu. xj. in ij. vol. ex prima editione: hoc at-
tenditur in collationibus papæ, sed non vidi apponi in collationibus or-
dinatorum, licet falsum probetur ex diuersitate literarum. c. inter, de fi-
de instru.

- 33 Duodecimò rasura vel cancellatio in loco suspecto, vel substanciali red-
dit suspectas collationum literas, ideo eis credi non debet. l. si. C. de edi-
cto diui Hadria. tollend. cap. inter dilectos, de fide instrum. Alex. cōsi.
ciij. Stantibus col. j. in vij. vol. Suspectum locum dicimus, quando in ver-
bis dispositiuis facta est litura, c. ex literis, vbi Panor. nota. ij. de fide instr.
c. cum venerabilis, de religio. domibus.
- 34 Alia requisita possent discerni ex ipsius verbis collationis, & ex superioris
scriptis, ideo ad alia pertranseo.

*Rasura vi-
ciat collatio-
nem.*

Caput. xx.

Collationes plures an fieri possint.



V A E R O, An ordinarius, vel executor gratiæ Apostolicæ
vt mandatarius qui semel cōtulit, iterū cōferre possit? Res-
pondeo non posse, quia functus est officio suo, sicut iudex,
qui sententiā protulit. c. in literis, de off. delega. l. iudex. ff.
de re iud. & prima collatio impedit secundā. ca. post electionē, de cōce.
præb. Præterea quia non potest reuocare & tollere ius, quod semel con-
tulit: c. si tibi, de præb. sicut de nans inter viuos non reuocat, nisi in certis
casibus donationem: c. si. de dona. l. si. C. de reuoc. donat.

- 2 Etiam quia deuoluta est collatio ad superiorem, vt dixi in §. si quis ve-
rò, de collationib. in Concord. & dicam inferius in materia deuolutio-
nis: † quia si malè cōtulit, est priuatus potestate iterum cōferendi, per c.
cum in cunctis. §. si. de electio. Ad hæc quia prohibita est variatio, & in-
constantia maximē episcopis & clericis, clem. vna, de renunciatio. quā-
uis quidam maligni collatores de vno beneficio secentas faciant colla-
tiones, & quod peius est, non factas dicunt esse factas: sed vbi istis falsi-
aris, qui cum Lucifero, nisi recipiscant, partem habebunt: & quid prode-
runt eis tot collationes in inferno?

- 4 Limita quando diuerso iure confert, vt pote, si primò cōtulit in men-
sibus graduatorum non graduato. postea graduato requirenti con-
ferre potest: prius enim tanquam Episcopus voluntariè cōtulit, postea
tanquam concordatorum executor quasi coactè. discreta enim sunt
iura, quamuis plura in eandem personam deueniant. l. tutorem. ff.
de his quibus vt indignis. Et quando duo concutunt iura in vnam per-
sonam, illa vim habet duarum personarum. l. si consul. & l. si paterfa-
miliæ §. j. ff. de adopt. l. Papinianus §. sed nec impuberis, de inoffic. test.
plura scripsi in §. si quis verò, in verb. dispositiones, de colla. in Concord.

*Diuerso iu-
re potest mul-
tiplex fieri
collatio nem.*

Item si Episcopus ad praesentationem quenquam instituat, potest postea pleno iure etiam alteri conferre: gloss. singu. in cle. vna, de supplen. negli. praela. quia ad eum est ius deuolutum, si patronus male praesentauit, & sic diuerso iure prouidet.

Non vacans conferes quado vacat, an illud iterum conferre possit.

Secundo non procedit, quando contulisset non vacans beneficium, quod vacans communiter dicebatur, vel non deuolutum, postea si verè vacet, illud conferre poterit, in cap. j. de concess. praebend. & inferius dicitur in literis resigna. post regul. cancel. quod probat Panormit. in ca. j. de elect. dicam inferius de improb. benefi. vacan. impetra.

Prima collatio alijs praefertur nisi sit infra.

Dubitant quidam inter plures collationes, quanam earum sit valida? Respon. regulariter prima, & praefertur secundae: ca. post electionem, in fin. ibi, primitus fuisse concessum, de concess. praeben. c. eam te, de rescrip. c. eum cui, & c. quia saepe, de praeben. lib. vj.

Limitatur quando fuit aliquod impedimentum in persona conferentis, vt quia erat excommunicata, & sic conferre non poterat, capit. postulatistis, de cleric. excommu. vnde si prius contulit, & postea absolutus iterum, secunda collatio valebit, capit. cum inter, de consuetud. & capit. cum inter, de electione.

Secundo, quando erat impedimentum in persona eius, cui collatio facta fuit, quia inhabili facta fuit, & postea habili, tunc secunda praefertur, c. cum nostris, de concess. praeben. vbi Panor. & alij, scripsi in tract. de pacific. possess. in iij. limita. c. super eo. ibi, non vitio persona. de electio.

Tertio, quando aderat impedimentum ratione temporis, vt si ante deuolutionem fuit collatum: tunc non valet collatio etiam post tempus, sed facienda est noua collatio tempore debito. c. ij. & c. statutum, de praeb. libro vj. & c. ij. de concess. praeb. Panor. & alij in c. cu. ex officij. de praescrip.

Quarto, quando ratione rei erat impedimentum, vt pote, quia non expressit modum vacandi, sed secundus sic, tunc is praefertur: cap. susceptum, de rescrip. lib. vj. vel contulit antequam vacaret, vt c. j. ij. & c. post electionem. de concess. praeb.

Vel forma non est seruata, c. quia propter, & c. super eo, de elect. & c. cum terra: ibi, quod si in persona fuerit, vel in electionis modo peccatum, ibidem.

Quinto, si vtrumque impedimentum insit, & in persona & forma, d. c. quia propter, de electio.

Vltimo, aliquando non valet prima nec secunda collatio, vel electio, vnde facienda est tertia, ca. considerauimus, de elect. c. cum Vintonien. & c. auditis, ibidem. & clarius in d. c. post electionem. vel impetrandum est de nouo beneficium.

Collatio duorum beneficiorum simul an valeat.

Si tamen Episcopus conferret duo curata beneficia alicui vno verbo videlicet confero, valeret collatio, vt docet Host. & alij in c. quia nonnulli, de cler. non residen. & Io. And. in c. de multa, de praeben. & dantur sex menses ad eligendum vnum ex illis, per c. referente, de praeb. vel si adipiscatur possessionem vnus, videtur illud eligere: & ideo si aliud postea

ea adipiscitur, vacabit primum: vt in extravag. execrabilis. Ioan. xxij. & dicitur infra in tract. dispensa. in ij. parte.

Episcopi vicarius constitui debet.

16 Aliquando collatores non per se, sed per alios conferunt, vt episcopi, qui absunt ab episcopatu, vt sunt plerumque tenentur enim relinquere vicarios in episcopatu. ca. quoniam, de offic. ordina. vbi Panor. & alij. & s. teneantur. de colla. in Concorda. & olim cum episcopus absens erat, vel alius collator, constituere procuratorem ei praecipiebatur, in c. fi. de voto. vbi tex. vocat eum procuratorem, alias vicarium. Idem in ca. peritio. ibi, vicaria siue procurationis, de procur. vbi Hosti. & Doct. hoc probant.

17 & Iac. in l. insulam ff. de praescrip. verb. f. Ideo dixi valere insinuationem nominationis factam isti procuratori generali in temporalibus & spiritualibus constituto ab Episcopo: alioqui esset in potestate episcopi sic nominando fraudare graduatos, & nominatos isti procuratori insinuantes, ac etiam mandatarios, isti constituto praesentare mandatum cupientes.

Minister fratrum vicarium constitui debet.

18 Item minister fratrum minorum tenetur constituere vicarium: vt consuluit Carol. Ruynus consi. cxxviiij. visis. quibusdam, col. ij. nu. 4. in iij. volu. & isti vicarij conferunt nomine episcopi, quae materia, quia est valde utilis, & in iudiciis frequens, & parum ab interpreibus tractata: ob id eam hic tractare plena manu, & abunde statui.

De vicariis episcoporum.

Capitulum xxj.



SCIENDVM igitur est quod Episcopi creare sibi vicarios possunt sine consensu capituli, & remouere, vt docet Hostien. in summa, de offic. vica. §. in quibus, verlicu. sed nunquid, quod etiam approbat consuetudo, quae in talibus est seruanda. c. ea noscitur, de his quae sunt a praesentibus. Butrig. in cap. tua, de offic. vica. refert Ioan. Francisc. in tracta. de offic. & potestate capituli sede vacan. q. x. col. iij. in ij. parte.

Creari potest vicarius sine consensu capituli.

2 Tenetur tamen vicarius probare literis se vicarium, alioqui non valent gesta ab eo Bertrach. in tract. de Episcopo, in vij. parte, iij. lib. q. viij. post Bald. in cap. pastoralis, de rescrip.

Vicarius non ostendens vicarium quomodo puniatur.

3 Et si gesserit se pro vicario, conferendo beneficium alicui, & postea non ostendat mandatum ei, cui contulit, ad interesse tenetur, quod non potest esse minus, quam valeat beneficium collatum: vt in tracta. nominationis scripsi in q. xiiij. nu. 71. & ad hoc solet condemnari.

Dignitatem habet vicarius episcopi comparabilem cum alia.

4 Vicarius igitur hic dicitur, qui Episcopi vices gerit, vt in rubr. de offic. vica. & is dicitur habere dignitatem, ideo rescripta papae ei dirigi possunt. cle. & si principalis, de rescrip. etiam si sit tantum vicarius capituli sede vacante, vel officialis, nisi esset foraneus, vt vocant glo. & Doct. ibi, & expresse Ioan. Francisc. in tracta. de potestate capituli sede vacan. in q. x. partis secundae, col. ij. vers. sed nunquid, vbi plus dicitur a residentia, excusari, & lucrari fructus tempore absentiae: quia in seruitio ecclesiae esse

cenferur. c. ad audientiam. de cleric. non residen. consuetudo tamen multarum ecclesiarum illum absentem non excusat.

Vicarius delegatus & differunt.

Est tamen differentia inter vicarium & delegatum: quia vicarius intelligitur is, qui vices gerit ordinarij in eodem loco, & tribunali, quo ordinarius, nec de vno ad alium appellatur: de legatus verò quo ad hoc dicitur, cui committitur etiam vniuersitas causarum, à quo appellatur ad delegantem, quia non est idem consistorium. c. ij. & iij. de consue. lib. vj. & Bar. in l. j. in fi. ff. quis & à quo appelle. Bertach. in tracta. de episcopo, in vj. parte iij. li. q. ix. quia non est delegatus generalis, sicut vicarius: vt probatur in c. super §. porro. de offic. de leg. Bal. in l. aliquando. ff. de offi. proconsul.

Sed notandum est, hunc vicarium nec habere dignitatem incompatibilem cum alia, vt docet Panor. per illum tex. in cap. de multa, de præb. ideò per adeptionem dignitatis non vacat vicariatus, nec è contrario, vt d. cle. & si principalis, de rescript. debet tamen is vicarius præcedere archidiaconum, etiam maiore, quia loco Episcopi est, & sicut Episcopus est honorandus, ea præcipimus. xcij. dist. quem sing. no. Lud. Rom. sing. ccclxij. & Fel. in rub. de maio. & obediens. post Panor. cõs. xxj. viso dubio, in primò vol. dicens, non valere consuetudinem in contrarium.

Requisita in vicariatu primo scriptura, & testes.

Annotandum est, quòd in vicariatu plerumque sequentia requiruntur. Primò scriptura, quam oportet edere his, qui indigebunt potestate sua, quam non posset vicarius edere, si non haberet, & hoc etiam probat. l. vnica. C. de manda. princip. c. cum in iure. de offic. delega. & quamuis quidam intelligant illa iura in delegatis Imperatoris, vel papæ: tamen cum eadem ratio sit in hoc casu, idem seruabitur: & hoc iure vtimur, quamuis dom. de Rota contrarium videantur probare, decisio. v. de offi. vicar. incip. si episcopus, in ij. q. in nouis. † Quæ opinio posset intelligi valere collationem vicarij constituti verbo Episcopi, dummodo probetur per testes potestas: Tamen vicarius non debet exercere officium, nisi habeat scripturam suæ potestatis, & eam exhibeat petentibus, alioqui damnis & expensis onerabitur: vt inferius dicitur, & ista sententia de consuetudine inualuit, quam probat Bald. in l. aliquando. ff. de offic. proconsul. & Petrus Paris. consilio lxxx. difficultas. columna prima in quarto volumine.

Ideo non debet quis fidere literis missis ab Episcopo sibi, in quibus dicitur, quòd si moriatur talis, & alij, quòd ipse conferat beneficia talibus, & ipse conferens inueniet se vicarium.

Episcopus residens in curia, an excusetur.

Item post salutationem solet Episcopus narrare occupationes, quibus tenetur, fortè quia est summus papæ penitentiarius, ob id non potest in suo residere episcopatu: ideo necesse habet constituere vicarium, qui suppleat eius vices. Et puto excusandum Episcopum, qui est in seruitio papæ vt in c. ij. & c. ad audientiam, de cleric. non residen. nollem tamen excusare eos, qui resident in curiis principum extra necessitatem.

Vidi etiam vicariatus literis causam inseri, cur istum potius quam

quam alium creauerit vicarium, scilicet propter scientiam, & industriam, vt inferius dicitur.

13 Secundò, testes in illo vicariatu interuenire debent, alioqui instrumentum cum signo sui secretarij tantum esset scriptura priuata, quæ non probaret. l. instrumenta. & l. rationes. C. de prob. & ad euitandam fraudes, quæ super hoc fieri possent: nam prohibita sine testibus collatione, videtur etiam esse prohibitus vicariatus sine testibus, per l. oratio. ff. de sponsal. & sic cõsult senatus Paris. anno 1519. die xxix. Julij. † Et bonum esset quòd nullus reciperetur vicarius, nisi instrumentum vicariatus esset in actis registratum, & ita fuit in senatu statutum, requirente Do. Dionysio Riant Aduocato tunc e regio vniuersitatis, nunc autem aduocato Regio anno 1548. in mense Martio.

Arestum.

15 Tertiò, requiritur quòd sit generalis, c. constitutus, & c. fi. de concessio. præb. vbi Doct. & per ca. fi. de offic. vica. lib. vj. c. deliberationes. §. prohibemus, de offic. lega. ibidem. c. statuendum. xvj. q. ij. multa valent generaliter, quæ non specialiter.

16 Ratio est, ne fiat fraus Lateranen. Cõcili. d. c. constitutus. nam is, qui non posset conferre beneficium vacaturum, daret alicui potestatem conferendi illud, quòd reprobatur in d. cap. ij. & c. constitutus. & hoc cessat, quando in genere datur potestas conferendi vicario. Io. de Selua in tracta. de beneficio, in ij. parte. q. xxj.

Generalis debet esse vicarius, & quamobrem

17 Secunda ratio est, quia si daretur specialis potestas conferendi tale beneficium, hoc saperet reservationem, quam alij collatores extra papam etiam legatus facere non possunt. ca. cum dilectus, de iure patro. maxime in hoc Franciæ regno. §. j. de reserua. in concordia. Franc.

Reservatione solus papa facere potest.

18 Et hæc generalitas in his consistit: primò, quòd vicarius constitutus sit in spiritualibus & temporalibus, alioqui si in spiritualibus tantum, non esset generalis, quia non contineret nisi vnã speciem: vt inferius dico.

Generalitas vicarij in quibus consistat.

19 Item generalitas esse debet, vt constituatur ad conferendum omnia singula beneficia, aliàs si ad vnum conferendum constitueretur, non valeret, vt dictum fuit per d. c. constitutus, de concessio. præbend.

20 Vnde non valeret, etsi data esset potestas recipiendi resignationem certi beneficij: vt decidunt do. de Rota decis. v. tit. de offic. vicar. incip. si episcopus. in no. & probat Panor. in d. c. constitutus. col. vlti. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. in d. ij. parte. q. xxj.

21 Nec equidem valeret, si data esset potestas generalis conferendi omnia beneficia, & postea in aliis literis esset adempta nisi in vno, quia hoc est in fraudem, ideò non valet: vt asserunt Io. And. Panor. & alij in d. c. constitutus.

Conferendi potestas generalis esse debet

22 Item generalis debet esse potestas ad conferendum idoneis, vel simpliciter ad conferendum, alioqui si esset quis constitutus ad conferendum tali Titio, vel talibus tantum, non valeret quia illis reservata essent beneficia. c. deliberatione. §. inhibemus. de offic. lega. li. vj. quòd nec iure fic-

ri potest nisi in papa. c. is cui, de præbendis, lib. vj.

*Vicarius ad
co. f. redum
beneficia cer
ri loci an va
leat.*

Generalem etiam eam esse purarem, si esset constitutus ad conferen- 23
dum omnia, & quæcunque beneficia certi loci: dummodo ibi sint plura
beneficia, quia nec sapit reservationem, nec votum mortis captandæ præ-
betur in vnum potius, quàm in alium, ergo valet cessante ratione. c. cum
cessante, de appella.

Vnde vidit quendam Abbatem de Sabbaudia constituisse vicarium 24
generalem in temporalibus & spiritualibus ad conferendum omnia, &
quæcunque beneficia in Aquitania, quoniam collatio ad nos ratione Ab-
batia nostræ (vt dicebat) pertinet, super quo vicariatu dubitatur, quia
in certo loco erat vicarius constitutus: sed fuit conclusum valere, quod
sic probat: Certè rei, vel causæ tutor dari non potest §. certè. Inst. qui testa-
tuto dari possunt: si tamen tutor detur testamento rei Africanæ, vel rei
Syriacæ, vtilis datio est: & hoc iure vtimur. l. si tamen. ff. de test. tutel. facit
lex factio. magna. de hæred. instituend. sic dicemus in hoc vicario: alioqui
habens duos pluresve episcopatus, & Abbatis, non posset in quolibet
vnum instituere: quod est falsum.

*Ad tempus
constitui vi-
carius potest*

Et sic cum bonum sit argumentum de loco ad tempus, & contra- 25
rio, l. vinum. ff. si cert. petat. cle. ad nostram. de censib. sicut potest Episco-
pus creare vicarium in certo loco, sic in certo tempore, vel vsque ad cer-
tum tempus, & post tempus non erit is vicarius. l. miles. ff. de test. milita.

*Specialis po-
testas quæ lo-
vicario cõce-
di possit.*

Limita in duobus casibus: primus est, quando beneficium vacaret, 26
tunc istius potest dari specialis potestas conferendi certæ personæ: quia
non desideratur mors proximi, cum nullus possideat, sed possidens mor-
tuus sit. glo. & Doct. in d. c. constitutus.

Secundò limitatur, quado daretur potestas perpetua alicui officio, vel 27
dignitati seu ecclesia: vt quado constituitur adicula, seu ecclesia in parro-
chia curati, poterit isti curato dari potestas conferendi istam ecclesiam, vel
præsentandi. c. ad audientiam. de eccle. edific. & quicumque erit curatus
perpetuò conferet, siue in genere illi committatur. c. cum venissent. de in-
stit. siue in specie. c. visis. xvj. q. ij. c. pastoralis. de iure patr. gl. in c. si. de of-
fic. vica. Henric. Boic. in d. c. constitutus. Idem dicerem in papa, qui in his
beneficiis plenam habet potestatem. c. ij. de præb. in vj.

*Idoneus de-
bet esse vica-
rius, & qua-
do dicatur.*

Quartò, hic vicarius idoneus esse debet, c. si. de voto. idoneos intelligo 28
moribus, scientia, & etate, c. cum in cunctis. de election.

*Scientia suf-
ficiens qua-*

Scientiam dico sufficientem, per quam suo possit satisfacere officio: 29
etatem verò etiam viginti quinque annorū, d. §. inferiora: ibidem, & l. ad
rem publicam. ff. de mune. & hono. scripsi in qua etate quis sit habilis ad
omnia beneficia, & officia, in tract. de pacifi. possess. in iij. limita.

*Monachus
an possit esse
Episcopi vi-
carius.*

Idoneus etiam dicitur canonicus regularis, vel monachus, cum iu- 30
re non prohibeatur, cum licentia tamen sui superioris. Doct. in clem.
secunda de rescript. de Rota decisio. iij. de offic. vicarij. in antiquior-
rib. incip. an monachus. & decisio. iij. nota quod monachus. de offi. vi-
car. in antiq. & Guid. papæ decisio. ccccclij. an monachus. per gloss. in ca.
de præb.

de præsentium, xvj. quæst. j.

31 Debet tamen monachus habere vnum religiosum de suo conuentu,
quia solus stare nõ debet, c. ij. de statu monacho. cle. ne in agro. §. ad hæc
illõ titul. Imol. in c. si. de cleric. agroran.

32 Religiosum tamen ordinis mendicantium vicarium suum Episcopus
instituire non poterit, cle. j. §. ad prioratus. de regula. quia est contra pro-
fessionis illorum. clem. in plerisque de electio. hoc expressè docet Card. *Religiosus
medicans vi-
carius Epi-
scopi esse nõ
potest.*
Alex. in c. si quis. in fin. l. viij. distict. & quia non sunt periti forensium re-
rum, & caussarum. l. penul. C. de iudic.

33 Ideò docti & bonæ opinionis homines ad hoc eligi debent. authent. *Movari vbi
debeat vica-
rius.*
præsides. C. de episcopal. audientia. & benemeriti. l. ad subeunda. C. de
decurio. lib. x. & in episcopatu seu palatio Episcopi debent morari. l. nul-
lum. vbi Doc. C. de offic. recto. prouinciæ. vt ibi facilius inueniatur: si ta-
men alibi intra ciuitatem degeret, non esset reprehendendus, quia mo-
dicum super hoc est præiudicium. arg. l. si debitori. ff. de iudic.

34 Item Conciliariis, Præsides, vel alij Officiales regij, non possunt esse of-
ficiales, seu vicarij prælatorum generales, cum sint regij negotiis de-
tenti, nec ab illis, vel ab aliis pensionem habere: vt est statutum in ordi-
Regij, rubr. des Senechaux & baillifz. arti. xxij. collatio tamen facta ab
istis non esset nulla, quia ibidem non annullatur, quia non posset: sed ho-
die priuantur suis officiis. *Officiales re-
regij nõ pos-
sunt esse vi-
carii præla-
torum.*

35 Quintò, debet esse clericus: quia laicus vicarius Episcopi esse non po-
test: indecorum est enim vicarium Episcopi esse laicum, c. in nona. xvj.
quæst. vij. etiam non potest laicus tractare bona ecclesiastica. capit. ij.
de iudi. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in capitul. primo, de offic.

36 vicar. lib. vj. col. penultim. † Nec beneficia conferre. capit. si quis de in-
ceps. & capi. sequent. cum multis aliis. xvj. quæstio. vij. hoc expressè deci-
dit Paul. Parisi. consil. xxx. quamuis. col. penultim. & vltim. in iij. vol.
vbi idem decidit in clerico coniugato etiam cum vnica virgine, quia
non retinet nisi duo priuilegia. c. vnico, de cleri. coniug. libr. vj. nisi laicus
in temporalibus constituatur vicarius. Archid. in d. cap. in nona. xvj.
quæstio. vij

37 Ideo incedere debet hic vicarius in habitu clericali, sicut constituens
Episcopus, alioqui laicus reputatur: quia talis quis præsumitur, in quali
habitu reperitur. l. item apud §. si quis virgines. ff. de iniur. c. si iudex. de
senten. excom. lib. vj. nec professione discrepant nec habitu. d. c. in nona.
xvj. quæstio. vij. *Laicus non
potest vica-
rius esse.*

38 Vnde si iste vicarius vt laicus incedens, contulerit beneficium, oportet
quod probet se & vicarium, & clericum, siue is cui facta fuerit colla-
tio: quia præsumptio est contra hunc vicarium, laicalem habitum defe-
rentem, dicto capi. si iudex, de sententia excommunicatio. libro sexto.
aliàs probare non debetis, cui collatum est beneficium. tonsuram vi-
39 carij: † quod est verum, si in suo episcopatu, vel abbatis sic incederet, se-
cus si in itinere, vel in alia ciuitate, vbi officium non gerit constituentis.

c. si quis. vbi glo. de vita & honesta. cleric. quia tunc vt peregrini habentur: & illorum priuilegijs gaudere debent quo ad habitum. cap. vnic. de cleric. peregr. inan.

Factum vicarij non retractat conueniens.
 Sexid, Episcopus non potest retractare factum vicarij, quia factum à vicario censetur factum ab Episcopo, l. j. §. de iecisse. ff. de vi & vi ar ma. & est idem consistorium. capitulo ij. de consuetud. libro sextò. & quomodo intelligatur, docet Domi. consilio centesimodecimoquarto, Si procurator.

Quod est verum, quando egit iuridicè, aliàs si contra formam, vel mandatum, non tenetur Episcopus illi collationi, vel actui stare. argu. l. diligenter. ff. man. c. cum dilecta. de rescrip. nec culpa officialis vel vicarij domino nocere debet, l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtempera. l. creditor. §. Lucius vbi Paulus. ff. mand. sic cõsultuit Domi. d. consi. cxiiij. quem refert Decius consilio centesimoquadragesimo tertio, In casu, columna secunda.

Si tamen contra mandatum contulerit, tenetur ei, cui confert, ad damna & expensas, & aliud beneficium simile conferre. capit. inter cætera. de præbend. sed sicut ordinarius potest in totum suum vicarium reuocare, clement. & si principalis. de rescrip. ita & in vna collatione. c. Postoralis. §. j. de offic. deleg. & quia sapius de forma vicariatus dubitari vidi, ob id formam in serandam curavi.

Forma vicariatus Archiepiscoporum,
& aliorum collatorum.

Caput. xxij.



VNIVERSIS PRÆSENTES literas inspecturis: Iacobus Dei ac sancte sedis apostolicæ gratia Archiepiscopus. N. salutem in domino. Noueritis, quod nos attendentes multiplices occupationes, & residentiã quam nos oportet necessariò in curia Romana propter officij nostri pœnitentiarij Papæ debitum facere, eò nostra ecclesia in defensione iurium suorum, nostrique subditi in auditione causarum, & redditione iustitiæ non modicum possent recipere detrimentum, ac læsionem: Considerantes igitur probitatem, legalitatem, scientiam

tiam, discretionem, ac industriam discreti viri, magistri Ioannis Motin Clerici, iurium Doctoris, ipsum N. nostrum vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, & officialem in Archiepiscopatu nostro N. tenore præsentium facimus, constituimus, & creamus, citra tamen reuocationem aliorum vicariorum nostrorũ per nos aliàs constitutorum, dantes & concedentes eidem N. vna cum alijs vicarijs nostris, plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale.

Confirmationes, & consecrationes Episcoporum subditorum faciendi, & committendi Abbates, Abbatissas: & moniales benedicendi: pueros & puellas vtriusque sexus confirmandi: Crisma conficiendi: oleumque Cathecuminum: & infirmorum: & cum ipsis etiam illegitimè natis: vt ad minores ordines promoueri: & beneficia simplicia recipere: et retinere valeant: dispensandi: literas commendatitias: et dimissorias ad omnes etiam sacros ordines concedendi: ipsosque celebrandi: ac conferendi: seu committendi beneficia & officia in ecclesia: ciuitate: & diocesi nostris: ad nostram collationem qualitercunque spectantia conferendi: & commendandi: & vniendi beneficia, resignationesque recipiendi: & beneficia resignata conferendi.

Visitationes faciendi, synodos celebrandi, & committendi causas criminales, & ciuiles, matrimoniales, & beneficiales, & quascunque alias tam principales, quam incidentes, & per appellationem deuolutas, & in posterum deuoluendas, & que ad nos: & ad dictam nostram ecclesiam pertinebunt de iure: vel de consuetudine audiendi: & de ipsis cognoscendi.

e iij

Et ex officio inquirendi, ecclesias, capellas & oratoria, ac cimiteria polluta reconciliandi, & de nouo ædificatas, & ædificantes consecrandi: Et personas omnes in nostra ciuitate, & dioecesi, & in tota nostra prouincia prout ad nos de iure metropolitico spectat, & pertinet, siue sint Prælati Abbates, priores, & aliæ ecclesiasticæ personæ quocunque nomine censeantur puniendi, deponendi, corrigendi, & multandi sine acceptione personarum, prout delictorum qualitas, & excessus quantitas exegerint, & enormitas delinquentis suspendendi, interdicens, excommunicandi: Præcepta & mandata faciendi, ipsaque exequendi, & reuocandi, delinquentes incarcerandi, & condemnandi ad perpetuos carceres, vel ad tempus, pœnas mitigandi à sententiis excommunicationis, & à quibuscunque aliis casibus nobis reseruatis absoluedi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminibus, in quibus nobis, vel alijs à iure permittitur, vel constitutionibus synodalibus, vel prouincialibus dispensandi, & absoluedi, prout eidem N. videbitur expedire, sententias proferendi.

Et omnia alia, & singula faciendi, & commitendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus, & Officialatus officium noscitur quomodolibet pertinere, cuius sententias & mandata, prout ritè lata fuerint, rata & grata habere promittimus, & faciemus authore Deo inuolabiliter obseruari: præcepimus, & damus in mandatis tenore præsentium omnibus & singulis nostris subditis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes, & singulos

los rebelles ex nunc prout ex tunc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum prompto, & benigno recipien. effectu, eundem N. tanquam vicarium, & Officiale nostrum & prædictæ nostræ ecclesiæ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his quæ secundum Deum ad nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercunque spectant, vel spectare poterunt, pareant, ac efficaciter obediant, prout obedire & parere tenentur nobis Archiepiscopo prælibato. In cuius rei testimonium has. &c. datum &c.

2 **N**OTANDAE SVNT CLAVSVLAE, quæ in literis vicariatus exprimi debent. Imprimis debet constitui vicarius generalis, ne fiat fraus Concilio Lateranensi. capitulo finali. vbi glossa & Doctor. de officio vicar. & capitulo statutum, de præbend. libro sexto vt superius dictum fuit.

3 Vnde si quis daret vicario potestatem generalem conferendi, & illum postea crearet vicarium generalem, nõ valeret: quia intelligeretur creatus vicarius generalis ad conferendum tantum, & non in temporalibus & spiritualibus, vt fieri debet, vt sequitur: nam illa generalitas restringitur ad specialem concessionem conferendi, text. in l. quæ situm. §. sed si fundus. vbi Bartol. ff. de fundo instru. Docto. in capit. pastoralis. §. fina. & §. sedes, de rescript.

Generalis potestas conferendi alicui nõ sufficit.

4 Nec etiam valeret, si diceretur, creamus te vicarium generalem ad conferendum quæcunque beneficia, per prædicta. & Doctores, in capitul. deliberatione, in fin. de offic. lega. libro vj. & in capitul. statutum. de præbend. ibidem.

5 Ideo in literis vicariatus decet dici, constituimus te, & creamus vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus, dantes tibi specialem potestatem conferendi omnia, & quæcunque beneficia vacatura vt inferius exprimam.

6 Alias collatio facta à vicario generali, cui non est data potestas conferendi, non dicitur colorata: idè is cui facta fuit, post triennium non potest iuuari decreto, de pacific. possessor. vt docet glossa, in verbo coloratum. §. primo, de pacific. possessor. in Pragmatica. *Collatio facta à vicario generali non habente potestatem conferendi non est colorata.*

7 Tamèn valet vicariatus, si daretur potestas conferendi beneficia vacantia per mortem tantum, vel per resignationem tantum, vt probat glo. &

Docto. in dict. cap. de liberationes §. prohibemus. de offic. lega. lib. vj. vbi videtur prohiberi, quando alteri quam vicario committeret, ergo vicario generali non prohibetur.

Vacantia per mortem aut per resignatione committi possunt. Arrestum.
Et ista est communis sententia, licet quidam contrarium teneant. glo. 8 & Docto. in dict. cap. statutum, de præben. lib. vj. de Rota decisio. v. inci. si Episcopus de offic. vicar. in no. & decisio. v. de concessio. præben. et secundum hanc opinionem iudicavit senatus Paris. etiam congregata curia relatore do. Spifame in mense Ianuario, non memini temporis.

Non valeret etiam, si in literis diceretur, creamus te vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus, specialiter et expressè ad conferendum: nam illa verba generalitatem præcedentem restringunt. l. lega. ra. §. j. ff. de supellec. lega. et in dict. §. sed si fundus. Nam quando fit enumeratio specierum post genus, illa enumeratio in dubio restringit ad illas species: l. sed et si adiiciatur. ff. pro socio. † Censetur enim illud mada tum generale expressum in fraudem legis, ex quo non poterat eum constituiti specialiter. sic firmat Socin. consilio ducentesimo sexagesimo. In causa, columna xj. in quinta conclusione, volum. ij. vbi dicit non valere consuetudinem in contrarium. quod probat Barba. in cap. constitutus, col. j. in fin. de rescript.

Ratificatio collationis ab inferiore an fieri possit.
Nec ratificationem collationis nullè valere dicimus, nisi quatenus est necesse de nouo conferatur. teste Guid. papæ con. clxxxix. circa quæstionem. postquam nulla est collatio. Docto. in regul. rati habitationem. de regul. iuris, lib. vj. et incipit valere à die rati habitationis, et non trahitur retro, regula rati habitationem, de regul. iur. in vj. vbi docto. nisi in papa, vt dicam in materia perinde valere inferius.

Quòd non procedit in papa, qui potest potestatem conferendi tribuere alicui etiam non vicario generali, etiam de certo beneficio. capi. is cui, de præbend. lib. vj. quia ipse est supra ius: cap. proposuit, de concess. præbend. alius verò non posse dare potestatem conferendi decem, vel certa beneficia: quia fieret fraus Concilio Lateranen. per ca. constitutus. de concessio. præbend. vbi plenè Docto. nec procuratorem ad conferendum constituere. gloss. in capitu. prohibemus, de offic. delega. in vj. Petr. Paul. Paris. consil. xlix. dominus, col. j. in iij. volumi.

Procurator nō potest ad conferendum nisi a regibus & aliis constitui.
Quòd limitatur in Regibus, principibus & laicis, qui nulla habent iura spiritualia, ad quæ possint vicarios constituere: idè solent procuratores generales omnium bonorum creare, dando eis potestatem conferendi, præsentandi &c. cap. fina. vbi Docto. de concessio. præbend. Pau. de Ciрад. in tracta. de iure patron. in vj. parte. q. xlj. & seq. Roc. Curtius in eod. tract. in verb. honorificum. q. quinta.

Ad hæc non procedit in beneficiis vacantibus: vnde si vacet beneficium, potest dari potestas specialis illud conferendi, per cap. constitutus de concessio. præbend. A Egid. Bellamera decisio. ccccxlj. si episcopus. glo. iij. in §. Reseruaciones, de reserua. in Prag. quia in hoc cessat ratio Concilij Lateranen.

Secun

Archiepiscopi & aliorum collatorum.

- 15 Secundo in spiritualibus & temporalibus vicarius creari debet. c. si de cōcessio præb. per Panon. & c. cum nobis olim, in fi. & c. nihil, in fi. de electione. c. cum venerabilis, de religio. domi. c. vlt. in fi. de stat. mona. c. si episcopus, de supplèd. negli. præla. lib. vj. & supra dictum fuit. *In spiritualibus tantum creari an sufficiat.*
- 16 Nec sufficeret, si in spiritualibus tantum, vel in temporalibus crearetur, quia non esset generalis, c. penul. & vlt. de supplend. negli. præla. li. vj. licet aliquando administratio in spiritualibus tantum alicui dari soleat: c. cum nullus, de tempo. ordi. lib. vj. & aliquando tantum in temporalibus, & quandoque simul.
- 17 Interdum verò conceditur administratio simpliciter, non exprimens in spiritualibus & temporalibus, licet tamen in vicariatu exprimi debeat. c. ij. de offic. vica. in vj. c. iij. de consuetu. li. vj. c. j. de offi. ordi. it. idem. c. Romana, de appella. c. statutum, & c. si. de hæret. co. li. & quia ecclesia solet & spiritualia & temporalia habere. c. si quis. j. q. iij. idè generalis esse hæc creatio debet in spiritualibus & temporalibus.
- 18 In spiritualibus consistit administratio, videlicet vt possit excommunicare, suspendere, interdicere, conferre, instituire, confirmare, eligere, præsentare, visitare, corrigere & punire: collatio etiam sacramentorum tota potestas fori pœnitentialis, dispensatio, & vororum commutatio in spiritualibus continetur. c. quarenti, de verb. signifi. c. j. & c. cum in ecclesia c. veniens. & c. ad aures. de simo. c. ad probandum. de re iudic. alia patent in c. Massana, & c. sacrosancta, de electio. & c. constitutus, de religio. domi. c. si iudex laicus, de senten. excom. lib. vj. & in cle. dispendiosam, de iudic. & in summa xj. q. j. vbi glo. plena. *In quo consistat administratio spiritualium.*
- 19 Administratio in spiritualibus cognoscitur ex natura eius, quod administratur: quia illud est spirituale: ergo administratio est spiritualis, & de re spirituali, vt plenè docet Bald. consi. ccccxlxiiij. præmittendum, in iij. vol. Doct. in c. ij. de iudic.
- 20 Administratio verò in temporalibus consistit in iudicio & extra: in iudicio, quando habet temporalem iurisdictionem pleno iure, quò ad in re & mistum imperium, & omnem iurisdictionem. c. conquestus, de foro cometen. c. vlt. ne cleric. vel monach. vj. idem si certam habeat iurisdictionem in loco. c. cum contingat, de foro cometen. c. dilectus, de offi. ordi. c. ad audientiam, de præscriptio.
- 21 Extra iudicium consistit hæc administratio in omni specie alienationis: item locare, vel ad firmam dare, census, redditus & pensiones colligere potest, c. si quis presbyterorum, de reb. eccle. non alienan. c. vestra, de loca. c. j. ne prælati vices suas. clemen. j. de reb. eccle. non alienad. l. lex que tutores. C. de administra. tutor.
- 22 Et adhuc videt istam clausulam ponti, licet constituens nulla haberet temporalia, vt actus non vitietur: quod vix est, vt episcopus omni modo sine temporalibus consistat: cum vt sine anima corpus vivere non potest: sic nec sustineri ecclesia sine temporalibus. c. si quis obreterit. j. q. iij. & qui ipsis temporalia auferre conantur, ipsas destruere moluntur.

Et sic sub illa clausula in spiritualibus & temporalibus predicta conti-
nentur, nisi ex diuersitate personarum restringatur significatio. Bal. d. consil.
cccclxxviii. col. j. in d. iiii. vol. & ea quae scripti de temporalibus, quando
capiantur à iudicibus laicis, in ordin. Reg. in titu. vt laici non con-
ueniantur, & c. in iij. tomo.

*Vicarius &
officialis an
simidem.*

Item, quandoque vicarius vocatur officialis, vel e contrario: & ista vo-
cabula synonyma esse dicit Io. And. in addit. ad Specul. in rub. de offi. vi-
car. ista tamen diuersitas vocabulorum regi debet pro consuetudinibus,
patriae: vt docet Barbat. in clement. & si principalis. de rescript. quem
refert & sequitur Bernard. de Luco in sua praxi criminali. c. iij. in verbo
Officiali.

Idem in aliquibus locis solet vnus simul constitui officialis & vicarius, &
& tunc plenam habet potestatem: & de hoc loquitur c. ex frequentibus.
de insti. & c. dilectis filiis, de appella. secus vbi separatim constitueretur,
vt ibidem videre licet.

Interdum est separatus, & separata sunt officia: & tunc separatim di-
rigi rescriptum debet sic. Dilecto filio vicario venerabilis fratris nostri
Episcopi Paris. & c. vel sic, Dilecto filio officiali Lugdun. vt asserit prouin-
ciale, folio decimoquarto, versicu. in saluatione. rubr. de saluta. seu ex-
ordiis.

Et hi tanquam habentes dignitatem, clement. etsi principalis, iuncta
glossa de rescript. iudices delegati papae esse possunt. & mandatorum,
ac gratiarum executores: vt vt plenè scripti in forma litera. exec. in prin.
in Concorda.

*Vicarius &
officialis pos-
sunt esse iu-
dices delega-
tari.*

Et si iste vicarius aut officialis sit Canonicus, non tamen alios anti-
quiores in choro & capitulo precedat, sed in loco sedebit, teste do. Gemi.
& Perus. in c. à collatione, de appella. lib. vj. idem in vicario capituli deci-
dit Ioan. Franc. in tract. de offic. & potesta. capit. sede vacan. in x. q. partis
secundae, columna vj.

*Per consti-
tutionem se-
cundi vica-
rii an reuocet
tur primus.*

Secundò venit ponderanda clausula in praefato vicariatu, circa reuo-
cationem aliorum vicariorum, hoc eò dicitur: quia sicut per constitutio-
nem secundi procuratoris reuocatur primus, nisi adsit ista clausula. l. si
quis. §. j. ff. de procura. ita per constitutionem secundi vicarij. c. clericos.
vbi Doct. de offic. vicar. & inferius in fine istius materiae scribam.

*Clausula ple-
na & libera
potestas, qd
denotet.*

Tertiò additur clausula, dantes & concedentes eidem plenam & libe-
ram potestatem: per quam clausulam potest vicarius ea facere, quae sub
generali mandato continentur: vt in l. procurator cui, & l. procurator to-
torum. ff. de procura. capitul. qui ad agendum, & sequenti, illo titulo, in
sexto.

Non tamen poterit facere ea quae mandatum exigunt speciale, capi-
tul. qui generaliter, de procurator. in sexto, quos congerit Bald. in §. fi. de
his per quos. agere possu. in iustit. scripti in glossa Concorda. in §. fin.
de electio. doroga. in Concorda. Idem soler addi clausulae sequentes, quae
mandatum regulariter speciale requirunt.

Quarum

- Quartum prima est clausula, confirmationes, & consecrationes Epi-
scoporum subditorum faciendi, certum est quod ad Episcopum spectat
confirmare Abbates, & priores sibi subiectos, non exceptos. c. nullus, pri-
mo, xvj. q. vij. c. cum ex iniuncto, in fin. de haeret. ca. si abbatem, de ele-
ctio. libr. vj. c. cum venerabilis, & c. significauerunt, de except. † Et ad Ar-
chiepiscopum pertinet confirmare Episcopos. c. fi. lxxiiij. distin. & c. cu
dilecti, de elect. & Archiepiscopum confirmat Primas, vel Patriarcha,
c. bonae. j. de elect. c. quia propter, vbi Doct. ibidem. gl. ij. in §. facta. tit. de
elect. in Pragmat. idem inspiciendum est quis creet vicarium: quia si Epi-
scopus dicit in vicariatu, Abbates & priores confirmandi. Si Archie-
piscopus dicit, Episcopos, Abbates & priores confirmandi: quia iure Ar-
chiepiscopali subintelligitur eam potestatem conferendi Episcopos co-
mittere, postquam illam habet. Et quia iure episcopali habet potestatem
confirmandi Abbates & priores, ob id ista concedit specialiter, quae alias
sub generali mandato non comprehenderetur: vt per Doct. in c. fi. de elect.
in vj. † Est etiam aduertendum in hac clausula, consecrationem Episco-
porum committi vicario: quia tenetur Archiepiscopus intra tres men-
ses à die confirmationis computandos. c. quoniam. lxxv. dist. consecrare
Episcopos suffraganeos. c. j. & per totum, ceterisima dist. c. cum in cunctis
§. cu verò, de elect. † Sed hanc consecrationem vicarius exequi non po-
terit, nisi sit Episcopus. c. episcopi. lxxx. distin. imò tres requiruntur epi-
scopi. c. episcopi. lxxij. distin. c. fi. lxxvj. distin. quam obrem cum quis eum
constituit vicarium, qui non est Episcopus, debet addere faciendi, & co-
mittendi: vt in ea parte vicarius possit committere alicui Episcopo: teste
Bertachi. in iij. parte tract. de episc. q. lxxj.
- 36 Secunda est clausula, scilicet dantes potestatem Abbates, & Abbatif-
sas, & moniales benedicendi, & consecrandi: hoc enim ad Episcopum per-
tinet, quod debet specialiter committere, si velit per vicarium exerceri
posse. c. j. de supplen. negligent. praelator. clementi. fina. §. statuimus, de
statu monach.
- 37 Tertia clausula est, pueros & puellas, & vtriusque sexus homines no-
strae diocesis benedicendi, & confirmandi. Certum est quod omnibus
baptisatis debet conferri sacramentum confirmationis, & praecipue cu
pertigerint duodecim annos, in qua aetate possunt discernere: vt dicit
text. in c. vt ieiuni, & seq. de consecra. dist. v. sic dicens: vt ieiuni ad confir-
mationem veniant perfectae aetatis, vt moneantur confessionem prius
facere, vt mundi domum spiritus sancti valeant accipere: & quia nun-
quam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrisma-
tus. † quid insuper confirmatio proffit, docet text. in c. spiritus sanctus. ibi
dem: & manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum
est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tem-
pore Apostolorum ab aliis. quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur
perpetuum esse, nec ab aliis, quam qui eorum tenent locum vnquam per-
fici potest, aut fieri debet. ca. de his. & c. sequent. ibidem. † Et ita cum soli

*Confirmatio
abbatū
& priorum
vicariis co-
mittuntur.*

*Benedicere
moniales co-
mittitur vici-
ario.*

*Confirmatio
puerorum co-
mitti solet.*

f

Episcopi confirmationis hoc sacramentum præstare debeant. c. vt Episcopi, ibidem nisi iste vicarius sit Episcopus, nõ poterit confirmare, etiã si hoc haberet consuetudo. c. quanto. de consue. sed committet Episcopo iuxta potestatem sibi datam. c. vno. §. per frontis, de sacra vnct. & Florentinus in iij. parte summæ in tit. de confirma. plenè tractat. ibi vide.

Chrisma cõficere cõmittitur.

Sequitur quarta clausula: Chrisma conficiendi, oleum cathecumino-
rum & infirmorum, ista quoque solent Episcopi conficere die Iouis sancta: & quare hoc fiat, docet Ioan. Durand. in Ratio. diuin. offic. lib. j. de vnct. in lib. vj. de quinta feria, & hoc etiam habetur in pontificali, & in c. vno, de sacra vnct. vbi ista declarantur.

Dispensat cum vicario potestatis specialis ad hoc potestatis habens.

Episcopus nõ dispensat ad præbendas ecclesie cathedralis cũ legitime natis.

Quinta clausula: Et cum ipsis etiam illegitimè natis, vt ad minores ordines promoueri valeant, dispensandi. c. j. de fil. presbyter. lib. vj. vbi Episcopus illam habet potestatem, ergo illam cõmittere potest. † Etiã potestatem habet dispensandi, vt conferatur isti beneficium simplex, & sine cura, non tamen ad præbendas cathedrales propter præminentiam, & autoritatem quam habent Canonici cathedralium ecclesiarum. Domi. de Rota deci. ij. de filiis presby. incip. voluerunt Domini. in no. & deci. iij. de offic. ordin. in antiq. quamuis Archid. in d. c. j. teneat contra què refert de Selua in trac. de benefi. in iij. parte. q. lxj. dicens hoc nõ fuisse prohibitum, ergo cõcessum. † sed ego dicere prohibitum. in d. c. j. ibi, dũ modò sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari, ergo est aliquod beneficium sine cura, super quo non potest Episcopus dispensare: vt sunt præbendæ ecclesie cathedralis. c. sanctorum. lxx. distin. & ecclesia ipsa cathedralis propter honorem ipsius non comprehenditur sub generalitate. c. quamuis, de præb. lib. vj. & hoc tenet Ioan. Monach. in c. j. de fil. presbyter. & hæc sententia in curia Romana seruatur: vt asserit Feli. in c. postulasti. col. vij. ver. secunda conclusio, de rescript. gl. in §. item censuit, in verb. cathedralibus, de collat. in prag. & ad beneficia curata solus papa cum his illegitimè natis dispensat, vt est tex. in d. c. & ad maiores ordines, vt ibi.

Dispensandi potestas transit cum generali.

Et quia potestas dispensandi non transit cum generali mādato. c. auctoritate, de priuileg. lib. vj. ideò opus est speciali concessione, teste Calde-
ri. confi. iij. an vicarius, de offic. vicar. gl. in c. qua de causa. ij. q. iij. Cardinal. Alex. in c. denique, col. vij. versi. sed iuxta hoc, iij. distin. Felin. cap. at si clerici. §. de adulteriis, col. vlti. de iudi. Domi. confi. xxxviij. pro clari-
riori, col. iij.

Imò vicarius generalis non poterit dispensare, licet istam habeat potestatem, cum quibus papa Episcopo dispensari mandat, cum intentio committentis ad hoc non se extendat, sed ad Episcopum referatur: & ultra intentionem non valeat dispensatio, nec actus, c. si de præbend. glo. not. in §. visum, alias incipit, quia circa, in. verb. legatorum, de colla. in prag.

Et sic patet, quòd vicario est prohibita dispensatio in casibus, etiam in quibus potest Episcopus de iure dispensare, quos memorant Docto.

in

in c. at si clerici. §. si de iudic. post Specula. in tit. de lapsis & dispensat. §. nunc de episcoporum. nisi huic vicario data fuerit specialis potestas: vt docet Bertachinus in tract. de episcopo, in vij. parte iij. libri, q. xiiij. ideò potest addi isti clausule, & aliàs prout nobis comperit, vel competere poterit, etiam ex papæ vel aliorum delegationibus seu commissiõibus vel aliàs quomodolibet.

47 Subsequitur clausula sexta. Literas commendatitias, & dimissorias ad omnes, & singulos etiam sacros ordines concedendi, ipsoque conferendi, vel committendi. Ista vicarius generalis sine speciali potestate concedere non potest, c. cum nullus. §. episcopo, de temp. ord. lib. vj. Io. Frac. vbi supra. q. j. par. ij. col. vj. Host. & AEgid. Bellamera in cap. significasti, de offic. Archidiacon. † Quod est verum, nisi episcopus in remotis egeret, d. c. cum nullus, & ibi Perus. in iij. no. sed hoc est tutius, vt potestas concedatur. Et si vicarius fuerit episcopus, datur clausula etiam celebrandi ordines sacros, & conferendi, seu committendi, si vicarius non sit episcopus.

Dimissoria ad ordines quando a vicario cõcedi possunt.

49 Septima clausula. Beneficia, dignitates, personarus, præbendas, ac alia quæcunque beneficia & officia, quorum collatio ad nos qualitercunque spectat ratione nostri Archiepiscopatus conferendi. Sub hoc nomine conferendi, includitur institutio, præsentatio, & alia quælibet prouisio. rub. vt eccles. benefi. sine diminut. conferant. Scripsi in §. statuimus secundo, in verbo, conferantur, de collatio. in Concord. † Idem si data esset potestas prouidendi ad beneficia. Prouisionis enim verbum latum est, glo. in clement. si de electio. scripsi in §. præfati que ordinarij, in verbo prouisionem, de collat. in Concor.

Conferendi nomine, includitur que libet prouisio.

51 Si autem sola data fuerit potestas præsentandi vicario, is conferre non poterit, quia vnus specialis modus non comprehendit aliam: c. cum in illis. §. cum autem, de præb. lib. vj. c. susceptum, de rescript. eod. libr. Sed verbum conferendi est generale: ob id alios comprehendit modos, quamuis contrarium teneat Paul. Castrenf. confi. ccclxj. venerabilis, quaest. ij. volumi. j.

Prouisio.

52 Imò si fuerit concessa potestas eligendi & præsentandi, cum clausula & alia omnia etiam maiora faciendi, non comprehenderetur cõferendi potestas: vt firmat Gemi. d. §. cum autem, in fi. quia illi modi sunt, speciales, secus in verb. conferendi, vt supra probaui, per rubricam, vt ecclesia stica benefi. sine diminutione conferant. quia nihil videtur maius potestate conferendi, vt quis habeat idoneum eligere, & illi conferre. c. graue, de præb. sic consuluit Bertrand. confi. cxxxij. dubitatur, col. j. vol. ij. ex prima editione, quamuis hodie nostri collatores indoctis potius quam doctis conferant.

Specialis cõferendi potestas dari & cur debet.

53 Et ideò is vicarius sine speciali concessione hæc beneficia non poterit conferre, c. fin. de offi. vicar. lib. vj. quia in generali concessione non veniunt ea, quæ non esset quis verisimiliter concessurus, vt ibidem deciditur: & quia lex magis confidit de prælato, cuius oues sunt propria, quam

f ij

de vicario. Io. x. & Claud. de Seycello, in speculo feudorum, qui feudum dare possunt. §. secundo principaliter, col. x. & quia conferre donare est, d. c. fin. & c. relatum. in gloss. de præb. & in generali mandato non venit ut quis donare possit, l. filius fa. ff. de don. quia donare est perdere, ut ibidem dicitur: & in dubio quis non videtur velle iactare, nec perdere suum. l. cum de indebito. ff. de prob. Bertran. cōf. cxxxiiij. viso processu, col. j. in ij. vol. ex antiq. editio.

Et quando specialis mentio fieri debet, non sufficit generalis, c. in no- 54
stra, in fi. vbi Doct. de rescrip. gloss. in clemen. dudum, in verbo, pacta. de sepulch. sic consuluit Alexan. cōf. cxxij. viso puncto, col. iij. & sequen. & cōsil. seq. in iij. vol. & cōsi. clv. videretur, col. j. in vj. vol. gl. in verb. ex- 55
pressè, in c. inquisitores, de hæretic. li. vj. † nam vbiunque lex vult, ut ali-
quid specialiter fiat, nō sufficit exprimere in genere, l. si quis mihi bona.
§. iussum. ff. de acquir. hæredit. vbi iussum in acquirendo hæreditatem de-
bet esse specialis: vt Alex. not. ibi. & in l. j. circa finem, de lib. & posthu.
Socin. cōsi. xl v. visa appellatione, col. iij. in j. vol. sequitur Albert. Brunus
in trac. de forma & solen. actus, rub. de supplemento, ac obseruantia for-
mæ, col. xvij. vers. xvij. limitatur.

Item specialiter dicitur fieri, quod nominatim, & expressis verbis, fit. 56
glo. in cle. j. in verb. specialiter, de iud. clem. cōstitutionem, de elect. c. Pa-
storalis, de except. l. de his, ff. de transact. l. si quis in princip. testamenti. ff.
de leg. iij. si quando. §. & generaliter, C. de inoffi. test. l. si de administr. tur.
l. si. de noua. l. si. de indi. viduit. tolend. Barb. expressè in cōf. xxv. scribi
tur, col. ix. in j. vol. & cōf. xv. præclare, col. vij. nu. xj. in ij. vol. & cōf. lxiiij.
illud, col. j. in ij. vol. † Et quod est à generalitate verborum extractum, 57
dicitur specialiter dictum, vel factum, l. item apud. §. hoc edictum. ff. de
iniur. l. vxorem. §. felicissimo, & l. seruis vrbis, in fi. de leg. iij. sic consu-
luit Alex. cōsi. cxxxiiij. præviso themate, col. ij. in j. vol. & cōf. vij. vide-
retur, col. ij. nu. 4. in iij. vol. Fel. in c. ad aures, col. j. & ibi in addit. de rescri.
Imol. in cle. j. col. iij. nu. 12. de iud.

Tamen rex dicit specialiter exprimendam collationem, nō singula- 58
riter conferendi talem ecclesiam, & talem: imò hoc non valeret, nisi ge-
neraliter ei committeretur, & potestas generalis cōferendi beneficia va-
catura tribueretur, secus in vacantibus, c. constitutus, de concess. præb.
Sic consuluit Alex. cōsi. xcvi. diligenter, col. j. & seq. in v. vol. & hoc repe-
riit cōf. lxiiij. in vj. vol. † Vnde sufficit quod quis habeat speciale manda- 59
tum ad alienandum, licet non exprimat, quæ res alienanda sit, l. pro-
cūratorem. vbi Doctor. C. de proc. sic consuluit Alex. cōsi. clxxxix. viso
statuto, col. ij. in vij. vol.

Itaque specialiter dicitur data potestas, quādo expressa collatiōis vel
prouisionis, seu dispensationis beneficiorum facta est in vicariatu mentio:
aliàs nō, cum illud dicatur specialiter cōcessum, quādo est à generalitate
verborū abstractum, d. l. itē apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. qui ad agē-
dum, de proc. lib. vj. glos. & ibi Imol. nume. 12. in clementi. j. de iudic.

vt

vt superius dictum fuit: & plenè prosequitur d. And. Tiraq. in tract. de
legib. connub. in glo. express.

61 Item etiam procedit vicariis Papæ, vt non possint conferre, nisi eisdem
à Papa data sit potestas: quia limitata potestas extrēdi nō potest l. in agris,
ff. de acquir. rer. dom. & rationibus aliis superius expressis, & hoc docet
Fel. in c. cum ordinem, col. iij. vers. limita. de rescript. *Vicarius pa-
pæ sine ex-
pressā concef-
sione nō con-
fert.*

62 Idem in vicariis capituli vacante sedē, Ioan. Fran. in tract. de offic. &
potesta. c. sede vacante, q. x. partis secunda.

63 Et quamuis dictum c. si. de offi. vica. lib. vj. loquatur in vicario Episco-
pato: tamen quia est eadem ratio in vicario Papæ & aliorum qui conferre
possunt, nisi in laicis, eadem erit iuris decisiō: l. illud. ff. ad leg. Aquil.

64 Etiam si vicarius esset Cardinalis, quia conferendi non dicitur habe-
re potestatem, nisi sit legatus, c. j. de offi. leg. lib. vj. hoc tenet expressim
Bal. in l. aliquando, quæ sit. penul. ff. de offi. proconsul. & lega. quem sequi
65 tur Carella. Couta. in ij. parte Memor. in verb. vicarius, † quamuis con-
trarium teneat Barba. in tract. de præstan. Cardina. in præludio secun-
dæ partis, per tex. in l. vicarius. ff. de legatio. vbi vicarius dicitur legatus,
& legatus conferre beneficia potest, ergo & Cardinalis vicarius. respon.
quod ille textus de alio legato loquitur, & probat contrarium, sic dicēs,
qui est vicarius alieni muneris voluntate sua datus, cogitur legationem
suscipere, non tamen est legatus antequam suscipiat, quoad confe-
66 rendum. † Et sic non omnis vicarius est legatus, per illum tex. & diuer-
sitas nominum rerum diuersitatem inducit, l. si idem, C. de codic. idē
hic Cardinalis ab Episcopo vicarius creatus conferre tanquam legatus
non potest, quia non est legatus à latere, cui tantum conceditur, c. j. de of-
fic. leg. in vj.

67 Tanquam vicarius etiam non potest: quia ei non est data potestas: tan-
quam cardinalis non reperitur, quod illam habeat potestatem cōferen-
di, antequam sibi specialim detur: ergo nullo modo potest conferre, si
non sit vicarius constitutus ab Episcopo, vel Archiepiscopo. & nisi pote-
statem ad hoc expressam habuerit.

68 Nec refragatur, quod Cardinalis, quando cōstituitur legatus, sicut gau-
det prærogatiua honoris ultra alios: d. c. j. de off. del. li. vj. ita & quando
Cardinalis constituitur episcopi vicarius, transit honor in Cardinalē vi-
cariū, ratione seu cardinalatus: sed quod ex hoc habet potestatem confe-
rendi, nullo iure cauetur, vt prædixi, licet sit honorandus tanquam cardī-
nalis: & aliud est habere honorem, aliud potestatem cōferendi: multi ha-
bent honores, & conferendi potestatem non habent, vt notorium est.

69 Nec obest, quod conferre beneficia magis sibi competit gratia hono-
ris & prærogatiuæ, quàm legationis. d. c. j. de offi. leg. lib. vj. ergo quan-
do est vicarius. Cardinalis habet illam prærogatiuam honoris, ergo po-
terit conferre. Respon. quod Cardinalis eò quod cardinalis est, nō habet
illam potestatem beneficia conferendi: sic nec quando est vicarius, nisi
70 sibi committatur: † sed statim quod est legatus à latere à iure habet, d.

f iij

c. j. & per hoc puto Cardinalem constitutum vicarium siue à Papa, siue ab alio, non posse conferre beneficia, nisi sibi expressè commissum fuerit: sed hoc adulationis fortè gratia sustinuit Barban. d. tracta. de præstan. Card. in præludio secundæ partis, vbi volebat Cardinales priuilegiis contra ius extollere: & priuilegia, quæ sunt facti, c. j. de constit. in vj. oportet quòd allegans probet. c. cum personæ, de priuileg. eo. lib.

Procurator laici non potest presentare, si non fuerit specialiter ei data potestas.

Idem in procuratore generali laici, vt non possit præsentare, nisi expressa detur eidem presentandi potestas. Panor. in c. fi. de concessi. præb. vbi dicit, quòd laicus non potest constituere vicarium: sed si necesse habeat proficisci longa absentia, poterit procuratorem generalem omnium bonorum constituere, cui presentandi potestatem concedet. Hanc opinionem ibidem sequitur Imol. & alij, & Paul. de citad. in tract. de iure patro. in vj. parte, q. xij. & q. seq. † vbi dicit patronum ecclesiasticum debere constituere vicarium generalem ad omnia, ac etiam ad presentationes faciendas: cui assentit Philipp. Probus in c. j. de offic. vicari. in additio ad Ioan. monach. post Rochum Curtium in tract. iuris patro. in verbo honorificum in q. v.

Vicarius non alii constituit.

Item vicarius alium constituere non potest, c. clericos, de offic. vica. nisi fuerit eidem data potestas substituendi alium; argu. c. fin. de procu. lib. vj. quia personæ industria electa esse intelligitur, quæ in diuersis est diuersa. l. inter artifices. ff. de solution. l. si non sortem §. libertus, de condition. indebi. istius est sententiæ Bald. in Marg. in verb. vicarius, quest. 4. allegat. Hostien. in d. clericos. † Et quia iudex delegatus alium non potest substituere, vel delegare, l. à iudice, C. de iud. nisi ex maxi. causa, & non frequenter: vt consuluit Bertrand. consi. cxvij. ex literis, colu. iij. nu. 5. in j. vol. secundum nouam impressionem. & Paris. consi. lxxx. in iij. vo. & consi. lxxxix. ibidem, post Guid. Papæ in decisi. ccclxxiiij. permutatio circa finem.

Nec in spiritualibus tantum potest substituere, vel temporalibus, nisi aliter consuetudo se habuerit: vt decidit Io. Fran. in tract. de offic. & potesta. capit. sede vacante. in x. q. partis secundæ.

Substituens vicarij an illi conferre possit.

Vel nisi data esset potestas substituendi. d. cap. clericos, de offic. vicari. Et tunc Bonum est inferere hæc verba, damus potestatem substituendi alium, quem nos vicarium cum eadem potestate constituimus. Doct. in c. j. de offic. vicar. & tunc poterit substituens conferre substituendi, quia à domino censetur constitutus.

Vel nisi esset consuetudo. Aufrer. in decisi. Tholosæ. quæ. xxxvj. vbi firmat vicarium posse procuratorem constituere, etiam si eidem hoc expressè non fuerit concessum: allegat Collecta. in c. tua nos, de offic. vicar. & Nicola. Mil. in verb. vicarius episcopi.

In substitutio vicarij an conferre potestas si exprimitur.

Item habens potestatem conferendi & substituendi alium cum simili potestate, substituere potest non expresso, quòd dat specialiter potestatem conferendi substituto, sed substituit cum simili potestate: quia censetur specialis habita relatione ad primam, iuxta l. ait prætor §. j. ff. de

de rei. iudic. l. vbi autem. §. qui verò de verb. obligat. vbi paria sunt exprimere certum, vel se ad certum referre. & pro hoc videtur tex. in c. tibi qui. de rescrip. lib. vj. & ibi Alex. de antilla declarat. † quia substitutio facta per vicarium, debet intelligi sicut prima constitutio, & continet idem quod in prima vicarij potestate continebatur. l. asse toto. ff. de hæredib. institu. plenè Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus, rub. ex quibus consistant forma & solennitas. vers. Sed quid de eo, quod exprimitur. & certum illud dicitur, quod fit per relationem ad aliud. l. certum. ff. si certum petat. Feli. in c. cum venerabilis, de exceptio. Bar. & alij in l. j. ff. de vulgar.

80 Si tamen episcopus vicario dederit potestatem alium substituendi, nisi dixerit cum potestate conferendi, vel consimili potestate, hic substitutus conferre non poterit: quia sub ista generali potestate non venit conferendi potestas, d. c. fi. de offic. vic. in vj. sic consuluit Paul. Paris. in suo consil. lxxx. difficultas. col. ij. in iij. volum. nec maiorem in hoc censetur habere potestatem vicarius, quam dominus. Bald. in l. aliquando, ff. de offic. proconsul.

82 Intelligendum autem est, quòd quamuis Episcopus, aut alius collator possit creare vicarium, vel vicarios ad conferendum beneficia. cap. fina. de offic. vica. in vj. tamen iste vicarius, vel vicarij, non poterunt conferre episcopo, qui illum creauit, quia sub ipli per se non potest conferre, nec potestatem conferendi dare, capit. fin. de insti. Feli. in cap. sanè. ij. in fine.

83 de offic. delegat. † Ob id solent aliqui episcopi ambitiosi, ac Abbates omnia deglutire beneficia cupientes, à Romano pontifice hoc impetrare, vt vicarios habeant, qui illis, qui crearunt eos, possint conferre: & tunc hoc poterunt vicarij autoritate Apostolica, & non ordinaria, ne vnus conferat sibi ipsi, contra d. c. si de insti. & c. per vestras, de iure patro. vidi tamen istos vicariatus tanquam Reipublicæ pestilentes reprobari per senatû Paris. & procuratorem Regium tanquam ab abusu appellasse: alioqui omnia beneficia possent collatores retinere, sicut hodie quidam ex nostris.

84 Ex quo inferitur, quòd is vicarius habens specialem conferendi potestatem, poterit conferre omnibus, quibus potest Episcopus, & sic etiam habentibus beneficium: dum modo ostendatur ei dispensatio, ca. ordinarij §. primo, de offic. ordin. libro sexto, Doct. in dict. capit. is cui. de præb. eodem lib.

85 Et sicut Episcopus debet examinare presentatos, & illos instituere, c. cum autem, de iure patro. ita debet vicarius, antequàm eos instituat, alioqui damnationem sibi acquirit: nisi Episcopus aliquos nominauerit vicario, vt illis vicarius conferret, tunc imputabitur Episcopo, & vicarius illos non examinabit. argumento capitulo si Episcopus, de præben.

86 in vi. † Si tamen eos cognosceret inhabiles, non debet eis prouidere, sed debet Episcopum, cuius vices gerit, monere: alioqui vterque reus est, & super his multæ sunt fraudes: quia communiter

Vicarius non potest beneficiu episcopo cum constituere, etiam si à papa fuerit cõstitutus.

Vicarius non examinare antequàm conferat debet.

qualis collator, talis vicarius: ideo dicit Iuuen. *nolo vicarius esse*. quia ferè omnes se & suos ad inferos deuoluunt.

Et si in vicariatu dictū fuerit, vt conferat idoneis, intelligitur de idoneis moribus, scientia & ætate. c. cum in cunctis, de elect. hoc expressim decidit Paul. Paris. consilio xl. quamuis, columna ij. in iij. vol. vt superius dictum fuit.

Poterit etiam vicarius huius potestatis ratione conferre tā beneficia, 88 quæ iure proprio Episcopus cōfert, quàm iure deuoluto, vt docet Ioan. Franci. vbi suprā, col. x. tutius est tamen exprimere etiam deuoluta, in vicariatus instrumento: vt sepius vidi expressum.

Veruntamen episcopus, qui potestatem conferendi dedit, conferre 89 ante vicarium poterit, per tex. & glo. in c. constitutus, de concess. præb. quia maiorem potestatem retinuit sibi, quàm concesserit, vt dicitur de papa, in c. dudum, de præbend. libr. vj. & sicut illum reuocare potest in totum, clementin. & si principalis, vbi nota. de rescript. ita & adimere potestatem in aliquo, videlicet in illo beneficio, quod prius cōfert, c. pastoralis. §. item cum totum, de offi. deleg.

Item sicut vicarius non potest conferre sine speciali mandato, ita nō 90 potest consentire collationi: nam qui non potest donare, nec donanti cōsentire. l. creditor. C. de donat. inter vir. & vxor. l. cum quis. ff. de reg. iur. multa super hoc congerit suo more D. And. Tiraq. in tract. de legib. con cub. in vlt. lege, gl. ij. qui enim consentit donanti, rem ipsam donare videtur, quod non potest vicarius. l. que doris, & ibi Bal. col. iij. ff. soluto matri. l. si liqueat, vbi Bal. ij. no. C. de inoffi. don. l. in ædibus. §. quod filius. ff. de donati. onib.

Vicarius collationi facere de an cōsentire possit.

Vnde si canonici tenebantur conferre cum consensu episcopi, non 91 poterit capitulum conferre non habito episcopi consensu. c. vno. §. cum vero. ne sede vacante, libr. vj. c. si pro te, de rescript. ibidē & ibi glo. in verb. assensu. l. si. C. de contrah. emp. hoc docet plenè Materet. in tract. de elect. in xj. q. fol. 75.

Etiam absente episcopo non poterit vicarius consentire. c. si. de offi. 92 vic. libr. vj. Allegatur Fed. consi. cclxiiij. si canonici

Limitatur, quando vicarius haberet potestatem conferendi, tunc poterit & consentire: vt probat Archi. in c. Reatina, lxij. distinct. nam qui dare potest, & donationi consentire potest. l. sicut. §. v. editionis. ff. quibus mod. pig. soluit. vbi qui testari potest, & consentire, vt alius de re sua testetur: & sic in casibus specialibus, in quibus est data potestas conficiendi illos actus, multò fortius consentiendi: & sic poterit vicarius consentire in illis actibus, in quibus est specialis sibi data potestas, etiam si non sit expressum, quod consentire possit.

Secundò, quando accessoriè præstandus esset consensus, vt in patre, 94 qui filio cōsensum præstare debet agēti: tūc si pater absit, poterit filius facere sine consensu. l. si longius. §. j. ff. de iudic.

Tertio limitatur in consilio: nam si is qui debet cōsultare, sit absens, & 95 non

Forma vicar. Archiepisc. & aliorum collatorum. 69

non sit breui reuerurus, non erit expectandus: sed potest beneficium conferri, & actus fieri non requisito consilio, secus in consensu qui omninò est habendus, etiam si immineret periculum. text. in d. cap. vno. §. fin. de sede vacan. libr. vj. vbi gloss. & text. ibi non repetit consensum, sicut in §. præceden. idem scribit gloss. in verb. assensu, in c. si pro te, de rescript. illo lib. sic intelligi debet opinio Ludouici Roman. singul. dcxc. ex longaeva.

96 Quattò non procedit in casibus inclusis in generali mandato, in quibus ratione vicariatus generalis cōsentire poterit, & in illis casibus, quos potest ratione vicariatus generalis expedire: tunc absente episcopo, in illis casibus poterit vicarius consentire: & requiri eius consensus debet.

97 Et sic potest intelligi sententia Archidia. in d. c. Reatina. lxij. distinct. c. cum nullus. §. episcopo, de tempo. ordinan. libr. vj. Feli. in c. ex parte. col. ij. vers. an autem. de const. & Ias. in l. in prouinciali. §. si ego col. ij. au. vj. ff. de noui. op. nuncia.

98 Imò potestas conferendi data vicario, vt conferat beneficia ad Episcopi collationem spectantia, non extenditur ad beneficia, quæ episcopus conferre potest autoritate Apostolica, vt pote. propter negligentiam regularium prælatorum, clement. vnic. de supplend. negligent. prælat.

Vicarius que beneficia conferre non possit.

99 Idè in instrumento vicariatus hæc verba conscribi debent, damus potestatem conferendi beneficia, quæ nos iure ordinario conferre possumus, & etiam omnia alia, quæ iure deuoluto autoritate apostolica, vel quauis alia potestate à iure communi, vel speciali nobis concessa: vel dicitur, qualitercunque, vel quomodocunque spectantia seu quomodolibet.

100 Inest alia clausula ordine octaua, Visitaciones faciendi: nam episcopi per cunctas dioceses parrochiasque suas per singulos annos ire oportet: quòd si ipse, aut langere, aut aliis occupationibus implicatus adimplere nequiverit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, c. episcopi. x. q. j. c. inter cætera, de offi. ordin. c. si episcopus. illo tit. libr. vj. Soci. in tract.

Vicarius episcopi quado visitare possit.

101 de visita. in iij. quest. principali, vers. duodecimò quæro vtrum. † aliàs ex generali mandato vicarius episcopi visitare non potest, sicut nec vicarius capituli: idè opus est speciali concessione. glo. & doct. in cle. j. §. in verb. capituli, de heretic.

102 Nona clausula in vicariatu adiici solet, videlicet, vniendi beneficia: alioqui vicarius etiam generalis non habebit vniendi potestatem, etiam si data sit conferendi potestas cum clausula generali, quæ ad maiora expressis non extenditur, c. qui ad agendum, de procur. libro sexto, sed vnire maius est, quàm conferre: quia vnio non fit à prælatis inferioribus episcopo. capituli. sicut vnire, de excessib. prælator. tamen conferre & inferiores possunt, capituli. cum & plantare. de priuileg. & vnire alienare est, capituli. primo, ne sede vacante: quod non potest quis facere sine speciali mandato, l. si filius famil. ff. de donat. & dicto capituli. qui ad agendum.

Vnire an possit vicarius.

Etiam prælati vnire sine consensu capituli, non possunt, sed confer- 10
re sic capitul. pastoralis. in fin. de dona. capitul. secundo, de concessione
præb. Innocen. in cap. adhæc. de offi. Archidia. super hoc expressè consu-
luit Paul. Paris. consilio. xlj. ex his. columna prima in iij. volu. post. Do.
Gemi. in consil. xxxviij. pro clariori. col. iij. alia dicam inferius in vnio-
nis materia.

In vicariatu etiam clausula decima opponi consuevit, recipiendi re- 104
signationes, & beneficia resignata conferendi: nempe vicarius non po-
test dare auctoritatem permutare volentibus: nisi hoc expressè illi con-
cessum fuerit, c. quesitum, de rerum permuta.

*Recipere re-
signationem
qui potest,
an & confer-
re.* Imò habens potestatem recipiendi resignationem beneficiorum cau- 105
sa permutationis, vel simpliciter, non potest beneficia sic resignata post
ea conferre, cum speciale mandatum requiratur etiam in collatione: d.
c. fina. de offi. vica. lib. vj. † Ideò debet in vicariatu inferi, quòd Episco- 106
pus dedit facultatem recipiendi resignationes, & beneficia resignata cõ-
ferendi. c. dudum. de præb. lib. vj. de Rota decis. j. not. quòd vicarius de re-
nuntiat in anti. vbi dicitur istam opinionem teneri communiter in Rota.
sequitur de Selua in tractat. de benefi. in ij. parte quæst. iij. & Calderin.
confi. iij. an renunciatio. titu. de renunciatio. & Fel. in cap. auditis. colum.
vj. nu. ij. de præscript.

Licet quidam dicant collationem istam tanquam necessariam con- 107
petere vicario: quod non est verum, nisi sit constitutus ad conferendum:
vt concludit gloss. in ver. vicario. §. item voluit de collat. in pragmat. &
ludo. Roma. confi. cccxxx. circa primum, col. ij. num. 5.

Imò si aliquis potest conferre beneficium situm in dicecesi alterius 108
Episcopi ex priuilegio, vel consuetudine, tamen non poterit recipere il-
lius resignationem, per gloss. & ibi. Cardinal. in cle. vna. quæst. vij. de re-
rum permuta. idè debet fieri in manibus eius, qui poterat alias com-
muni iure conferre: vt expressè tradunt dom. de Rota. decisio. vj. si ali-
quis episcopus tit. de renuntiat. in nouis. facit decisione y. not. quòd cui
eod. tit. in anti. & gloss. in verbo, locorum. ele. vni. de supplen. negl. præla.
Federi. in tracta. permuta. q. xxvj.

*Facultas re-
cipiendi resi-
gnationem ta-
lis beneficij
dari non po-
est.* Idem decisum est in legato, in c. deliberatione §. prohibemus, de offi. 109
legat. li. vj. quòd legatus non possit committere alicui facultatem reci-
piendi resignationem talis beneficij, quia præberet votum ambitionis.
& emptionis. † Idem in Episcopo concludunt do. de Rota decis. v. si epi 110
scopus. de offi. vica. in no. & in decis. v. de concessio. præb. & decis. j. not.
quòd episcopus, de offi. vica. in antiq. & in præsentatione ita fuit iudica-
tum Romæ, vt non detur præsentandi potestas ad certum beneficium
vacaturum: vt asserit Cassado. in decis. v. tit. de iure patro.

*Vicarius di-
gnitates con-
ferre potest.* Poterit etiam vicarius generalis habens potestatem conferendi 111
beneficia, conferre & dignitates: quia appellatione beneficiorum
etiam veniunt dignitates, cum non sit materia ambitio: & tantum
noceat concedenti: glossa in capitulo primo, de regulis iuris libro sexto
& cle

& cle. auditor. de rescript. capitul. tua, de verbo. signifi. de Rota decisio.
ccccxxxij. nota vtum, in antiq. & decisio. ij. rubr. de offic. vica. Panor.
in c. fi. de concess. præb. in ij. nota. Dom. & Franc. in d. c. fi. de offi. vica. in
112 vj. & Fel. in c. causam quæ col. ix. nu. 14. de rescript. † Et procurator da-
tus ad acceptandum beneficium, poterit etiam dignitates acceptare, te-
ste Feli. in c. postulasti. col. xvj. de rescript. est tamen tutius exprimere di-
gnitates, quamuis hoc necessarium non sit.

113 Tamen quando papa concedit potestatem conferendi quæcunque
beneficia, non includuntur dignitates, si non exprimantur. c. cum in il-
lis. de præb. lib. vj. c. fi. illo titu. etiam si Episcopus consentiat: quia rescri-
ptum debet restringi, ne multum præiudicet tertio. c. quamuis de rescri-
li. vj. c. super hoc, de offi. deleg. & hæc potestas data ex priuilegio strictè
tanquam extraordinaria est interpretanda, cle. ij. de offi. leg. Imo. in cle. 114
vnica, de sequestra posse. sic consuluit Soci cons. cclx. in causa manute-
nent. col. x. in iij. conclusio. in ij. vol. † nam quando Episcopus conferen-
di potestatem tribuit, nulli sit præiudicium, nisi sibi, & sue provisioni: sed
quando papa conferendi potestatem legato tribueret, vel alteri, quæ-
cunque beneficia conferendi dioces. Paris. tunc hoc præiudicaret Epi-
scopo, idè restringi debet: vt doct. no. in l. beneficium. ff. de const. prin-
cip. c. quamuis, de præb. in vj.

115 Vnde consuluit Oldra. consil. xxij. quòd si summus pontifex volue-
rit grauare ecclesiam, & Episcopum in collatione beneficiorum, ver-
ba non sunt latè intelligenda, vt includant dignitates, sed strictè, vt
minus lædant ius commune & personam. capitul. cum dilectus. de con-
suetudin.

116 Diuersum est, quando episcopus ipse beneficia conferendi tribuit po-
testatem: quia tunc etiam dignitates comprehenduntur, cū pleuissima
interpretatio fieri debet contra cõcedentem: ac etiã præbendæ cathedra-
lis ecclesie continentur in hac potestate. c. cum dilecti. de donat. Panor.
in c. olim. de verbo. signifi. las. & alij. in d. l. beneficium. ff. de constit. prin-
cip. licet alias secus. c. quauis. j. de præb. lib. vj. vt supra dixi. † Poterit etiã
117 curata conferre, licet alias non veniat sine expressione. c. cum in illis, de
præb. li. vj. etiam quia hoc est fauorabile, idè ampliandum. c. dudum. &
118 c. si cui. de præb. li. vj. † sic & procurator constitutus ad acceptandum be-
neficia poterit etiam curata acceptare, teste Imo. in c. accedens. col. ij. de
præb. & Staphile. in tract. de liter. gratiæ. rub. de modo & forma impe-
trandi. ver. prædicta tamen. dicens idem in indulto Cardinalium de con-
ferendis beneficiis suorum familiarium, vt includantur omnia beneficia
etiam curata. Feder. consil. lxxij. factum tale est.

119 Itè poterit vicarius potestate conferendi habens commendari, licet in
mandato nõ sit expressum, quòd commenderet: quia plus est cõferre, quã cõ-
mendare. c. nemo. de ele. lib. vj. nã cõferre donare est, cõmendare depo-
nere: vt ibi & cui plus conceditur, & minus concedi cõfetur. l. in eo. quod
120 plus. ff. reg. iur. † Tutius est tamen exprimere, & ego vidi exprimere
& cle

*Dignitates
non includuntur
in potestate conferendi
a papa.*

*Vicarius an
curata bene-
ficia nõ ex-
pressa con-
ferre possit
& procura-
tor accepta-
re.*

*Vicarius cõ-
mendare be-
neficia an
possit.*

commendam sub collatione comprehendatur, rubr. vt ecclesiast. benef. sine diminutione confert. scripsi in §. statumimus. j. de colla. in Cōcorda. tamen qui de iure speciali conferre potest, non potest, in titulum commendare, vt docet domin. Gemi. in c. nemo, in fi. de elect. li. vj. sequitur Fel. in c. auditis. col. vj. nu. 12. de præscript.

Collatio ab episcopo & eius vicario facta ultra valeat. Item collatio facta extra diocesim ab Episcopo valet, licet à vicario in diocesi eadem die fiat, quia est facta à maiori, & ideo præualet, c. si à sede. de præb. libr. vj. & quia maior est Episcopi, quam sui vicarij collatio. c. dudum. de præben. libr. vj. & quia censetur reuocatus vicarius quoad illam collationem, † sicut in domino tractante causam, vt censetur quoad hæc reuocare procuratorem. c. si quem, de proc. libr. vj. & per cognitionem quam facit delegatus, videtur reuocare subdelegatum. c. intimasti. de appellat. Archid. in c. quamuis, de offic. delega. libr. vj. sic & in ordinario conferente consuluit Calder. conf. ij. an collatio, sub rubr. de offi. vicari.

Prouisus à vicario si prius capiat possessionem est preferendus. Quod est verum, quando æquo iure procederent ambæ collationes, 123 & æquales essent: secus si prouisus à vicario accepisset possessionem ante prouisum ab Episcopo: quia tunc is qui est prius adeptus possessionem preferetur. d. c. si à sede, & ita visum fuit Senatui Paris. vt scripsi in tract. de paci. possess. nu. 297. vers. quartò etiam procedit licet d. c. si à sede, loquatur in collationibus à diuersis emanantibus: tamen in hoc casu est eadem ratio, vt ibi scripsi.

Creatum de nouo beneficium, an vicarius conferat. Item non poterit vicarius beneficium de nouo creatum conferre, nisi 124 exprimat in literis vicariatus, per tex. in cle. si. iuncta gl. in verb. tibi, de rescrip. vnde vidi apponi hanc clausulam, damus potestatem conferendi dignitates, personatus, officia, & quæcunque beneficia etiam de nouo creanda, quæcunque qualiacunque, & quantacunque &c. & ratione istius clausulæ non erit postea dubium: sicut dixi superius de his quæ autoritate Apostolica competunt.

Instituere non potest presentatos vicarius sine speciali potestate. Item licet vicarius generalis non possit conferre, nisi expressè concessa fuerit ei conferendi potestas. d. c. si. poterit tamen presentatos à patris instituire, per tex. nota. in c. ex frequentibus. de institu. secundum Roma. singul. 501. tu scis quod fundatores, & Panorm. in d. c. ex frequentibus ac Ioan. de Selua in tract. de benefi. in iij. parte q. xiiij. de Rota deci. j. nota quòd vicarius. tit. de renunciat. in antiq. & Bellamera decisione xciiij. licet vicarius.

Sed ego dicerem contrarium: quia institutio non potest fieri, nisi canonice, & iuris vel consuetudinis autoritate. c. penult. de insti. & cap. j. de regu. iur. libr. vj. sed quando non est vicario data nisi certa potestas, non potest illam exercere: alioqui contra mandatum faceret, & non valeret ab eo gestum. c. cum dilecta, de rescript. forma enim mandati diligenter est seruanda. l. diligenter. ff. manda. si ergo est vicarius constitutus generaliter, & non est ei data potestas conferendi, seu instituendi sine potestate non instituit: † nam verbum conferre, comprehendit etiam institutionem

tionem, rubric. vt ecclesiastic. benefic. sine diminutio. conferant. scripsi in §. statumimus. ij. de colla. in concordia. & quamuis non sit libera institutio, tamen alia ratio tex. habet locum. quod in generali mandato non venit donatio: vt ibi. & quòd institutio committi debeat, probat tex. in c. prebèditur. cum venissent. de instit. nec inuenitur iure cautum, quòd vicarius sine mandato instituere possit: ergo illi hoc non concedemus, l. dissentientis, C. de repud.

128 Nec refragatur tex. in d. c. ex frequentibus. nam dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt, vt pote ab illis, quibus est data potestas, & non ab alijs, per illud relatiuum qui, quod restringit, vt per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. imò ille tex. non probat, quòd institutio fieri possit, magis quam collatio: nam dicit quòd clerici ecclesiastica beneficia sine consensu episcopi, vel officialium suorum qui hoc de iure possunt, recipiunt: & sic taxat illos clericos, qui occupant beneficia sine collatione Episcoporum, aut alia prouisione. † Et quauis ex locatione Rub. de institu. quis posset dicere loqui de institutione: tamen generaliter etiam accipitur institutio: vt patet in c. ij. & c. autoritate, ibidem. & Officialis ibi etiam generaliter accipi potest pro vicario: cū Officialis multoties vtrumque habeat officium: vt supra dixi.

130 Nō obest quòd institutio est necessaria dispositio. Respon. estò sanè: tamen non potest instituere is qui non habet potestatem, sicut non potest resignationem causa permutationis recipere, licet sit necessaria. c. vnic. de rerum permuta. libr. vj. vt superius dixi.

131 Et cū hic vicarius non habeat potestatem ad hoc expressam: illa concessa & limitata potestas non extenditur: argum. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. & quia etiam institutio sapit quandam donationem, c. fi. de institu. quam vicarius facere sine speciali mandato non potest, dicto capitulo fina.

132 Nec me mouet c. j. de institu. libr. vj. vbi capitulum sede vacante instituere potest, licet non possit conferre, fateor, quia in capitulum sede vacante, omnia quæ sunt iurisdictionis, ferè transeunt, sed non in vicarium

133 Episcopi, c. ij. de offi. vica. ob id nō est idem. † Nam vicarius episcopi nō tractat causas criminales sine expressione, & commissione speciali, c. iij. de consue. li. vj. & tamen in capitulum iuris autoritate ista trāsferuntur: vt in c. j. ne sede vacante: vbi Doct. & sic ad capitulū institutio transit, nō autè ad vicariū episcopi, si non sit eidem data potestas. † Etiā quia à iure, hoc est in vicario capituli declaratum, sed non in vicario non habente potestatem conferendi, ergo non habebit locum in eo.

135 Item institutio & destitutio pertinet ad episcopum tanquam correlatiua. cap. cum ex iniuncto. de hæretic. & sic non ad vicarium, nisi eidem committatur: nam vicarius non potest quem priuare beneficio, nisi si bi expressè concessum fuerit. ergo nec instituere. c. ij. de offi. vica. li. vj. vt consuluit Ancha. conf. lx. duplici. † Imò qui iure speciali potest beneficium conferre, non poterit priuare quem illud habentem, quia iurisdic-

ctio voluntaria non includit contentiosam. Panor. in c. accepta, col. vltima de resti. spolia. refert Fely. in capi. Auditis, col. vj. numero 12. de pre script. potest tamen declarare possidentem non habere iustum titulum in beneficio, cum per modum actionis hoc peratur: vt expressim consuluit Bald. consili. cccclxxvij. permittendum, colum. j. in iij. volu. sed an possit mouere beneficiatos, vt ostendant titulum: scribit Anchara. cō sil. lx. nota bene prædicta. vide quæ scripsi in Concordat. tra ctatus de pa cific. possessor

Et sic vicarius non poterit instituere, nisi sit eidem expressè data in stituendi potestas, vel conferendi. nam sub hoc verbo conferendi, com prehenditur institutio: vt superius dixi, ideò poterit instituere qui con ferre potest: & ita est tenendum: quicquid Doctores dicant in contrariū.

Quæro insuper, si hic vicarius contulerit indigno beneficium, priuē-¹³⁸ tur ne Episcopus potestate conferendi, sicut si ipse episcopus cōtulit. *Episcopus an puniatur si vicarius in digno contulerit.* c. cum in cunctis, in fin. de electio. quod videtur, quia qui per alium fa cit, perinde est, ac si ipse faceret, l. j. §. de iei. ff. de vi & vi arma.

Respon. per collationem vicarij indigno factam, non est Episcopus. ¹³⁹ priuatus potestate conferendi: quia dolus ipsius non debet Episcopo, qui non est in culpa, imputari: ideo ad ipsum Episcopum reuerfa est pote stas. c. si compromissarius, de electio. libro vj. & quia episcopus non pec cavit, ideo puniri non debet. † Nam pœna suos teneat autores, l. fanci-¹⁴⁰ mus, C. de pœnis. nec quis alterius odio prægrauari debet, l. si quis in suo. C. de inofficio. testamento nec ad illicita videtur commissus. l. si procu rator, ff. de condic. indebi. vbi plenè Ias. ideo episcopus digno postea con ferre poterit, quia vicarius fines mandati excessit, conferendo ei, de quo potestatem non habebat.

Limita nisi Episcopus ratam collationem habuerit, d. c. si compro-¹⁴¹ sarius: quia rati habitio retrahitur, & mandato comparatur: regula, rati habitio, de regu. iur. lib. vj. facit c. cum quis mandato. de senten tia ex com. lib. vj.

Secundò limitatur, quando Episcopus dedisset potestatem conferen-¹⁴² di isti indigno: nunc is censetur facere, cuius mandato fit, l. j. §. de iei. ff. de vi & vi arma. etiam propriè dicitur textus in lege, certè §. primo. ff. de preca.

Et in hoc est aduertendum: quia si Episcopus dederit potestatem cō fe-¹⁴³ rendi indigno, & vicarius sic contulerit, episcopus nō poterit postea etiā digno conferre, quia est conferendi potestate semel priuatus: tum etiā quòd ad superiorem deuoluta fuerit potestas conferendi. d. c. si compro missarius. † Vnde cum hodie quidam vicarij miserabiles indignis confe-¹⁴⁴ rant, ac stabulariis, ignaris proditoribus & episcopis adulatoribus, & le nonibus ex certa eorum scientia, ipsi & eorum committentes pœnis in ferni perpetuis, nisi resipiscant, torquebuntur, nec episcopi eos ab istis pœ nis releuabunt.

Si tamen is, cui vicarius contulerat, non exceptet, ad episcopū reuer-¹⁴⁵ titur

titur potestas, qui alteri poterit conferre. d. c. si compromissarius.

¹⁴⁶ Insuper quæro, an vicarius possit conferre digno, si ipse indigno con tulerit: quod videtur: sicut episcopus. dixi in glo. §. si quis verò, de collat. in Concorda.

¹⁴⁷ Contrarium est verum: vnde si malè cōtulerit, videlicet indigno, fun ctus est officio suo. vnde amplius conferre non potest. d. c. si compromis sarius. sicut nec iudex iudicare post sententiam. c. in literis. de offi. deleg. l. iudex. ff. de re iudic.

¹⁴⁸ Vnde secunda collatiō per vicarium facta est nullius momenti, tum *Secunda col latio vicarij nulla.* quod deficiat potestas: quia intelligitur ei data potestas de prima vaca tione & collatione, argu. l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. sig. c. non po test. in fi. de præb. lib. vj. l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig.

¹⁴⁹ Item potest vicarius instituere tanquam vicarius, & præsentare tan- *Præsentare tan quam vicarius.* quam abbas, vel si alio iure ad eum pertinebat præsentatio, sicut potest *Et instituere quando vicarius possit.* conferre tanquam canonicus, & tanquam episcopus. c. postulastis. de cō

¹⁵⁰ cessio. præb. gl. in c. à collatione. de appella. lib. vj. † Et capitulum sede vacante, potest eligere, & confirmare. gl. in verb. debeat, in c. si episco pus. de supplend. negligentiæ. lib. vj. nempe quādo duo iura concur rant in vnam personam, tunc illa persona habet vim duarum persona rum. l. si consul. ff. de adoptio. l. P. p. p. ian. §. sed nec impuberis. de inof fic. testa. potest etiam tanquam episcopus conferre, & tanquam concor datorum executor, & sic variare: vt plenè scripsi in §. si quis. in verb. dispo sitiones, de colla. in tract. nomin. q. xvij. nu. iij. & seq. superius dictum fuit quando multiplex collatio ab vno fieri valeat.

¹⁵¹ Sequitur in vicariatu vndecima clausula, videlicet celebrandi syno- *Synodus ce lebrare an vicarij sit il lorum.* dos. Nam vicarius vel alius non potest sine speciali mandato celebrare synodos. c. si episcopus. de offic. ordi. li. vj. sic nec legatus concilium gene rale nomine papæ. gl. in c. regula. xvij. distinctio. Panorm. in disputatione incipiente episcopus, col. xvij. ver. item non omnes. sequitur Ioan. Bo teus in tract. de synodo episcopi, in ij. parte, nu. 2. & seq. plus dicens, quòd postquam visitatio competit etiam iure ordinario episcopo, ipse hoc alte ri delegare poterit: quia iure canonico omnia non prohibita ordinarius demandat. c. quod sedem. de offi. ordi. caueat tamen episcopus cui com mittet: quia sanguis subditorū de manibus prælatorum requiritur. c. irre fragabili. de offi. ordina.

¹⁵² Subiungitur clausula duodecima, & committendi, & audiendi cau- *Vicarius de criminibus non cognos cit, nisi hoc ei compromis siss fuerit.* sas ciuiles, & criminales: hæ enim criminales per generalem potestatem non censentur commisse. c. ij. de offi. vica. lib. vj. nec in criminalibus pos set ille officialis aut vicarius cognoscere, nisi specialiter sit eidem com missum, dicto c. ij. & si cognosceret, nullus esset processus, quia deficit iurisdictio, teste Federi. consil. ccxx. veritatis. ideo non priuabit vicarius aliquem beneficio, nisi sit eidem expressè concessum, vt ibi. & Ancha ra. probat consil. lx. duplici. vel nisi alias haberet iurisditionem. ibidem: vt consuluit Bal. in Patriarcha vicario creato à papa, in cōsi. cccclxxvij.

premittendum col. iij. in iij. vol.

*Pœ in corpo-
ralem vica-
rius in pecu-
niam pœ-
nam non cõ-
uerit.*

Tamen per hanc clausulam non poterit officialis conuertere pœ-
nam corporalem in pecuniariam: quia hoc non licet, nisi habentibus po-
testatem dispensandi super crimine. c. licet, vbi gl. & Doct. de pœn. & in
c. archiepiscopatu. de raptō.

Ideò in vicariatu debet exprimi, damus potestatem dispēfandi etiam
super crimine: alioqui non est verisimile quòd episcopus hanc potesta-
tem sibi non omninò permissam concesserit. c. irrefragabili, de offi. ord.
dixi quando possit conuerti in pœnam pecuniariam, in §. qui verò. de
public. concubi. in Concord. & sic consuluit Paul. Castren. consi. 348. no-
tandum. in j. vol. quia dispensatio sine causa fieri non debet. gl. in c. non
est de voto. & dicam in materia dispēf. infra. & quia pœna iuris commu-
tari sine causa non debet. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui notan. in fa. l.
& si feuerior. C. illo titu.

*M. matrimo-
niales cause
expresse cõ-
mittēte sunt*

Additur clausula decimatertia, matrimoniales, & c. etiam committit
causas matrimoniales, quarum cognitio ad episcopos pertinet. c. ex lite-
ris. de in integrũ restit. c. j. de consangu. & affi. c. accedentibus. de exce-
ssib. praela. & sic delegare eas, & committere episcopi suis officialibus, & vi-
cariis poterunt. c. causam matrimonij. de offi. delega. Bertach. in tract. de
episcopo in vij. parte iij. libri. q. xx. vbi dicit, quòd aduersus sciētiam suā
poterit in integrum restituere vicarius: quod sequitur Philip. Perus. in c.
dilecti. in ij. q. ix. & seq. de appellat.

*Beneficiales
cause cõmu-
rende vica-
rio,*

Clausula decimaquarta, & beneficiales. Solet etiam in vicariatu epi-
scopus vel archiepiscopus cõmittere causas beneficiales, de quibus nō
cognoscat vicarius, quando agitur de primatione: vt in c. ij. de offi. vica.
in vj. nisi hoc sit eidem expresse concessum. quia sunt priuilegiatę: in cle.
dispēdiosam, de iudic. nec poterit cognoscere vicarius de institutione be-
neficij facta per episcopum, sine speciali commissione: vt docet Bertach.
in d. tract. de episcopo, in vij. parte iij. libri. q. xxix. quia inferior non tol-
lit legem superioris, cle. ne Romani, de electio.

Insuper additur decimaquinta clausula, & quascũque alias tam prin-
cipales, quàm incidētes, & per appellationem etiam deuolutas, & impo-
sterũ deuoluendas, & quę ad nos, & ad dictam nostram ecclesiam per-
tinebunt de iure vel consuetudine.

*Archiepisco-
pus quādo of-
ficialem in
alio episcopa-
tu constituit
ve teneatur.*

Nam in hoc regno Francia, si clericus propter crimen priuile-
giatum captus sit, & condemnatus à iudice laico, & demũ rem-
missus ad officialem Pictauiensem, vt cognoscat de crimine com-
muni, si postea ab officiali Pictauiensi remissus condemnetur pro-
pter delictum commune, & is appellet ad Archiepiscopum Burde-
galensem, eo quia non est intra ressortum, officialis non debet il-
lum remittere, sed debet Archiepiscopus Burdegalensis constituere
vicarios, qui in ciuitate Pictauiensi cognoscant, & hoc propter appel-
lationes ab abusu. Ita iudicauit Senatus anno 1524. die quindecima
Decembris.

Arrestum.

Tamen

Forma vicar. Archiepisc. & aliorum collatorum. 77

159 Tamen per hanc clausulam generalem non potest officialis de causa
delegata cognoscere: quamuis eidem Episcopus causas præsentes com-
miserit futurasque: quia episcopus non habebat iurisdictionem id tem-
poris, quo committebat, ideò delegare eas non poterat, arg. c. primi, de
offi. vica. l. vj. de Rot. decis. ij. nota. quòd vbi Episcopus de offic. delegat.
in antiq. & decis. ix. Episcopus constituit. de offic. vicar. in eisdem,

*Causam epi-
scopo delega-
ta vicarius
cognoscere
non potest.*

160 Etiam si diceret episcopus in vicariatu autoritate ordinaria, vel de-
legata mihi competentes, vel competuras committimus, argum. l. non
potest videri. ff. de iudic. quia iurisdictione nondum competens non potest
committi: argum. c. Romana, de offic. ordina. libro vj. vbi Guliel. de mō-
te Laud. expresse dicit not. quòd Episcopus, vel Seneschallus non potest
deputare vicarium ad futuras causas: quę à Papa, vel Rege eis commit-
tentur per rescripta: tum quia iudicia in pendentem esse non possunt. l. non
quemadmodum, ff. de iudic. l. j. de vsur. tum etiam quia non potest dare
nec committere, quod non habet. l. traditio, ff. de acquir. rerum. domi.

*Episcopus
vel Seneschal-
lus causas fu-
turas d. lega-
re nō potest*

161 Ideò opus est noua delegatione & commissione, postquàm Episco-
pus habet iurisdictionem nouā, sic concludunt domi. de Rota. decis. ix.
incip. episcopus. rubr. de offi. vica. in antiq. sicut non potest episcopus
cognoscere de causa vicario delegata: Doct. in cle. ij. de rescrip. Bertach.
in tract. de episcopo, in septima parte iij. lib. quęst. iij. ita nec vicarius de
causa episcopo delegata: & si de facto cognoscat, sentētia erit nulla, tan-
quam à nō suo iudice lata, l. j. per totum. C. si à non competen. iudice iu-
dicatum fuerit.

162 Imò viuente Episcopo causas incēptas eo mortuo perficere non po-
test vicarius, vt decidit idem Berra. q. vj. & allegat Specula. in titul. de of-
fic. ordi. §. j. ver. auditores autem. & ibi. Bald. in additio. versi. ij. quia cense-
tur reuocatus per mortem episcopi: vt infertur dicitur.

*Causas in-
cēptas mor-
tuo episcopo
vicarius per-
ficere non po-
test.*

163 Sed bene poterit Officialis viuo episcopo, seu vicarius ex officio, vel
ad instantiam requirentis cogere patronum ecclesiasticum ad assignan-
dum congruam portionem vicario perpetuo, vt fuit decisum Tholosæ,
sicut refert Aufter. in suis decis. q. cxlviii. & q. seq. plus dicens in Francia
iudices Regios hoc vsurpasse: vt scripsi in tract. de congrua portio. quęst.
septima.

*Vicarius co-
gitat assignā-
dum congruā
portionem.*

164 Tamen vicarius Archiepiscopi non habet iurisdictionem in eius sus-
fraganeos propter reuerentiam episcopalis dignitatis. c. ij. de offi. deleg.
lib. vj. & hoc si Archiepiscopus est præsens, vel in prouincia, alioqui con-
trā, c. j. de offic. ordina. lib. vj. & Bertach. in tract. de episcopo, in vij. parte
lib. iij. quęst. x.

*Vicarius ar-
chiepiscopi
an in susfra-
ganeos iuris-
dictionē ha-
beat.*

165 Vicario solet etiam committi, vt partes ad recognoscendum scripta
sua, & chirographa Officialis cogere possit, c. j. §. vlti. de foro cõpeten.
libro vj. tamen ad hoc non videtur specialis cõcessio necessaria: multa
verò super his scripsi in l. cognoscere. ff. de verborum significatio. in
tractatu de chirographo. & cedul. recog. in ordina. Reg. in j. tomo, quę
hic non repetam.

Inquirere de criminib. an vicario sibi liberū sine speciali potestate.
 Clausula decimasexta, ex officio inquirendi, nempe committitur vt 166
 ex officio inquirere possit officialis & vicarius: cum hoc ei non concedatur ex generali officij concessione, per tex. in c. ij. de offi. vicar. li. vj. nam in inquirendis, puniendis & corrigendis subditorum excessibus requiritur specialis commissio. text. iuncta glo. in c. iij. de consuetud. in vj. nec sufficit generalis, vt ibi, quamuis Io. Monach. in d. c. ij. dicat ex generali potestate vicarium inquirere posse. ob id istam clausulam non esse necessariam: vt etiam probant eodem Domi. de Rota decisio. ij. incip. si seruetur de offi. vicar. in no. vbi dicunt.

Si vicarius nō possit cognoscere, remitter ad episcopum, quia de criminibus cognoscere non potest, nisi specialem habeat potestatem, l. j. §. cum vrbem. vbi Bar. ff. de offi. præf. vrb. sed inquirere, vt demum referat episcopo, non prohibetur: idē episcopus debet eidem concedere potestatem inquirendi, & crimina puniendi. Bertach. in trac. de episcopo, in vij. part. iij. lib. q. xij.

Ecclesie polluta à vicario an reconciliari possint.
 Decimasexta ecclesias, capellas & oratoria, ac cimiteria polluta 168
 reconciliandi permittitur, videlicet, vt quascunque ecclesias pollutas reconciliare, ac cimiteria possit. c. vno. de consecra. eccles. vel altar. lib. vj. sed hoc non potest committi simplicibus sacerdotibus, sed episcopis tantum: quia licet episcopus committere valeat ea, quæ iurisdictionis existunt tamen quæ sunt ordinis episcopalis non potest inferioris gradus clericis demandare, capitulo aqua, de consecra. ecclesie. nec ea alij sacerdotes, etiam si consuetudo existat, tractare possunt. capitulo. quanto. de consuetud.

Vicario quādo sit licitum benedicere ornamenta ecclesiastica cuius abbati.
 Poterit tamen hic vicarius impetrare à papa licentiam, absente episcopo quæcunque ornamenta ecclesiastica benedicendi, citra tamen corporalia, calices & patenas: & hoc pro vsu & seruitio ecclesiarum totius diocesis. vbi, & quando vicariatus officio fungi eum contigerit: & ita consului cuidā vicario. Abbati quoque datum fuit indultum benedicendi calices, corporalia & alia ornamenta ecclesiastica pro vsu monasterij ad vitam.

Ecclesia an vicarius cōsecrare possit.
 Decima octaua clausula est, & de nouo edificatas ecclesias, & ædificandas consecrandi: intelligas quoque talem potestatem nō aliā videri datam: nisi is, cui hæc committuntur, sit episcopus: vt prædixi, quia hæc sunt ordinis episcopalis.

At committat ea episcopo, qui hæc faciat, teste Panormi. in capitulo 171
 his quæ, & in c. cum olim, de maiorita. & obediē. quamobrem non transeūt ista sub generali mādato, sed speciale requirunt, quia sunt de maioribus: c. nemo. de consecra. distinct. j. Calder. consil. iij. an vicarius, in tit. de officio vicario. † Quemadmodum etiam quæ sunt gratiæ: vt dare in 172
 indulgentias, non veniunt sub mandato generali, sicut asserit Domi. consil. xxxvij. pro clariori, col. iij. no. doct. per illum tex. in c. cum ex eo. & c. nostro de pœnitē. & remissio. vide Hostien. in summa, & alios Doct. in tit. de consecra. eccles. vel altar.

173 Decimanona clausula. Solent episcopi concedere potestatem puniendi, corrigendi, deponendi, multandi, priuandi beneficiis omnes, & quascunque personas, quarum cognitio ad eos spectat, vel spectabit, sine aliqua personarum acceptione: prout delictorum qualitas, & excessus exegerint, ibi, & personas omnes & c. quippe, nisi specialiter ista committerentur, non posset vicarius, vt dictum fuit, ex generalis sui officij potestate clericos priuare, vel amouere à suis beneficiis, c. ij. de offi. vicar. lib. vj. Anch. r. consil. lx. duplici ratione, columna j. vt superius dictum extitit.

Potestas puniendi & multandi vicario concedi solet.

174 Sequitur clausula vigesima, Suspendendi, interdicendi, & c. quamuis ista sub generali commissione comprehendantur. Doct. in d. cap. ij. de officio vica. libro vj. & in c. primo, de offi. deleg. quippe nomine censuræ ista continentur. c. querenti, de verbo. significatio. tamen ad maiorem cautelam, vel aliā, quidam Episcopi solent hoc exprimere in literis vicariatus.

Clausula suspendendi & c.

175 Clausula vigesimaprima, Præcepta & mandata faciendi, ipsaque exequenda: parum enim esset potestatem iudicandi habere, nisi iudicata exquerentur, & præcepta, l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur. c. vbi periculum §. præterea. de elect. lib. vj.

176 Clausula vigesima secunda, Et reuocandi delinquentes & c. per hanc clausulam concedit auctoritatem reuocandi præcepta, iuxta l. quod iussit. ff. de re iudica. & mitigandi pœnas: quia in omni episcoporum ferè sententia criminis salua solet domini episcopi auctoritas, & misericordia, nisi in heresi reseruaria: alioqui sententia nō posset reuocari. d. l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi amplè scripsi. Alex. & Vincen. per illum tex. in l. j. ff. ad legem Falcid. l. item Labeo, & ibi. glossa in verbo, si purè, familiar. & de hac clausula plenè scribit Angel. in tract. de malefic. in glo. saluo semper.

Sententiam reuocare an vicario sit permissum.

177 Et fuit hoc inuentum, vt si episcopus videat istum delinquentem pœnitentiam egisse in carceribus gratanter, & sine murmure, quod possit ei indulgere: alioqui si per pecuniam episcopus remiserit pœnam, iudicium sibi manducat, & bibit. Quæ clausula non potest apponi in sententiis latis contra hæreticos, vt est lege Regia cautum, artic. ix. tit. des Hérétiques, in Ordina. Regiis.

178 Insuper alia clausula debet addi, vt ab his vicariis licentia concedatur episcopis expulsis exercendi suam iurisdictionem. Nam hoc non potest vicarius concedere ex generali mandato, per textum. & ibi gl. in verbo, diocesanis, in cle. vna, de foro competent. idē non abs re debet exprimi, vt vicarius episcopis expulsis concedat potestatem iurisdictionē exercendi in episcopatu isto.

Episcopis expulsis an licitū exercendi iurisdictionem à vicario cōcedi liceat.

179 His etiam casibus, quibus potest Episcopus solus absoluere, tribuit huic vicario absoluendi potestatem: nam in casibus Episcopo reseruatis, nullus potest absoluere, nisi qui ab episcopo expressam habeat potestatem, vel à superiore. clem. dudum, de sepultu. c. omnis vtriusque

Casus reseruati episcopo tribuntur vicario.

sexus, de pœnitent. & remissio. vbi scripti. & Hostien. in summa, in §. cui conferendum. versu. quod si quis episcopus. † Ideoque necessaria est hæc concessio. solet quoque exprimi, vt possit absoluere, vel dispellare super crimine: vt in c. at si clerici. de iudic. §. si. prout videbitur expedire: & sic non simpliciter dispensare poterit vicarius, sed in casibus tantu, quibus hoc conceditur à iure, vel synodalibus constitutionibus ipsi episcopo etiam vt vicarius possit committere hanc absolutionem his, quibus viderit expedire, solet Episcopus concedere.

Vltima subiicitur generalis clausula, & omnia alia, & singula facien- 181 di, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale. prout ad ipsius vicariatus & officialatus officium noscitur quo modolibet pertinere, &c.

Clausula quæcumque generalis non includit collationem.

Quæro an hæc clausula generalis sufficiat ad hoc, vt vicarius confer- 182 re possit, si non aliàs expressè eidem fuerit concessum? Respon. non, per glof. in c. ij. de offi. vicar. lib. vj.

Tum quia prædicta clausula non includit maiora expressis. c. sedes. 183 de rescript. c. qui ad agendum. de procura. lib. vj. cle. non potest illo titu. sic consuluit Bertrand. cōsi. cxxxij. dubitatur. & consil. seq. in ij. volumi. ex antiq. editio. tum etiam quia in specie concedi debet, d. c. fi. & c. statutum. de præben. illo libro, vt superius dictum fuit.

Vicarius donationi iuris patronatus alteri factæ. Docto. in c. illud, de iure patro. sic expressè consuluit Calder. consil. j. rub. de offic. vicar. idè bonum esset in vicariatus literis hoc exprimere.

Imò vicarius generalis non poterit sine speciali mandato autoritatē 184 interponere donationi iuris patronatus alteri factæ. Docto. in c. illud, de iure patro. sic expressè consuluit Calder. consil. j. rub. de offic. vicar. idè bonum esset in vicariatus literis hoc exprimere.

Cautela nota pro dispensato a vicario.

Perpetuò hoc figas menti, quòd in quibus casibus obtines dispensa- 185 tionem à vicario, vel collationem, seu aliquam gratiam, videas instrumentum vicariatus, an specialem contineat potestatem: & custodias illud instrumentum: quia sine illo non proderit tibi collatio vicarij, seu dispensatio, vel alius actus per eum factus sub speciali mādato: nisi hoc expressum fuerit in instrumento. Hoc videtur decidere domi. Gemi. in consil. xxxviij. pro clariori. col. ij.

Formam plenam vicarij. papæ describit Ioan. Francif. n tractatu dei 186 offic. & potesta. cap. sede vacante, in fin. ij. partis, quæstio. x.

Prætere episcopo vicarius sui exercet officium.

Et regulare est, quòd etiam episcopo præsentē possit vicarius suum 187 exercere officium, nisi in casibus exceptis, & in reuerentialibus, teste Federic. consil. cccij. Reuerende pater, in fi. & hoc est vtile quibusdam episcopis, qui ista tractare omninò ignorant: vt per vicarios ignorantia illorum legatur

Episcopi tenentur ad restitutionem damnorum iniuste datorum per officiales suos, vel vicarios. argu. l. j. ff. de public. & docto. in capitu. j. de restitu. spolia. nam imputatur ei, qui malorum opera vitur. l. ex maleficiis. in fin. ff. de actio. & obliga. & imputandum est ei, qui talem elegit. §. si. pro socio in Institu. & §. eos. in authenti. vt iudices sine quoquo suffragio,

Et per hoc decidunt Do. de Rota decisi. vj. rub. de offi. vicar. in antiq. 188 quòd episcopi tenentur ad restitutionem damnorum iniuste datorum per officiales suos, vel vicarios. argu. l. j. ff. de public. & docto. in capitu. j. de restitu. spolia. nam imputatur ei, qui malorum opera vitur. l. ex maleficiis. in fin. ff. de actio. & obliga. & imputandum est ei, qui talem elegit. §. si. pro socio in Institu. & §. eos. in authenti. vt iudices sine quoquo suffragio,

suffragio, colla. ij. & non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto non definit obuiare facinori. c. error. lxxxij. dist.

Domini. quando tenetur pro seruo suo.

189 Si tamen episcopus in aliqua non possit deprehendi culpa, vt pote quia communi opinione omnium bonum elegit officialem, sed in officio corruptus fuit, vt multi solent, & ignorante episcopo: tunc episcopus non tenetur, argument. hospitis habentis in seruum, vt non teneatur, si deliquerit in caupona, per tex. in l. fin. §. seruorum. ff. nauar. caupo. Ioan. Fab. in §. si. pro socio. in Institu. glof. in c. cum Apostolica, in verbo, profuturum. de his quæ fiunt à præla. A Egid. Bellamera consil. iij. vtrum episcopus col. penul. & Alex. in l. cum dotem. §. j. col. ij. ff. solu. matr. & in l. Barbarius ff. de offi. prator.

190 Item si episcopus iuste recusari possit, & eius officialis, & vicarius. Imol. & Felin. per illum tex. in c. insinuante. de offic. deleg. Docto. in c. primo, de iudic. la. in l. appetissimi. C. de iudic. quia cum episcopus possit eum reuocare ad libitum, cle. & si principalis, de rescrip. verisimile est, vt non destituatur. posse trahi in episcopi sententiam: & ita firmat de 191

Episcopo reuocari potest, si reuocari potest.

Ripa in dist. capit. j. nume. 43. in iij. conclusio. de iudic. † sed episcopus non potest recusari, quamuis officialis recusari possit, vel eius vicarius. capit. se contra vnum, in fin. de offic. delegat. lib. sexto. nec quidem vicarius, vel officialis, si esset Roscius alter, id est miræ probitatis & sanctitatis vir, pro quo præsumitur, capitu. nisi essent de præbend. sed pauci sunt: quia episcopi similes eligunt: & quandoque ambo in foueam cadunt.

192 Quæro, quomodò reuocari possit vicarius & officialis? Respon. duobus modis, videlicet expressè & tacitè: expressè, quando nominatim ab eo, qui eum constituit, remouetur potestas. l. iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat. ff. de iudi. & sic potest episcopus pro libito reuocare vicarium, seu officialem destituere. cle. & si principalis. vbi gl. & docto. de rescrip. Calder. consil. j. de offic. vica. Barba. in cap. postulasti. in j. not. in fin. de rescript. ac in c. quoniam. nu. 7. de offic. deleg. quia omnis res per quascunque causas nascitur, per eandem & dissoluitur. cap. j. de reg. iur.

Vicarius officialis quomodo reuocari potest.

193 Etiam si intrasset illum non reuocare: vt dicit gl. sing. in c. fi. de procurator. lib. vj. licet eo casu si reuocet, sit periurus. gl. ibidem. & Felin. in c. ex parte decani, versu. d. c. fi. in amplia. de rescrip. Paul. Castren. consil. 361. venerabilis. iij. q. in j. vol. & idè oportebit quòd postea absoluator à iuramento à superiore.

Iuramentum episcopi de non reuocando vicario non impedit reuocationem.

194 Limitatur quidam, quando ille vicarius esset à papa confirmatus: vt dicunt Docto. in c. nouit. de iudic. & in titu. de confirm. vtil. nam statuta per papam confirmata canonici tollere non possunt, nisi quatenus eorum commodum tangit, gl. & Docto. in c. j. de verbo. signific. lib. vj.

Vicarius etiam à papa confirmatus reuocari potest.

195 & in capi. cum accessissent. de constitut. † Ego etiam hoc casu reuocari posse putarem: quia illa confirmatio censetur facta sine præiudicio aliquius. capitulo super eo. de officio delegati, & censetur confirmatus,

quatenus durauerit episcopi voluntas, idè si in cõfirmatione diceretur confirmamus ad vitam, non obstante quacunque reuocatione, tunc episcopus eundem reuocare non posset, secus si simpliciter confirmatio facta sit, & ita ambas opiniones conciliarem.

Gesta ante reuocatione vicarij valent. Secundò, etiam hic vicarius non potest reuocari, ad hoc, vt collatio 196 & gesta per eum non valeant, quia res non est integra. c. in causis. de electio. sed gesta ab eo non obstante reuocatione valebunt.

Tertiò, quando est data potestas alicui per viam compromissi & gratia, illa potestas etiam re integra nõ reuocatur, per tex. in c. causam quæ vbi Doct. de elect. Henric. Boic. in capitulo, constitutus. de concessio. præbend.

Vicarius ab abbate commendatario non reuocatur. Quartò limitatur, quando vicarius religiosus datus esset ab abbate 198 commendatario cum autoritate papæ, tunc is reuocari nõ poterit: vt cõfuit Senatus contra abbatem du Chaige commendatarium anno 1514. die xvij. Julij. alioqui abbas commendatarius semper reuocaret vilem religioni, nisi eidem adlaretur, quod est absurdum.

Quintò non procedit in vicario à lege dato, vt potè in archidiacono, 199 qui à iure dicitur vicarius episcopi. c. j. & c. ad hæc, de offic. archidia. idè non poterit is ab episcopo reuocari: quia vicarius inhæret personæ & dignitati à qua euelli non potest. Archidia. & Dom. in c. perlectis. xxv. dist. & Doct. in d. c. j. non poterit tamen hic Archidiaconus conferre, & aliqua speciale mandatũ exigunt, facere, nisi à iure, vel homine ei concessa fuerit potestas.

Vicarius in per partes cõmentus non reuocatur. Sextò non poterit reuocari vicarius, quando per viam cõventionis 200 à papa approbatæ factus est: vt vidi interdum fieri, quasi sit corepiscopus. vt olim erant. c. corepiscopi. lxxvij. dist.

Tacitè quot modis vicarius reuocatur. Tacitè, vt constituendo secundum videtur primum reuocasse. c. clericos, de offic. vica. doc. in c. non iniustè. de procur. Io. de Selua. in trac. de beneficio, in ij. parte, q. iij.

Per constitutione secundi vicarij quòdo reuocatur primum. Sicut constituendo secundum procuratorem, videtur primum reuocare. l. si quis. §. j. ff. de procurato. & d. c. non iniustè. etiam si secundus vicarius non acceptauerit officium, quia domini voluntas est, vt constituendo secundum videatur voluisse primum reuocare. Gemi. & Franc. in d. c. finali.

Contrarium tamen tenet Panor. in c. volètes. de offic. leg. per illũ tex. 203 nam ibi per datione secundi legati non reuocatur primus, cum ordinarij sint. c. ij. de offic. leg. in vj. sic & in vicariis, & qui etiam ordinarij sunt c. ij. de offic. vica. li. vj. gl. in c. quoniam. de offic. ordinarij declarat Card. in c. perlectis. col. iij. in xxv. dist. post gl. ibi, & ordinarij plures habent potestatem in solidum, & solent plures in eodè officio decerni, vt facilius Reipu. cõsuli possit. l. vnic. ff. de offic. consu. † Quod secus est in procuratoribus, 204 qui sapius per concursum se impediunt: & quod vnus affirmat, alter negat. c. pe. de ele. li. vj. c. si duo, de proc. eo. li. & hãc opinionem pluribus rationibus confirmat Boërius in dec. Burdeg. q. cccxlvij. vicarius episcopi.

Ego

Forma vicar. Archiepisc. & aliorum collatorum. 83

205 Ego conciliando opiniones dicerem, quòd per solam constitutionem secundi vicarij non reuocaretur primus: nisi expressè, vel tacitè ex verbis secundi appareret illum primum reuocatum esse: & hæc probatur in 206 c. pen. de procura. lib. vj. † vnde si episcopus constituat secundum vicarium, & faciat notificare primo alium esse cõstitutum, licet expressè aliter eum non reuocauerit, tamen tacitè censetur reuocatus: quia intumando constitutionem secundi, videtur voluisse vt primus abstineret à suo officio: nam à die quo intimatur reuocatio, gesta postea nõ valent, tamè facta tenent ante notificationem, etiam si reuocatio expressa esset text. in l. si fortè. ff. de offic. præsid. Bal. in l. solet. §. sicut. ff. de offic. proconsul.

207 Nisi primus amotus fuisset sua culpa, tunc gesta etiam non facta notificatione constitutionis secundi non valebunt. tex. in c. j. versic. adicietur, de concessio. præb. li. vj. Roma. singu. l. vij. & licet vt dixit. Bertac.

208 in trac. de episcopo, in vij. parte, iij. lib. q. xxj. † hoc tamen non est verum: quia gesta ante dispositionem valent, quomocunque sit depositus, & ex quacunque causa, etiam si ratione delicti: sed gesta post depositionem non valent, nisi depositus ignoret depositionem ratione magni delicti factam: ita loquitur ille text.

209 Nam postquam delictum quis commisit depositione dignum, cogitare debebat se deponendum esse: idè nihil agere debebat in suo officio, secus si sine causa sit remotus, tunc gesta tenent: etiam dicerem hoc casu valere gesta post depositionem vicarij ex causa delicti factam ignoratam, si non tendant in præiudicium tertij, sed in præiudicium episcopi illum deponentis vel vicarij, tunc valebunt, per ea quæ doct. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. scribunt. & Feli. in c. ceterum. nu. 24. de rescrip. & in capitulo vltimo, in fin. de accusa. quia quoad sustinetur in officio gesta ab eo valent. capitul. ad probandum, de re iudic. & Doct. in d. l. Barbarius.

210 Ex quo inferitur, quòd collatio beneficij ecclesiastici facta per primum, quem reuocatum apparet, non valet, si facta illi erat intimatio, & notificatio alterius vicarij creati, aliàs valebit, per l. si fortè. ff. de offic. præsid. Roma. singu. l. vij. fuit quæstio Romæ. & singu. d. l. vij. quòd lex. si fortè. Deci. cons. cccxcv. in causa, col. ij. facit l. solet. §. sicut, vbi Bald. ff. de offic. proconsul. l. j. §. si ego. quod iussu. l. si mandassem. mandati. c. audita. de restit. spolia. clem. vnic. vbi Doct. de renuncia. & ista opinio est

211 æqua, teste Boër. in decisio. cccxxxvij. vicarius. † Vbi docet sufficere reuocationem ad vicariũ peruenisse quomocunque, siue per procuratorem vel nuncium, aut amicũ, per glo. in cle. causam §. intimatio, de elect. in verb. plena. probat. Feli. in capitul. ceterum, col. vij. versic. valet processus, de rescript. gloss. in capitul. cupientes, in verb. notitia, de election. in vj. Calder. cõsilio quarto, rubric. de offic. vicar. vbi concludit quòd qualiscunque notitia sufficit. † Quod reprobatur Boër. in decisio. Burdeg. dicta quæstione cccxxxvij. vicarius col. penul. dicens notificationem esse per episcopum vel procuratorem, vel nuncium eius

Gesta vicarij quando ante notificationem valent.

Collatio vicarij ante reuocationem in maius valet.

Qualiscunque reuocationis notitia valet.

faciendam vel per episcopi secretarium: plus dicens conclusum, quod si vicarius contulerit post reuocationem sibi intimatam sciente Episcopo valebit: † quod non probo, vt alibi dicam: quia conferendi potestas taci- 213 tē non datur nisi expressē concedatur. dict. cap. si. de offi. vicar. libr. vj. & superius dixi. igitur postquam erat reuocatus, oportebit de nouo concedere potestatem: alioqui collatio tanquam facta à non habente potestatem non valebit.

Et per hoc patet, quod vicarius constitutus ad conferendū, potest cō- 214 ferre antequam notificata sibi fuerit reuocatio: Sic putarem in procuratore constituto ad presentandum: cum non inueniā rationem diuersam: licet contrarium teneat Paul. consi. ccclxj. venerabilis in vlti. q. volu. j. & Aymo Crauet. in consil. lxxvj. proponitur.

Episcopus conferendo vicariū quo ad hoc reuocari censetur. Item faciendo actum contrarium. Calde. consi. ij. rubr. de offi. vic. in- 215 cipien. in collatio, vbi episcopus conferendo beneficium, videtur reuocare vicario potestatem cōferendi quoad illud beneficium. Doct. in c. tua. de offi. vica. maiorem enim potestatem episcopus constituendo vicariū adhuc retinet, quā cōcedat: vt in papa docet text. in c. dudum. de pręb. libr. vj.

Episcopi & vicarii morte reuocatur vicariū potestas taciē. Pręterea per mortem vicarij & officialis potestas illorum reuocatur, 216 & per episcopi mortem. c. si gratiosē. de rescrip. libr. vj. Doct. in cap. quoniam abbas. de offic. deleg. ca. ad abolendam. in princ. de hæretic. c. quia v. vbi doct. de iudic. Ioan. Francisc. in tract. de offic. & potesta. c. quæstio. x. col. iij. partis secundæ: nam mortis omnia soluit. §. deinceps. in authent. de nupt. colla. iij. Philip. Perus. in c. primo, col. prima, de offic. vicarij, libro vj.

Vicarius episcopi excommunicati nō potest conferre. Adhuc quando prælatus est excommunicatus, vel interdictus, suspē- 217 ditur etiam potestas vicarij sui. c. j. de offic. vicar. libr. vj. gloss. & Docto. in cle. vlti. de procura. docui in interpretat. cap. postulastis. nota ij. de cleric. excommuni. ministran. ideo si episcopus, vel eius vicarius interim conferat, nō valebit collatio, imò efficitur irregularis, teste Areti. in cap. cum non ab homine. col. penul. de iud. † Non valet etiam si vicarius, & episcopus ignorent excommunicationem. glo. & Doct. in c. penul. de cler. excommunica. ministran. Panor. & alij in c. Pastoralis. §. verum. de appella. nam in his quæ geruntur ratione priuati officij non est differentia inter occultum & publicum excommunicatum: secus in his quæ gratia publici officij geruntur. glo. & doct. in c. ad probandum, de re iudi. scri. in Concorda. Franciæ in titul. de excommunica. non vitand. hoc tamen aliter potest intelligi, videlicet de excommunicato minori excommunicatione: sed sed excommunicatus maiori, si cōferat ante notificationem vel celebret, non est irregularis: & tenet collatio ab eo facta, per c. ij. vbi Doct. de except.

Per renunciationē episcopi reuocatur vicarium. Insuper si episcopus renunciat episcopatu, vel traslatus fuerit, taci- 219 tē reuocatur vicarius, & officialis, vt nota. in capitul. inter. & capi. fin. de traslatio, episcopi. nisi ad beneplacitum sit constitutus: vt inferius scripsi. Etiam

Forma vicar. Archiepisc. & aliorum collatorum. 85

220 Etiam potestas vicarij capituli sede vacante cessabit, potestate capituli cessante: quod est per adeptionem possessionis episcopus noui prælari, argu. c. primi, in fi. ne sede vacan. libr. vj. & nota. in c. ij. & cap. fin. ne sede vacan. & clemen. j. de hæret. c. quoniam, de offi. deleg. hoc docet expressē Ioan. Francisc. in tract. de offi. & potesta. capi. sede vacan. q. x. partis ij. col. vj. vers. adde etiam quod potestas. vbi dicit hoc de consuetudi-

Vicarij potestas capituli sede vacante quando extinguatur.

221 ne seruari: † nisi confirmetur officiales episcopi nouis: quod plerumque fit, si eos idoneos ex inquisitione inuenerint, nisi interdum à mulieribus rogati, vel ab aliis alios constituent: quod permulti facere solent, & hodie à paucis quærentur meliores & doctiores.

222 Vitium per presentiam episcopi censetur reuocatus vicarius: nā adueniente principe cessat magistratus. c. volentes, de offi. deleg. c. antiqua, vbi Henr. de priuileg. c. si quem. de pręc. lib. vj. quod est verum, quando absentia episcopi fuit causa constitutionis: vt potē quia episcopus

Vicarius an quando per presentiam episcopi reuocetur.

223 peregrinari volebat: † alioqui contra: nā videmus officiales & vicarios exercere potestatem presentibus episcopis: nam cum quidam potius circa venationem, & alendos canes, & ludos versentur, iurisdictione, & actus episcopales destituerentur: vt dicit gl. in §. item voluit, in verb. absentia, de colla. in Prag. plus dicens: vt intentio constituentis in hoc principaliter sit consideranda. c. petitio. & ibi doct. de proc. vnde episcopus solus non potest omnibus negotiis providere. quantumcunque sit diligens, vt dicit Panor. in c. quoniam. col. ij. de offic. ordina. ideo etiam in presentia possunt habere & officiales, & vicarios: sicut curati multi etiam residentes habent, vt ecclesiæ melius seruire possint, vicarios.

224 Ex quo patet, quod Episcopi suos vicarios creare debent ad beneplacitum eorum, vt solet papa facere, in c. si gratiosē. de rescri. libr. vj. & tūc

Vicarius ad beneplacitū creari solet.

225 concludunt doct. eos posse, cum placuerit, reuocare: † si tamē permittauerit episcopatum cum alio, non reuocatur potestas ipso iure, nisi per mortem: sed nouus episcopus poterit illum reuocare vt pulchrè consulant Calder. consi. iij. rector prouinciæ. de resc. quod bene placitū reuo-

226 care oporteat, cōsultuit Soci. cōf. xxvij super prædicta. in iij. vol. † alioqui imputetur Episcopo nouo, si eum non reuocet: ideo interim gesta valebunt: nisi nouus episcopus aliū constituerit, & ipsi vicario alterius Episcopi, constitutionē alterius notificauerit: vt superius dixi. vide multos casus reuocationis per Paul. Castr. cōf. clviij. pro euidentia, in j. vol.

227 Postremò sciendū est, quod vicarius generalis episcopi, vel alterius potest cōferre beneficia etiam extra diocesium, glo. in c. nouit. de offic. leg. Rota decis. vlt. de offi. vica. in nouis. quia conferre est iurisdictionis voluntariæ, quod etiam extra territorium exerceri potest. l. ij. ff. de offi. procon. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in iij. parte. q. xl. gloss. in. §. itē voluit, in verb. vicario, de colla. in Prag.

Vicarius etiam extra diocesium beneficia conferri nisi reuocatur.

228 Fallit in beneficijs vacantibus in curia. c. statutū, de præbendis libr. vj. vbi si papa non conferat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius vicarius poterit in diocesi tamen exi-

stans, & non extra: & hoc est statutum, ne collatores creent vicarios Romæ & papæ collationem auferant: & quia de iure speciali cōpetit: ut aſſerit Roma. ſing. xlvij. tu habes. dixi in d. c. ſtatutum.

Secundò, quādo eſſet limitata poteſtas vicarij, quæ poteſtas limitata non extenditur. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. & licet in ſula acquiratur illis, qui habet prædicta in ripa proxima. §. in ſula. juſti. de rerum diuiſio. tamen non habet locum in agris limitatis, quia tunc in ſula occupantis fit. l. ait prætor. §. in ſula. ff. de flumi. Et poteſtas data domino in cauſis vaſſalorum non egreditur controuerſias feudorum. Panor. in c. cære-rum, de iudic. Fel. in c. cum ordinem, colum. v. nu. 6. de reſcrip. Vnde ſi vicarius ſit conſtitutus cum poteſtate conferendi beneficia in ſua diœceſi, non poterit extra (ut dico infra) conferre.

Item quando alicui conceditur facultas limitata, excedens limites, non fecit etiam id, quod ſibi ceſſum eſt, ſed aliud. l. ſed ſi ante. ff. ad Treb. l. ſi communem, quemadmodum ſerui amitta. l. ſi pupillorum, §. ſi prætor. de rebus eorum. Albert. in trac. de augmento, concluſio. viij. nā fines mandati diligenter ſunt ſeruandi. l. diligenter. ff. mand. c. cum dilecta, de reſcript.

Item quamuis maritus pro vxore agere poſſit, tamen ſi ſit conſtitutus procurator in aliquibus cauſis, ad alia agere maritus pro vxore non poteſt. l. maritus. C. de procurato. ſic & vicarius: ſed ut materia ſit omnibus nota, facio cauſas ſequentes.

Primus eſt, vicarius conſtitutus ad conferendum beneficia diœceſis Paris. poterit tam in diœceſi, quàm alibi ea conferre, ſiue conſtitutus ſit generaliter, ſiue indefinitè. gloſ. in dicto capitul. nouit, de offi. legat. ut ſuprà dixi.

Secundus cauſus, vicarius conſtitutus ut conferat omnia beneficia noſtræ diœceſis Magalonen. in ciuitate tamen, & diœceſi non poterit extra diœceſim conferre: quia ſua poteſtas eſt limitata in diœceſi, id eſt, intra diœceſim: ergo non extra. tex. in l. j. §. in publico. ff. de flum. & diſtiones in & intra equi-parantur, in l. j. §. ſi intra. de ſucceſſo. edict. ff. & l. ij. de verb. ſign. c. tua, de offic. vicar.

Tertius cauſus vicarius conſtitutus ut poſſit conferre beneficia, quando diu epiſcopum abeſſe contigerit, non poterit conferre, quādo epiſcopus erit præſens. c. ſi delegatus, de offi. delega. lib. vj. c. antiqua. de priuileg. Io. de Selua. in trac. de benefic. in ij. par. quæſt. xiiij. colum. pen. vide tamen Paul. in l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. ff. de inſtitor. a. c. quia non cenſetur conſtitutus in præſentia: nam vnus incluſio, eſt alterius excluſio. l. cum prætor. de iudic. ff. Id eò is qui habebit collationem à tali vicario, oportebit probare ad temporis epiſcopum fuiſſe abſentem tum quòd ſit. intentionis ſuæ fundamentum, tum quòd præſumitur epiſcopus præſens, per totum titul. de cleric. non reſiden. vbi debent in epiſcopatu reſidere. & ita conſuluit Bertrand. conſ. ij. viſo proceſſu, col. iij. num. 17. in iij. vol. ex antiqua editione.

Quar-

237 Quartus cauſus, ſi data fuerit poteſtas vicario conferendi beneficia aſſecta graduatis & nominatis, vel vacantia in menſibus illis præſtitutis, non poterit alia beneficia conferre, cum non debeat fines mandati & vicariatus excedere, c. cui de non ſacerdotali. de præb. lib. vj. ſed hæc poteſtas ad certa beneficia vix valeret: ut ſuprà dixi.

238 Vltimus cauſus eſt, quòd geſta per vicarium, & collationes factæ per eum nõ valent, ſi de eius non conſtet mandato: & hoc expreſſum tradit Be ta. in tracta. de epiſcopo, in vij. parte quarti libri, qua ſt. viij. inſtat legat. de quo per Barto. in l. j. ff. ſi quis in tus voc. non ierit. & Doct. in c. paſtoralis, de reſcript.

239 Et tunc ſolet vicarius condemnari ad omnia damna & impenſas partis, cui contulit beneficium, quia eam decepit. ita vidi ſeruari in Practica ut ſuperius ſcripſi.

240 Alius eſt vicarius temporalis, qui in locum iuriſdictionem temporalem habentis, vel ad tempus ſufficitur: & de hoc loquitur titu. C. de offi. eius qui vic. alter. gerit: ut legari præconſulum, & dicuntur etiam generales, c. pen. de offi. vica. ut eſt Dux Sabaudia: de quo Iacobi. in trac. de feud. in verbo, vicarius perpetuus: ſed de iſto nos non loquimur hîc: & ipſe videtur perpetuus, quicquid dicatur in contrarium: quia ad vitam non reuocetur, & ſic eſt perpetuus. l. j. ff. pro ſecio, l. ſufficit, de cõdition. indebi.

241 Alius eſt vicarius perpetuus, de quo inferius dicemus plenius in materia vnionis, in ſi. & eſt ille, qui præſicitur curæ, quando beneficium vnitur menſe vel alteri beneficio. de quo loquitur cle. vnic. de offi. vicar. & doc. in c. extirpanda §. qui verò, de præb. & hîc non deſtituitur ſine magno crimine, ut alius beneficiatus. c. ſatis peruerſum. l. vj. diſtinc.

242 Alius eſt temporalis, qui præſicitur ad tempus beneficio: ut pote, ſi curatus occupatus fuerit circa ſtudium, c. cum ex eo, de elect. in vj. gl. in extrauagan. Execrabilis. Ioan. xxij. alia de vicariis hîc nõ pertractabo, cum iſta videantur ſufficere. Laus Deo, quia nullibi inuenies iſta congeſta ſuper hac materia, ſaltem ego nuſquam legi.

De miſſione in poſſeſſionem.

Caput xxij.



OSTEAQVAM de electione, præſentatione, inſtitutione, & collatione tractauimus, parum tamẽ eſſet collationem & prouiſionem factam eſſe, niſi eſſent, qui executioni illam demandarent, arg. l. ij. §. poſt originem. ff. de orig. iur. & c. vbi periculum §. præterea, de electio. in 6. ideò videndum eſt de his, qui in poſſeſſionem mittere poſſunt, & quomodo iſta miſſio fiat, & alia huic materiæ poſſeſſoriæ accommodata: omitto illas tres cauſas, ex quibus quis in poſſeſſionem mitti ſolet: de quibus iurisconſ. in l. j. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſio. eatur, ut hanc poſſeſſoriam beneficalem tantum pertractem.

Tres cauſe ex quibus ſolet quis in poſſeſſionem mitti.

h ij

Possessio beneficii an sit propria aut priuato capienda.

Notandum est quod prouisus à quocunque non debet propria auctoritate possessionem apprehendere, aliàs prædo diceretur, per l. si ex stipulatione. ff. de acquirend. possess. nam requiritur mandatum collatoris cap. ij. ibi, de mandato nostro, & c. ne sede vacan. c. cum venissent, de restit. spolia.

Non tamen esset priuatus iure, qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi, qui iam est in possessione. Ioann. de Selua in tracta. de beneficio, in iij. parte, quæst. xv. & quando alius est in possessione beneficii, non licet propria auctoritate possessionem accipere, dict. l. si ex stipulatione, aliàs spoliat possessorem, per dict. c. cum qui. de præbend. lib. vj. † Ideo etiam si non adhibeat violentiam, debet puniri, nec lucraretur fructus, nec esset in illa possessione manutendendus, quia est violentiosa, ad quam interdictum uti possidetis, non se extendit, l. j. ff. uti posside. Paul. Pari. consil. lxxiiij. vol. iij. scripsi in tracta. de mater. possess. in iij. tomo Cõstit. Regia. & quia beneficiarius ignorat, an alius cæperit possessionem necne ideo semper de mandato collatoris est in possessionem inducendus. † Si tamẽ vacet beneficium, & nemo adhuc illud detinet, si quis apprehendat sua auctoritate non priuatur: vt las. & alij asserunt in dicta l. si ex stipulatione, quam intelligunt, quando aliquis erat in possessione: & ista est communis sententia, vt asserit Roch. Curtius in tracta. iuris pat. in verb. ius. quæst. v. quem sequitur de Ripa in libro secundo. Respon. de rescrip. cap. xxxj. quæritur. post Innocen. & Panor. in c. cum super, circa finem, de causa possessio. Si lapis ad ista euitandum non accipias possessionem propria auctoritate, sed facias te inducere per alium iuxta collationis formam.

Mandatum collatoris requiritur ad possessionem beneficii accipiendam.

Si tamen episcopus conferendo tradiderit tibi pileum, vel calamum, sic te inuestiens, poteris ingredi possessionem beneficii propria auctoritate: quia per hoc datur facultas ingrediendi propria auctoritate, cap. j. quid sit inuestitura, & c. ij. de consuet. Roma. singul. cxxxvj. consuetudo. hodie tamen prouisus mittitur in possessionem etiam post pilei traditionem: vt vidi seruari, & sic faciendum est.

Traditio pilei quid significet post collationem.

Aduertendum est quod collatio, & prouisio prius faciendæ est, quam in possessionem missio, & postea missio in possessionem, c. ij. ibi, donationis nostræ gratia præcedente præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. c. Pastoralis, de priuileg. intellige vt per Panor. in c. auctoritate, de institut.

Collatio auctoritate missio in possessionem faciendæ.

Alioqui si quis acciperet possessionem ante collationem, esset intrusus. Panor. in c. cum iam dudum, per illum text. de præben. & postea collatio illi facta non valeret: vt ibi, & in c. in nostra, per Fel. de rescript.

Accipere possessionem ante collationem est intrusus.

Vnde si quis postea illud beneficium non facta mentione istius prouisionis impetrare bona Papa, nõ valeret impetratio quã subreptitia, per auctoritate C. vnde vi. l. ij. C. de fundis & salti. rei do. li. xj. vbi gl. quia in iuriam facit beneficio, qui illud iniuste detinet, ca. multi, vbi Prepo. no. xl. dist. Fel. in o. postulat. collat. xvij. vers. circa quartum, de rescript.

Idem

Idem si electus ante confirmationem administraret, esset enim iure priuatus. c. Auaritiæ de electio. in vj. vbi vide Philippum Perusi. septem casus conscribentem, in quibus quis administrare potest ante confirmationem, & quæ scripsi in tracta. de pacifi. poss. in iij. limitatione, in nume. 242. & seq.

Electus ante confirmationem a confirmatione non debet.

Quæro, à quibus quis mitti in possessionem possit? Respon. in primis prouisus de beneficio potest per Archidiaconum in possessionem mitti, c. adhac, de offic. Archidia. vel per decanum. c. post electionem, de concess. præb. ibi, per cuius manum debebas in capitulo inuestiri, & c.

A quibus mittendus sit prouisus in possessionem.

Iudex ordinarius & delegatus à papa possunt in possessionem mittere. c. si quando, & c. super eo, de offic. delega. ordinarius qui confert, archiepiscopus, vel alius potest in possessionem mittere, per c. ij. de eo qui mittitur in poss. c. ij. de sequest. poss. c. ex parte. de concess. præbend. & dicit rex. in c. pastoralis, de priuileg. non esse licitum inconsulto episcopo in possessionem ecclesiarum introire.

Hodie verò per quemlibet sacerdotem, vel clericum, seu per notarium Apostolicum, vel ab episcopo creatum, potest quis in possessionem mitti: nam in collationibus episcoporum, vel aliorum solet mandari quibuslibet ecclesiasticis personis, ac tabellionibus, & notariis, vt inducat in possessionem talem prouisum, vt constat in forma collationis, quam superius conscripsi.

Presbyter aut clericus seu notarius in possessionem mitti.

Vel interdum presbyter ponit in possessionem, & notarius hoc attestatur sic, anno, & c. in mei notarij, & testium infra scriptorum ad hoc vocatorum præsentia constitutus talis N. in vim collationis reuerendi in Christo patris domini Paris. episcopi: vel in vim prouisionis Apostolicæ missus est, & inductus in possessionem corporalem, realem & actualem talis ecclesiæ N. & iurium suorum vniuersorum, à tali N. presbytero per ingressum eiusdem ecclesiæ, asperisionem aquæ benedictæ, osculum maioris altaris, tactum libri missalis, & sacrorum ornamentorum, & per pulsam campanarum, atque seruatis alijs solennitatibus in his seruari solitis & necessariis: in qua adeptione possessionis interfui, & nemo se opposuit, vel talis se opposuit, & c. de quibus præmissis talis d. N. prouisus petiit à me notario prædicto instrumentum publicum fieri, & sibi tradi, Acta fuere hæc in tali loco, & c. præsentibus talibus testibus N. & N. copiosa alia hominum multitudine, & c.

Forma instrumenti missionis in possessionem.

Dubitari interdum vidi, an etiam per clericum primæ tonsuræ possit quis in possessionem mitti? Respon. posse, quia solet episcopus mandare vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis: & clericus primæ tonsuræ ecclesiastica persona dicitur, nec est amplius laicus: vt in c. si. de temp. ord. in vj. Panor. in rubr. de vita & honest. cler. c. duo. xij. q. j.

Clericus primæ tonsuræ etiam in possessionem mitti.

Est tamen differentia inter papam, & alios inferiores: quia papa solet certis committere personis in dignitate constitutis, vt in possessionem mittant: vt patebit in bulla nouæ prouisionis: vbi dixi in iij. parte, facit c. si quando, de offi. dele. c. statutum, de rescri. in vj. idem in legato, vt ibid.

Papa & legatus certis personis committit inferiores in certis.

Inferior verò solet mandare non certis personis, sed vniuersis subditis 17
suis: vt patet in forma collationis suprà.

*Subditus col
latois in pos
sitione mittere
& non de
bet recusare.*
Et sic non posset clericus, vel sacerdos habens domicilium Aureliæ, 18
& non subditus episcopo Paris. mittere in possessionem in dicecesi Paris.
quia illis non mandatur, nec committitur: & si hoc faceret sine commif
sione esset puniendus, per regul. extra territorium ius dicenti non pare
tur impune, l. ff. de iurisdic. omnium iudic. c. fi. de constitu. in vj. nec va
leret illa missio in possessionem. non posset ergo clericus subditus episco
po Paris. requisitus recusare sine causa, aliàs arbitrio viri boni punire
tur, capitul. si quando. & capitul. sciscitatus. de rescript. vbi iurium in
terpretes.

*Certis perso
nis an infe
rior missio
ne in possi
sione comit
tere possit.*
Aliquando tamen vidi quosdam cardinales Archiepiscopos commit 19
tere certis personis sicut papa: & isti commissi, si sint impediti, possunt
delegare vices suas, & alius non subdelegatus ab ipsis non posset mitte
re in possessionem. c. prouidentiam. & c. pastoralis. de offi. delega. dixi in
forma nouæ prouisionis: & puto quòd ordinarius posset etiam comitte
re certis, si vellet: quia non inuenio hoc prohibitum: sed quia pars dubi
tat, an is requisitus hoc vellet, idèd generale impetrat mandatum, & con
missionem, vt vniuersis committatur, & singulis, &c.

*Notarius re
gius in pos
sitionem be
neficij non
mittit, sed
missionem at
tribuitur ab
alio factam.*
Verum quia mandatur notariis & personis ecclesiasticis, de quibus 20
notariis intelligatur? Respon. quoad missionem nò potest notarius Re
gius mittere in possessionem beneficij, quia non est ad hoc notarius, sed
tanquam priuatus. l. iij. ff. de offi. præs. & per Regem creatus est non ad
hoc: & laici ecclesiastica negotia tractare non debent, ca. decernimus, de
iudic.

Posset tamen notarius regius, si presbyter induceret in possessionem 21
curatum, vel aliquem prouisum, attestari de hac missione in possessione,
& probaret hæc missio: quia de his quæ fiunt ante eum attestari potest,
c. cum P. tabellio. de fide instrumen. scripsi in arti. ij. gl. j. de literis oblig.
in primo tomo constit. Regia.

*Notarius
non debet
se clericus.*
Aliquando etiam vidi dubitari, an iste tabellio Apostolicus debeat esse 22
clericus, & sic persona ecclesiastica, quod videbatur, quia dicit, personis
ecclesiasticis notariis, &c.

Contrarium sentio, quia primò mandatur personis ecclesiasticis, se 23
cundò mandatur tabellionibus, licet non sint clerici, possunt in posses
sionem mittere ratione officij publici, non ea ratione quòd sint clerici:
nam prohibetur clericis, ne sint notarij, capitul. sicut, ne clerici
vel monachi: quia eorum officium vile est. glo. in l. vniuersos, C. de de
cur. lib. x.

*Missio in
possessionem
quomodo fit
vi debeat.*
Præterea iste clericus volens in possessione aliquem mittere, debet vide 24
re literas collationis, & suam comissionem, & illud madatum sequi, & for
mam illius. diligenter enim sunt fines mandati seruandi. ff. mad. & post
ea dicere, ego auctoritate reuerendi domini episcopi Paris. & in vim liter
rarum collationis ab eodè factæ, induco te in possess. talis beneficij. N. quod
nomina

nominare debet, & vniuersorum iurium & pertinen. prædicti beneficij,
primò per ingressum ecclesiæ & c. ita ingrediatur ecclesiam, postea as
perfusionem aquæ benedictæ referat, & alia quæ suprà scripsi.

25 Item quamuis in collatione mandetur primò personis ecclesiasticis,
vt in possessionem mittant, postea tabellionibus: tamen ordo scripturæ
nò consideratur, vt requiri primò persona ecclesiastica debeat, sed est in
electione prouisi, vt eligat, an velit habere notarium, vel clericum, seu vtrū
que, quia omnibus hoc conceditur: ergo omnes possunt, vel aliqui, per c.
sciscitatus. de rescript. melius est tamen habere clericum, qui mittat, &
notarium, qui omnia illa scribat.

26 Itaque primo capienda est possessio per ingressum ecclesiæ: nam qui
fundi possessionem adipisci vult, introire fundum debet, non quilibet il
lius partem circuire, nec glebas. l. iij. ff. de acquir. pos.

27 Secundò per asperfusionem aquæ benedictæ. Ad presbyterum enim &
ad curatum spectat aquam benedicere, & benedictam aspergere, vt popu
lus ea asperfusionem sanctificetur, & si mundus ad altare veniat: & hoc intro
ducit Alex. papa. v. vt in c. aquam, de consecr. dist. iij. c. perlectis. §. ad pres
byterum. xxv. dist. in c. Ang. Clauas. in summa Ang. in verbo, aqua. Eze
chiel. xxxvj. c. scribitur. Effundam super vos aquam mundam, & mun
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris. docet Spec. in ratio. diuino
rum offic. lib. iij. c. iij.

28 Tertiò per osculum maioris altaris solet capi possessio, & hoc fit, quia
in maiori altari celebrare debet curatus, & pacem facere cum Deo, &
orare pro populo, vt Deo vniatur: & cantico primo dicitur. Osculetur
me osculo oris sui, de quo osculo altaris docet Specular. vbi suprà, capi
tu. ix. & liij.

29 Quartò per tactum libri missalis, vel antiphonantis, seu alterius libri
sacramentorum, quos oportet sacerdotem habere: aliàs nomen sacerdo
tis habere non meretur. c. que ipsis. xxxv. dist. domi. Gem. consi. lxxij.
in causa. col. j.

30 Quintò addunt quidam per tactum ornamentorum sacrorum, sed hoc
non est necessarium: sicut in possessione capienda, non est necessarium
omnes glebas apprehendere, nec circuire. l. iij. ff. de acquir. pos.

31 Sextò addunt alij per tactum fontium baptismalium, si sit ecclesia pa
rochialis: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum. c. debitum, & per
totum, de baptismo. & necessarium: ita etiam quidam capiunt necessaria.

32 Septimò etiam per pulsum campanarum: & hoc fit, vt populus frequens
adsit, vt possessio non sit occulta, sed publica: vt scripsi in glof. x. reg.
de pub. resig. & Spec. in suo Ratio. lib. j. cap. de campanis, sic ait? Pulsa
tur & benedicuntur campana, vt per illius tactum & sonitum. fideles inui
cem inuitentur ad premium: vt crescat in eis deuotio fidei, fruges, men
tes & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus
& omnes insidiæ inimici: fragor & grandinum procella, turbinum impe
tus, tempestatum & fulgurum temperentur: infesta tonitrua, & ventorum

flamina suspendantur: spiritus procellarum & aëre potestas præsterantur: & ut hoc audientes confugiant ad sanctæ matris ecclesiæ gremium & c. hæc ille.

Domus presbyterii beneficii, an ingredi quis debeat.
 Octauò solent quidam ingredi domum presbyteri, quam vocant presbyterium: & si quis sic in ecclesia, vel in domo curati acceperit possessionem, acquiritur eidem possessio omnium rerum beneficii, etiam sine aliqua apprehensione. l. iij. & l. cū hæredes, vbi iurium interpretes. ff. de acqui. poss. & hoc docet Inno. in c. in literis. de resti. spol. Rota. decis. j. possessor. de restitu. spol. in nouis. hoc tamen non est necessarium.

Quando quis non potest ecclesiam ingredi quid agendum.
 Si non possit ingredi ecclesiam, tunc sufficet tangere ostium, seu pessulum, seu anulum portæ ecclesiæ affixum, & tibi sic acquiratur possessio, vt docent domi. de Rota in deci. v. not. pone quòd aliquis. de caus. possess. & proprietat. in antiq. imò aliquando per aspectum pinnaculi ecclesiæ accipitur possessio. l. j. §. si iusserim. ff. de acqui. poss. abundè tradidi in præfat. ad tract. de materiis possess. in iij. tomo Const. Reg.

Vnde qui sic adeptus est possessionem, agere poterit possessorio, teste Gui. papæ in consi. lxxj. Pro diuisione, col. iij. versi. quinto præsuppono. & hoc est verum, quando eidem pessulum traditu mfuerit, vel anulus portæ affixus per presbyterum, vel alium, qui habebat ad hoc potestatem: secus si per apparitorem Regium, teste Roma. cōsi. cccclxxxij. in casu, col. j. scripsi in præfa. de mater. possess. num. 121. in iij. tomo constitutu. Regia.

Missio in possessionem præbende quomodo fiat.
 Nonò, si quis mittatur in possessionem præbende, & canonicus, sollet ei assignari locus in choro, & in capitulo, saltem in choro datur cathedra ad sedendum. c. Pro illorum. & c. dilecto filio, de præb. cap. cum super. de concess. præb. & in quo consistat canonicatus possessio. scripsi in glo. canonicatum §. j. tit. de colla. in Concord.

Possessio vitiosa vò prodest licet iustus sit iniustus.
 Decimò, si quis perperam possessionem acceperit, licet bono sit iure munitus, non manu tenebitur in possessione vitiosa, sed in possessorio succubet. l. j. & ij. ff. vt possid. c. licet causam, de proba. potest enim possessio esse vitiosa, & iustus titulus. c. si quando. de offi. delegat. & e contra rio titulus iniustus, & possessio iusta. l. j. §. si vir. vbi Docto. ff. de acqui. poss. vide quæ dicam inferiùs in bulla nouæ provisionis. in iij. parte.

Naturalis possessio corporalis vocatur.
 Vndecimò, quòd ius ciuile naturalem possessionem vocat. l. ij. §. j. & l. habet. ff. de preca. scripsi in præfa. ad tract. de materiis possess. in iij. tomo Const. Reg. ius canonicum corporalem possessionem vocat, c. ex parte. de concess. præb. c. si quando, de offi. deleg. Bar. & alij in l. j. ff. de acqui. possessione.

Possessio capere potest per signaturam.
 Duodecimò per signaturam capi potest possessio: quia gratia perfecta est, per verbum fiat. Calder. & alij in c. quisquis de election. & infra dicam in tract. signat. & statuit Alex. vj. pontifex id temporis maximus, eodem titulo. quòd non daretur in curia Romana priuatio illius, qui cum sola signatura se intruset, nec beneficium illud potest impetrari, vt alibi plenius scripsi: licet quædam Parlamenta Franciæ mordicus contrarium

trarium teneant, quòd mea sententia non iuste: quia postquam papa hoc statuit, illi est obediendum, & inhaerendum, nec priuatio dari debet, nisi à iure data sit. glos. in capit. fina. de iure patronat. † nec inuenitur à iure statuta priuatio, nisi in maioribus dignitatibus. extrauag. suscepti. de elect. in extrauagan. Ioan. xxij. Ergo in aliis locum non habet, & sic tenendum est, licet non debeat quis recipere fructus ex sola signatura, aliàs est intrusus, vt in c. auaritiæ, de election. in vj. & alibi dicam abundantius.

Ademptio possessionis quomodo probanda sit.
 Decimotertio possessio adeptio debet probari per instrumenta publica, vel per scripturam priuatam trino teste nouatam, quæ æquiualeat instrumento publico, l. scripturas. C. qui potio. in pignor. habeant. cum authent. ibi posita poterit etiam testibus probari, cum non inueniam contrarium statutum: & parem probationem habent testes & instrumenta. l. exercendis, C. de fide instrumentorum, & quomodo probanda sit possessio, vidi quæ scripsi in artic. ij. glo. vltima, de mater. possess. in iij. tomo Const. Reg.

Causa cognitio in possessione non requiritur.
 Decimoquarto licet olim causæ cognitio in mittendo in possessionem interueniret, & differenda erat missio donec de veritate tituli innotesceret, c. quando, & c. super eo, de offic. deleg. sic de iure ciuili, in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. hodie tamen presbyter vel notarius, qui inducit possessionem, non est nisi nudus minister.

Ideo non recipit cognitionem nec differt mittere in possessionem: sed post eam iudex coram quo causa ageretur, cognoscit: & pars quæ est in possessionem missa, impetrat literas à Rege vel à quibusdam Seneschallis, qui ad hoc potestatem habent, in quibus conuenitur pars ad videndum pronuntium manuteneri in possessionis sayfina, in qua est. † Et pars se opponet, & ius eidem dicitur coram Seneschallo vel Balliuo: & baptisantur (vt decanici dicunt) contrariæ possessiones, & allegantur: postea producuntur tituli, & sequestratur beneficium, vel recedentia conceditur: vt plenè scripsi in iij. tomo Constitutu. Reg. in tracta. de mater. possess. & præcipuè in tit. de causis poss. benefical. vbi alia possessionem tangentia licet videre, ne plura.

De papæ provisionibus.

Caput xxiiij.



VLTIMO IVSTE acquiruntur nobis beneficia per papæ provisionem, quæ aut fit de vacaturis, aut de vacatibus, capitulo secundo, de præbend. in sextis. Ad vacatura multis modis papa mandat prouideri. Primò cuidam priuilegium concedendo, vt ipse possit conferre beneficia, cum vacabunt: vt in c. is cui, & c. si cui, de præbend. lib. vj. vel vt quis nominare possit, forte ad Episcopatus & Abbatias. vt in c. quod si cui. de electio. in tractatu, de Concorda.

vbi scripti: & varia super his prouisionibus concessa fuerunt olim priuilegia: quæ multa tendunt in totius ecclesiæ catholicæ grauem perniciem: quamobrem reuocanda, quod non facile erit. Aliquando iubet papa de his vacaturis prouideri per mandatū, reservationes expectatiuas, aliasq; varia rescripta, quæ singula suo ordine uideamus. Et ad faciliorem horum interpretationem præmittendas duxi aliquot differentias inter priuilegium, & mandatum, quibus adiungemus & rescriptum.

Differentiæ inter priuilegium, rescriptum
& mandatum.

Caput xxv.



Summe eorum quæ in f. ius explorabuntur.

N V N C antequam ad alia perueniamus, dicendum est rescriptum, priuilegium, beneficium & mandatum quæ modo differant, & differentias inter rescripta gratiæ, & iustitiæ: demum declarabimus rescripta ad vacatura & ad vacantia & in singula membra quantum atinet ad materiam beneficalem: postea prosequemur etiam quædam rescripta communia seu mista quæ à papa principibus secularibus conceduntur: quibus uis, materia ista rescriptorum completa erit: & beneficalis quæ iam dudum lauit, & clausulas multas rescriptorum inseram, adhuc non elucidatas, quæ tamen in forensi iudicio versantur, & necessariae & utiles sunt maxime ut praxis Rom. super impetrationibus gratiæ intelligatur.

Priuilegiū est ius singulare.

Primò itaque dicendum est de beneficio: sed quia in huius libri principio conscripsi: idè tantum dicam de rescripto, priuilegio & mandato: & quid inter se differant.

Primò, priuilegium est ius singulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem constitutum est. Ius singulare ff. de legib. c. fi. xxv. q. j. circa fi. ibi: neque enim priuilegia aliquibus concederentur, si propter generale legem, nulli aliquid speciale indulgeretur. Et dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eò quòd priuatam legem singulis generet ut in d. c. fi. scribitur: vel dicuntur leges priuatorum. c. priuilegia. 3. distin. Bar. in l. j. in fi. C. de iuris & fact. ign. & l. fi. si contra ius, & l. fi. ff. de const. prin. gl. in verb. nascatur. c. j. de const. lib. vj. vel dicitur priuilegium, quasi lex de primo nomine lata. Bud. in l. ij. ff. de orig. iur. in priorib. annotat. Ego dicerem priuilegia quasi priuilegia: quòd priuilegia sint priuæ leges id est, propriæ singulorum priuatorum.

Primū Regis cōsiliū quid.

Inde uocamus Consiliū Regis priuum, *le priue conseil*, vel quòd sit Regis proprium, vel domesticum: & generali significatione omne rescriptum quòd à principe emanat, potest largè priuilegium appellari. Bal. in proce. feud. nu. 18. quia principes concedendo priuilegium, facit, arg. gl. in c. relatum. de præb. tamen in specie, ut dixi nō potest dici priuilegiū nec inueni sic à iure uocatum: ut Bald. scribit: idè sic ut supra dixi. num. 4. Annotanda sunt super hoc quædam differentie inter rescriptum & priuilegium.

Differ. priuileg. rescriptum & mandatum.

- & priuilegium. Prima est priuilegium strictè interpretatur. l. si quando. C. de inoffi. testa. c. j. & ij. de priuileg. lib. vj. Archidia. in c. frater, xvj. q. j. Bald. in l. quæ ex relationibus. C. de legib. Panorm. in c. cum ordinem de rescript. nam postquam est contra ius commune, omnis recessus à iure communi est odiosus. gl. in c. j. eod. lib. vj. sicut è contra, quando reducitur ad ius commune, est fauorabile: c. statutum, in gl. numerandum, de præb. in vj. idè priuilegium tanquam exorbitans erit restringendum: *Priuilegiū strictè interpretatur.*
- 7 † secus in rescripto, ut dixi in c. j. & c. causam. eod. idè priuilegium unidatum non extenditur ad aliud. l. j. ff. de constitut. prin. l. ij. C. de legib. c. sanè. vbi Panorm. de priuileg. quia est stricti iuris: † nisi ageretur de proprietate uerborum, tunc interpretatio fiet quatenus proprietates uerborum ex postulat. l. cum lege. vbi Aret. ff. de testa. Calder. consi. j. de consang. quia uerba siue sint in priuilegio, siue in alio rescripto, non mutant suam significationem, nec alterantur regulariter, licet restringantur pro odiosa materia, vel ampliantur pro fauorabili.
- 9 Vel nisi strictè interpretando redderetur inutile, tunc interpretabitur ut aliquid operetur: ut statim dicam. c. in his, de priui. Doct. in c. dilecti, de for. compet. Idem si possit inutile fieri. c. licet. de priuileg. lib. vj. iung. cta gl. ibi & Doct. in c. cum ordinem. col. ij. de rescr. † Si uerò priuilegiū derogaret statutis, uel consuetudinibus, tunc facienda esset lata interpretatio, secus si iuri derogaret. Anto. de Butr. per illum tex. in ca. olim, in fi. de verb. sig. & Dec. in d. c. cum ordinem, sed non uideo posse subsistere, nisi statuta essent contra ius.
- 10 Secundò regula hinc fingi potest talis, quòd priuilegia ita interpretanda sunt, ut aliquam contineant gratiam contra ius, & ut aliquid iuri addat, c. si. circa finem, ibi: neque priuilegia aliquibus concederentur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur, xxv. q. j. l. vbi gl. alia adducit iura. ff. ad municip. c. in his, de priuileg. *Priuilegia gratiam d. si nere debent.*
- 11 Idem in rescripto ad lites. c. Pastoralis. de appell.
- 12 Idem in legibus, ut uerba legis frustra adiecta esse non debeant. l. iij. vbi Ias. in primo notab. ff. de iureiuran. glo. in l. j. ff. quod met. caus.
- 13 Etiam statuta interpretari debent, ne sint frustratoria. l. ij. C. de noxal. actio. Bart. in l. iij. §. prætor. ff. de dam. infect.
- 14 Etiam procedit in sententiis. c. si papa. de priui. in vj. & in dispensationibus docet Ant. de Butr. in c. At si clerici. §. de adulteriis. col. vj. de iudici. refert de Ripa in c. j. nu. 67. eod. & in contractibus, in quibus etiam non debet aliqua superflua esse dictio. l. fi. vbi Doct. ff. si certum petat. gloss. in cap. solitæ, in verb. tanquam, de maio. gloss. d. l. j. ff. quod metus caus. Bald. in rubr. de contra. emp. C. q. ix. Anch. cons. cxxvj. pro parte, & Corneus cons. excj. in ij. vol. † Vnde si facultas testandi monacho detur, intelligitur de bonis, quæ de facto tenet, ut aliquid operetur priuilegium teste Bal. in l. j. col. iij. in v. opp. C. si seruus extero, & quomuis dispensatio sit stricti iuris. c. j. in fi. de filiis presbytero. tamen non est ita coarctanda, ut nihil gratiæ contineat: sed sufficit quòd aliquid, licet modicum *Verba legis statui & se iura frustra nō sunt ad iudicienda.* *Facultas testandi monacho quomodo intelligatur.*

operetur: vt scribam in rescripto dispensationis, diuersum est in rescripto: vt superius docui.

Libera testandi cui concessa, non potest auferre legitimam.

Limitatur, nisi illa interpretatio priuilegij auferat partius quaesitum: nam tunc ad terminos iuris esset reducendum, per l. si quando. C. de inoffic. testa. vt si concedatur libera testandi facultas, non potest filijs auferri legitima, sed is iure testari debet, d. c. si quando. & Fel. in c. causam, col. viij. vers. interpretatio priuilegij, eo. vbi priuilegium concedens liberam sepulturam, non tollit quartam canonicam curato debitam. Panor. in c. certificari, col. iij. nu. 10. de sepul. Doc. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. per illum tex.

Expressio eorum quae iuste in sunt, nihil operatur.

Secundo, quando exprimitur id, quod tacite intelligitur, tunc verba nihil operantur. c. ij. de elect. li. vj. l. iij. ff. de leg. j. c. ij. & c. ad audientiam, ij. de rescr. quando exprimitur eodem modo, quo inest. Doct. in d. l. iij. gl. in cle. ij. de priuileg. vnde dicit Bald. in c. cum ordinem, de rescrip. col. iij. ver. pone ergo, quod expressio debet aliquid operari verum esse, si iuris ratio patitur, alioqui secus, vt quia inest de necessitate, & in quolibet cōtingentis illius generis.

Item quando potest operari: vt potè si id quod conceditur, non erat in totum permissum de iure communi, aliàs contrà: quia tunc praeter ius nihil operatur. Gemina. in c. si papa, in fin. prin. de priuile. de Ripa, in d. c. ij. de rescript.

Interpretatio non debet ledere ius nisi in modo.

Ad hæc intelligere debemus, vt ista interpretatio non lædat ius commune, nisi in modico, & quanto minùs possibile est, per tex. in c. eos §. j. de tempo. ordin. lib. vj. vbi Gemi. quòd si libera potestas alicui data sit faciendi actum, quem facere non poterat, tamen in eo seruare debet Canonicam formam. † Et is cui libera conceditur electio, vel episcoparum nominatio non conceditur, vt inhabilem & minùs idoneum eligere possit. Doct. in c. si pro debilitate, de offic. deleg. vt refert. Fel. in c. j. col. vj. ver. declara duobus modis, eodem. vbi alia declarationes, & limitationes traduntur, quæ ibidem videri possunt, & in d. c. causam, iam allegato, eod. quod facit ad intellectum titu. de nominatio. Regia. in Concord. & ibi plenè scripsi.

Sublato iure quando priuilegia sublata censentur.

Tertiò, sublatio iure non censetur sublata priuilegia, quæ etiam iuri communi aliquid addebant, vel addere erant apta. c. j. de const. li. vj. quia censentur conditori incognita, vt ibi, teste Fel. in d. c. j. col. vij. ver. declara. & ver. sublato. vbi limitat duodecim modis, quos quilibet ibidem videre poterit, vnde in Concor. in rubr. de nomination. Reg. in §. fin. reseruantur electiones ecclesijs habentibus speciale priuilegium eligendi: secus est in rescripto, vt inferius diceretur.

Priuilegia contra ius sunt, non rescripta.

Quartò, rescriptum est ad obseruantiam iuris cõmunis, dicta l. falso, C. de inter. resc. in trac. de rescr. in ord. Regi. dixi contrarium, sed priuilegium contra ius, glos. in summa, xv. q. ij. Idem si statuto cautum sit, vt exteri nõ gaudeat priuilegijs ciuium, sic intelligitur, vt decidit Barba. in rubr. huius tit. in clem. col. iij. vers. hinc est. & rescripta quæ à iure descendunt

dūt ordinario nõ sunt fauorabilia, teste Bal. inc. super literis. col. j. de resc.

24. Quintò, faciliùs vitiatur priuilegiũ quàm rescriptũ: & in priuilegijs facilius presumitur falsitas, quàm in rescriptis. Inno. in c. episcopi, de reb. eccl.lesi. nõ alie. c. pen. de crimi. falsi. Refert Panor. in c. ex literis, no. penul. de fide instrum. Barba. in rub. de rescrip. in cle. col. iij. † Ideò falsitas nõ presumitur in rescriptis, quia faciliè obtineri possunt. Et sic cõsului pro quodã secretario super literis de committimus, in quibus apparebat falsum, sed illum excusauim per d. tex. & alia iura, quæ tunc allegauim, nec videtur odiosa rescripta, quia modici sunt præiudicij. Bal. in l. j. C. de diuers. rescri. Deci. in c. sedes, col. ij. de rescrip. cõtra Panor. ibi.

Falsum in priuilegijs facilius quàm in rescriptis presumitur.

26. Sextò, priuilegiũ personæ concessum nõ egreditur personã, l. j. ff. de cõstit. tu. princ. regul. priuilegiũ, de reg. iur. lib. vj. l. cũ patronus, ff. de leg. ij. & l. quod contra ratione iuris est receptũ, nõ est producendũ ad cõsequentiã, ff. de legib. & in his quæ cõtra ratione iuris sunt cõstituta, nõ possumus sequi regulã, l. seq. ibid. secus in rescripto, c. Rodolphus. & c. significauit, & c. si. de rescrip. c. quia v. de iudic. vbi plenè Doct.

Priuilegiũ nõ egreditur personã eius cui est concessum.

27. Septimò, priuilegia dantur cũ filo sericeo, rescripta cũ filo canabis, c. quã graui, de crimi. falsi. Cyn. in l. rescripta. C. de precib. Impera, offerẽ. & sic ex diuersitate styli, & modo dictaminis cognoscitur vtrũque, arg. l. si seruus plurium §. si. ff. de leg. j. dicitur in differentiis inter rescripta gratiæ & iustitiæ infra.

Filũ sericeũ in priuilegijs poni solet.


28. Octauò, verba rescriptorũ recipiunt interpretatione legũ & canonum secus in verbis priuilegiorũ: ne priuilegiũ reddatur inutile, cap. causam, de resc. sic pulchrè ait Bal. in rub. huius tit. in prin. rescripta recipiunt interpretatione naturale & necessariã, l. quãuis. ff. de in ius voc. l. scire §. suscit. ibi, cuius fidẽ sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. ff. de excus. tu

Verba rescriptorũ interpretatio non legũ & canonum recipiunt.

29. † Etia si in rescripto prohibita esset interpretatio, adhuc pro materia subiecta interpretabitur, l. si vno §. j. & ij. cũ seq. ff. loca. & l. si stipulatus, de vsur. † Etia ex rescripto alterius principis interpretari põt rescriptũ alterius: quia sicut expedit iura iuribus cõcordare, ita rescripta rescriptis. l. vna. C. de inoff. dotib. l. rescriptũ, ff. de pact. & potiùs sunt impropria da rescripti verba, quã præiudicet tertio. tex. sing. in c. super eo, de offi. deleg. secũdũ Card. cõf. 142. videtur in fi. & superius dixi. Et priuilegiũ principis ab ipso est interpretadũ quod eius interpretatio necessaria sit l. fin. C. de legib. & etiã quilibet inferior potest interpretari principis priuilegiũ per ratione & iura. per tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & ibi Bal. & las. Sed illorũ declaratio ab aliis non tenebitur inter quos non est declaratio facta.

31. Itaq; verba rescripti cõformare debemus æquitati & iuri, c. paratus, 23. q. j. & reduci ad ius cõmunẽ, & secũdũ illud intelligi & interpretari debet c. causã, vbi Pan. & alij, de rescr. sunt enĩ stricti iuris, & interpretari debet secũdũ iuris dispositione, c. ad hæc, & c. nõnulli §. si. de rescr. Bal. in l. vxor. C. qui accus. nõ poss. sequitur Alex. cõf. 97. viso themate, col. ij. in ij. vol. & Dec. in d. c. causam, in prin. quia ad obseruatione iuris cõceduntur: id eò secũdũ naturam eius debent intelligi: vt Panor. & alij asserunt ibidem.

Rescripti verba æquitati & iuri cõuenire debent.



Limitatur, quando nulla esset ambiguitas in rescripto, tunc debet intelligi prout scriptura vult, l. ille aut ille, ff. de legat. iij. alia multa vide per Felin. in d. c. causam.

Dominium in a fortiore principis datione.

Nondum, in privilegiis eo ipso quod princeps aliquid dat, dominium transfertur: nec aliquid requiritur, nisi ad facti traditionem executio, cle. auditor, de rescrip. c. inter. de fide instru. l. bene à Zenone. C. de quadri. prescriptio. Bal. in proce. Feud. c. cl. vlt. quod non est in rescripto.

Secundum rescriptum derogat primo.

Decimo, rescriptum secundum faciens mentionem de primo tollit primum: vel speciale derogat generali, etiam nulla facta mentione; ca. primo, capitul. ceterum, & cap. Pastoralis, de rescrip. secus in privilegio. gl. in summa, xxv. quaestione secunda. quod an sit verum, in capitu. j. de rescript. tractant Doct. ibi videte. ibidem docui interpretando illum titulum anno. 1548. in auditorio Paris. Decretorum cum magno auditorum numero.

Privilegia quare concedantur.

Vndecimo, haec privilegia vel ob meritum conceduntur, l. prima. ff. de constit. prin. ibi, ob meritum indulget, & d. §. sed & quod principi placuit. Insti. de iur. natur. gent. et civil. vt in l. vnic. C. de profess. qui in vrbe Constant. comit. merue. libr. xij. vel ratione obsequij, dicit rex. in §. pe nul. xxv. quaest. iij. Ad hoc religionis fauore: vt ibi, & cap. fin. xij. q. ij. & in l. sunt personae, ff. de religio. tamen non debet concedi privilegia, vt que diuitie faciat, & multos in miseria deducant, & in multorum detrimentum, ca. fin. xxv. quaestio. prima. cap. suggestu, de decim. sicut faciunt quidam domini, interdum dantes diuitibus, & pauperes spoliantes. † Vltimo, propter vtilitatem privilegia conceduntur, l. ius singulare, ff. de legib. & differt à dispensatione, quae fit cum causa. c. non est, de voto. privilegium vero sine causa multoties.

Cedere potiori quando liceat.

Duodecimo, rescriptum generaliter indultum non includit casum publicae vtilitati contrarium, per l. iubemus, primam, C. de sacrosanc. eccl. clef. & l. si. de nauib. non excusan. lib. vj. facit. l. nullus. C. de decurio. li. x. & l. j. vt nemini liceat in emptio. spec. lib. x. facit. l. si quis in graui. §. vtru & que ibi. addidi. ff. de senatusconf. Sylla. & quamuis non possit quis potentiori cedere, l. vna. C. ne liceat poten. hoc non procedit, quando quis non potest aliter rem suam recuperare: vt docet Barb. in rubr. eo. co. xix. vers. idem dicendum erit. alia per vos colligite differentias.

Privilegium duobus modis amittitur.

Vltimo, Privilegium perditur duobus modis, expresse & tacite. Expresse si reuocetur per concedentem: iudicium enim soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, l. iudicium. ff. de iudi. & habetur in c. suggestu, de decim. quod reuocari potest, nisi transierit in contractum, l. si hominem. ff. manda. Soci. consi. iij. super quaest. col. iij. vol. iij. Alex. consi. xvj. in causa. col. pen. in v. vol. scripsi in praefa. ad rub. de colla. in concord. vel si contrarium concedat privilegium derogatorium primo, c. j. de rescript. & c. venies, ibidem.

Idem si pars illi expresse renuntiet, quod potest: quia quilibet potest iuri suo renunciare, l. pe. C. de pact. l. recusare, ff. ad Treb.

Tacit.

40 Tacite quis suo renunciat privilegio, si fecerit contra suum privilegium, vt si dignitas suppressa erat, & ipsi canonici post suppressionem elegerunt ad illam dignitatem: & tunc vnicus sufficit actus. c. cum accessissent, vbi etiam glo. & Doct. de constit. c. pro illorum, de praeb. c. ex ore, de his quae fiunt à maior. parte. l. commissoria. C. de pactis inter emptorem & venditorem.

Tacite quando renunciat privilegio.

41 Item si pars non utatur suo privilegio, quod consistit in faciendo, per decem annos etiam illud perditur. l. j. ff. de nudi. vel si alias fuerit negligens per triginta aut quadraginta annos. c. accedentibus, & c. si de terra, de privileg.

42 Amittitur etiam si pars eo abutatur. Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. c. privilegium. xj. q. iij. c. licet, de regula.

43 Etiam propter delictum perditur privilegium: vt si ciuitas occidat suum Episcopum, eo priuatur, ne deinceps habeat. c. ita nos. xxv. q. ij. vel si alias quis grauius deliquerit, privilegium delinquens amittit. c. ad aures. & c. in quibusdam. de poenis. l. filio. §. j. ff. de ritu nuptia. quia delictum non meretur privilegium, sed supplicium. l. ij. C. vbi sena. vel clariss.

Ciuitas occidens suum Episcopum priuatur privilegio.

44 Item si incipiat enormiter ledere ius alterius, etiam in totum amittitur d. ca. suggestum. de deci. nec reducitur ad debitam moderationem: quia non apparet cur in vna parte magis consistere debeat, quam ex alia. c. quanto. de censib. l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quotidi. casus aliquos congerit Petr. Ferr. in sua Practic. in forma oppo. contra instrumenta. in gl. penitus. quos per praedicta habes reductos ad veram doctrinam.

Privilegium grauius ledens ius alterius reuocatur.

45 Mandatum autem principis est quaedam constitutio, continens praecpta de prouincia laudabiliter gubernanda. glo. in authen. de mand. prin. in prin. vel dicitur quodlibet principis praecptum per excellentiam. gl. in rubr. C. de mand. princip.

Mandatum quid & quo modo accipiatur.

46 Aduertendum est, quod mandatum in genere dici potest omne rescriptum, per quod princeps aliquid vel mandatum, vel praecipit: & sic intelligi potest. l. vnic. C. de mand. prin. & c. cum contingat. de rescrip. & ca. olim vobis dedisse meminimus in mandantis. de restitu. spolia.

47 Sed interdum in specie accipitur: & tunc illa certa praecpta, quae magistratibus ad regendas prouincias proficientibus principes dabant, vt prouinciam recte gubernaret, mandata vocabant, & interdum Imperator vocat sanctionem. in authen. de man. princ. §. j. colla. iij. † Et primum mandatum est ibi, vt summes administrationem mudas seruere manus imperatori, & legi, & nullum contingant lucrum, neque minus neque capitosum quod

Leges datae magistratibus, quae.

48 dam contra subiectos faciant: & alia ibidem scribuntur. † Et sic ordinatio nes praescriptae iudicibus Regijs, & consiliarijs vocari possunt mandata, quae dantur ad regnum & prouinciam recte gubernandam: & haec mandata legatis libera dari solebant, per l. qui libera. vbi Budae. de legatio.

Mandatum prinati quid & quomodo.

50 Potest dici etiam mandatum quaedam priuati rogatio: & sic intelligitur. ff. & C. mand. & istud est triplex: quoddam est verum: vt quando modo alij

ut quicquam faciat pro me: & loquitur de eo totus ferè titulus. ff. manda. & C. illo titul.

Fictum mā datum. Fictum mandatum est, ut quando fide iubeo pro aliquo præfente & pariente, is enim mandare videtur. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur. & l. qui fide. ff. illo. tit. & potest agi mandati, ac si verè mādātum esset, ut ibi: quia lex fingit præfentem mādare, cōtra quam fictionem nō recipitur probatio in contrarium. gl. in l. si. ff. quod metus causa.

Figuratum mandatum vocant Doct. licet vocetur propriè ratihabitio: dum habeo rata gesta nomine meo. de quo loquitur regula, Ratihabitionem retro trahi, & mandato comparari, dubium non est. de reg. iur. lib. vj. Alberic. in dictionario, in verbo mandatum. sed illa ratihabitio potest dici mandatum fictum.

Omne refcriptū potest mandatiū vocari. Ideo ego puto omne refcriptum posse dici mādātum in genere: quia in eo aliquid mandatur dari forrè, vel fieri: & hoc probat tex. in ca. cum dilecta. de rescrip. vbi quod in principio vocavit literas, postea dicit formam mandati Apostolici transponentes: & idem habetur in c. cum contingat. de rescrip. & c. j. de offi. deleg. ibi, & sic mandatum nostrum eluditur. Fel. & Doct. declarant differentiam inter mandatum & præceptum in c. eam te. de rescrip. ibi videri potest.

De mandatis Apostolicis.

Cap. xxvj.

De mādatis Apostolicis



VERM, ut facilius intelligatur, de quo mandato iura loquantur, solet dici, mandatum Apostolicum, vel mandatum de prouidendo, vbi papa mandat alicui de beneficio prouideri. c. mandatum. cum duobus seq. de rescrip. c. si capitulo de concessio. præb. lib. vj.


Cautela pro mādataris contra ordinaris.

Aduertere tamen debemus, quod interdum episcopi fraudem adhibent mādataris, procurando, ut quis resignet capellaniam modiei valoris, ut mandatum illorum extingatur: ideo tu mādatarie debes procurare, quod aliquis statim eam impetret in curia Romana, & post suā impetrationem illam acceptare poteris, cum protestatione de habendo recursum ad illud beneficium, si tibi non debeatur: si postea vacet aliud beneficium, poteris acceptare cum simili protestatione: Et sic cum primum tibi non debeatur, videlicet illa capellania iam impetrata, ob id aliud poteris habere: & hoc modo poteris fraudes ordinariorum euitare, quia prima capellania non tibi debetur, sed impetrati, ideo tu secūdū obtinebis beneficium: & hoc ita describo, quia ut opus est clauo clauum trudere, ita etiā calumnia calumniam expellere. gl. in c. cupientes. in verb. malignatum, de elec. in vj. & Hip. sing. clxxvij. malitiis. & cū habeas sex menses ad requirēdum beneficiū, in c. si clericus. de præb. in vj. ob id plena manu hīc tractare, ac formā mādatorū hīc conscribere cum sua declaratione: nisi in tit. de mand. Apost. in cōcor. plura scripisssem, quæ hīc non repetam, sed ad illa, quæ ibi dixi, te reiciam, clausulas tamen mādatorum hīc summarim elucidabo.

De

De clausulis mandatorum.

Cap. xxvij.



ANOTARE volui clausulas mandatorum substantiales, sine quibus mandata vix valere in hoc regno possunt: nempe nulla dictio in eis vacare debet. gl. in verb. tanquā, c. solita, de maiori & obedien. & cle. si summus, de senren. excommu. Bal. in rubr. C. de contrahend. emptio. q. ix. & clausula posita ad vnum effectum non debet operari alium, teste Imol. in cle. j. col. iij. de præb.

Clausula omnis in mādatis posita operari debent.

1 Prima mandati clausula est salutatio, quæ solet fieri ei, cui dirigitur mādātum, ut episcopo Paris. quod si pluribus dirigitur, omnes nominari debent, ut episcopo Magalonen. vel episcopo Paris. & alioqui grauati non censetur, c. si. de præb. lib. vj. de hac salutatione scripsi in hac forma mādati in Concordatis, hīc non repetam.

Salutatio in mādatis omnia profici. Clausula vitæ ac morum bonitatis.

2 Secunda est in secularibus, ibi, vitæ & morū honestas & c. si provecetæ ætatis fuerint, sic solet scribi. si verò fuerint infantes vsque ad decimum quartum annum, solent apponi laudabilia infantilitatis iudicia, prout fide dignorum testimoniis accepimus verisimiliter præsumi, & c.

3 Si verò regularibus concedat mandatum, vel alias literas gratiæ, solet dicere religionis Zelus & cod. vbi mens Papæ intelligitur, quæ illum ad istam concedendam gratiam mouit: & de hoc abundantius dicam in noua bulla provisionis inferens.

Religionis zelus clausula.

4 Sed ista verba vitæ & c. in exordiis posita sunt causa impulsua ad concedendum: qua cessante, non cessant gratiæ. glossa singul. in lege secunda, in fin. ff. de donationibus. doctores in capitulo cum cessante, de appellationibus.

5 Nam licet papa dicat se facere gratiam propter seruitia sibi impensa, vel ob zelum, tamen ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberalitas, & non remuneratio ob causam: ut in simili scribit Oldra. consi. v. Titius, & hoc expressim describit Ioan. Staphile. in tract. de literis gratiæ, de vi & effectu clausula. fol. 82.

6 Tertia est ibi, hinc est quod nos cupientes & c. vbi papa audito beno impetrantis nomine cupit ei prouidere de beneficio spectante ad collationem illius, cui mandatum dirigitur, sub forma tamen decretalium mandatum & duarum seq. & papæ voluntas est executioni danda, c. si quando, de rescrip. scripsi plenè de hac executione, quando iuste recusari possit, in tract. de rescrip. in secundo tomo Ordinat. Reg. articu. primo. & secundo.

Tertia clausula mādati cupiente.

7 Quarta clausula est, in qua primò Papa narrat, de quibus beneficiis vult eidem mādataris prouideri, videlicet de canonicatu & c. & hæc narratio conformis esse debet præcepto, ac decisione, ibi, ac volentes & c. ut narratio & decisio & præceptum conueniant: & sequendo l. si defensor, ff. de interroga actio. & alioqui non valebit mandatum, vel saltem decisio attendetur.

Narratio & decisio bene debent.

*Propter me
vita manda-
tarii prou-
detur.*

Quinta est ibi, volentes. vbi Papa dicit se velle meritorū intuitu pro-
uideri mandatario: nam virtutum prēmia tribui merentibus conuenit:
& aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri non oportet, l. fi.

C. de statuis & imag.

*Clausula se
que absolu-
te. & c.*

Sexta clausula est ibi, ipsum a quibusuis excommunicationis, suspē-
sionis & interdicti & c. vbi papa. tato mouetur affectu in impetrantē, vt
omnino ei prouideri velit, etiam si esset excommunicatus, & absoluit eū
ab excommunicatione, suspensione, & ab aliis censuris, tam a iure quam
ab homine laici. aliās rescriptum impetratū ab excommunicato non va-
leret. c. j. de rescri. lib. vj. ampliationes & limitationes illius regulæ scri-
psi in interpret. c. postulastis, de cleri. excō. ministran. vbi etiam dixi col-
lationem excommunicato factam non valere, & in rub. de excommunic.
non vitand. in Concorda.

A iure profertur excommunicatio: vt si quispiam verberet clericum, 11
est excōicatus, c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iij. vbi plenē ampliaui
& limitaui: & in aliis casibus a iure expressis infertur excommunicatio.

Ab homine, quando quis excommunicatur ab officiali, vel ab alio iu-
dice ecclesiastico ob contumaciam vel aliās. c. j. de iudic. & in tit. de sent.
excom. per totum. istam clausulam abundē declarauī, & limitaui in for-
ma manda. in Concorda. & meliūs inferiūs in signatura, & in bulla nouē
prouisionis.

*Clausula
pro expres-
sis habentes.*

Septima ibi, nec non omnia, & c. vbi papa pro expressis habet omnia 13
beneficia, quoad hoc taciturnitas non noceat impetranti, quæcunque
sint beneficia, & qualiacunque: sed vult, quod licet impetrans mandatū
habeat beneficia, vel ea expectet, & si illa non expresserit, nō noceat taci-
turnitas: licet aliās sine hac clausula gratia non valeret: c. ad aures, & c. in
nostra, & c. si proponente, de rescript. c. si motu, & c. non potest, de præb.
libro vj.

Item habet pro expressis dispensationes, quas impetrans habet pro- 14
illis beneficiis retinendis, si fortē ad duo, vel tria esset dispensatus: quia in
rescripto gratiæ est facienda mentio dispensationis, aliās gratia nō valet
c. ij. de filis præbyter. lib. vj. idē hęc clausula operatur, vt sine alia ex-
pressionē valeat mandatū. de hac clausula plenē scripsi in Concord.
Francia, ob id non repetam hic.

Item si expectet beneficia tam per aliud mandatū, quā per refer- 15
uationes, nominationes, aut aliās, etiā pro expressis Papa habet: ita quod
ob id nō potest dici secundum mandatū subreptitium, licet non fuerit
primum expressum: quamuis contrarium dicatur in c. in nostra, de res-
cript. si hęc clausula non adsit.

Tamen si quis impetraverit primum mandatū, & huic cesserit reti- 16
nendo sibi pensionem annuam, nisi hoc expresserit in secundo, non vale-
bit secundum mandatū. per tex. in c. ad audientia. ij. de rescri. quia hoc
non habet pro expressis hęc Papa, ergo non valebit mandatū: verum
quia eadē ratio videtur & in pensione: idē dici fortē posset.

Item

17 Item quæcunque sint talia beneficia pro expressis habet, & quæcunque
ac qualiacunque sint, si tamen numerum haberet effrenatum, putarem
hanc clausulam non prodesse, per c. cum causam, de rescrib. & effrenatam
multitudinē hęc cēserē, si vltra tria haberet, per tex. in c. sedes, de rescri.
18 & c. ij. illo tit. in vj. † Et per hanc clausulam qualitates beneficiorū habe-
tur pro expressis, quæ aliās redderent mādatum nullū, si nō essent expres-
sæ, c. ad aures, de rescrip. vide inferiūs in noua prouisione.

19 Tamen Romanus Pontifex non vult haberi pro expressis in habilita-
tem impetrantis: vt si furiosus, puer, vel aliās inhabilis esset impetrans,
quia hęc non dicitur, tum etiam quia illa clausula nihil operatur ad tol-
lendum vitium subreptionis, quando Papa aliquid cōcedit ad petitionē
partis sine causæ cognitione, nisi in expressis: vt hęc, Angel. in l. sed & si
quis §. quæsitum, in fi. ff. si quis cautio. Ro. consi. cccxxvij. istę sunt ratio-
nes. Dec. consi. clxv. viso, col. pe. refert Aymo Crauet. in cōsi. lvij. propo-
20 nitur, col. pe. † Octaua clausula est, motu proprio: vult enim Papa se
liberale ostēdere, & non coactē, nec quidē habita ratione petitionis par-
tis hęc gratiam cōcedit, sed motu proprio, & vltione, ac propria libera-
litate: sedes enim Apostolica in his concedendis se liberale ostendit, c. se-
21 des, de rescrip. † Et sic dicitur Papa concedere motu proprio, etiā si im-
petrans petit, quando non fuit motus sola petitione, sed suo motu libe-
rali, & spontaneo concessit: vt docet Bald. in c. nisi, col. pe. de offi. deleg.
& Deci. consi. l. j. & pro tenui, col. ij.

22 Et hoc probatur ibi, non ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super
hoc oblata petitionis instantia, sed de nostra mera liberalitate discretio-
ni vestre per apostolica scripta madamus & c.
23 Et sic non audiretur quis volens probare Papam ad partis petitionē
concessisse: quia hoc esset redarguere Papam mendacij: et a probatio nō
afferet quicquam emolumentū, quia potest esse partis petitio, & tamen
Papa motu proprio concessit, non habita ratione petitionis: vt hęc scribi
24 tur: quia etiam sine illius petitione hoc esset concessurus.

De ista clausula tractaui plenē in Concorda. in forma mād. in verbo
motu proprio, vbi conscripsi xlviij. effectus vltra omnes iurium interpre-
tes, quos videre ibi quilibet poterit.

25 Nona clausula est, si pro alio non scripserimus. ista clausula declarat
intentionem Papæ, vt nō intendat grauare collatorē duobus mandatis.
c. mādatum, de rescri. nisi hoc exprimat per clausulam, etiam si pro alio
26 scripserimus. † Et in hoc regno Franciæ potest grauare collatorem ha-
bentē collationes decē beneficiorū vno mandato, habentē verò quinqu-
ginta & vltra collationes, duobus mandatis §. j. de mād. apost. in Cōcor.

27 Sed si plura mandata concedantur, primū valebit, & duo prima: quod
si primi moriantur, vel non prosequantur, alij prosequi poterūt, per tex.
mandati dicentē. Qui simile mādatum prosequatur: ergo si sit alius qui
non prosequatur, nō impedit secundū, vt dixi in §. fi. de colla. in Cōcor.

28 Decima clausula est, cōmuniter, vel diuissim, per quā Papa vult, quod

i iij

*Numerus be-
nificiorū ef-
frenatus nō
suppletur
hęc clausula
pro expres-
sis*

*Inhabilitas
impetrantis
nō habetur
pro expressis*

*Clausula mo-
tu proprio.*

*Clausula si
pro alio non
scripserimus*

*Clausula cō-
muniter vel
diuissim.*

si communiter scripserit, vel diuisim alicui istorum, fortè capitulo, vel episcopo, non vult illum iterum grauare de qua clausula est tex. in c. fi. de præb. lib. vj. & in forma mandati scripsi in concord.

Mandatum generale esse debet ad omnia beneficia.

Vndecima clausula declarat de quo beneficio vult papa, vt prouideatur mandatario. Et primò enumerat canonicatum, & omnia alia beneficia, idè oportet mandatum esse generale, alioqui non valet, vt pronunciauit Senatus: licet olim mandata dirigerentur ad dignitates tantum, aliquando ad canonicatus. c. executor. & c. si soli. de præb. lib. vj.

Hodie in Francia non valeret mādaturū, nisi sit generale: & istę clausulę 30 speciales vitiatēt mādaturū: vt scripsi in §. j. de mand. Apost. in concor.

Clausula vestre vel alterius ecclesie quid prosit.

Duodecima apponi, solet clausula, vestre, vel alterius ecclesie: que si 31 gnificat, vt episcopus nō solum teneatur prouidere, si vacet beneficium in ecclesia cathedrali, verū etiam si in alia ecclesia collegiata: nam ecclesia cathedralis dicitur vestra episcopo, collegiata verò alterius, quia ibi est prior, vel decanus, qui illi est præfectus. † Et si ista clausula abesse 32 set, non valeret mandatum in Francia: & alibi si deesset, non teneretur episcopus prouidere, nisi de beneficiis in sua ecclesia vacantibus. c. pro illorum. de præb.

Decimatertia exprimit ad vestram collationem, prouisionem, & c. 33 vbi papa vult grauare ordinarium, etiam si collatio ad nominationem presentationem, vel ad aliam ipsius prouisionem pertineat: hanc clausulam declaravi in §. præfatiq; graduati. de collation. in concord. nec hīc repetam.

Dignitas nomine non venit curata.

Decimaquarta, etiam si dignati, & c. quia si manderetur prouideri de 34 dignitate, intelligitur de non curata: nam curata non venit, nisi expressa sit, c. cum illis, de præb. lib. vj. idè hīc exprimitur, etiam si dignitati, personati, administrationi, vel officio huiusmodi cura imminet animarum. vide infra in bulla nouę prouision.

Decimaquinta clausula est, dum modò talis dignitas electiua non existat: nam in fauorē electionū excipit dignitatē electiua, vt in cle. j. de præ.

Dignitas electiua nō dicitur in mādaturō.

Vel quia dignitates electiue in hoc regno pertinent ad Regis nominationem, per tex. in §. j. & ij. de nominati. reg. ad præla. faciend. cui non vult per istam formam mandati derogare.

Decimalexta ibi, cum creatiōe in canonicū vestre, vel alterius ecclesie 37 & c. creat enim papa mādaturū canonicū in ecclesia cathedrali, vel collegiata ad effectum obtinendi dignitatem, vt sibi papa retinuit, hoc facere posse, in §. fi. de referua. in concord. etiam si statuto vel priuilegio caueretur expressè, quòd nulli de dignitate prouideatur, nisi cum effectu esset canonicus, & quamuis non exprimat consuetudinem. † Idē tamen 38 est, si consuetudine ecclesie esset introductum, vt nulli prouideretur de dignitate, nisi esset cum effectu canonicus. quia cōsuetudo & priuilegiū equiparantur, in c. cum contingat. in fi. de foro competen.

Canonicorum numerus derogatur in mandato.

Decima septima est, Non obstante certo canonicorum numero, papa 39 quando scribit pro aliquo, nisi deroget numero canonicorum, non recipietur

recipietur in ecclesia. c. constitutus, de rescrip. idè hīc ponitur ista clausula, vt iste sit creatus canonicus ad effectum obrinendi dignitates, non obstante quòd in ecclesia certus esset canonicorum numerus, cui derogatur pro hac vice.

40 Decima octaua ibi, Si quemquam & c. mandat prouideri de beneficio vacante post mensem à die presentationis: sed quare non ante? Respon. *Beneficium curdbeatut post mensem presentationis, nō ante.* ad eum euitandum votū captandę mortis. c. ij. de concessio præb. & c. ij. eo. nam si statim post presentationem beneficium deberetur, sicut de iure. c. duobus. & c. tibi de rescrip. lib. vj. posset mandatarius veneno aliquē

41 inficere, & postea suum præsentare mandatum. † Vel posset differre presentationem, donec aliquis habens pingue beneficiū esset valetudine aduersa detentus, & postea illud præsentaret, & ista essent contra conciliū Lateranen. in c. ij. de præb. idè reprobatut ista clausula.

42 Decima nona ibi, extra Romę nam curiā & c. vult beneficia in curia vacante non esse mandatariis conferenda, per c. ij. de concessio. præb. li. vj. *In curia vacante nō debentur mandataris.* quia ibi sunt papę reseruata. & alia beneficia, quę mandatariis non debentur: scripsi in §. declarantes. in verb. cōprehēsa. de mādaturō. Apost. in conc.

43 Vigesima ibi cum plenitudine iuris, vult beneficia conferri, cum plenitudine iuris: plenitudo iuris dicitur, quando quis habet stallum in choro vocē in capitulo, distributiones quotidianas, & alia quę spectant ad alios canonicos. c. proposuit, de concessio præb. Dom. Gemi. & alij in c. fi. de concessio. præb. in vj. & hoc probat rex. mandati. ibi, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem confertis, & c. *Clausula cū plenitudine iuris quid prosit.*

44 Vigesima prima ibi, ipsumq; in canonicum & c. mandat canonicū ab eo creatum ad effectum obrinendi dignitatem recipiendum & sic nō cū præiudicio aliorū: sed hic receptus non habebit distributiones quotidianas nec vocem in capitulo, sicut alij cum effectu canonici: vt scripsi in §. fi. de referua. in concord. sed ad effectum tantum creatur obtinendi dignitatem & c. si vacet prius dignitas, quā aliud beneficium. *Canonicus ad effectum creatus non præiudicat in distributionibus alij canonici.*

45 Vigesima secunda, ibi, inducentes, vult mandatarium in possessionem realem & corporalem mittendum, & sic non solum vult recipiendum esse, sed in possessionem actualem mittendum: nec sufficeret alicui conferre, nisi mitteretur postea in possessionem: quia per collationem non transfertur possessio beneficii. c. cum Bertoldus. de re iudic. glos. in c. per tuas. de don. & sic prius conferre oportet: postea in possessionem mittere. Panor. in c. autoritate, de institutionib.

46 Vigesima tertia ibi, Defendentesq; indutum, vult vt in possessionem missus teneatur in sua possessione, rub. ff. ne vis fiat ei qui in posse. missus est. nulla tamen per hanc clausulam datur iurisdiclio executori mandatariorum in hoc regno, sed statim facta collatione, & missio in possessionem defendetur missus per iudicem regium per casum nouitatis, & vt possidetis interdictum: vt scripsi in tertio tomo constitut. reg. in tit. de causis benefic. posses.

47 Vigesima quarta ibi, Ac facientes. N. & c. vult papa mandatarium *Executor mandatorū non habet iurisdictionem. Mandataris beneficiū cū omnibus iuribus est conferendum.*

admittendum ad beneficium cum omnibus iuribus, redditibus, & fructibus beneficij, & huic mandatario integrè sine aliqua diminutione prouideri: beneficium enim sine aliqua diminutione est conferendum: vt patet in rub. vt ecclesiastica benefic. sine diminutio. conferantur, & ibi in c. vni. etiam hoc probatur. dixi in materia deuolutio. inferius.

Vigesimaquinta ibi, Non obstan. ibi de certo canonicorum numero, 48 repetitur ista clausula, de qua supra dixi, & postea vult mandatum valere, non obstantibus aliis constitutionibus: vt habetur in c. cum aliquibus de rescrip. lib. vj.

De clausula nō obstante. Notandum est quòd hæc clausula, Non obstan. non tollit vitium subreptionis in nō expressis, sed solum in his, in quibus est clausula specialis de rogans: vt consuluit Bald. confi. ccccxc. proponitur, col. ij. in j. vol. & confi. dv. dominus Mediolani. & Corne. confi. ccxlv. licet aliàs. col. iij. ver sic. Et in super. in j. vol. sequitur Aymo. Crauet. consil. lxxvij. col. iij. nu. 6. alia de hoc dixi in Concorda.

Vigesima sexta ibi, Aut si vobis ab Apostolica & c. derogat indulto, 50 quod solet ecclesiis concedi, vt non teneantur aliquem recipere, nisi de indulto expressa sit facta mentio: quod indultum habent Cluniacens. vt inferius in bulla dispen.

Vigesima septima ibi. Seu si dictus N. præsens & c. vult posse præstare 51 iuramentum per procuratorem, etiam si statuto ecclesiæ cōtrarium cauetur: vt est multis regni ecclesiis.

Vltima est ibi, datum & c. de qua, & aliis omnibus abundè tractaui in 52 concordia. in forma manda. ibi videre reliqua cuilibet erit liberum.

Diuisio rescriptorum.

Cap. xxviiij.

Rescripta gratiæ & iustitiæ.

SVPEREST, vt nunc prosequamur alia ad vacatura rescripta, quantum attinet ad materiam beneficalem, & in tracta. de rescrip. in Ordin. reg. scripsi duplex esse rescriptum, videlicet iustitiæ & gratiæ. Iustitiæ dixi esse illud, quod ad iustitiæ administrationem tendit: vt in c. Pastoralis. c. sciscitatus. c. super literis, de rescri. & in toto ti. de offi. dele. & alibi in iure canonico, & de his tractaui in d. trac. Rescriptorum, in ordi. reg. hîc non repetam.

Aliud est gratiæ rescriptum, quando papa, vel alius mera liberalitate aliquid concedit, & interdum vocatur priuilegium, de quo superius dixi: interdum vocatur gratia seu indulgentia, si princeps secularis veniam delicti concedat: vt per totum titulum. ff. ad senatusconsultum Turpillianum, & C. de generali abolitione. & de his tractatur in titulo *des Graces*, in ordinatio. reg.

Si autem papa prouideat de beneficio, vel prouideri mandet, hoc vocatur gratia, ca. gratia, de rescrip. lib. vj. clementina gratiæ, illo titulo quia

quia gratiose hoc concedit, etiã dispensando gratia vocari potest, e. si gratiose. de rescrip. Archi. in can. gratia, j. q. j. de quibus rescriptis gratiæ nunc tractaturi sumus. † Verũ quia inueni multas inter rescripta gratiæ & iustitiæ differentiã nondum à iurium interpretibus traditas, ideo eas si hîc inferam, non erit tibi molestum beneuole Lector.

Differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ.

Caput xxix.

- N**OTANDAE igitur sunt differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ. prima est, rescripta gratiæ ad beneficia subreptitia sunt ipso iure nulla, quia loco tituli habentur, & per se a iure tribuntur: ideo illis annullatis, & titulus nullus remanet, clem. j. ibi, nullus momenti, de præb. c. ad aures, c. constitutus, & c. ad audientiam, & vbiq. doct. de rescrip. l. j. ibi, nihil videri impetrasse. ff. de natal. restit. gl. in verb. literas, in extrauag. sedes. de concessio. preb. in extra. Ioan. xxij. † Et quia in literis Papæ intelligitur, si impetrans dignus sit, c. cum adeo. de rescrip. si non sit dignus, non intendit papa illi prouidere, & sic est defectus voluntatis Papæ: nam qui meretur Papæ, facit se indignum sua gratia: Bal. in d. c. cum adeo.
2. Etiã processus & sententiã executoris lata, rescripti subreptitij ratione, & alia sunt nulla, per tex. in c. cum nostris, de concessio. preb. ibi, factũ obtentu literarum nostrarum, eo quòd per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratæ, haberetur irritũ, & inane, ca. si proponente, de rescrip. & quicquid occasione literarum factum fuit. d. c. constitutus, in fi. † Nam executio est accessoria ad gratiam, quæ si fuerit nulla, & accessoria, videlicet, executio nulla remanebit. l. cum principalis, de reg. iur. ff. Inno. in c. ex literis, de offi. deleg. Roma. sig. cccxxx. circa primum col. j. cum seq. & si literæ mandati sint valide, & literæ executionis. c. si super gratia, de offi. deleg. lib. vj.
3. Etiam literæ absolutionis, vel indulgentiæ vitiantur per subreptionem: vt si fratri minori concedatur, quòd transeat ad aliam religionem latiorum. c. quod super. de fide instru.
4. Idem in priuilegiis & beneficiis principum, vt rescriptum non faciens mentionem de priuilegio, vel indulto gratiose non valeat: quia est eadem ratio: & hoc probatur arg. d. l. j. de natal. resti. Panor. & alij in cap. ad audientiam, de rescrip. sic consuluit Soc. confi. clxxij. Visa bulla. columna prima in secundo volumi. & conf. cclx. in causa manutenen. columna prima. ibidem.
5. Etiam subreptio vitiat rescriptum gratiæ, quamuis quis ignorans tacuerit. Deci. in d. c. constitutus. ij. no. de rescrip. Aymo. Crauet. in conf. lxxvij. proponitur. in fin. quia iura in hoc non distinguunt, sed tantum subreptionem requirunt.
6. Etiam si subreptio respiciat factum alienum, videlicet statuta eccle-

Rescripta gratiæ ad beneficia ipso iure nullas, sed in literis sufficit.

Literæ absolutionis vitiantur per subreptionem. Rescriptum non faciens mentionem de priuilegio non valet.

Subreptio vitiat, etiam si impetrans sit ignorans.

fia, per d. c. constitutus, quia non incipitur culpa impetrantis, quam non habet ignorans. l. ex maleficiis. ff. de actio. & oblig. sed intentio concedentis. c. ad aures. de rescript. c. dubium. ij. de elect.

Imò etiam subreptio vitiat, nisi exprimat modus, per quem id factum extitit consummatum; glo. no. in d. c. dilectus, de rescrip. quã probat Roma. consi. cccxxvj. in præfenti. col. vlt.

Secus in rescripto subreptio ad lites, quod regulariter non est nullũ, cum per illud non tribuatur ius. c. super literis, de rescr. l. vniuersa. C. de precib. impetra. offe. nec processus erit nullus: vt d. c. super literis & c. constitutus. in fin. illo tit. & Panor. consi. xxxiiij. Super quæstionis. col. ij. & seq. in ij. vol. & c. cæterum, in j. q. de rescrip.

*Euocatio si
hæc prima est
nulla.*

Fallit in rescripto euocationis, quæ odiosa est: quia sit iudici contumelia, eò quòd reuocatur ab eo iurisdictione sine sua culpa. Doct. in c. ex literis, de offi. delega. Felin. in c. Ad audientiam. ij. in fallen. decima, de rescrip. & ita fuit in Rota. decisum: vt scribit Cassad. decij. de rescrip. scripsi in tra. de euoc. limita. vt per Philip. Fran. in c. j. de lites. contesta. li. vj. quãdo gratia etiam in literis iustitiæ contineretur, tunc totum erit nullum.

*Et si casus
per se non
iudicatur
subreptio.*

Secunda differentia est, quòd gratia subreptitia nõ valet, etiam si ad aduersarij impetrantis consentiat: vt docet Ant. Butri. in c. cum olim, not. vlt. per illum tex. de re iudic. quia non est in aduersarij potestate. dari titulum ex suo consensu, cum beneficium ecclesiasticum non possit obtineri sine canonica institutione, reg. j. de reg. iur. lib. vj.

Diversum est in rescripto ad lites, in quo agitur de præiudicio partis, cui potest pars renuntiare. l. penul. C. de pact. c. si diligenti, de foro competen. Nico. Milius in repet. in verbo, gratia. q. xcv. allegat. Domi. in c. ab eo, in fin. de appel. lib. vj.

*Et si quis
non d. b. r. r. e.
cipi. si m. r. i. o.
ne. s. r. a. u. i. n. o.
fecerit hoc
prohibentis.*

Tertia est, quòd valet priuilegium non facta mentione alterius continentis idem, quod ius cõmune: quod nõ procedit in literis ad beneficia: quia magis strictæ sunt. c. quamuis, de præb. lib. vj. Felin. in c. j. col. ij. vers. limita. ij. de rescrip. vnde si statutum sit in ecclesia, quòd illegitimus nõ recipiatur in canonicũ illius ecclesiæ, licet hoc sit de iure cõmuni: tamen si quis impetret canonicatum & præbendam inibi, non facta mentione statuti, nihil agit, teste Ioan. Monac. & aliis in c. j. de filiis presbyter. li. vj. putarem tamen sufficere, si in non obstan. hoc esset expressum.

*Aliter signatur
supplicatio
gratiæ,
quã iustitiæ.*

Quarta, signatura gratiæ solet signari per fiat à papa, vel per concessum ab aliis: sed signatura iustitiæ per placet, vt inferius dicam. trac. de signatura. Cardinalis verò signat placet SDI. N. papæ N. Cardinalis: id eò quia, verbum placet denotat arbitrium boni viri, teste Gomef. in compendio vtriusque signaturæ. l. fideicommissa. §. quamquam. de lega. ij. Bar. in l. Lucius, de fideicomis. lib. rra. la. sin. l. si sic, de leg. j. scripsi in statutis collegij du. Vergier. vel quia placet, non iuducit gratiam, sed voluntatem ostendit. l. j. ff. de constitu. princ.

*Litteræ gratiæ
si sine mandato
impetrantur.*

Quinta differentia est, quia literæ gratiosæ possunt impetrari per tertium sine mandato speciali, d. c. si motu proprio. ij. respon. ibi, vel alterius. glo.

gl. in c. ad aures. de rescrip.

17 Etiam si fuerit laicus impetrans. c. accedens, iunct. ibi not. per Doct. de præbend. nota. in c. j. respon. j. de proc. libr. vj. sed literæ iustitiæ non possunt per alium impetrari sine mandato speciali. c. nonnulli. §. sunt & alij de rescrip. quia præiudicant ordinariæ potestati, & sunt odiosæ: secus in aliis. † Hodie tamen sine mandato impetrantur in hoc regno passim: & de hoc nunquam vidi controuersiam in curiis Franciæ: vt alibi scripsi.

*Litteræ gratiæ
quando
debetur facere
mentionem priuilegij.*

19 Sexta differentia est, quia literæ gratiosæ debent facere mentionem de priuilegiis, aliàs tanquam subreptitiæ non valent in præiudicium priuilegiati. c. constitutus. de rescrip. ratio potest esse: quia de omni illo quod potest mouere papam ad concedendum, vel non concedendum, in literis gratiosis debet fieri mentio. c. super literis. & c. postulasti, & c.

20 in nostra, vbi Pan. & Fel. latè de rescr. no. in c. dubium. de præb. lib. vj. † Et si princeps duas concesserit literas, & secundæ tendant ad interpretationem primarum, tunc secundæ literæ restringentur ad primas per relationem rescripti: quia relatiuum requirit antecedens, per tex. in §. fin. in authent. de filiis ante dotal. instrum. nat. coll. viij. vbi not. & nominatim Bald. in rubric. de rescrip. co. ij. facit l. aurelius. §. testamento. ff. de liber. lega.

Litteræ iustitiæ.

21 Literæ verò iustitiæ valent, etiam si non faciant mentionem de priuilegio aduersarij istud est dictum Innoc. in c. cum ordinem. de rescrip. quod tamen dictum Innoc. est intelligendum vt procedat, quando priuilegium aduersarij concerneret merita causæ, puta, vt nõ teneretur soluere decimas: quia tunc valent literæ iustitiæ, licet non faciant mentionem de priuilegio. † Ratio potest esse: quia nullum præiudicium fit priuilegiato, cum possit de suo priuilegio excipere in meritis causæ: sicut enim impetrans non tenetur facere mentionem de exceptione peremptoria competente aduersario: prout est casus, in c. j. de lites. contesta. libro vj. Felin. in c. j. col. xvij. vers. fallit quintò, de rescrip. quia saluum manet ius aduersarij, ita nec impetrans tenetur facere mentionem de priuilegio causante exceptionem peremptoriam: † si verò priuilegium aduersarij concerneret exceptionem dilatoriam, vel daret formam rescriptis impetrandis, tunc non procedit dictum Innoc. nec valent literæ iustitiæ, nisi faciant mentionem de priuilegio, vel nisi seruentur formam traditam: ratio potest esse, quia aliàs priuilegium esset inutile, si non posset excipi contra huiusmodi literas in vim dilatoriæ: iste est proprius casus in d. c. cum ordinem. de rescrip. non enim dicit ille text. vt debeat fieri mentio de priuilegio super decimis, vel aliis, sed solum de ordine, secundum Panormit. & omnes ibi.

22 Ratio potest esse: quia nullum præiudicium fit priuilegiato, cum possit de suo priuilegio excipere in meritis causæ: sicut enim impetrans non tenetur facere mentionem de exceptione peremptoria competente aduersario: prout est casus, in c. j. de lites. contesta. libro vj. Felin. in c. j. col. xvij. vers. fallit quintò, de rescrip. quia saluum manet ius aduersarij, ita nec impetrans tenetur facere mentionem de priuilegio causante exceptionem peremptoriam: † si verò priuilegium aduersarij concerneret exceptionem dilatoriam, vel daret formam rescriptis impetrandis, tunc non procedit dictum Innoc. nec valent literæ iustitiæ, nisi faciant mentionem de priuilegio, vel nisi seruentur formam traditam: ratio potest esse, quia aliàs priuilegium esset inutile, si non posset excipi contra huiusmodi literas in vim dilatoriæ: iste est proprius casus in d. c. cum ordinem. de rescrip. non enim dicit ille text. vt debeat fieri mentio de priuilegio super decimis, vel aliis, sed solum de ordine, secundum Panormit. & omnes ibi.

23 Septima differentia est, quia in literis gratiosis apponi consuetum est filum sericeum: in literis verò iustitiæ apponitur filum cannabis, seu fusilis, in quo plumbum pender. tex. in c. licet ad regimen. & c. quàm graui, de crimine fals. hanc differentiam ponit Felin. in c. postulasti, col. ij. de

*Filum sericeum
in quibus literis
fit affigendum vel filum
cannabis.*

rescript. dictum fuit supra in differentia inter rescriptum & privilegium nume. 27.

Facilius præsumitur falsum in literis gratiæ quàm iustitiæ.

Octava differentia est, quia literæ gratiosæ de facili nō possunt haberi: idē citius præsumuntur falsæ: nec excusatur utens illis etiam ignoranter. c. ad falsarium, de crimine falsi. literæ verō iustitiæ, quia de facili obtineri possunt, non præsumuntur falsæ: nisi probetur quōd ex certa scientia falsum suppressit: sicut nō præsumitur, quōd de re modica dolose agatur. l. si oleum §. si. cum l. seq. ff. de dolo. hanc differentiam ponit gl. per illum tex. in c. accedens, vbi doc. de crim. falsi: scripsi supra in differen. v. inter rescrip. & privileg.

Literæ gratiæ non censentur vitio latè miris affici.

Nona differentia est, quōd licet literæ gratiosæ transeant sine contradictione, non tamen transeunt sine lectione: & non est verisimile, cū illæ literæ per tot manus transeant, & magna maturitate decoquātur, quōd ibi sit aliquid reprehensibile, nec vitium latinitatis. c. apostolice, xxxv. q. ix. not. in c. ad audientiam. primo, & in c. cū adeo. de rescrip.

Literæ verō iustitiæ transeunt sine lectione, non sine contradictione. hanc ponit gl. in extravag. sedes Apostolica, in ver. iustitiæ. de offic. deleg. i. communibus, vbi infert, quod in procuratoriis contradictarum constituit apponi illa clausula: Constituit talem procuratorem ad impetrandum, & contradicendum literis simplicis, & legendas, siue qua non esset sufficiens procurator in audientia contradictarum, quantumque alias haberet plenum mandatum: & ista sola sine alio mandato nō esset sufficiens in palatio auditorum. allegat tex. in c. veniens, de renunciat.

Literæ iustitiæ non censentur vitio latè miris affici.

Decima differentia est, quōd literæ iustitiæ solū diriguntur constitutis in dignitate vel canonicis cathedralium ecclesiarū, c. Statutum, de rescrip. lib. vj. & si in ecclesia cathedrali sit aliqua capella, & ecclesia, in qua sint aliqui canonici, illi non poterunt esse delegati: quia intelligitur de canonicis principalibus ecclesiæ §. sed ius quidem de iure natural. in insti. l. quæritur. ff. de statu homi. nec illi canonici nominabuntur canonici cathedralis ecclesiæ, sed canonici sancti Iacobi du haut pas, vel canonici sancti Iohannis rotundi in ecclesia beatæ Mariæ Paris. sed non ecclesiæ cathedralis.

Per literas mandati, vel nominationū quādo possit provideri, nō facta mētio ne ecclesiæ cathedralis.

Item si mandetur provideri de canonicatu, poterit provideri de canonicatu & præbenda illius capellæ: licet non sit expressum etiā de canonicatu in ecclesia cathedrali: quia solū intelligitur expressio quoad maiores præbendas, nō quoad minores: & ita limitatur, ca. quamuis. de præb. lib. vj. † Literæ verō gratiosæ diriguntur etiam non constitutis in dignitate, sed illis quibus gratia conceditur. si sit de beneficiis vacantibus: gl. in d. extravag. Sedes Apostolica. in verb. executores. de stylo tamen diriguntur etiam literæ executoriæ gratiæ constitutis in dignitate, vt scripsi in forma literarum executorialium, in Concor. sed non alia gratiosæ, nisi quoad executionem gratiæ: vt inferius in bulla patet.

Patrimonij quādo sit scienda mētio in literis.

Vndecima differentia, quōd in literis pauperum, quas iustitiæ dicunt, debet impetrans facere mentionem de patrimonio quod habet: quia per tales

tales literas iustitiæ providetur solū clericis, pauperibus: sed non dicitur pauper, qui habet sufficiens patrimonium, arg. l. nonnulli. ff. de accu. c. si pro clericis, de præb. lib. vj. etiam quia Episcopus non tenetur providere ordinato habenti sufficiens patrimonium. c. tuis. c. episcopus. & c. non liceat. de præb. c. postulasti. de rescri.

32 In literis verō gratiosis non est necesse facere mentionem de patrimonio, quia non fundantur super iustitiā, per Ioan. Andr. & alios in d. c. postulasti. de rigore tamen iuris si clericus impetrans gratiam fuerit ordinatus ad titulum patrimonij: tunc de patrimonio est facienda mentio, cū succedat in locum beneficii: sicut de pōtifice dicit gl. in c. si. de vit. & honesta. cleric. & in reg. Inn. octavi, lxxj. Doct. in c. ad audientiam, in ij. de rescrip.

33 Sed de stylo curiæ indifferenter servatur contrariū, idē Panor. in d. c. postulasti. & idē illud servandum est, quod stylus docet, capit. quādam graui. de crimine fal. sed malè vocantur literæ in forma pauperum, iustitiæ, cū sint gratiosæ, & non contineant iustitiā, sed potius gratiam: vt inferius dicam.

34 Duodecima, quia literæ gratiosæ tanquam ambitiosæ strictè sunt interpretandæ. c. quamuis. de præben. libr. vj. secus in literis iustitiæ. Ratio diversitatis est secundum Dominic. de sancto Gemi. ibi, col. ij. quia literæ iustitiæ non minuunt obligationem: cum ecclesia illa antea esset obligata ex iuris dispositione: vnde per illas literas non debet diminui obligatio secus autem est in literis gratiosis.

Literæ gratiosæ strictè sūt interpretandæ: secus in literis iustitiæ.

35 Vnum tamen est notandum, quōd literæ gratiosæ non dicuntur ambitiosæ ex eo, quia per tales literas præiudicatur ordinariis collatoribus: nam eadem ratione literæ iustitiæ dicerentur ambitiosæ, & sic restringendæ, cum per illas ordinariæ iurisdictioni præiudicatur. no. in c. Rodolphus. de rescrip. sed idē dicuntur ambitiosæ, quia impetrantes ambiunt honores & lucra. gl. in verb. ambitionis, in proce. Pragmat. sanct.

36 Decimatercia, quia literæ gratiosæ re integra obitu concedentis non expirant. c. si cui. primo resp. de præben. libr. vj. de rota deci. xij. de offic. deleg. incip. si papa, in no. Feder. confi. lxxvij. casus, & confi. ccxcvij. legatus, col. ij. Cald. confi. vlt. de offi. deleg.

Literæ quādo morte cōcedentis expirant.

37 Literæ verō iustitiæ re integra morte cōcedentis expirant. capitul. gratum, & c. relatum. de offi. delegat. vide quæ scripsi in §. j. de mand. Apost. in Concord. in verb. sui pontificatus.

38 Decimaquarta differentia est, quia laicus pro se non potest impetrare literas gratiosas, cū sit incapax beneficiorum. capit. cū adeo. de rescrip. c. ex literis, de trans. capit. ij. de instit. idē mādara, vel nominationes impetratæ à laico nullius erunt momenti: vt scripsi in tract. nominat. q. ix. in si. Imol. & alij in capit. ij. de institut.

Laicus literas gratias pro se nō impetrat.

39 Literas verō iustitiæ ad lites bene potest pro se laicus impetrare: vt patet in tit. de off. dele. & c. nonnulli §. si. de rescri. firmat Host. in summa illius tit. §. quis impetrare. & Barb. in rub. ibi. & de hoc. nulla fit dubitatio.

Clausula nō obstante, in quibus literis ponatur. Decima quinta est, quia literis gratiosis apponitur generalis clausula, 40 non obstantibus &c. vt dicam inferius in bulla nouæ prouiso.

In literis verò iustitiæ non solet apponi, teste dominic. c. si pro clericis, 41 col. ij. de præb. lib. vj. ego tamen vidi apponi in vtrisque.

Literæ quæ do anno tollantur.

Decima sexta differentia est, quia literæ iustitiæ anno expirant. ca. si au 42 tem, &c. plerunque de rescrip.

Literæ verò gratiosæ perpetuæ sunt, l. falso. C. de diuers. rescrip. quia de 43 cet gratiam esse mensurā, c. si cui, de præb. lib. vj. & regul. decet, de regul. iur. in vj. nisi quis negligens fuerit, cap. si clericus. vbi gl. & Doct. de præb. lib. vj. Panor. & Fel. in d. c. capitulum. dixi in tracta. de rescrip. in ij. tomo Const. Reg.

Literæ iustitiæ nō tribuuntur in aliis.

Decima septima, literæ iustitiæ nihil iuris tribuunt, sed de iure iam quæ 44 sito cognosci præcipiunt, l. sicuti. §. sed si quærat. ff. si seruitus vendi. l. ex diuerso. §. vbi, de rei vendi.

Literæ verò gratiosæ ius tribuunt ad rē, etiam ante prouisionē factā, 45 c. si cui, & c. penul. & c. si tibi absentis. de præb. lib. vj. capi. penul. & fin. de concess. præb. eod. lib. quod est intelligendum in literis papæ, quæ solum dant ius ad vacatura. c. ij. eo. tit. & lib. ca. proposuit, de cōcess. præb. † secus 46 in literis etiam Legati à latere, quæ nullum ius tribuunt ad beneficium antequam vacet, secundum Dominic. in c. si Apostolicæ, de præb. lib. vj. Dominic. in d. cap. ij. & c. dilectus filius, de præbend.

Cōfirmatio reseruationis Legati à papa quibus literis cōcedatur.

Decima octaua, quod confirmatio reseruationis Legati, vel receptio- 47 nis in canonicum facta per Papam solet per literas gratiosas expediri, & non per literas iustitiæ tex. iuncta gl. in d. c. si Apostolicæ, in verbo confirmamus, de præben. lib. vj. quia confirmatio facta in forma communi non tribuit ius nouum, nec validat. capi. j. de confirmat. vtili. Ideo si confirmatio fieret per literas iustitiæ, secundus impetrans Apostolicus vinceret illum receptum à capitulo, in cuius fauorem facta fuit reseruatio, c. ei qui, & c. si postquam. de præb. libro vj. quod est contra mentem d. c. si Apostolicæ, facit. c. cum aliquibus, de rescrip. eod. libr.

Contrarium tamē opinionē tenet Io. Mona. in c. si eū. de præb. lib. vj. 48 dicens, quod ista est forma iustitiæ, & vidit illā transire sine electione. idē tenet glo. in c. de testanda. de cōce. præb. eo. lib. Gem. in d. ca. si apostolicæ.

Ego verò dicerem opinionem Ioā. Mona. habere verum, quando Papa 49 dedisset simpliciter iudicē sine alia confirmatione gratiæ. gl. aurea in d. c. si Apostolicæ, & differentia ista procedit, quando Papa gratiam confirmat, & postea executorem dat: vt docet Ioan. And. in d. c. si Apostolicæ.

Literæ iustitiæ registrari nō solent.

Decimanona, literæ iustitiæ non solent registrari: secus in literis gra- 50 tiæ prouinciale fo. 14. vers. item nota, dixi in tract. de rescrip. in const. Reg.

Vigesima, taciturnitas exceptionis peremptoriæ non potest opponi 51 contra literas contentiosas in vim dilatoriæ. c. j. de lit. cont. lib. vj. secus in literis gratiosis, quæ opponuntur tam in vim dilatoriæ, quam peremptoriæ, cap. cum ordinem, de rescrip. Fel. in c. postulasti, col. iij. de rescrip.

Vigesima prima differentia, difficilius expirat literæ ad beneficia, quæ 52 ad lites, autore Felin. in d. c. capitulum, col. iij. de rescrip.

53 Vigesima secunda est, quod in literis de iustitia inspicitur presentatio quo ad hoc, vt iudex ab eo tempore iurisdictionem habeat, non antè: quia tacita inest conditio, si literæ presententur. c. vt debitus, de appel. sed in gratiosis literis inspicitur tempus datæ: quia in illi instanti est parti ius quæ situm, c. eam te, & c. constitutus, de rescri. c. eum qui, de præb. lib. vj. nisi in rescriptis sit aliqua conditio, vt acceptilationis: vt in c. tibi qui, & c. duobus, de rescrip. lib. vj. Bal. in c. j. col. pen. eod. nu. 18.

Presentatio literarū quando inspicitur.

54 Vigesima tertia, Rescripta ad lites non valent, nisi inferatur clausula, si preces veritate nitantur, etiam si veritatem contineant, nullum afferunt fructum, l. fina. C. de diuers. rescrip. vel saltem. hæc clausula intelligenda est in rescriptis illis, c. ij. de rescript.

Clausula si preces &c. quando apponi in literis vel intelligi debent.

55 Literæ verò gratiæ non habent clausulam illam, vbi comprobandæ & verificandæ non sunt: sed sufficiat concessio gratiæ motu proprio facta aut aliās. Nos in Francia solemus vti clausula, si il rous appert, si vobis cōstitit, vel apparuerit. in literis etiam gratiæ ad dilecta, in c. examinata, de iudic. clem. presentis, de censib. & cle. ij. de pœnis.

Clausule quibus vtitur Francia in literis Regiis.

56 Vel si ita est, si il est ainsi, l. fi. C. si contra ius, c. abbate, de verborum significatio.

57 Si ita inueneris vel repereris, Fel. in c. ij. in vers. clausula si preces, &c. de rescrip. & ista tacite inest.

58 Item alia clausula tacite inest, in c. bonæ, de confirma. vtili. vnde etiam si istæ clausule non fuerint expressæ, tacite insunt.

59 Item clausula, vocatis vocandis, solet in rescripto inferi, ca. exhibita, de iud. Guid. Pap. q. lxx. in commissionibus, in decif. Delphina.

60 Et quauis de iure ciuili non valeat rescriptum, si non sit apposita aliqua clausula ex prædictis: tamen de iure canonico valet: & illa clausula subintelligitur, per d. c. ij. & vsus curiarum recepit ius canonicum: nisi aliquis esset præstitutus titulus: quia tunc literæ conceptæ contra stilum nō valerent, c. ex literis, de constit. Fel. in d. c. ij. vers. stylus, &c. alias differentias quilibet hinc addere poterit, istæ nūc sufficient.

61 Verum inspecta interpretatione, & expositiue horum rescriptorum, notandum est has literas ad lites, & ad beneficia se habere vt excedentia & excessa, secundum subiectam materiam: vt docet Panormit. post glo. in c. capitulum, col. iij. de rescrip. & quia sæpius reseruationes fiunt tam generales quàm sp̄ciales, ideò de illis videamus.

De reseruationibus tam generalibus, quàm specialibus.

Cap. xxx.

1



LIQVANDO Papa mandat prouideri per reseruationes: & quedam sunt generales, quando plures inducuntur reseruationes sub vna ratione, teste AEgidio Belamera in consi. xxiiiij. supposito statuto, col. v. versic. ad tertium istud: vt quando Papa reseruatur beneficia, quæ sic

Generales reseruationes quæ.

vacabunt, vel per adeptionem secundi beneficij: vt in extrauagan. Execrabilis, Ioan. xxij. de præb.

Vel vacantia in certo loco, vt Burdegalę: vt in extrauag. & si in temporalium, de præb. in communib. Item beneficia in curia vacãtia, c. ij. de præb. in vj. nisi sint ecclesię parrochiales, c. si Apostolica. ibid. vel beneficia reseruata papę, in c. præfenti, illo ti. li. vj. vel illorũ qui intra duas dietas curię Romanę decedunt: & pro hac reseruatione scribit Cassad. in suis decis. rubr. de const. q. ij. & se. & AEneas Falco. in ij. q. tract. de reser.

Vel quando reseruatur beneficia familiarium papę, seu Cardinalium: vt est in regul. cancellarię, vel habentium officia scriptoris, seu aliud papę officium: oportet tamen exprimere quod talis est, vt erat familiaris, & continuus cõmentalis, nec sufficeret dicere eum familiarem tantum, vt patet in reg. ij. cancel. in princ.

Familiaris papę beneficium est reseruatum si sit cõtinuus cõmentalis. Dissolutio vnionis an sit exprimenda.

Si tamẽ familiaris papę, vel Cardinalis resignaret beneficiũ vnitum in fauorem Titij, & nõ expresserit reseruatiõnẽ, valet impetratio: quia vnitum nõ erat reseruatum, licet illud cui erat vnitum, esset reseruatum: idẽ in dissolutione vnionis, & si non sit facta mentio, valebit prouisio: vt no. in c. ij. de præb. in vj. Ego verò dicerem non valere: quia si papa sciuisset beneficiũ vnitum, illud non contulisset, vt infra dicam tract. de vnio. vnde reseruatio non impedit quominus valeat collatio, sed vnionis dissolutio: sic vt pleniũs dicitur tract. de dissolutio. vnio. infra.

Speciales reseruatiõnes quę.

Quędam verò sunt speciales quoad certum corpus beneficij, non tamen pro certa persona, vt quando reseruatur ecclesiam cathedralem suę dispensationi: vt in cap. si eo tempore. de electio. in vj. Domi. conf. xxx. Bonifacius & AEneas de Falco in tract. reserua. q. ij.

Dignitas maior post pontificalem est principalis quę dicitur.

Vel reseruatur dignitatem maiorem post pontificalem, vt in reg. cancel. la. ij. & cognoscitur hæc dignitas ex fundatione ecclesię, vel consuetudine, quando Decanus vel Archidiaconus statim incedit post Episcopum: vt domi. de Rota decidunt in decis. ix. incip. de thesauraria. tit. de præb. in no. † Et principales dignitates etiam in collegiatis ecclesiis dicuntur ille, quę primum in ecclesia locum habent, quasi primam & præcipuam in ecclesia. Ioan. And. in c. deliberatione. de offi. leg. lib. vj. & beneficia generaliter reseruata tradit Hiero. Paul. in sua praxi curię Romanę etiam specialiter reseruata. ibidem videre liberum est.

Alię sunt speciales super certo corpore beneficij, & specialiter pro certa persona, vt si papa reseruet beneficium sancti Seuerini Pari. dicte. collationi suę pro Io. N. c. ex parte. j. de off. del. c. executor. de cõces. præ. li. vj.

Beneficia aliquorũ papę officialiũ non sunt reseruata.

Item dicunt Romani beneficia Camerę procuratorum cõtradictarũ non esse reseruata. idẽ in notariis Rotę, quia nõ sunt familiares: & idem in magistris Regum supplicationũ, & magistris plũbi: idẽ in auditore camerę, nisi sit prothonotarius, tamen secus est in auditoribus Rotę, pro quibus papa scribere solet, grata deuotiõnis obsequia &c. † Specialis dicitur cuius causa inducens nõ habet nisi vnũ suppositũ inducere: vt scribit d. AEgid. in d. cõsi. xxxiiij. supposito. ver. ad tertium. col. v. generalis autẽ est

est, quã in corpore iuris clausula, vel per extrauag. inducta, aut per regulas cancella.

11 Ego dicerem generales reseruatiõnes, quando omnium regni, vel certi loci beneficiorum aut personarum, seu dignitatũ fieret amplissima reseruatio: specialis quando certum reseruatur beneficium, vel indiuiduum, vt tale beneficium. gl. in tit. de reseruatur, in Pragmat. in verb. reseruatiõnes. Decis. conf. clxviij. reuerende pater.

Generales proprie reseruatiõnes quę

12 Et istę omnes reseruatiõnes sublatę fuerunt in Concilio Basilien. reuocando extrauagantes, ad regimen, & execrabilis, de præb. in communib. & illas, quę continentur in regul. cancellarię: vt patet in Concilio Basilien. quod Consilium in Gallia receptum fuit: vt patet in prag. sanctio. rubri. de election. & per totum.

13 Interdum Papa fructus pro pensione resignati fortẽ beneficium reseruatur: & in patria obedientię illa fructuum omnium reseruatio sustinetur, siue dixerit, quod propria autoritate percipere eos fructus possit siue per manus alterius, quia plenariam beneficiorum papa dispensationem habet. c. ij. de præb. lib. vj. † Sed à Senatu Paris. fuit prohibita illa reseruatio omnium fructuum anno 1396. die xix. Aprilis: & in patria consuetudinaria non recipitur hæc reseruatio fructuum: nam qui altari seruit, de altari viuere debet, c. cum secundum, de præbend. & reseruatio est in hoc regno prohibita, in Concorda. de reserua. siue beneficiorum, siue omnium fructuum illorum: & Papa illam reseruatiõnem non solet facere nisi ex magna causa.

Fructuũ omnium reseruatio prohibetur.

Arestum.

15 Interdum reseruatur media pars fructuum loco pensionis extrauag. si scepte, de elect. in extrauag. lo. xxij. † Quod non pot fieri ab alio, quã à Papa, qui esset diuidere beneficium, quod est prohibitum in Concilio Tunoren. c. maioribus, de præben. Io. de Anania in c. audiuius, de collusio. detegen. de Petru. in tract. de viribus iura. in vj. remedio. finiẽ. litiũ & in patria iuris scripti reseruatur: vt asserit Boer. in decis. Burdegal. q. ij.

Reseruatio medie partis fructuum loco pensionis an reseruari possit.

17 in si. † Sed in patria consuetudinaria reformari solet, præcipuẽ si pensionarius non possit viuere & vsq; ad tertiam partẽ reformari solet, quã ob tinebit pensionarius tantũ, beneficiarius autẽ alias duas: nã quãdo priuilegiũ incipit esse dãnõsum, solet deduci ad debitũ statũ. c. suggestum, de decim. scripsi in tractat. de pacific. posse. in xvij. amplia. & confirmatio pensionis impositę ab ordinario dari à papa non solet, sed de nouo concedi: vt statuit Alex. vj. in tit. de sing. grat.

Cõfirmatio pensionis impositę ab ordinario dari non solet.

18 Quandoque tertia pars, & his duobus casibus papa non solet committere, quod pensionarius propria autoritate percipiat, sed per eum qui titulum habet, alioqui essent duo titularij: & nõ est singulis permittendũ, & c. l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. Hier. Gigas. q. viij. in tra. pensio. & q. ix. & regulariter in Francia approbatur vsq; ad tertiam partẽ. † Iusta tamen pensio dicitur, quando ea exacta tantũ remanet beneficiato, vt possit cõmodẽ viuere, iura episcopalia soluere, & onera beneficij supportare. c. de monachis, & c. vacante, & c. cum causam, de præb. c. j. de censib.

Pensionarius nõ recipit pensioẽ propriã a autoritate nisi a pensio quę sit.

*Pensio non rã
sfertur de
persona in
personam.* Nota in hoc regno Franciæ pensionem extingui per mortem pen- 20
sionarij, & de consuetudine non transfertur in aliam personam, & iam
à papa, quamuis in patria obedientiæ à Papa transferri possit, sicut ali-
ud beneficium, vt consuluit Petr. Paris. consil. xlv. monitorium, ac conf.
seq. & in consi. v. in iij. vol. tamen bene transit cõtra successores eius qui
eam soluere tenetur. gl. & Doct. in c. nisi de præb. Petr. Paris. consi. lxxxiiij.
pensio, col. j. in iij. volu.

*Pensio in re
gno Frãciã
in tribus ca-
sibus consti-
tuitur.* Et quando Papa imponit pensionem, solet dicere, quòd pensio ter- 21
tiam partem fructuum non excedit, & ita seruat stylus curiæ Romanæ
vt docet Hier. Gigas in d. tract. pensio. q. ix. non autem quòd etiam con-
stituit, quia fortè non vult tertiam dare, si velit vltra dare, solet tertiam di-
cere mediam partem non excedit, vel talem partem. † Et regulariter 22
pensio in quantitate etiam fructuum imponitur, vt pensionario dentur
decem modij frumenti, & totidem vini, non verò in pecunia, licet ali-
quando reseruat: d. c. nisi, de præb. sed hæc pensio in pecunia commu-
niter constituitur in Francia. † quæ tantum in tribus casibus est approba 23
ta, vltra non: vt scripsi in tract. de pacifi. possess. in Concord. Primò pro-
pter bonum pacis, quando beneficium est litigiosum, d. c. nisi. Secundò
ne resignans nimium patiatur dispendium, eidem reseruat pensio, c.
super hoc, de renuncia. & habet locum in resignatione non causa per-
mutationis facta: quia tunc ille, qui aliud recipit beneficium, non pati-
tur nimium dispendium.

*Pensio ex fal-
sa causa non
debetur.* Tertio in permutatione ratione inæqualitatis reddituum beneficio 24
rum: tunc imponitur pensio super altero maiore, c. ad quæstiones, de re-
rum permutat. quòd si detur æquale beneficium, vel maius, non potest
imponi pensio super minori. & si imponatur, eò quòd ex falsa causa im-
ponitur, non valet: & ita vidi iudicatum.

*Beneficia of-
ficialiũ Pa-
pæ sũt refer-
uata etiã si
ipsi dimise-
runt officiũ:
et quid post
Pape obitũ* Item beneficia collectorum, & aliorum officialium Papæ sunt refer 25
uata, etiam si isti officia amiserint: tamen illa beneficia, quæ post dimis-
sionem officij quis acquisiuit, nõ erunt reseruata: vt docet AEgid. de bel-
lamera, in c. cum in distribuendis, col. vlt. de tempo. ordi. & in c. sicut, de
verb. sig. lib. vj. † Et si Papa moriatur postquam officialis eius definit ha- 26
bere officium, per illius obitum beneficia eius, qui desijt esse officialis an-
te Papæ mortem non sunt reseruata: quia reseruaciones fuere per mor-
tem Papæ extinctæ, sicut regulè: sed erunt beneficia illius affecta officia-
libus alterius pontificis: ideò in prouisione beneficij istius narrabitur,
quòd à nõnullis asseritur, quòd talis olim obtinès tale beneficiũ literarũ
Apostolicarum abbreviator extitit, seu familiaris: ideò generaliter refer-
uat: prouideri tamè mādabitur nõ tãquã de reseruato, sed de affecto.

*Beneficia
colitorũ Pape
nõ sunt refer-
uata nisi sint
capellani.* Item beneficia cantorum Papæ non sunt reseruata, eò quòd sint ca- 27
pellani Papæ, sed eò quòd sunt familiares: & beneficia Papæ capellano-
rum, quamuis sint reseruata, tamen acolitorum non, nisi sint capellani:
ideò in bulla dicitur, talis N. acolitus capellanus Papæ: & subdiaconorũ
etiam beneficia nisi sint presbyteri & capellani, non habent beneficia refer-

28 reseruata: quòd est notandum. † Potest etiam reseruari certa pensio du-
ratura, donec sibi de beneficio talis valoris illi fuerit prouisum: vt dicit *Pensio donec
Hosti. in c. cum essent, de simo. & papa hoc facere potest, sed non Epi-
scopi, cap. cum pridem, de pact. licet Bonifa. teneat contra in cle. prima, sum à papa
imponi po-
test.* col. pen. de rebus excell. non alienan. † Nec hodie Episcopi constituunt pē
sionos: imò ex non vsu amissa est in hoc eorum potestas: quòd non fuis-
set, si ignari illius non fuissent, & ea vsi: sed ignorantia eos, vt nunc mul-
tos, longo tempore tenuit.

30 Est & alia reseruatio per manus Papæ appositionem, c. vt nostrum. de *Reseruatio
per manus
pape appo-
sitionem.* appella. vt si papa conferat beneficium nulliter, vt pote inhabili: tunc il-
lud beneficium erit adhuc papæ collationi affectum, & reseruatum, c.
inter dilectos, de excels. præla. vbi Panor. & alij. & Rom. consi. cccxxxv.
circa primum, col. j. Paul. Paris. consi. xxxvij. videtur, nume. 39. & seq. in
iij. volum.

31 Idem quando commendat beneficium: per mortem enim commen-
datarij reseruatum est Papæ beneficiũ, teste Aenea de Fale. in tracta. de
reseruata. & Ludo. Roma. consi. cccl. in casu, nu. 11. & seq. sed hoc iure non
vrimur in Francia.

32 Idem si electoribus mandat, ne ad electionem procedant talis benefi-
cij N. c. si eo tempore, de electio. in vj.

33 Adhęc, quando Papa mandat prouideri in mandato de primo benefi-
cio, primum beneficium est affectum per manuũ papæ appositionem mād-
datario, adeò quòd alter cõferre illud beneficiũ præter Papam, vel illius
executorẽ, nõ potest, per extra. si. de præb. in cõmu. AEgid. conf. xxxiiij.

34 Supposito statuto. vers. ad secundum dubium, cum seq. † Et plus afficit
ista manus appositio, quã reseruatio: quia donec fuerit plenè per papam
prouisum, ordinarius prouidere non poterit, teste Aenea de Falco, in tra-
cta. de reseruata. in iij. prælu. & in iij. quæsti. in xvj. effectu. † Sed nõ vtimur
ea in Francia: nam quamuis Papa apponat manum, semper ordinarius
confert, si non valet prima Papæ collatio, nisi in mandatario cui effectũ
est beneficium, per Concorda. Franciæ.

36 Etiam mortuo papa ordinarius confert beneficia illa reseruata: quia
illa reseruatio morte erat extincta: vt consuluit Gemi. conf. xciiij. & in c.
si Apostolica. de præb. libr. vj.

37 Sed hoc etiam sibi vendicat Rex in quibusdam beneficiis, quæ iure Re *De iure rea-
gali cõfert, vt dicat se posse conferre, donec collatio plenũ sortiatur esse
ctũ, & alterius collationem non valere, postquam, apposuit manuũ: vt ple-
nè scribit Ruze. in tract. iuris regal. in ij. priuileg. sed hoc nullo iure suffra-
gante: vt mihi videtur, saltem non legi.*

38 Sed istę omnes reseruaciones, & manus appositiones fuere in conci- *Reseruatio-
nes et ma-
nus apposi-
tiones tollun-
tur et quæ
dã extranea
gantes.* lio Basiliensi sublata, & hoc in Gallia seruamus, vt non recipiamus refer-
uaciones, nec manus appositiones. §. reseruaciones, de collationibus in
Pragmat. vt scripsi in Concordat. in rub. de reseruata. & Gemi. in capitu.
statutum, colum. ij. de præbend. lib. vj. dicit Extrauaga. ex debito. tan-

tum in vita conditio^{is} durasse, dum dicit: donec Christi indignatio, &c. idè ex libro expungenda esset, cum non sit in usu: & omnia alia iura reservationes explicantia, vt dicunt: tamen propter malos pisces non rumpimus retia, sic nec iura, eò quòd aliqua non seruantur, sed in suo statu conferuantur, & maximè quia alibi custodiuntur.

Idem in extrauagan. ad regimen, de præbend. dicit gl. reg. cæcel. reg. 39 j. xxx. & lxij. propter similia verba in eis posita: & idem probat Gemin. in cap. si Apostolica, in fin. de præbend. lib. vj. quamuis Roma. cõsi. cclx. in proposito, versic. secundo, dicat esse extrauagantes, & approbauit per Paul. ij. in extrauagan. ad Romani. de præben. & Aeneas de Falco in tractat. de referua. in iij. prelud. & in quaestione quarta, in decimosexto effectu refert.

*Decretum Pa-
pe in refer-
uatione ap-
positum nul-
lum reddit
& nullum
possessionem*
Notandum est quòd decretum Papæ in reservatione appositum ne-
dum titulū afficit, & annullat, sed etiam possessionem, argumen. cap. si
eo tempore, de election. in vj. capitul. vt nostrum, de appellation. & pos-
sessio contra Papæ reservationem, accepta caret omni effectu, & iuris
adminiculo, sine quo in beneficalibus possessio non procedet, capitul.
ij. vt lite penden. lib. vj. Rota decis. iij. de restit. spoliat. si contra agentem,
in no. vbi concludit restitutionem tunc negandam spoliato. & in decis.
iij. ibidem. vide in §. primo, de firma. & irreuoca. cõcorda. stabilitat. que
ibi scripsi, & inferius in fine bullæ nouæ prouision.

*Regressus in
Francia tollit
iur.*
Interdum dantur prouisiones cum regressu: vt resignans qui habuit
beneficiū reuertatur ad illud, moriente vel cedente resignatario: vt di-
xi in tit. de referua. in Concordat. & in Francia sunt sublata: & ibi addu-
xi Arestum: & dicam inferius in iij. parte tract. de resigna. in fauorè inter
coniugatos vulgò dicitur habere locum, *les regres.*

*Prouisio cũ
accessu vel
regressu qd
& an proue-
dat*
Aliquando prouisio fit cum accessu: vt si papa commendauit bene-
ficiū Cardinali, cui commendæ Cardinalis celsit literis non confectis,
non potest conferri alteri, & dari regressus cardinali, quia nunquam il-
lud habuit: idè opus est vt bullas suæ prouisionis obtineat, vel quòd de-
tur ei accessus, videlicet, volumus te liberum habere accessum, ac illius
corporalem possessionem per te, vel alium, seu alios vigore presentium
literarum, quas vim validè & efficacis commendæ habere decernimus,
propria autoritate liberè apprehendere: & in eadem commenda, quo
ad vixerit retinere, necnon debitis & consuetis &c. iterdicta non obstan-
tia, &c.

In accessu exprimentur qualitates & fructus beneficij, cum clausula
ista, quòd liceat te liberè accedere. &c. nonobstan. statutis, &c. alias non
obstan. non vidi poni. † Etiam vidi in puero nominato per Regem ad e-
piscopatum, qui fuit à papa postea recusatus. Rex nominauit senè, què
papa recepit, & voluit si hic senex moreretur, quòd puer nominatus libe-
rum ad dictum episcopatum, ad quem fuerat nominatus, haberet acces-
sum. Hactenus de accessu & regressu: vide quæ scribam inferius. tit. de
regressibus.

Bene

De expectatiuis.

45 Beneficia in curia vacantia, vel intra duas dietas iuxta curiam, etiam
hodie sunt papæ reservata. d. c. ij. & c. præstanti, de præb. lib. vj. extrauag.
ex debito de electio. in communib. & extrauag. j. de præb. & hoc serua-
mus hodie etiam in Francia: vt scripsi in rub. de referua. in Concordat. Ha-
ctenus de his reservationibus.

De expectatiuis.

Cap. xxxj.

ITEM Papa solet scribere ad beneficia vacatura per ex-
pectatiuas: & quamuis pontifices veteres collationes con-
cessissent liberas episcopis, & singulis eorum in suis Epi-
scopatibus, tamen dicunt Doctores papam maiorem si-
bi potestatem retinuisse, per capitulum, dudum, de præ-
bend. libro vj. † Idè in Germania & aliis multis prouinciis quatuor
tantum menses Episcopis reseruarunt, videlicet Martium, Iunium, Se-
ptembrem & Decembrem, in extrauag. ad regimen. vbi primi duo men-
ses sunt papæ reservati: & tertius videlicet Martius episcopis & sic dein-
ceps & iure nescio quo tot vigilis excogitata iura vno verbo subuertere,
capit. ecclesia. de elect. & ipse non ita cognoscit doctos absentes, sicut
in suis locis episcopi: ob id melius est Papæ in conscientia dico, vt episcopi
conferant: vt etiam vult gloss. in pragmat. sanctio. in §. cui rei, de
referua. poterit tamen per præuentionem conferre. vide in provincial.
fol. 51.

3 Expectatiuæ verò gratiæ sunt ex quibus beneficiū impetrans expe-
ctat: & istæ sunt etiam abolitæ in Concilio Basiliens. vt in §. volens, de
colla. in prag. scribitur. & in c. si. de concess. præb. vide tamen decem for-
mas per Staphile. in tract. de literis gratiæ, in prin. & gratia expectatiua
non datur per cancellariam ad beneficia in commendam retinenda si-
ue secularia, siue regularia.

4 Sed quia expectatiuæ ingerunt votum captandæ mortis, odiosum e-
tiam gentilibus, capitul. ij. de concessio. præbend. & continet reservatio-
nem: idè in hoc regno sunt abolitæ: & quia alienæ salutis sunt nimis præ-
iudicabiles: & suscitantur lites infinite, contentiones, & rixe inter Christi
ministros: oriuntur rancores, & odia plerumque implacabilia nutriuntur,
fouetur pluralitatis beneficiorum ambitio execrabilis, pauperes cle-
rici innumeris personarum & rerum discriminibus subiciuntur, & per
cauillosos indebitè opprimuntur: aliq; rationes exprimentur in proce.
pragm. sanctio. in §. ceterum, & in §. cui rei. de refer. & quia expectatiuæ
reservationes continent: † Vnde consuluit Ro. consil. cclxxx. quaestio.
non valere papæ prouisionem de dignitate electiua factam intra tem-
pus eligendi contra decreta Basiliens. concilij: quia per has reservationes
immutatur, perturbatur, ac decoloratur vniuersalis ecclesiæ status: &
cuncti ecclesiæ ordines scandalizantur, vt tractauimus inferius in Concordat.
De his hactenus.

*Quatuor mē-
ses dati epis-
copis an-
no ad conse-
rēdum, non
vltim.*

*Expectati-
ua que.*

*Expectati-
ua improba-
ta, & quanta
breui.*

De rescripto in forma communi, &
in forma pauperum.

Cap. xxxij.

ALIVD rescriptum est, cum secundum Apostolum: nam episcopus non debet aliquem ad ordines promouere, nisi habeat unde viuere possit. c. non licet, & ca. episcopus. de præbend. idè si episcopus ordines sacros cõferat alicui pauperi, tenetur illi prouidere. c. cum secundum. de præb. ca. si episcopus, illo titu. lib. vj.

Episcopus prouidere illi què promouit tenetur.

Forma literarum in forma pauperum

Et ad hoc exequendum impetrabat promotus literas à papa ordinatori directas, quod isti prouideret pro qualitate personæ, vt honestè, ac commodè viuere posset dato executore. c. si pro clericis, & c. si pauper, de præb. lib. vj. † & quia sic communiter pro omnibus ordinatis papa scribere solebat, idè in forma communi vocantur. c. postulas, eodem c. accepimus, de ætat. & quali. quæ sic dictabantur, Venerabili fratri episcopo Paris. &c. dilecti filij. N. de N. pauperis clerici N. diœces. apud Apostolicam sedem cõstituti supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandauimus, quatenus de vita & conuersatione ipsius clerici, qui (vt asserit) beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc deputatos à nobis de literatura examinari fecimus diligenter quinque &c.

Ex hac forma primò mandatur prouideri pro paupere clerico: nam si diues esset in patrimonio, nõ scriberetur, c. postulasti, de rescrip. c. si clericos. j. q. ij.

Idè dicuntur in forma pauperum: quia hæc forma pauperibus est assignata: & qui fingit se pauperem impetrando, nihil reportat, nisi ventum verbis Bal. in. c. cum aded. in prin. de rescrip.

Quod litera in formam pauperum nõ dicuntur iustitia.

Aduertite tamen, quod hæc communiter à nostris iuris interpretibus vocantur literæ iustitiæ: vt gloss. in verb. gratiæ, in extrauagan. Sedes, de concession. præben. in extrauagan. Ioann. xxij. At verius literæ iustitiæ dicuntur, quæ tendunt ad iustitiam administrandam: sed istæ ad gratiam & non ad iustitiam tendunt: nec refragatur quod iustum sit his prouideri, ergo sunt literæ iustitiæ: non sequitur: alioqui sequeretur quod omnes literæ gratiæ vocari possent literæ iustitiæ: vt in decis. Rotæ vij. de rescrip. in antiquior. idè considera si vocari possent literæ gratiæ iustæ, si cut rescriptum dignum arbitramur inferius, nõ quod aliæ iustæ nõ sunt, vel esse debeant. † sed hæc magis, vt dicimus, de contractibus bonæ fidei: in §.

Elabens viginti quatuor libras esse incapax ad loca collegiobinda.

Actionum, de actio. in insti. & Gome. in tract. de expect. in ix. forma, num. 76. vbi dicit habentes viginti quatuor libras. posse has literas impetrare: sed per assentionem beneficij pensio cessabit, & extinguetur. idè docet Staphil. in tract. de lit. grat. in ix. forma expect. † quod facit pro multis collegis huius ciuitatis, in quibus est statutum, quod habentes in redditibus viginti quatuor libras, non possunt bursam, nec locum obtinere in col-

collegio: scio hoc statutum esse in collegio Narbonen. & Heduen. Sed vah his qui non seruant: quia hodie potiùs & bursa, & alia beneficia dantur diuitibus, & ebriis beneficiorum pluralitate, quam pauperibus: nam semper habenti datur, & puto pauperem hinc dici, qui commodè viuere non potest: vt in c. j. de præben. in vj. dixi in tract. de congrua portio. quamuis Calderic. in repet. in verb. pauper, dicat eum pauperem, qui habet minus quam sibi placeat: & sic omnes essent pauperes, vt alibi dicam.

Pauper quis

9 Secundo scribitur in his literis pro eo, qui non habet beneficium: nam si haberet, non pro eo scriberetur, quia non esset pauper. c. si pauper, de præb. lib. vj. vel si haberet patrimonium: vt dixi, c. si episcopus, de præb.

Dispensatio in literis in forma pauperum nõ datur.

10 eodem, † Et in hac forma pauperum non datur dispensatio super defectu natalium neque super ætate, quia illi qui examinant, & signant tales supplicationes, non habent talem potestatem dispensandi: & quia forma debet esse munda, & nihil aliud continere, maximè postquam iste promotus est, ergo non patitur defectum ætatis, per c. cum in cunctis, de elect. cle. generalem, de ætate.

11 Tertio, examinari à Papa antea debebat, vel ab executoribus eius, c. si de præsum. c. si pro clericis, de præb. li. vj. nec episcopus iterum debet illum examinare, què ad suscipiendos ordines dignum existimauit, c. accepimus, de ætate & qualitate, & d. c. cum secundum. & debet examinari, si benelgat, cõstruat, & cantet. gl. in d. c. si pro clericis, de præb. in vj. & Galli præponderant tantum domi. ite, & de moribus examinari etiam debet, in c. cum in cunctis, de electio. c. cum in iuuentute, & c. inter, de purga. cano.

Episcopus què ordinari iterum examinare non debet.

12 Et prius in literatura quam in moribus iubetur examinari: quia præsumptionem pauper habet contra se, quod literatus non sit: quia Iuuenal. inquit, *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat. Res angusta domi.* &c. sed præsumptionem de moribus pro se pauper habet, ac alius c. si fortè, de electio. lib. vj. Doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Pauperes præsumptionem morum non habent.


13 Licet aliàs de maioribus prius quis sit interrogandus: David bonitatem potiùs expetit, quam scientiam: & neque facultates, neque dignitas est ita sufficiens, vt bona electio, & benigni mores, l. scire. §. pen. ff. de tuto. & cura. datis ab his.

De scientia quid est in interrogandum.

14 Vel quia Episcopus dum eum ordinauit, debuit inquirere de moribus & ætate: idè Papa non mandat nisi de literatura inquire, & scientia, quæ est illis necessaria, vt modicum plus sit instructus circa sacramenta, quàm simplex est laicus, teste Innoc. in c. j. de summa trinita. Bald. in rubr. de summa trinita. ibi sequitur, & Barba. in tract. de præstan. card. in x. q. partis primæ, col. ij. & se. facit l. si quid venditor. ff. de ædilit. edi.

15 Item Papa dicit se eum examinasse in literatura, quem idoneum reperit in illa, d. c. cum secundum Apostolum, de præb.

16 Præterea mandat inquire, si vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis eum reperiant. & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat, vt superius dixi, per c. accepimus, de ætate & qualita. nec dignus dicitur



ad aliud beneficium, qui vnum habet. c. cum adeo, de rescrip. eo nec dicitur idoneus. c. is cui. de præb. lib. vj.

Clausula si aliud canonicum ei non obstat. Ad hæc si aliud canonicum ei non obstat, id est, non sit homicida, irregularis, vel aliàs inhabilis: vt declarauit in tract. de pacific. possess. in iij. limita. in Concord. Inno. in c. cum nostris, de concess. præb. declarat Staphile. in tra. de literis gratiæ, in no. for. expect. dicam inferius plenius.

Pauperibus quare non provideatur in ecclesiis cathedralibus. Insuper exprimitur in his literis, ne isti provideatur in ecclesia cathedrali, fortè propter præminentiam illius ecclesiæ. c. quamuis, primo. de præb. li. vj. & ne in eis personæ viles, vt sunt isti obtineant beneficia. Gomef. vbi supra.

Sed ego dicerem istos pauperes non excludi ab illa ecclesia, sed non vult Papa cogere Episcopum ad providendum eis in ecclesia cathedrali, quia ibi docti esse debent: & hic pauper fortè non potuit studere ob penuriam: ob id non compellitur episcopus ad providendum isti pauperi ibidem: quia papa non vult grauare eum maiori grauamine: quia si episcopus eum inuitum reciperet, eum odio prosequeretur, & eum semper in conspectu suo haberet: ideo papa non vult grauare episcopum in ecclesia cathedrali, vt sibi provideat.

Verus valor beneficiorum quando exprimi debet. Vltimò taxatur valor, vt vsque ad talem summam, videlicet quinquaginta librarum provideatur, vt notatur per glo. & Doc. in d. c. si pro clericis pauperibus. nam minores minora docent, c. ad aures, de rescript.

Vnde si cardinalis impetret beneficium ducentos excedens aureos, teneatur verum exprimere valorem, etiã in Francia, & hoc propter Concilij Lateran. constitutionem, anno ij. Leonis decimi editam, qua cauetur quòd de cætero cardinalibus non commendentur, aut conferantur beneficia quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera secum communem estimationem non excedunt, vt pauperibus de his provideatur, teste Cassado. in decisi. ij. de præb. quia miluus non capit (vt adagio dicitur) muscam, nec elephas. † Ideo ordinarius hæc minora non potest Cardinalibus conferre, quamuis quidam hos habeant apertum ad omnia deuorandum.

De maiori quando consideri possit si de minori mandatur. Nec poterit provideri de maiori summa, quia causa taxationis gratiæ hæc verba apposita sunt, per tex. in c. cui de non sacerdotali. de præb. lib. vj. secus quando summa conscribitur causa demonstrationis secundum Doct. ibi. & Fel. in c. ad aures. col. vij. de rescript. ac Gemi. consil. 91. donamus.

Renunciare titulo suo non potest presbyter. Hodie promouentur non habentes beneficia ad titulum patrimonij: vt in c. postulasti, de rescri. qui debet esse sufficiens pro qualitate personæ. d. c. cum secundum Apostolum, quem non possunt remittere, nec episcopo renunciationem facere. gl. in c. si episcopus. de præb. lib. vj. quia hoc concernit fauorè totius cleri & honorè, videlicet ne medicent in decus totius cleri. c. diaconi. vlt. xxiij. dist. c. si diligenti, de foro compet.

Et hic titulus non computatur in legitimam, nec potest vendi, nec donari, aut in alium transferri, teste Io. Fab. in §. fi. Instit. de inoff. test. nec isteneatur

De rescripto in forma pauperum pro gradua. 123

netur illum conferre. Fab. in l. si emancipati. C. de collatio. quem sequitur Chassa. in consuetu. Burgund. in rub. des successions, §. quinto glo. Meilleur de l'autre, numero 31. & in isto gaudet priuilegio clericorum, vt nihil pro collectis, vel aliis oneribus soluere teneatur. Dec. in c. episcopus, de præb. ista nunc missa faciam, quia parum in vsu sunt.

De rescripto in forma pauperum pro graduatis.

Caput xxxij.

NIA erat forma pauperum pro graduatis: nam olim papa scribebat pro baccalareo, vel alio graduato sic, Dilecto filio N. de N. prest. ytero N. baccalareo in legibus salutem. vbi mandabat papa referuari beneficium conferendum isti, nisi esset in ecclesia cathedrali: si eius fructus non ascendant ad certam summam, quam taxabat: formam istius promissionis licet videre in praxi cancella. Roma. in fi. verum quia ista non est frequens, ob id illam missam facio.

Et istæ formæ erant introductæ, quia iustæ erant, & pontifices summi non solebant grauare ordinarios nisi iuste: sed cum Romani pontifices ceperunt omnes passim grauare per reservationes, & expectatiuas, siue iuste siue iniuste, tunc abolitæ fuerunt istæ formæ, & diuitibus tantum sunt distributa rescripta afferentibus aurum & argentum, tamen nominationes hodie, quæ graduatis dantur, successerunt in locum istius formæ. & ideo possumus ex eâ arguere ad nominationes vniuersitatum.

Notandum est, quòd quando Papa pro graduatis scribit, nunquam de idoneitate impetrantis inquiri mandat, nec examinari, cum sit ab vniuersitate approbatus: diuersum est in aliis, vt docet Felin. in c. si de præsumptio. & Staphile. in tract. de literis gratiæ, in x. forma expectat. † Sic dixi in nominatis, vt ab Episcopo non sint examinandi, ne fiat iniuria vniuersitatibus, in §. præterea, glo. altiori. de colla. in Concorda. & quia Episcopi non inuenirent aliquem idoneum, etiam si esset Innocens tertius cum nominatos exosos habeant frequenter. vide Staphile. in tract. de literis gratiæ, in vltima expecta. forma. in fin.

De rescripto, dignum arbitramur.

Caput xxxiiij.

NLIVD, dignum arbitramur, & congruum, vt illis se reddat sedes apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffraganeur: volentes itaque dilectum filium Io. N. Magalonen. dicecel. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarum scientia, de vitæ ac morum honestate &c.

Hoc rescriptum dignum arbitramur, sic ab effectu vocatum dicitur

non quòd nò sit dignum scribere pro alijs, sed sic scribere est magis dignum, quando Papa alicui prouidet de beneficio vacante, vel de vacaturo prouideri mandat, si impetrans sit idoneus, & laudabilis vitæ, dignus est vt illi quoque prouideatur, per textum in clement. vni. de offi. deleg. Felin. in c. Postulasti. col. iij. de rescript. & in c. fi. de presump.

Et regulariter hoc rescriptum datur ad vacatura, & Papa examinari mandat impetranterem, & post examinationem si eum idoneum inuenierit, prouideri solet apponi clausula, Mandamus quatenus, si post diligentem examinationem dilectum. N. ad obtinendum beneficium idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem N. auctoritate Apostol. ca. conferas, & prouideas.

Hodie bonum esset, vt ista inquisitio fieret ab ordinario, & comprobaretur rescriptum Pontificis summi, quemadmodum comprobantur rescripta Principum sæculariũ: quia multa mendacia papæ exprimuntur, & hoc fieret saltem ex officio, nisi ordinarius videret inferri grauamen alteri, tunc ille vocandus esset, & summarie esset audiendus, & expediendus: nam maius periculum est in his beneficiis, quam in prophanis, ideo in his esset cautiùs agendum: c. vbi periculum, de electio. libr. vj. sed dignum hodie arbitramur afferenti pecuniam prouidere, quod est alienum ad hoc rescripto.

De nominationibus.

Cap. xxxv.

*Nominatio
nes sunt loco
expectatiua
rum.*

MLTIMVM est rescriptum ad vacatura per nominationes concessas ab vniuersitatibus graduatis. Papa olim solebat istis dare expectatiuas, verum quia post completũ studium pauperes non valebant has expectatiuas à Papa impetrare, ob id statuit Concilium Basiliens. dadas esse has literas ab vniuersitatibus Franciæ, quod approbavit Gallicum cõcilium: vt patet in titul. de colla. in Prag. & hodie & papa, & Rex hæc approbãrunt in Concordia. in rub. de colla.

Sunt quædam aliæ nominationes, quæ consiliariis Senatus Paris. conceduntur. de his an ritè concessæ sint, me remitto ad eorum concessionem, ne plura. vide Petrum Paulum Paris. conf. xl. quamuis, in iij. vol. & Staphile. in tract. de liter. gratiæ, in iij. forma manda. versicul. & ista sunt noranda.

Notandum tamen est, quòd Galli in hoc regno Franciæ communiùs non vtuntur his rescriptis, nisi duobus mandatis, videlicet, & nominationibus: & alia rescripta ad vacatura sunt per iura Gallica, & per desuetudinem, imò per contrarium vsum ferè abrogata: ideo super nominationibus edidi vnum tractatum, quem adiunxi glo. Concordia. vbi abundè hæc tractaui materiam, igitur amplius hinc non eam tradam, sufficiat ibi dixisse.

Signa tamen quod petenti à papa sibi prouideri de vacaturo, dantur literæ

literæ de vacante, & è conuerso, prout expedierit impetranti, vt est in regula Cæcel. 68. Hactenus de rescriptis ad vacatura beneficia: pergamus ad vacantia, in quibus frequentissima & vtilissima aderit materia.

Petenti prouideri de vacaturo, conceditur etiã de vacante.

De rescriptis ad beneficia vacantia.

Caput xxxvj.

SUPEREST, vt nunc scribamus de rescriptis, quæ beneficia respiciunt vacantia, & hæc quidem varia sunt, sed ea quæ habentur in vsu quotidiano tractabimus, reliqua dicanicis Curia: romanæ, qui super his versantur, relinquentes.

1 Primum itaque dicendum est beneficium vacans aut in titulum concedi aut in commendam, vel in proprietatem, vt per vniõnem: de quibus inferiùs dicetur. In titulum tunc concedi dicitur, quando alicui assignatur ecclesia, vt in illa conscribi, denominarique, ac illi ecclesiæ præesse possit.

Vacans beneficium aut in titulum, aut in commendam aut in proprietatem datur.

2 Et dicitur intitulata illa ecclesia, id est, conscripta alicui, & iure assignata, in c. dudum, ij. de electi. vbi gl. exponit, & tex. in c. j. xxj. q. j. dicit quem non debere connumerari in duabus ecclesiis, vt inter clericos minueretur duarum ecclesiarum. gl. ibi. & idem dicitur in si. neminem debere conscribi in duabus ecclesiis: & idem dicitur in c. clericum. ibidem.

In titulum quando beneficium conceditur.

3 Et conscribi pro intulati exponit Archidia. in summa, ibidem, dicens ideo dici: quia olim nomina clericorum in quadam charta, seu libro scribebantur, quæ vocabatur matricula. c. contumaces. 50. dist. de qua triplici matricula scripsi in tract. de registris, in ij. tomò Constitutio. Reg.

4 Nempè is qui titulum habet, ius habere censetur in illo beneficio, vnde nominari & conscribi poterit sub titulo illius beneficii, adeò vt beneficium suum possit dici, c. pro illorum. de præb. c. audita, cum similibus, de restitutio. spolia.

5 Alibi dicitur tuum beneficium, quod quis in titulum habet post acceptationem. c. si tibi absentem, de præb. in vj. c. auaritiæ. & seq. & ca. nisi, de præbend. dicitur etiam ecclesia vestra, in c. prætereà, de præbend. cum similibus.

6 Itaque dicitur is ius habere tale, ex quo illius beneficii fructus recipit, administrat, ac in vsus suos illos conuertit, prout de iure, in c. de his. de ecclesiis ædificand. c. concessio. & seq. q. xij. q. ij.

7 Et quamuis non dicatur, quilibet beneficiarius, etiam habens titulum, nisi administrator rerum ecclesiæ, cui præficitur, & non dominus, quia res ecclesiæ alienare non potest, capitul. ij. de dona. tamen ius habere in illa ecclesia plenum dicitur ratione tituli, quem in illa habet, adeò vt omnia in illa facere sit licitum, sicut qui quasi proprietatem haberet. † Ideò interdicto vnde vi, agere potest, si spoliatur sua ecclesia. c. pastoralis, de causa possess. c. audita, & per totum, de restit. spolia. &

Beneficiarius dicitur rerum ecclesiæ administrator, licet plenum ius in beneficio habeat.

aliis interdictis c. pastoralis. de causa. possess.

Sicut maritus dicitur ius habere in vxore, vt sua dicatur vxor, tamen maritus non dicitur dominus rerum paraphernalium vxoris. l. doce ancillam. C. de rei vendica. sic dicitur in beneficiario, vt sua dicatur ecclesia, in qua habet titulum, id est, quæ ei assignata est, vt de fructibus eius viuere, nominari rector, & curatus, ac præesse in illa ecclesia possit, ac illi deferuire. c. si. xxj. q. j. tamen in ecclesiæ rebus est administrator, vt eas administrare, & non alienare debeat. c. j. & per totum, de rebus eccl. non alienand.

Quandoque papa ad nominationem alicuius prouidet, vt in capit. quod sicut, de election. vt scripsi in tractatu, de Regia nominatio. in Concorda.

Aliquando ad patroni vel patronum consensum, seu præsentationem: vt per totum titulum de iure patro. de quo dicitur in signatura.

Interdum suo solo iure prouidet, vt de episcopatibus, & dignitatibus superioribus & consistorialibus, ac de beneficiis in curia vacantibus. c. quanto, de transla. Episcopi. & c. ij. de præbend. in vj. vt est à iure statutum, tunc huic sit derogatum.

Iure etiam deuoluto suo iure confert capitul. ij. de concessio præben. vt inferius dicitur in deuolutionis materia.

Ratione præuentionis quæcunque beneficia etiam qualificata concedit. §. declarantes, de mand. Apostol. in concordia. & de his omnibus abundantius tractabitur inferius.

Vel ratione concursus: quia papa concurrat cum quolibet ordinario. capitul. dudum. de præbend. libr. vj. dicitur in d. tracta. deuolutio. infra & scribit Ioan. Coraf. doctor Tholosanus in paraphras. sacerdo. in secunda parte, capitul. primi.

Quæro, quis titulum ad beneficiū probare teneatur? Resp. pars, quæ pro illo agit. arg. l. actor. C. de proba. Intellego ego, quod si dicam priorē, vel curatū sancti Seuerini, oportet quod probem collationem, vel prouisionem mihi factam: nec sufficeret probare, quod pars aduersa nullū ius habet, si ego nō probarem titulum meum, alioqui absolueretur reus possessor. c. ex literis, de proba. l. qui accusare, vbi Doct. C. de æden. de Rota decif. vj. not. quod vbi constat de re iudicat. in antiq.

Et ita tenet curia, & de mandato Inno. papæ sic fuit pronunciatum: nā quis de suo iure non de alienando agit, ideo de eo docere debet. c. post electionem, de concessio. præb. vbi obtinuit Honorius, quia possidebat, licet aliter non probauerit de iure suo, teste Cardi. præpos. in c. contra morem. in fi. 100. dist. nempe non curamus de iure defensoris, si non constet de mente, & iure petitoris, l. si. C. de rei vend. † Ideo non solet adiudicari alicui beneficij possessio, nisi suum probet titulum etiam coram iudicibus Regiis, qui de possessione in hoc regno cognoscunt: possessor tamen titulum docere non tenetur, si pacifice possideat.

Limitatur non procedere quādo episcopus ex officio inquirat, iuxta c. ordi

Papa multis modis beneficiis prouidet.

Titulum ad beneficium quis probare teneatur.

c. ordinarij, de offic. ord. lib. vj. nam tunc debet probare etiam possessor suum titulum. §. inquirat, de pacific. possessio. in Prag. & in Concorda. & si non probauerit titulum, remouebitur beneficium ab eo. c. ex frequentibus, de institu. c. si. de cleric. peregrini. & c. licet. Hely, de simo. † Ideo Episcopus in sua prima visitatione debet omnes curatos monere, vt titulum ostendant, qui si videat esse inutilem, vel illum possessorem nullum habere, ipse conferre poterit illa beneficia: quod est utile.

Secundo limitatur, quando præsumptio transferret onus probandi in aduersarium: tunc etiam possessor teneatur probare. gl. & Doct. in d. c. contra morem.

Tertio, quando vi possideret, possessor probaret se licite possidere, nisi quando est contraria iuri nuda possessio: ita notat Inno. in ca. licet, de proba. quem refert Bal. in Marg. in verbo agere, q. vj. vide glo. in summa ij. q. v. & Alex. in l. si alienam. ff. solu. matr.

Quomodo probatur hic titulus? Respon. per literas. c. executor, de concessio. præb. libr. vj. scripsi in titu. de mand. Apostol. in §. j. in verb. literas, in Concordan.

Nec sufficeret probare mandatum, vel nominationes, nisi in vim illius mandati collatio facta probaretur, aut in vim nominationū. c. duobus, de rescriptis lib. vj. c. si capitulo, & c. si soli, de concessio. præb. ibidem.

Item non sufficeret probare præsumptiuē titulū, vt pote, si canonicus probaret se habuisse stallum in choro, locū in capitulo, legisse Euangelium, vel lectionē tāquam canonicū. c. dilecto. de præbend. adhuc teneatur probare suam institutionē & titulum. c. ex insinuatione, de procur. sicut in liberto ecclesiæ. c. longinquitate, & c. liberti. xij. q. ij. Prepos. in d. c. contra morem. 100. dist. 10. Sed si prouisus amisit literas collationis, poteret cogere secretarium, & scribā Episcopi vt det ei literas suæ prouisionis, per l. sicut datam. c. de liberal. caus.

Dicit, quis quando vterque probat suū titulū, vter preferatur? Resp. melior titulus, & canonicus. c. j. de reg. iu. in vj. ibi, canonica institutione.

Melior dicitur prior. c. duobus, & c. tibi qui, de rescri. in vj. c. eam te, illo tit. in antiq. vbi Feli. limitat. facit c. eum cui, de præb. in vj.

Et si sint eiusdem diei, nec apparet quis prior obtinuerit collationem, tunc si à diuersis collatoribus tituli sint, is dicitur melior, qui prius obtinuit possessionem: si neuter acceperit, is qui habuit à maiore collatore, vt pote à Papa, vel eius legato, propter conferentis prærogatiuam, c. si à sede, de præb. lib. vj.

Si verò collationes sint ab vno & eodem collatore, sed vna ab Episcopo, altera ab eius vicario, tunc valebit illa, quæ est ab Episcopo, propter maiorem prærogatiuā. d. c. si à sede. nisi illè qui habet à vicario adeptus fuerit prius possessionem, per d. c. si à sede, quod licet loquatur in collatione facta à diuersis collatoribus, non ab vno: tamen eadem est ratio in collationibus ab vno & eodem factis: vt iudicauit Senatus Paris. pro Petro Molin. contra quosdam alios, anno 1519. die xxix. Iulij.

Episcopus inquisit de titulo beneficiarum suarum concessis.

Titulus literis probatur.

Melior titulus prior, et qui dicitur melior.

Inter plures collationes que preferantur.

Collatio episcopi præuicarij.

Arestum.

Si verò ab vno & eodem, tunc si non possit de prioritare apparere per librum collationum, neutra valebit, argum. l. duo sunt Titij. ff. de testa. t. l. vide quæ copiosius scripsi in tracta. de pacific. possess. in xvij. limita. vbi abundè materiã d. c. si à sede, tractavi, & meliùs quàm alibi viderim traditam.

De parua data.

Cap. xxxvij.

*Parua data quid contine-
re debeat.*



MERVM quia parua data vsum habet frequentem, priùs eam tractare conuenit. Et sciendum est, quòd si hodie xv. Iunij. vacauit beneficium sancti Pauli Parisiensis, ego verò misi Romam, vt impetratur dictum beneficium per obitum talis N. die quo offeretur Datario ista vacatio: subscribet datarius, Datum Calendis Iulij, vel alio die: &c. † Et interdum iste libellus continens modum vacationis, nomen beneficij, & illius cui est conferendum, ac per mortem cuius vacet, duplicari solet, & datarius vnum apud se retinere, & alterum parti impetranti tradi: & solent quidam mensurari hanc parua datam exigere singulis diebus, quando sciunt aliquem morbo affectum, donec pars mittat verè, quo die ille mortuus fuerit: & considerata regula de verisimili notitia, quo die iure à Papa conferri potuit: & ab eo die pars assumit signaturam, & quia infinitæ fiebant super his fraudes: ideò statutum fuit Romæ de obuiandum his malitijs hominum, vt sequitur.

Supplicatio duplex pro vno beneficio nõ datur

Parua data post mensuram possunt vti.

Post annum in Francia parua data nõ extenduntur.

Extra curiam nõ mittuntur parua data.

Hæc sunt, quæ Romæ Datarius sub sanctissimi Domini N. beneplicito decreuit. Imprimis quòd deinceps nulla additio fiet registro: non concedetur supplicatio duplicata, dies supplicationis missa ad registrum non mutabitur, notario facultas extendendi consensum post lapsum tempus non dabitur, parua datæ penes Datarium seruata post mensuram vrentur.

Coadiutoriarum & egressum supplicationes semestri lapsolacera- buntur, qui datas partium obedientiæ datis Franciæ immiscebit, nullæ illarum expedientur: data in Francia post annum non extendentur, qui verbum, aut clausulas extra loca in supplicationibus posuerit, punietur: qui datas extra curiam mittet, punietur: qui supplicationes ex officio extensionis Datario inconsulto exprobrauerit, exulabit à curia. Die xvj. Decembris anno domini 1544. de mandato R. patris do. Datarij, vt fraudes quæ inter Ro. curiæ sollicitatores in eorum sollicitationibus, & præcipuè in paruis datis sepe duplicatis & triplicatis, resignationum & coadiutoriarum, ac aliarum expeditionum, in quibus cõsensus partium requiritur, reprimantur, & in melius reformatur, notum sit vniuersis ipsius curiæ sollicitatoribus & curialibus, qualiter deinceps nullæ parua datæ pro absentibus à dicta curia concedentur, aliàs quàm super mandatis, quæ infra quatuor menses extēdi debeant, & quæ nūc apud quoscuq; tam sollicitatores quàm curiales, tam super mandatis, quàm aliàs inuenientur, infra dictos quatuor menses extendantur, aliàs omni effectu

De signatura gratiæ.

129

ctu carebunt: & si presentata fuerit aliqua data ad extendendum aliàs quàm ordine prædicto seruato, nisi talis data fuerit inter personas in ipsa curia residentes, quæ infra mensuram, data in Italia etiam infra mensuram extendi debent, aliàs effectualiter lacerabuntur: similiter data beneficiorum vacantium aliter quàm ex silza ipsius domi. Datarij. extracta: & quæ penes partes, aut sollicitatores inuenta fuerit, non extendentur vterius, quæcunque supplicationum coadiutoriarum, & regressuum, accessuum, &c. nec non tam fructuum &c. quàm aliarum reservationum administrationum, ac stelli &c. † Alia de hac parua data reliquam pragmaticis curiæ Romanæ, & concessio Papæ à data huius parua datæ conscribetur, & ita fieri solet. & in regul. Alexandri Sixti continetur datarium secretum esse debere, vt collegij secreta non reuelet, nec collegam, aut alium, qui concessioni contradixerit: alioqui periurij & suspensionis pœna per mensuram à signatura incurrit.

Datarius secretus si alius puniatur.

De signatura gratiæ.

Cap. xxxviii.



NVNC Dicendum est de supplicatione, seu signatura gratiæ: & primò quid sit, quæ in ea requiruntur, & quomòdò signetur, & an probet, & de clausulis in ea contentis: & alia que supplicationem tangent, per singula verba, seu clausulas elucidabimus. † Primò dicemus quid sit signatura, vt à definitione proficiscatur institutio nostra, iubente Cicerone libr. officio. primo. facit l. j. ff. de iustit. & iure, saltem per modum descriptionis.

Signatura est scriptura in papyro conscripta à Papa, vel eius legato, absque sigillo, in medio scripta, partis supplicationem, pape que concessionem breuiter continens.

Signatura quid sit.

Primò dico, quòd supplicatio, seu signatura est scriptura: nam omnis supplicatio scripta est, nec posset probari, nisi per scripturam, cum ante scripturam non dicatur signatura, quia non est signata, nec signari id quod non est, potest: arg. l. decem, ff. de verb. oblig. Doc. in rubr. de constit. scripti in §. j. in verb. literas, de manda. Apostol. in Concor. † Et sic est vnus casus, in quo scriptura requiritur vltra cõscriptos per gl. in c. j. de censib. libr. vj. licet aliàs actus tantum valeat sine scriptura, quantum cum scriptura, l. pactum quod bona fide, C. de pact. fiunt enim de his scripturæ, vt quod actum est, per eas facilius probari possit: & sine his valet, quod actum est, l. contrahitur. ff. de pignorib.

Scriptura que requiritur in signatura.

Ratio est quare in gratia requiritur scriptura, quia est valdè difficile testibus deponere de omnibus, quæ in gratia continentur: vt docet Cardi. in procem. clem. §. sanè, q. v. prout refert Fel. in rub. de constit. co. iij.

† Vbi limitat in tribus casibus: primus est in probanda qualitate gratiæ

per tex. in ca. auditis, de restitu. in integ. gl. sing. in ca. duobus; de rescriptis. lexio, & in c. si à sede; de praeb. ibidem. ubi gratia prioritas per testes probari potest.

Secundus casus est in foro cōscientia: potest enim quis uti gratia, etiā sine literis. Abbas in cle. dudum, in fi. de sepultu. post gl. ab. incipien. verbo scripsi, in interpretatio. c. postulastis, de cleric. ex com. minist.

Tertius casus est, quando igitur de probando tenore gratia, cuius litterae sunt perditae. c. olim, de privileg. tex. in l. sicut. ubi Bart. C. de fide instru. l. restitum. in fi. ibid. alios casus scripsi in Concordat. in glo. literas, de manda. Apostol. & sic oportet prius factam esse scripturam, ante quam dicatur signatura, quae si postea amissa fuerit, probari per testes poterit, vel per sumptum extractum ex libro signaturarū Romae, quod probatur ut inferius dicam.

Secundò dico in papyro conscripta, ad differentiam bullae: quia regulariter supplicationes & signaturae solent in papyro describi, non in membrana, sicut bulla & iste est curia Romanae stylus, qui servandus est: c. ex literis, de constitu. facit c. cum dilecta §. nos igitur, de confir. ut l. ab. cum fuerint non in pergamento, sed in papyro conscripta.

Tertio dicitur à papa, vel eius delegato subscripta, quia signatura non dicitur, nisi signata sit & subscripta, & eò dicta est quod signetur, id est, subscribatur: ut inferius dicitur in eius prosecutione.

Et quamvis de iure civili signare sit signum imprimere, sigillare, ut dixi in l. subsignatum. ff. de verb. signifi. de iure tamē Canonico, in quo versamur, potissimè capitur pro subscribere, idè signatura dicitur à digniori, id est à signo papae, & si à partis petitione voces, dicitur supplicatio: quia pars in ea supplicat: idè rectè vocatur supplicatio, & Latine: pragmatici tamen curia Romanae signaturam vocant, à nobiliori.

Nec dicitur simpliciter subscripta, sed in medio, & statim à partis petitione signari solet: sed papa postea declarat quae concedere intendat: inferius dicitur, & apparebit in forma signaturae.

Quarto dicitur absque sigillo ad differentiam brevis, quod in papyro frequenter datur, sed sigillū (quo decoratur) anulū piscatoris vocant, ut inferius dicitur in materia brevis, eò quod piscator, videlicet diuus Petrus primò vltus fuerit illo sigillo.

Quinto in diffinitione dicitur, partis supplicationem continens: nam solet pars dicere, Beatissime Pater supplicet &c. cū ecclesia, &c. & solet pars primò supplicationem suam inferere, & postea Papa solet addere, fiat, ut petitur: vel concessum, ut petitur: & postea solent describi summam omnes clausulae in bulla ponendae, ut inferius apparebit in forma signaturae.

Sextò, papa quae concessione continens, ergo necessariò signatura debet continere partis supplicationem, papa quae signum, concessione, vel sui delegati, aut vicecellarij: sed cum ipsi nomine papae expediant, dicitur papae concessio, per regu. qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

Signatura in papyro conscribi solet, bulla in membrana.

Supplicatio quae dicitur signaturae.

In medio subscribi solet signatura.

Supplicatio non est sigilla.

Continere quid debeat signatura.

detur, de regu. iur. in vj. concessione quae expressione, quam dispositionem vocant, ac datam ultra continere dicitur. Aegid. Bellamera decisio. 1056. conclusio.

17 Quare vocetur signatura? Respon. quia à Papa, vel eius commissio signari solet: & dicitur signatura, quasi scriptura signata, id est, subscripta ut in l. subsignatum ff. de verb. signifi. & ibi scripsi: si ergo recusetur, & non signetur, non dicitur signatura: priuatio praesupponit habitum, sicut positio e. ad dissoluendum, de desponsa. impuber.

18 Item inferri potest, quod si papa concedat motu proprio absque partis supplicatione, non poterit dici signatura: quod est verum, si nullam narrationem contineret, aliàs secus: nam potest esse supplicatio, & tamen Papa motu proprio concedat. Bald. asserit in capitu. nisi, col. j. de offic. delegat. scripsi in glo. motu proprio, in forma manda. in Concord. & inferius dicitur: sed oportet supplicationem partis precedere papae concessione, alioqui non esset concepta secundum curiae Romanae stylum, & sic non valeret.

19 Item cum Papa semel signet eam, non debet concedi supplicatio duplicata, quia in vtraque requiretur signum papae, quod non solet poni, nisi in vna: & hoc seruari tempore papae Pauli ij. in curia Romana solebat: ut superius etiam dixi fuisse prohibitum hodie per datarium: & non videtur duplicatam signaturam, nisi contineret diuersas impetrationes.

20 Item signatura falsa, non signata ab eo, à quo debebat signari, sed ab alio non meretur dici signatura: quia denarius falsus denarius non est. glo. in l. omnes. C. de heretic. l. eleganter §. qui reprobus. ff. de pig. act. scripsi in l. Paulus. ff. de verbo. signifi.

21 Secundò quarto, quae requirantur in supplicatione. Respon. sequentia. Primò partis supplicatio, quae durat usque ad concessum, vel fiat. & pragmatici Romani vocant illam partis petitionem, corpus signaturae, de quo inferius loquemur: quia sunt termini decanorum curiae Romanae in hac materia, idè illis vtar, ne materiam confundam.

22 Secundò subscriptio papae, seu commissi in medio facta, non in fine, ut regulariter in aliis instrumentis solet fieri. l. hac consultissima. C. de testat. & superius dixi in materia tonsurae. Hic tamen papa in fine petitionis partis concedit, ob id ponitur concessum: verum quia interdum non omnia conceduntur, idè papa opponit ea quae concedere vult.

23 Tertio ponitur concessio papae declarationi, & cum absolutione à censuris, &c. nam quod papa simpliciter concedit, dicendo fiat, ut petitur, vel concessum ut petitur, postea exprimit, quae concedere velit: & hanc partem vocant practici dispositionem, seu clausulas, ubi papa conscribit illas clausulas, quas concedere cupit.

24 Ponitur data supplicationis & concessio, ibi, datum &c. & ut signaturae forma possit melius dignosci, hanc nunc oculis subiicit, ut Imperator in §. si. de gradib. cogna. in Institu. arboris graduum consanguinitatis arborem seu formam.

Signatura cur vacans.

Signatura motu proprio concessa an sic vo. ar. possit.

Duplex signatura in diuersis impetrationibus non datur.

Requisita signaturae.

Corpus signaturae & dispositio qua dicitur.

Forma signaturæ simplicis prouisionis
eiusque expositio.

*Corpus si-
gnaturæ seu
paris suppli-
catis.*

BEATISSIME Pater, suplic. humil. S.
V. deuotus illius orator Ioan. Balliui, cleri-
cus Magalonensis, seu Montispefulani Diocē-
cesis V. I. D. Cū itaque parrochial. ecclesia sancto-
rum Iuliani & Barralicę loci de Balhanicis eiusdē diocē-
ce. Montispef. per obitum quondam Ludouici Baliui
extra R. e. cur. defuncti vacauerit, & vacet ad præsens,
quatenus sibi specialem gratiam facien. paroch. eccle-
siā huiusmodi, cuius fructus & c. xxiiij. duc. au. de ca. se.
com. ex. va. an. non cedunt siue præmissis, siue alio quo-
uismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per
liberam resignat. d. Ludo. defuncti, vel cuiusuis alte-
rius de illa in R. o. cu. vel extra eam, etiam corā notario
publ. & testib. spon. fact. aut per constō. execrabil. seu
affectationem & c. aut incapacitatem seu inhabilitatē
cuiuscunque personę aut prouisione quauis, etiā A post.
autoritate facta, nulla & inualida existen. vel aliā va-
cet, etiā si deuol. affect. specialiter vel generaliter, vel
aliā ex quauis causa, etiam disposit. vel conditionaliter
exprimē. generaliter referuat. aut litig. Cuius lit. status
& c. existat. eid. Ioan. Balliui oratori conferre. & de illa
etiam prouidere dig. de gra. spāli, non obstan. præmis-
sis ac generalis conceili, & quibusuis aliis Apostolicis,
necnon prouincialibus & synodalibus constitutio. &
ordin. ac statut. & c. etiam iuramento & c. roborat. pri-
uilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibus-
uis ecclesiis, monast. locis, ordinib. & personis conces.
& c. ceterisq; contrariis quibuscunque, quibus & illo-
rum tenoribus pro hac vice derogare placeat cū clau-
sulis opportunis, & consuetis.

*Subscriptio
Pape seu cō-
missi eius,
vel delegati.*

Conces. vt pet. in præsen. D. N. PP. G. Cassat. Card.

E T

Formula signaturæ simplicis, eiusque expof. 133

E T cum absol. à cen. ad effect. & c. Et quod obstan.
oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in
parte exprimi possint, nec non verus valor & vacatio
nis modus etiam si de illa quæuis generalis referuat. *Dispensatio
seu clausula,
vel ad paritē*
etiam in corpore iuris clausa, præterquam per obitum
apud sedem resultet, & quatenus litig. lit. stat. ac me-
rita causæ & caussarum, si quæ sint, ac nomina &
cognomina, gradus & qualitates iudicum, & colliti-
gan. seu se molestan. habeantur pro expressis, seu in
toto vel in parte exprimi possint, in literis latif. exten. *Concess.
Cassat.
Car.*
Et cum clausula, Quamcunque generalem referua-
tionem importan. ex quauis causa, etiam dispositiue
vel conditionaliter in literis exprimen. Et cum clau-
sula gratificationis & c. Et quod literæ in forma pro-
uisionis gratiosæ simplicis seu nouæ prouisionis, vel al-
terius subrogationis, etiam quoad possess. & gratiæ si
neutri, si nulli, si alteri, perinde etiam valere, aut alia
dicto oratori utiliore via, & cum derogatione præmis-
sorum ac aliorum quorumcunque quomodolibet
contrariorum, ac regulæ de annali possessore, nec non
iuris patronatus, quatenus de illo existat. Etiam si lai-
corum nobilium & illustrium personarum, etiam ex
fundatione, vel dotatione cōpetat in toto, vel pro par-
te, & de speciali ad vitam & c. Et quod præmissorum
omniū & singulorum denominationū, nominū & co-
gnominum, qualitātū, annexorū situationis fruct. de
augendo & diminuendo, ordinum, dependentiū, diocē.
aliorūque circa præmissa necessariorum maior, ve-
rior seu amplior expressio, seu specificatio fieri possit,
in literis latif. extendenda cum derogatione statu. pri-
uileg. indul. & literar. Apostolicarum & c.

Datum Romæ apud sanctum Marcum.

Non. Martij, anno primo. m



ROMA huius supplicationis respicit simplicem prouisionem: bullæ verò forma inferiùs conscripta pertinet ad nouã prouisionem: & vtranque declarabo inferiùs in forma nouæ prouisionis, & formam vtriusque inserere volui: vt ambe melius intelligantur: quia pauci noscunt differentiam inter nouam & simplicem prouisionem, quam dicam inferiùs in declaratione bullæ.

*Papa multa
habet nomi-
na.*

Beatissime &c. Vocare possumus papam multis nominibus, vocatur enim beatissimus hîc, & in ca. in nomine, xxiiij. dist. etiam dicitur Romanus pontifex, in c. si gratiosè, de rescri. lib. vj. in c. j. de consti. ibidem dicitur etiam Pontifex maximus. c. clericos. xxj. dist. in §. Pontifex. dicitur etiam summus pontifex: vt in cle. fi. de sent. excõ. & in c. pastoralis, de priuileg. aliquando papa: vt in c. victor, xvij. dist. c. si papa, de priuileg. in vj. aliquando dicitur sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus magnæ Romæ: vt xxj. dist. c. in tantum. Et imperator vocatur sanctissimus in l. Titia. ij. §. fi. de leg. ij. aliquãdo simpliciter episcopus, c. saluator. & c. ex multis. j. q. iij. & beatissimus est papa si bene præsit, alioqui infellicissimus in redditionis ratione, quã Deo optimo in fine præstare tenetur: & quãuis à iure vocetur multis nominibus, vt scripsi, tamen de stylo curiæ Romanæ in signaturis gratiæ apponi solet beatissime pater &c. vel sanctissime pater, & de hoc scribitur Psal. ciiij. Constituit Deus hunc dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, ac constituit eum super omnes principes, Daniel. ij. c. de quo plura scripsi in præm. Concorda. contra hæreticos.

*Omnes filij
Papæ vocã-
tur, & qua-
re.*

Pater, Dicitur cura & honore, quia cura m omnium habere, & ei omnes honorem impartiri debent, teste Bonifa in proce. Clem. nam pot. uam Deus est pater omnium & creator. c. j. de summa trinit. & sic omnes sumus filij eius, ad Galatas ij. capit. omnes filij Dei estis per fidem: ob id papa eius vicarius vocat omnes suos filios: & omnes fideles vocant eum patrem, c. quã grati. de crimine fal. alioqui rescriptũ nullum esset, quia non esset secundum stylum curiæ Romanæ conceptum: vt ibi. & scripsi in forma man. in prin. in verb. dilectis filiis, in Concord. hæretici verò cum diaboli filij sint, patrem illum colunt, & summum pontificem cõtemnunt, & sunt ab omnibus etiam contempti: sed eos cum sua pertinacia & infidelitate relinquamus, orantes vt Deus eos illuminare per suam misericordiam dignetur, vt videant opera sua mala, & conuertantur ad dominum.

Supplicat, Qui humiliter peccatur & cum reuerentia: & quidam dixerunt hoc verbum referri à minoribus ad maiores,

*Supplicatio
humiliter sic
vi debet, &
petenti pro-
desse & alij
non obesse.*

sed adhuc subiicitur declarationis causa, Supplicat humiliter. nã supplicã humiliter, facillè obtinet, quæ petit: qui a humilitas Deum ipsum etiam placat. c. quicumque. xxvj. q. v. & mandatum Papæ debet humiliter executioni mandari. c. cum contingat. §. j. de rescrip. de supplicatio- ne scripsi in tracta. de supplica. in j. tomo Constitut. Reg. ideo alia hîc non

non inferam, nisi quod supplicatio continere debet, vt petenti proficit, & alij non obfit, l. rescripta. C. de præcib. Imperat. offerend. tamen licet alij obfit, si papa concedat, hoc valet dummodò ius quæsitum non tollatur, infra constat.

S. V. Id est, sanctitati vestræ: quis enim cum sanctissimum dubitet, quem apex tantæ dignitatis atollit: c. non nos. xl. distinct. & intellige quòd est nomine sanctissimus, & qualitate: sed interdum quidam pontifices affectionibus & perturbationibus mouentur, & caro & sanguis multa reuelat eis, quia homines sunt: vt dixi in proce. Concord. in verb. sanctissimo. & hoc nomen maximè Papæ conuenit tanquã præcellenti. ad Hæbreos vij. c. talis enim decebat, vt nobis esset pontifex sanctus, innocens & impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.

*Sanctus Pa-
pauocandus
& quamo-
brem.*

Ergo papa sanctus esse debet, tum quia sanctam debet seruare vitam, quam fide est professus. Ecclesiast. xlv. cap. in fide & lenitate istius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne: tum quia sanctum exequitur officium, adhuc quia sanctum membrum sancti capitis Christi efficitur, tum etiam quia à sancta nutritur ecclesia, & sancto spiritu suggerente domino famulatur. Et præcipitur Leuiti. xix. Sancti estote, quia ego sanctus sum. vide xv. condiciones sanctorum per Barcho. in verb. sanctus, & in c. tenere, xxxj. dist. vbi Archid. exponit sanctum pro mundo & puro, & per literas sic scribi solet S. V. non extensè sanctitati vestræ, ad vitandum falsum: vt is qui postea voluerit fabricare signaturam, desistat, & vt breuiùs conficiatur: & si signatura extensè fuerit scripta, sic sic sanctitati vestræ suspecta præsumitur: quia non est concepta secundum stylum curiæ Romanæ, quem obseruare iura præcipiunt. c. quã graui, cum similibus, de crimi. fals.

*Signatura
nõ scribitur
extensè.*

Vestræ. Dicitur causa honoris: vt in simili dicit glo. in l. j. in princ. ff. de superficieb. & in l. vna, C. vt posside. nec valeret signatura, si in ea scriberetur sanctitati tuæ, quia ab stylo deuia esset: nec hic exactam dicendi rationem exquirimus, sicut apud rethores, nec ista latinitas corrumpet signaturam, sicut de bulla dicitur inferiùs, per c. ad audientiam, j. de rescrip.

*Honoris
causa excen-
satur signa-
tura.*

Deuotus illos oratur. Id est, deditus, addictus sanctitati vestræ. sed in quo est supplicans ante gratiam papæ addictus? Respond. filij nomine obligati sunt patri: sic & quilibet christianus Christo & papæ eius vices gerenti: ob id dicit, deuotius vester, id est deditus vestræ sanctitati, tanquã verus obedientiæ filius: vt scripsi in proce. Concorda.

*Deuotus
quis dicitur*

Deuotus vocat Imperator gentem fidelem, & deditam & obedientem, in l. à legatis gentium deuotarum. C. de vectigal. & in l. deuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus, de meta. lib. xij. omitto alios modos, quibus accipitur hoc nomen: de quo in tracta. de verbor. signific. dicam.

Orator quis

Orator. Id est, procurator: orat enim supplicado, vt gratiam ei Pa- pa faciat: & dicitur in Euangelio, quacunque orantes pe- ritis, credite, obtinebitis: orare ergo debemus si quicquam obtinere ve- limus. & Iacob. v. scribitur. Orate inuicem, vt saluemini. capitulo final. xxxvj. distinct.

Alio modo orator dicitur legatus, seu qui ornatam orationem habet: vt docet Lucas de Penna, in rub. de legat. col. j. lib. x. C. vel orator dicitur vir bonus, & dicendi peritus: vt dicit Quintilia.

Nomen & co- gnomen in pe- titione inferi- da, & instu- petendum.

Ioannes Baliui. Nomen petentis, & cognomen in supplicatio- ne inferi debet, vt illi possit concedi: nam opor- tet quod exprimat is, qui petit: sicut dicitur de libello, in capitul. j. vbi gl. & Docto. de libelli obla. & in l. j. ff. de edend. & omnis qui petit, acci- pit a Deo, vt est in Euangelio. non tamē semper Romæ a papa si iustum non sit, quod petit, sed petentibus dicitur, melius facient, si se sumptibus inanibus non vexent, l. j. ff. de inoffic. testam.

Clericus ex- primendus in- impetratio- ne & quomodo cognoscatur.

Clericus. Hoc est exprimendum in impetrationibus beneficio- rum. c. cum adeo, de rescript. & si quis mentiatur se esse clericum & non sit, non valebit impetratio. cap. ex literis, de transact. & cognoscitur clericus in tonsura, cle. ij. de vita & honest. cler. & in habitu, c. clerici. de vita & hone. cleri. atque in qualitate negotiorum: quia cleri- ci debent negotiis spiritualibus inuigilare, nō secularibus, rubr. ne cleric. vel monach. parum hodie differunt quidam ab aliis laicis, ne dicam a lenonibus & latronibus, tibi alia seu caligas habent laceratas, seu parti- tas & diuisas, sicut habent mentem diuisam, & moniti non debent gau- dere priuilegio clericali, cle. j. & ij. de vita & honesta. clerico. & ideo im- petrans dicit se clericum, quia laicis beneficia non sunt committenda. c. decernimus, de iudic. cap. ij. de inst. d. c. cum adeo.

Diocesis in- impetrationi- bus est expri- menda, & pra- mitienda.

Magalonen. seu Montispeffulani. Exprimi enim debet cui- ius sit diocesis, qui petit, id est, in qua diocesi natus sit: quia cuilibet papa in sua diocesi pro- uidere intendit. ca. neminem. lxx. distinct. & pramittitur sic, Maga- lonen. diocesi. non diocesis Magalonen. iuxta stylum: qui stylus pro- batur in c. venerabilis, de confirmatione utili. & dico Magalonen. seu Montispeffulani: quia olim sedes erat in insula Magalone: verum quia fuit translata in Montempessulanū anno domini 1536. eod. dico, seu Mon- tispeffulani: sufficeret tamen dicere Montispeffulani ratione translatio- nis: & si Papæ mandet prouideri Petro Montispeffulani, vel Aureliā. scho- lastico, licet ibi studeat, si non ibi duxerit originem, non debetur be- neficium illi, licet ibidē Petrus studeat: quia facilius prouidet papa oriū- dis, quam aliis. c. neminem. lxx. distinct. l. in ecclesiis, C. de episcopis & cler. hoc docet Fel. in c. significantem, col. vlt. de rescrip. quia dum dico Aure- lianē. intelligitur origine. tex. in l. sed & reprobari §. amplius. ff. de exc. tut. iuncta gl. in ver. Commanens, id est, de Comane. scribit Fel. in c. Ro- dulphus, de rescr. & ego in l. ij. ff. de verb. signifi. licet extra impetratio-

Scholasticis Paris. an in- telligatur de originario, vel de studē- ne tantum.

nes ferē si papa loquatur de scholasticis Paris. intelligat tam de origina- riis, quam de extraneis Paris. studentibus, per tex. in c. ex literis, de const. c. quia de procurator. c. j. de locat. scripsi in scholastico. priuile.

Item non solum debet exprimi cuius diocesis sit clericus, verum v- triusque iuris doctor, vel etiam si sit scholasticus, ad mouendum & inci- tandum papam, vt maiorem gratiam illi faciat, tamen doctor, vel scho- lasticus non tenetur exprimere illam qualitatem quoad hoc, vt si non exprimat, sit subreptitia impetratio: quia ea quæ reddunt difficiliorem papam ad concedendum, necessario exprimi debent; non autem quæ eundem faciliorem reddunt, c. postulasti, de rescrip. Fel. in c. in nostra. ibidem. & Doct. in c. vlt. de presumpt. Ioan. de Selua in tract. de bene- fic. in iij. parte. q. xij. scripsi abunde in forma manda. in verb. pro expres- sis, in Concord.

Doctor. vel scholasticus an exprimi debeant.

Exprimitur etiam ecclesia parrochialis, aliās impetratio tanquam sub- reptitia non valeret, c. cum in illis, de præb. lib. vj. vt scripsi in forma man- dati, in verbo parrochialis abunde.

Ecclesia par- rochialis in- impetratio- bus exprimi- debet.

Sanctorum, &c. Item exprimi debet nomen sancti, in cuius ho- nore est ecclesia fundata, capi. quamuis, pri-

Nomen san- cti primariū exprimeū- est, non om- nino.

mo, vbi glo. & Doct. de præb. lib. vj. & si in honorem plurium fundata sit, illi etiam sunt exprimendi: nam quod in vno dicitur, & in pluribus habet locum, l. j. ff. quod cum fals. tut. l. singularia. in fi. ff. si cert. pet. Feli. in c. significante, col. j. de resc. non tamen debent exprimi omnes sancti, quorum corpora iacent in ecclesia, vel in quorum honorem constru- cta sunt altaria: sed illi tantum: in quorum honorem primaria ecclesie erectio facta fuit: nisi primaria erectio immutata fuerit: tunc nominatio communis erit facienda pro tempore, vt scripsi in tractat. nominatio. q. xiiij. numer. 40.

Loci de Balianissis. Ergo debet exprimi locus, vbi situm est beneficium vacans, aliās incertitudo vi- tiaret prouisionem: capitul. ij. de electio. in vj. l. ita fidei, ff. de iure fisci nisi diceretur quod maior, & verior fieri possit expressio: vt inferius diceretur.

Locus bene- ficij est in im- petrationi- bus exprime- dus, & dioc- esis.

Eiusdem diocesis Montispeffulani. Et sic exprimi debet etiam diocesis vbi situm est beneficium: quia papa facilius prouidet indigenis, quam exte- ris. tex. in capitu. ij. lxx. distinct. l. in ecclesiis, C. de episc. & cler. dixi in trac. de paci. poss. num. 217. si tamen fuerit error in nomine diocesis, vbi sitū est beneficium, ille non vitiat impetrationem, secus in errore proprie diocesis impetrantis, argu. l. fin. C. de hered. inst. vbi non debet quis esse tam stultus, vt nomen suum, vel diocesis suæ ignoret: & hoc docet Feli. in d. c. significante, col. ij. de rescrip.

Error in di- ocesi an vi- tiat impetra- tionem.

In dispositione tamen signaturæ nulla fit mentio, quod beneficium sit talis prouinciæ Narbon. vel alterius, nec diocesis: sed solum in cor- pore signaturæ: quia satis expressum fuit in partis petitione: ideo non

est iterum exprimendum in clausulis: & hoc nos docet stilus curiæ Romanæ, qui ex inspectione formæ signaturæ apparet.

*Omissio di-
ocesim an
quando non
vitiis impe-
trationem.*

Nota tamen quod si aliquis petit in supplicatione sibi prouideri de beneficio Paris. diocesis. & non expressit diocesim suam non impetrans sit eiusdem diocesis, in qua est situm beneficium, tunc in bulla exprimi poterit, talis N. clericus Pari. diocesis. si verò alterius fuerit diocesis, non poterit, ideò non valebit impetratio. gl. & Doct. in c. si proponete, de rescri. nisi gratia motu proprio facta esset, vel pro familiari papæ scriptum fuerit tunc etiã si esset alterius diocesis. exprimeretur, & hoc ex mente papæ præsumpta, qui vult suam gratiam ampliari propter motum proprium, & in gratia familiarum suorum. capit. si motu proprio, de præb. lib. vj. scripti xl.

*Casus in qui-
bus supplica-
ri potest dioc-
esis.*

& ultra effectus motus proprii in forma mand. in Concord. in verb. motu proprio. si tamen in signatura esset clausula. quod maior expressio fieri possit diocesis, & aliorum, &c. tunc valebit impetratio, & in bulla suppleri poterit diocesis impetrantis. & nota hos tres casus, in quibus valet impetratio, quamuis diocesis non sit expressa impetrantis.

*Expressio
vnuvacandi
modo alius
non venit.*

Per obitum N. quondam vltimi possessoris extra Romanam curiam defuncti vacauerit, &c. Nota quod si vnus vacandi modus exprimat scilicet per obitum, non venit alius vacandi modus. c. si sceptrum, de rescrip. lib. vj. ideò non debetur id beneficium vacans per resignationem: vt infra dicitur.

Item per obitum vacare dicitur: quia beneficium non vacans conferri non potest, nec debet capitul. primo & secundo, & per totum, de concessio. præbend. Imò qui sufficiuntur in locum viuorum, sunt communionem priuandi, dicto capitul. primo, & in regul. Cancellæ. & inferius dicam fusius in tertia parte tracta. de improbata beneficij viuentis impetratione.

*Obitus no-
mine mortis
uiliis nō con-
tinetur.*

Et quamuis mortis nomine veniat & mors ciuili & naturalis, l. Galus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis, glo. in d. c. susceptum. tamen obitus appellatione non venit mors ciuili, sed tantum naturalis ideò non deberetur beneficium impetranti vacans per resignationem. l. fina. C. de silentiar. lib. duodecimo. cap. primo, xxiiij. quæstione prima. inferius tamen exprimitur vterque modus vacandi, vt sequitur: nam obire mortem, vel obire diem dicimus, quasi ire ad mortem, vel ad diem facti extremum: & Canonum professores vtuntur termino obitus, & pragmatici Romanæ curiæ. Sic & Imperator in l. fin. C. solu. matri. ac Vlpianus iurifcons. in l. 3. §. Pompo. ff. de minor.

*Diocesis
ecclesia in
qua est situm
beneficiū ex-
primi debet.*

Aduertendum est, quod si beneficium impetretur, quod est per se, tunc debet dici in bulla, *Cum itaque, &c. Ecclesia sanctorum Iuliani, &c.* vt superius expressum est: sed si beneficiū situm sit in aliqua ecclesia, tunc debet exprimi, non solum in cuius est diocesi, sed debet dici cum itaque, &c. quoddam simplex beneficium, ac perpetuum in ecclesia S. Marcelli

Marcelli existens, & in diocesi. Paris. &c. aliàs bulla esset rescribenda: vel præsumeretur contra eam, quia contra stylum curiæ Romanæ, vt superius scripti: nec valeret, si non transcriberetur impetratio, si a parte opponeretur.

Quondam. Est aduerbium temporis, & attribuitur ferè mortuis, & significat hic tempus præteritum, gloss. in l. quod si olim præteritū est præsens vt docet gloss. in l. §. j. ff. de noui oper. nuncia. de dictione olim, scribam in bulla inferius, vide Corset. in sing. incipien. instrumentum, plenè Barba. in c. in præsentia, col. iij. de probationib.

*Quondam,
& olim præ-
teritū est præ-
sens vt
sens tempus si
gnificant.*

Ludouici. Exprimendum est nomen, & cognomen defuncti simpliciter, qui possedit beneficium: sed si ignoratur cognomen nomen tamen illius exprimas, & non erit propterea subreptitia supplicatio, dummodò sit expressum nomen beneficij, quia non est incertitudo: etiam poterit suppleri per clausulam, & quod maior &c. de qua inferius.

*Nomen &
cognomē de-
functi possit
fors quado
omitti possit.*

Et error in expressione nominis defuncti non vitiat acceptationem nec impetrationem, si de corpore beneficij impetrati constet, vt docet Fel. in c. significanre, col. j. de rescript.

*Error nomi-
nis defuncti
an vitiat im-
petrationem*

Si autem ignoretur nomen defuncti possessoris & cognomen, scribas per mortem N. illius vltimi possessoris &c. & ita ponas. N. punctuatum, & sufficit, & denique ponas in fine signaturæ clausulam, & quod nomen & cognomen illius vltimi possessoris in confectioe literarum exprimi possit, & sic in bulla exprimeretur, & valebit impetratio, vt doc. no. in c. eum M. de const.

*Cautela quā-
do ignoratur
nomen & co-
gnomē defun-
cti possessoris
beneficij.*

Extr. Roma. Cur. defuncti, &c. Id est, extra Romanam curiam mortui: & debet exprimi, quod intra Romanam curiam vacauerit: nam beneficia in curia vacantia reseruata sunt prouisioni papæ, vnde nullus alius potest illa conferre intra mensem a die vacationis computandum, c. ij. & iij. de præb. lib. vj. Ideo papa vt suis prouideat domesticis, & famulis, difficilius prouidet de his, quàm de aliis extra curiam vacantibus, vnde opus est hoc exprimere, aliàs impetratio non valebit, si beneficium vacauerit in curia, vt in d. c. ij. & curia dicitur ibi esse, vbi est papa, non vbi est cancellaria. glo. & doct. in d. c. ij.

*Exprimēdū
quado in cu-
ria vacat be-
neficiū.*

Etiam in curia censentur vacare beneficia morientis intra duas dietas legales, per c. præsentem, de præb. lib. vj.

*Reseruationes
non ex-
presse nō con-
tinentur.*

Et si in corpore signaturæ fiat expressio vnus reservationis, & in clausulis conditionalis clausula sapiens reservationem generalem ponatur, non comprehenduntur aliæ reservationes, quàm expressæ: vt dixi in forma mandat. in Concorda. quia clausulæ vnde eliciuntur reservationes, vel elici possunt, debent exprimi, aliàs non venit reservatio, imò talis signatura debet esse signata per duplex fiat, id est, in corpore, & ad

patrem: vt vidi in quodam libro Cancellariæ Romanæ conscriptum alias beneficia reseruata non debentur, maximè quæ in curia Romana vacant.

*Præteritum
excludit præ
sens.*

Vacauerit, & vacet ad præsens. Ideò ponitur ad tollendum dubitationem, quia præteritum excludit præsens. l. si quis. ff. de iurisd. omni. iudi. & Virgilius, Fumus Troës, fuit. l. i. ff. de iurisd. omni. iudi. & si olim vacauit, nuuc non vacat, sed papa dicit, & vacet ad præsens: vnde cum non vacet, conferendum est beneficium vacans, capitul. j. & per totum, de concession. præbend. sed de præterito præsumimus ad præsens, cap. scribam, de præsumpt. l. siue possideris. C. de probatio. de his scripsi in l. verbum oportebit, ff. de verborum significatione.

*Clausula spe
ciali gratiam
facientes
&c. & speci
alibus gra
tiam prosequi
dñi &c. diffi
runt.*

Quatenus sibi specialem gratiam facientes, & cætera.

Hæc clausula solet apponi, quando papa de beneficio prouidet, & in gratiis prouisionum.

Sed quando dispensatur ad plura beneficia: & sic in dispensationibus apponi solet clausula ista, quatenus ipsum specialibus fauoribus & gratiis prosequentes &c. & specialis gratia dicitur, quando papa de vno, vel pluribus beneficiis vni prouidet: gloss. & Docto. in ca. relatum, de præb. dicitur in bulla dispensationis inferius in ij. parte.

Parochialem ecclesiam huiusmodi, & cætera.

*Declaratio
rec. significa
tionis.*

Intellige, dignemini conferre, & de illa prouidere: quod est in sine petitionis ferè huius supplicationis: & sic in effectu petitio est, quod cum parochialis ecclesia sanctorum Iuliani &c. vacauerit, & nunc vacet, supplicat talis N. vt dignemini illam ecclesiam parochialem sibi cõferre, & de illa prouidere, clausula longa est: ideò difficilis quibusdam ad intelligendum, cum multa sint verba intermedia: sed iste est stylus scriptorum curiæ Romanæ, & maximè literarum papæ.

*Valoris ex
pressio ad
xxiiij. duc
tos quare in
Francia fiat*

Cuius fructus, & cætera. Sic solet extendi hæc clausula, cuius fructus, redditus, & prouetus, xxiiij. duc. auri de camera secundum communem æstimationem, valorem annum nõ excludat. Certum est, quod valor beneficii secundum quod communiter valet, exprimi debet, cle. j. vbi glo. de præb. & in regula cancella. lxj. vt annata papæ soluatur: vt est in tit. de annat. in Pragmat. sed in Francia nos solemus exprimere æstimationem valoris beneficii ad xxiiij. ducatos: nam si non valet triginta ducatos, non datur annata: ideo ad illam vi tandem exprimitur hic valor xxiiij. ducatorum, & de hoc dicã inferius in clausulis, quod verus valor exprimi possit, &c.

*Æstimatio
communis in
spiciunt.*

Item additur secundum communem æstimationem: quia communis æstimatio attenditur, l. pretia rerum: in fin. ff. ad legem Falcidiam, §. siua. de mandat. Aposto. in Concordat. facit. clement. vi. de decim. dixi de nominationibus in tract. nomination. q. ix. numer. 37. & in §. volumus

mus, de coll. in Concor. nam licet vno anno plus valuerit beneficiũ, non attenditur, valor illius anni, sed quod valet communiter, & deductus oneribus: vt plenè docui in d. tract. nominat. q. ix. & in interpretatio. l. vnice, C. de sententis, quæ pro eo quod interest. in verbo, subtilitatem.

Siue præmissio, siue alio quouis modo vacet &c.

Sicut supra dictum est, vno modo vacandi expresso, non venit alius. d. c. susceptum, de rescript. in vj. Ideò dicitur hic, siue præmissio, siue alio quouis modo vacet: & tunc omnis vacationis modus venit, per tex. in d.

2. c. susceptum. † Cautela est ergo vt hæc clausula apponatur, vt docet Socin. consi. xxxij. ex his, colum. v. in j. vol. post decis. Roq. j. si mandetur de resc. in no. nam dictio, quouis modo, omnem denotat modum, siue directum siue indirectum, principalem vel accessorium. gloss. in d. c. vt inquisitionis §. prohibemus, de heret. libr. vj. Dom. consi. xxix. licet, col. ij.

3. Etiam. † si iure deuoluto. Cass. in decis. v. de præb. nisi per mortem alterius personæ vacaret: vt inferius dicitur. vide quæ scripsi in forma mandati. in verb. aliam quamcunque, in Cõcor. † Tamẽ non cõprehenditur modus fictus, vt pote per regulam cancell. de infirmis resignantibus: vt plenè scripsi in tract. resignat. infra in eadem regula, nisi vacaret per obitum tempore impetrationis, & tunc comprehenderetur: vt ibi.

5. Iste clausulæ si non peteretur à parte, non darentur, siue præmissio, siue alio quouis modo &c. seu per constitutionem execra. vacet, ac specialiter reseruatum, inter alios litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit: vt est in regu. cancel. Inn. Papæ viij. reg. lxij. Ideò debet esse cauta pars vt in petitione hoc inscribat, si illud velit obtinere, sed si petantur, facile Papa concedit.

6. Vnde cum hæc clausula quouis modo, omnem contineat modum, quamuis alius impetrans verum expresserit modum, non præferetur isti si posterior in tempore fuerit: quia per primum est expressus vetus vacandi modus in genere, per hanc clausulam: vt est in glossa. d. reg. cancell. lxij.

7. Limitatur, quando vnus vacandi modus tantum esset expressus in bulla, & in executoriis literis omnis modus, vel ista clausula, quouis modo certe per hoc non veniret alius modus, quam in bulla expressus: quia literæ executoriæ non ampliunt gratiam, per tex. in no. in clement. j. in fi. de præbend.

8. Nec etiã valeret impetratio, si non exprimeretur vnus saltem vacandi modus, sed diceretur per modum in cancellaria Apostolica exprimendum: vt est tex. in regula cancellariæ xlv. & si aliquis sic impetraret & haberet signaturam, non expediretur postea bulla: vt ibi cautum est: facit c. cum in illis §. ij. de præb. lib. vj.

9. Si autem impetretur beneficiũ hodie creatũ, non solet tũc apponi hæc clausula, quouis modo &c. sed dicitur in bulla, beneficium prædictum sic

*Quouis modo
de dicto, om
ne modũ va
candi conti
net verũ, nõ
fictum.*

*Clausula q̄
nõ datur, si
nõ petatur à
parte.*

*Expressio
in execu
toriis, nõ pro
dest.*

*Vnus saltem
vacandi mo
dus est ex
primendus.*

*Clausula
quouis modo
quando in li
teris nõ po
natur.*

vt præmittitur vacans, seu ab eius primæua erectione (vt præfertur) vacans eum omnibus iuribus & c. clem. vlt. de rescrip. vbi Doct.

Clausula dicitur modo eius di sponte, & c. quando in literis non exprimitur. Nec etiam apponitur clausula, dummodò eius dispositio ad nos deuoluta fuerit & c. quoniam alij modi non conueniunt in hoc beneficio de nouo erectò: idèd superflua verba apponi non debent, quia rescantur in prima constitutione Codicis. & in præm. Decretalium, & sexti: & quia non potuit deuolui collatio ad Papam, cum sit de nouo creatum beneficium.

Clausula dicitur modo tempore datae presentia & c. quando possit ostendi. Nec clausula, dummodò tempore datae presentium non fuerit alterius ius quæsitum, quia postquam est de nouo erectum, non potuit ius alteri quæri: c. ad audientiam, primò, de eccle. ædifi. licet Papa ferè in omnibus impetrationibus, hanc clausulam apponere sit solitus: de qua inferius in bulla nouæ prouisionis dicitur.

Clausula aut si aliqui & c. quando ommissa non videntur. Nec clausula, aut si aliqui super prouisionibus & c. quæ est in fine bullæ, vbi derogat literis impetratis ad vacatura: sed istæ literæ non comprehendebant de nouo erectum post literas, ergo illis non erit derogandum: d. cle. fi. de rescri. c. cum olim, de consuet. c. dilecto, & c. vacante, de præbend.

Clausula ipsa suntque beneficii cum & c. an omnia in bulla possit. Nec clausula, ipsamque beneficium dispositioni Apostolicæ reseruatū fuerit & c. apponi debet in bulla. nam cum beneficium hodie creatum fuerit, & impetratum, & collatum, videtur quòd alius non potuerit habere ius in illo, nec potuit esse reseruatum, nec prouisio deuolui. Idèd clausule istæ non sunt necessariæ. † Si tamen apponantur non vitiant: quia superflua non solent vitare rescripta, nec testamenta, l. testamentum, C. de testam. verum tamen si esset à longo tempore erectum, istæ clausule possent esse viles.

Aut ex alterius cuiuscunque personæ, & cætera.

Impetrans per obitum vnius & c. obiter si per mortem alterius vacat. Nam si impetrati beneficium per mortem Ioannis, & vacet per mortem Iacobi, debetur tibi beneficium vigore istius clausule, aut ex alterius cuiuscunque personæ: alioqui collato facta de beneficio vacante per obitum Titij, non se extendit, si vacet per alterius mortem: quia non est mens Pontificis, vt si per mortem alterius vacet, conferat: nam potest vacare per mortem alicuius curialis: & idèd Papa non intèdit illud conferre, quia collationi & prouisioni Papæ reseruatum est, ita per regulas cæcellariæ, quàm per Extrauag. ad regimè, de præbend. in cõmunibus. Doct. in c. abbate sanè, de re iudic. lib. vj. & illa clausula, quouismodo, refertur ad illam personam expressam. Do. de Rota decis. xliij. nota quòd vbi Papa tit. de rescri. in antiq. † Ex stylo enim palatij aliam non venire personam etiam per clausulam quouismodo, testatur Bonifac. in clementi. vltima, col. ij. de sentent. excommu. & Card. consil. xxx. in hac, col. ij. quia mors vnus non est mors alterius: aut mors vno loco, vel tempore facta, non extenditur ad mortem alio loco & tempore factam: vt docet gloss. in §. visum, in verbo aliàs quouismodo, de collatio. in Pragmatic. Rota decis.

decis. j. si mandetur. de rescrip. in nouis. & decis. j. fuit dubitatum vtrum habens. de sequestr. possess. & fruct. in eisdem. sed per istam clausulam, aut ex alterius & c. sic idèd vile est illam inscribere, vt siue per mortem vnus vacauerit, siue alterius tibi debeatur.


Resignatio metu facta non valet. Siue per liberam resignationem dicti Ludouici, siue cuiuslibet alterius de illa in Roma. curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, & c. Quod generaliter dixerat, nomina rim exprimit, siue alio quouismodo vacet, siue per liberam resignationem Lud. ergo si ipse per metum resignauit, non valet impetratio: nec papa intendit conferre, c. ij. & per totum de his quæ vi metusve causa fiunt. c. super hoc. de renuncia. vt alibi scripsi, siue per resignationem cuiuslibet alterius in Rom. curia, vel extra beneficium enim resignatum in curia est papæ affectum, cle. j. vt lit. penden. vbi glo. & si hæc clausula non apponatur in dispensatione, non debetur beneficium in curia vacans nec solet in bulla describi, nisi extra Romanam curiam vacauerit: vnde vile est hoc adiciere, etiam papa vult, siue vacauerit per resignationem Ludouici, vel alterius habentis ius in dicto beneficio, vt impetratio valeat & teneat.

Beneficium coram laico resignatum vacat in præiudicium resignantis. Etiam coram notario publico & testibus sponte factam. Nam si quis fortè resignasset coram notario vel laico in præiudicium resignantis vacabat beneficium, & papa confert: vt in c. quod in dubiis, de renuncia. licet Inno. in c. ad quæstiones, de reru permut. dicat non vacare etiam in præiudicium resignantis: de quo alibi dicam in iij. parte in tract. resign.

In præbendis nomen defuncti exprime dum est. Aliud est in præbenda, vbi fructus sunt distincti: tunc si vacat præbenda per mortem Ioan. & impetrans per mortem Iacobi, non releuabunt te istæ clausulæ, ne variationis detur locus: & quia in præbendis non constat de certo corpore præbendæ, quia sunt indistinctæ: vnde licet ponantur ista verba in supplicatione, non profunt propter incertitudinè. Doct. in c. ij. de electio. lib. vj. sufficeret tamen exprimere nomen, vel cognomen defuncti canonici, cum clausula quòd maior expressio nominis, vel cognominis fieri possit.

Resignatio facta coram testibus valet. Item si quis resignat beneficium suum, & nullus inter sit, notarius, sed testes, adhuc debetur impetranti hoc beneficium sic resignatum, & per istam clausulam, & testibus sponte factam: quia sufficit resignationem esse factam dummodò probari possit: quod fieri per testes poterit, cum parem vim habeant probationes testium & instrumentorum, l. in exercendis. C. de fide instrum.

Dicens vacasse in partibus, non potest postea dici quòd vacabat, quando impetrauit, quia in patria erat resignatum: nunc vacasse. Tamen si in signatura solum diceretur beneficiū vacans per resignationem factam in partibus, & demum in bulla venit exprimere, quòd sit facta coram notario & testibus in cur. Ro. non recipietur: nam primò presupponit quòd vacabat, quando impetrauit, quia in patria erat resignatum: nunc vacasse.



vult dicere, quòd non vacabat: & sic petit vt admitatur resignatio in curia. Ideò hoc fieri non potest, quia allegat contraria, ob id repellendus est. l. j. C. de furt. & quia alia est vacatio in curia, & extrà, vt supra dixi.

Aut per constitutionem Execrabilis aut c.

*Declaratur
extravagans
execrabilis*

de multa vacet. Aduertendum est, quòd papa Ioan. xij. fecit vnã con-
stitutionem extravaganã, quæ incipit, Execrabilis, in tit. de præb. post
c. de multa, in cõcilio Late. editã, illo tit. vbi vult, quòd post adeptionem
pacificam secundi curati ipso iure vacet primum, & possit impetrari.
quòd si pars illa duo retinere contendat per mensem sine dispensatione,
vtroque priuatus sit, & beneficia sint reseruata Papæ prouisioni: ob id pa-
pa istud confert, etiam si esset reseruatum, vel vacaret per c. de multa,
vel Extravagan. Execrabilis, quæ vtinam bene seruentur: nam non es-
sent tot in beneficijs plurales. Ista tamẽ reseruatio nõ seruatur in Frãcia,
imò episcopi ista beneficia conferunt ante mensem datum, in c. Statutũ
de præb. in vj. quantũ ad istam vacationem, non quando verè vacabit in
curia, sed obseruatur iuris reseruatio, & d. c. statutum.

Item ista expressio non est necessaria, quãdo impetratur beneficium
simplex: quia per assecutionem istius simplicis non vacat curatum, nec
econtrã. per d. c. de multa, & c. gratia, de rescript. lib. vj. ideò non est neces-
saria. *Seu per assecutionem alterius beneficii, & cate*

*Clausula i-
ta, in simpli-
cibus nõ est
necessaria.*

ra. Si quis impetrauerit beneficium vacans per assecutionem alterius
canonicè factã, debet exprimere in signatura, an autoritate ordinaria A-
postolicæ ipse fuerit illud assecutus, aliàs si in bulla velit exprimere,
quòd autoritate Apostolicã, non expedietur: quia ex illa prouisione in-
surgit generalis reseruatio, eò quòd beneficium est affectum Papæ pro-
uisioni, ob id Papæ illa expressio fieri debet: alioqui si per assecutionem
beneficij familiaris Papæ esset assecutus, certè hoc papa non intelligeret
quòd maximè debet exprimi. Doct. in in d. c. super literis, de rescript. scri-
psi supra in tract. de reserua. & tunc ponitur verbum assecutus, quando
iure quis beneficium acquisiuit, si verò de facto ponitur eo casu verbum
apprehendit: vt est in Praxi cancellariæ Romanæ, fol. 55. versi. item no-
ta quod tunc.

*Qua autori-
tate quis sit
assecutus be-
neficiũ quod
impetratur,
est exprime-
ndum.*

*De clausu-
la assecutus
vel apprehen-
dit.*

Aut incapacitatem seu inhabilitatem cuiuscũ-

*Inhabilitas
possessoris est
expressenda.*

que persona &c. Etiam hæc clausula est valde vtilis: quia impetrans per
resignationem, vel alio modo, non obtineret, si fortè vacaret per inha-
bilitatem possessoris, fortè quia non fuit promotus intra annum: iuxta
c. licet canon, de elect. in vj. vel erat irregularis tempore collationis, aut
alia inhabilitate, seu incapacitate notatus: de quibus Panormita. & alij
in c. cum nostris, de concess. præb. & inferius dicitur: vide etiam multa
quæ scripsi in tract. de pacific. possess. in iij. limi. sed per istam clausulam
impet

impetranti debetur, etiam si vacet per inhabilitatem & incapacitatem
possessoris.

Aut prouisione quauis etiam Apostolica autoritate

facta, nulla & inualida existente, vel alias vacet, &c. Ideò scripta est hæc
clausula: quia si papa conferat inutiliter, & nulla sit eius prouisio, fortè
propter literarum surreptionem, vel inhabilitatem personæ tamen nul-
lus alius de iure poterit illud beneficium conferre, vt pote quia papæ af-
fectum est: vt docet Panor. & alij in c. inter dilectos, de excessib. prælat.
tamen per istam clausulam papa vult, vt valeat illius collatio, licet in
hoc regno Franciæ reseruatio ista, & affectio non feruetur: vt superius di-
xi in materia reseruationis. Papa etiam dicit, vel aliàs vacet. Triginta
modos vacandi scripsi in §. monasterijs, de nominat. reg. in Cõcord. Frã-
ciæ: & quoque ferè ex his modis vacet, debetur impetranti per istam
clausulam generalẽ. & per ista verba nulla & inualida, & c. probatur acõ-
trario, quòd si papa conferat secundò beneficiũ alicui, non obstante pri-
ma collatione, intelligitur de inualida, & nulla collatione, non de valida
etiam si papa hoc diceret, non reciperetur: vt docet Feli. in c. causam, de
rescript. & Doct. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & in l. Barbarius. ff.
de offi. prator.

*Collatio in-
ualida non
impedit, scũ
dam.*

*Clausula nõ
obstat colla-
tione, intelli-
gitur de in-
ualida.*

Etiam si deuolutum & c. Ex ista signaturæ clausula elicitur
bullæ clausula, etiam si tanto tem-
pore & c. & quòd in hac supplicatione breuiter cum & c. ponitur, in bul-
la quæ extendi solet, sicut clausulam protocollis notarius extendere solet,
l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posth. & in auth. de tabellio.

2 colla. iij. sufficit in signatura verba ista ponere. *¶ Etia si deuolutum &c.*

& hoc est statutũ propter decisionem c. ij. de concessio. præb. vbi episco-
pus habet sex menses, & Archiepiscopus alios sex menses ad conferendũ:
postea ius deuolutum est ad papam: & alius non potest postea de illo be-
neficio deuoluto disponere. *¶* Ideò pars perit: quòd si collatio sit ad eum
deuoluta, quòd adhuc ipse papa dignetur cõferre illi: & si ordinarius post
istam deuolutionem conferret, & postea is possideret per triennium, istæ
habens ordinarij collationem postea non poterit molestari: quia habuit
coloratum titulum: vt patet in titul. de pacific. possess. in concord. quia ve-
rus effectus est post triennium: vt abundè scripsi in tract. de pacific. pos-
sesso. in iij. amplia.

*Deuolutum
beneficiũ pa-
pa confert.*

4 Eo etiam dicitur iuxta Lateranen. concilij statuta: quia in Lateranen.
concilio ista deuolutio prius fuit statuta: vt patet in dict. cap. ij. de conce-
sio. præb.

5 Si tamen impetretur beneficium vacans in curia, vel dignitas prin-
cipalis, seu maior post pontificalem, non est necesse ponere in signatura
hanc clausulam, etiam si deuolutum: quia cum beneficium sit reseruatum
collationi papæ, non dicitur deuolutum: cum semper collatio ad papam
spectauerit. c. ij. de concessio. præb. & in regul. cancella. est reseruata pa-

*Clausula de
uolutionis
quãdo nõ sit
inferenda in
signatura,
nec in bulla.*

pæ provisioni hæc dignitas: & probatur in c. fi. de præb. & c. ij. ac iij. illo rit. in vj. & quamvis iure speciali ordinarius possit post mensem beneficium in curia vacans conferre, tamen ab ordinario non deuoluitur ad papam, quia papa semper conferre potest, sed ne dispendiosa sit longa vacatio. capit. quam sit. de elect. in vj. papa permittit, vt ordinarius post mensem conferat, d. c. iij. de præb. in vj.

Nec in bulla etiam ponetur clausula, quòd tantò tempore &c. quòd collatio est deuoluta ad papam: quia impossibile est deuolutum esse ius postquam semper papa potuit conferre, & nullus alius: ergo ab alio de uolui non potuit: priuatio enim præsupponit habitum. §. feruus, de capit. dimi. in Institu.

Et nota quòd quamuis in hac signatura à parte dicatur, etiam si deuolutum, &c. conditionaliter, & inferius dicitur, quòd exprimi possit, etiã si deuolutum, &c. etiam si expresserim, quòd ecclesia caruit diu rectore, tamen in bulla non potero dispositiuè exprimere, quòd sit deuolutum, sed conditionaliter, sicut in signatura, alioqui esset addere signature, quòd in ea non est expressum. & istæ est stylus curiæ Romæ. notandus: † quia bullæ non debet addi vltra signaturam nisi id, quòd est de stylo curialium: & ferè tantum proderit hæc conditionalis expressio, sicut si nõ esset conditionalis.

Conditionaliter in bulla exprimitur quòd sic in signatura fuit expressum. Bullæ nõ debet addi vltra signaturam. Affectu papæ beneficium quòdo dicitur.

Affectum. Hoc idè dicitur, quòd si papa beneficium seculare vacans regulari commendauerit, seu commendauit beneficium regulare clerico seculari ad vitam: si moriatur commendatarius, beneficium tale remanet effectum per illam commendam, postquam papa apposuit manus in illa, adèd quòd nullus inferior pro eavice posset illud conferre, seu de illo se intromittere, per regul. c. cella. iij. affectum etiam dicitur beneficium ratione litis expectantisque, qui acceptauit, & non fecit sibi prouideri, & vbicunque papa apposuit manum: vt superius dixi in titu. de reseruat. post Docto. in capit. tibi qui, de rescript. libro vj.

Imò si papa illud conferret, & nõ exprimeretur, quòd beneficium est papæ provisioni affectum, nõ valeret provisio tanquam subreptitia: quia affectio ista vim reseruationis obtinet: & papa non intendit facilè reseruata conferre, vt superius in materia reseruationis dictum fuit: quam reseruationem seu affectionem in Francia non seruamus, sed disponitur de his sicut si non essent reseruata, vel affecta, vt ibidem scripsi: idèd ista clausula in patria obedientiæ est maximi momenti: in regno verò Franciæ nõ magni: & nisi esset stylus curiæ vt apponeretur, si omitteretur in Francia non vitaretur bulla, nec signatura.

Specialis reseruatio quòdo dicitur.

Specialiter, vel generaliter reseruatum &c.

Specialiter reseruata beneficia dicuntur, quando Papa alicui dedit potestatem conferendi aliqua beneficia, & reseruatur sibi illa, ita quòd nullus

Ius alius, nisi ille, pro quo specialiter reseruatur, illa cõferre, & obtinere possit. c. is cui, de præb. lib. vj. vel si suæ dispositioni reseruatur aliqua beneficia vt supra dixi de reserua. sed per istã clausulã vult, quòd huiusmodi reseruaciones nõ obstant, si alteri tamen ius in beneficio quesitũ nõ esset: sed vt huiusmodi provisio valeat: hæc tamen clausula non nocebit habenti reseruacione si prius impetranti collatum fuerit super certo beneficio: vt docet Staphile. in tracta. de literis gratiæ in prima manda. forma, ver. cõcludo. Etia per istam clausulam valebit collatio facta impetranti, quamuis beneficium esset mandatario reseruatum, si prius impetranti collatũ fuerit. §. declarantes. de manda. aposto. in Concorda.

2 Idè si reseruaciones generales sint, vt beneficia in tali episcopatu vacantia vt scripsi superius in materia reseruationis, & in tract. de reserua. in Concord. vel quando sunt beneficia familiarum Papæ hæc generaliter sunt reseruata, tamen non comprehenduntur per hanc clausulam.

Generalis reseruatio quomodo fiat, & quas comprehendat.

3 Quia obstat regul. l. xij. quæ vult, quòd nisi clausula vnde elicitur, generalis reseruatio sit, per duplex fiat signata, non possit exprimi, licet dicatur in corpore specialiter vel generaliter, vt hæc, & in dispositione, & ad partem cum clausula generalem reseruacionem importante.

4 Quia tamen illa verba non sunt, per quæ in bulla exprimi possit reseruatum: idèd non poterit exprimi per clausulã generalem reseruacione importantẽ. † Vnde addi debet in signatura & in dispositione, & cum clausula generalem reseruacione importante, ex quauis causa etiã dispositiuè in literis exprimenda, etiã per istã clausulã sine consensu Cardinalis, in fauorẽ cuius reseruata sunt: per reg. xxx. Inno. bulla non poterit expediri, secus si in signatura conditionaliter exprimat, qui forsã familiaris dilecti fratris nostri Hiero. Veral. est & continuus commensalis &c.

Clausula ex quacunque causa, quid denotet.

6 Et sic non sufficit exprimere quòd fuerit familiaris Papæ vel alicuius Cardinalis, nisi nomen Cardinalis & titulus exprimat, & consensus illius, scilicet quòdo affirmatiuè fuerit dictum esse familiarẽ. † Secus si conditionaliter, vt dixi: sufficit tamen in signatura dicatur, & cõ clausula generalis reseruacionem importante ex quauis causa, quæ exprimi possit in literis: tunc & nomẽ, & titulus in bulla exprimi poterunt, secundum illa verba, ex eo quòd dilecti filij Hiero. tit. &c. familiaris continuus & commensalis fuit generaliter reseruatum &c.

Nomen & titulus cardinalis in bulla est expressus, quòdo affirmatiuè fuit expressus familiaritas, secus si conditionaliter.

8 Et si in signatura fuerit illa clausula, vel ex eo quòd dictus N. alicuius Cardinalis familiaris continuus, & cõmensalis generaliter reseruatum existat, an in bulla possit in genere exprimi, dicendo alicuius ex sacrosanctæ Romæ ecclesiæ cardinalibus familiaris continuus cõmensalis fuit. Respon. si Cardinalis, cuius familiaris fuit ille, cuius beneficium impetratur, mortuus fuerit, sufficit expressio superior generalis; secus si Cardinalis sit viuens: quia tunc illi fieret præiudicium: idèd nomen tituli & consensus requirentur, vt supra docui per regul. cancella. † hæc Et clausula generalis &c. restringitur ad vnã reseruacionem expressam, nec licet aliam exprimere, si non sit clausula, ex quacunque causa, &c. & hæc re-

Cardinalis mortui reseruatio in genere exprimi potest nõ viuens.

feratur ad clausulam in corpore positam de stylo curiæ Romanæ.

Reservatio- nis notoria nō fit specie- lis mentio.
Limitatur in reservatione notoria in curia: tunc licet de ea non fiat mentio, valebit papæ provisio, quando erat generalis & notoria: vt docet Felin. in capitul. super literis, colum. v. nu. 8. in iij. regul. de rescrip. per gloss. ibi.

Permutatio nō valet, si alterū beneficium erat reservatum.
Nisi ignorantia posset cadere in papam ratione alicuius individui: aliter legat A. Egid. decis. Rotæ ix. cōmissio. vnde cum Papa multa individua ignorare possit. c. j. de constitu. lib. vj. ob id est tutius semper hanc reservationem exprimere. † Et idē in permutationibus beneficiorum concludit Feder. in tract. de permuta. benefic. q. iij. & iij. & A. Egid. eod. tract. in iij. parte q. ij. vt non valeat permutatio, si alterum beneficium erat reservatum: sed vterque redibit ad suum beneficium per capit. si beneficia, de preb. lib. vj.

Aut litigiosum, cuius litis statum & cetera.

Hoc ideo scribitur, quia Bonifac. papa in c. si hi contra, vt lite penden. in vj. statuit his verbis. Si hi, contra quos, super dignitatibus, personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident, litigatur, vt lite pendente cedant, vel fortè decedat: ne propter novos aduersarios, qui maliciosè in terdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, statuimus, vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi, donec contra superstitem lis finita fuerit, aliis nullatenus cōferantur: nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam presentetur: quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur &c. & per istā clausulam illi prohibitioni Bonifac. derogatur: sed in bulla solet extēdi, quòd lis inter duos adhuc indecisa existat: cuius litis statū presentibus volumus haberi proexpressis, pendeat, indecisa & nondum finita: & per illud verbum, litigiosa &c. derogatur prædicto c. Bonifac. hoc etiam probatur in c. inter monasterium, de re iudi. vbi oportet exprimere litem, & litis statum: sed hodie ordinarij etiam conferunt beneficia litigiosa non finita lite, mortuo vno litigante, & hoc ex consuetudine Franciæ, in qua non seruatur d. c. si hi, vt alibi scripsi: & quòd etiā in rescripto ad lites debeat fieri mentio litis pendens, probat c. cæterum, & c. super literis. de rescrip. vbi Fel. col. vij. tradit regulam cum limitationib.

Litigiosus tūc dicitur, etiam per solam citationem à iudice competente factam, cle. vl. vt lite penden. abundè Petr. Paris. in consi. xciiij. beneficium, in iij. volum. & sicut res prophana litigiosa non debet alienari, l. fin. & per totum. C. de litigios. ita nec beneficium litigiosum conferri: & ideo exprimitur hīc propter rationes quas scripsi in tract. de cessionib. in ij. tomo Constitu. Reg.

Litis nō est mentio faciēda, quando nō colligās resignat.
Si tamen tertius, qui non est in lite resignaret alicui colliganti, non esset faciēda litis mentio, quæ non est cum ipso tertio: & expediri bulla posset sine litis mentione: tamen propter stylum curiæ Romanæ, hæc clausula solet in signaturā apponi: ideo stylus est sequen-

sequendus. c. quā graui, de crimin. fals. potest tamen in bulla omitti, si non sic necessaria.

Eidem oratori providere misericorditer dignemini de gratia speciali constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque cum clausulis oportunitis, necnon & consuetis.

Item hæc verba ponuntur in ablatiuo casu, propterea quòd si essent aliquæ constitutiones, seu ordinationes Apostolicæ repugnantes generaliter seu specialiter huic constitutioni: vel si ibi adessent aliqua statuta per hæc verba illis derogabitur, & per hæc clausulas, per tex. in c. cum aliquibus, de rescript. in vj. scripsi in forma manda. in fi. in Concordia. & hic est finis primæ partis signaturæ, alia in fi. bullæ scribam inferius. Hactenus de prima parte.

Statuta repugnantiā tolluntur per clausulā, non obstante.

Concessum vt petitur.



ECVND A signaturæ pars est, in qua papa, vel ab eo commissus subscribit partis supplicationi. & notandum est quòd Papa solet tripliciter supplicationem gratiæ signare, vel per fiat, vt petitur, vel per fiat A, vel per fiat motu proprio.

Papa signaturam tripliciter signat, & super quibus.

1. Nouam gratiam signare solet per fiat, vt petitur si reformetur gratia, signat papa per fiat A. vt in reg. Alex. vj. habetur, in titulo de signatura gratiæ in prin. si vocetur Paulus, signat fiat P. vel aliās iuxta literam proximam sui nominis.

2. Sed si sua sponte moueatur, signare solet, fiat motu proprio. & non solet dicere, vt petitur, quando motu proprio rescribit: quòd solet facere, si scribat pro Cardinali aut familiari habenti fauores, aut quando ei placeat: vt docet Osta. in sua Isagog. lib. j. tit. de vtraque signatura.

3. Si verò signetur ab eo, qui est à papa commissus, tunc ipse subscribit, concessum vt petitur, in præsentia d. N. P. Hiero. Card. Verallus, & hoc si fuerit facta in præsentia, alioqui simpliciter diceretur, concessum, vt petitur, Hiero. Card. Verallus, nempe si in præsentia Papæ signet Cardinalis, attestatur hoc esse factum in præsentia illius: sic dicens, concessum vt petitur in præsentia do. nostri pape, alioqui subticet hoc.

Delegatus à papa signat per concessum.

4. Vel interdum signat concessum in forma in præsentia d. N. P. N. Card. hoc docet Gomez. in regula de non iudicando iuxta formam supplicat. in compendio signa. & ista subscriptione vtitur commissus pape in principalibus gratiis, & nouis prouisionibus.

Concessum in forma exprimitur quando forma adest.

5. Sed est aduertendum, quòd si illud, quòd concedit, habeat formam, eo casu signat papa: fiat in forma, vel hic commissus, concessum in forma, alioqui simpliciter: quia papa vult in forma seruetur prout de iure. c. cum dilecta, de rescrip. hoc est statutum in reg. Alex. vj.

In reformationibus vero gratiarum non concernentibus nouæ gratiæ concessione[m], sed aliquam qualitatem & circumstantiam, vt in rescripto perinde valere, solet commissus à papa signare, concessum N. Cardinal.

Comissiones signantur per placet.

Si papa signet commissionem, dicit, placet, nisi rescribat ad partes committendo, quia tunc dicit, fiat, vt in d. reg. Alex. & vbi materia tangit cameram, dicit, videat camera: sed vbi tangit religionē, signat, videat protector, ibidem. titul. de signa. gratiæ.

Gratia per fiat præferitur aliis per concessum.

Item gratiæ signatæ per fiat, præferuntur prouisionibus per concessum quando concurrunt, vt est in regul. Inno. xxxj. quia papæ prouisio propter prerogatiuam præferri debet. capitul. Si à sede, de præb. in vj. Feli. in c. Rodolphus, de rescrip.

Etiã si in vna signatura esset motu proprio, in alia fiat, sine motu proprio: illa per fiat præfertur. d. regul. xxxj. licet multos alios effectus habeat motus proprius, quos in c. causam. Feli. docet, de testib. scripsi plenius in forma manda. in verb. motu proprio. in Concorda.

Imò etiam prouisus per fiat, præfertur prouiso per concessum, etiam si is haberet possessionem, iuxta c. si à sede, de præb. & ita fuit decisum, & in duabus causis interpretatum Romæ: vt refert Cassador. in reg. cancella. rub. de præb. decisio. xiiij.

Limitatio c. si à sede.

Et sic limitatur d. c. si à sede, vt non procedat, quãdo vni est prouisum per fiat, alteri per concessum: vt is qui habet per fiat, præferatur: & hoc quando à papa: & ista est solennis limitatio ad c. si à sede, de præb. lib. vj. plura de hoc scripsi in tract. de pacific. posses. circa fi. ibi videre cuique erit liberum in xvij. limita. nume. 295. & seq.

Signatura quando producenda sit.

Et hoc casu bonū est producere signaturam, alioqui ex bullæ tenore dignosci nõ pot, vnde cautus in hac materia beneficiaria quis esse debet vt tam bullā quam signaturā cõspiciat, & ex illis veritatē elicere poterit.

Cur papa verbo fiat uatur.

Ratio est: quia papa utitur verbo fiat, sicut Deus op. maxi. in mundi creatione, *Fiat lux, & facta est.* Genes. primo, ita & vicarius eius uti solet: idè sua gratia præferri debet gratia per concessum, propter maiorem prerogatiuam d. c. si à sede.

Per appositionem fiat perfecta est gratia.

Nempe simulatque papa apposuit fiat, perfecta est gratia: vt docet Calderic. in cap. quisquis, de electio. Et Feli. in rub. de constitu. col. iij. & in c. Rodolphus, col. xvj. nu. 26. de rescrip. facit ca. qui bona §. sicut, xvij. q. prima, l. secunda. §. deinde, hæc verba fiat statim facto suo nocent. ff. Ne quid in loco publico.

Fiat de præfenti intelligitur.

Et sic verbum fiat significat hîc de præfenti, id est dicere nunc fiat, & non de futuro: vt in Euangelio, *Fiat mihi secundum verbum tuum.*

Falsare lo fiat, est falsare literas Apostolicas.

Vnde iudicauit magna curia Mediolanen. quod postquam Rex consentit alienationi feudi per verbum fiat, postea hoc non potuit reuocare, etiam per literas sigillatas: vt docet Matthæ. Assl. in deci. Neapol. quæst. cclij. Duo regij, & falsare lo fiat, est falsare literas Apostolicas, & propriè, sicut illud, in quo tota consistit virtus & substantia: vt or verbis

Collecta

Collecta. in c. Ad falsarium, de crimine falsi. scripsi in bulla cœne Domini, articu. iij. licet interdum pro materia denotet futurum, vt in liuris gentium §. præter. iuncto §. siue igitur. ff. de pact. Gloss. & Doctor. in cap. quisquis. de elect.

17 Item cancellaria in casibus sibi permisis signat per verbum concessum, non per fiat, vt est in regul. Iulij Papæ tertij, tit. de potesta. vice cancella. regula ix. sequitur Roma. consil. ccclxxix. circa. col. vlt. & legatus, nisi à Papa concessum illi fuerit, quod possit verbo fiat, vti, & aliis verbis, sicut ipse Papa potest, sicut fuit concessum illustri & doctissimo Cardinali Hiero. Verallo legato in rota Francia excellentissimo.

Cancellaria etiam signat per concessum & legatus.

18 Idè cancellaria omnes causas, quæ sunt de communi iustitia, sine speciali mandato committere potest. AEgid. Bellame. decisio. dcij. cæcellaria, & hodie dicitur in d. regula cancella. Iulij tertij, quod possit vice cancellarius omnes causas beneficiales committere in curia, cum potestate citandi ad partes.

Quid causas possit vice cancellarius committere.

19 Nisi esset contra ius, puta si causam in partibus pendentem committeret: eo enim casu non est verisimile Papam vice cancellario cõmisisse plenitudinem potestatis, argu. eorum quæ Inn. no. in c. innotuit, de elec. hoc expressum firmat AEgid. Bellame. decisio. xlvi. exceptio. quem sequitur Feli. in rub. de rescrip. col. vlt. dic vt statim scripsi, quod in curia committere potest, cum potestate citandi in partibus litigantes.

20 Item aliquando supplicatio signatur per duplex fiat, quando generalis reseruatio datur: vt in regula cancella. lxij. dicit ibi. gloss. quod tunc debet primum fiat, collocari inter partis petitionem & concessionem: vt solet communiter fieri: & secundum fiat, solet in margine clausulæ seu dispositionis conscribi. & idem dicit, si per duplex concessum sit signata supplicatio: quia iussus duplex principis pro motu proprio habetur, allegat Bal. in l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer. plenè Corfe. in suo tracta. de geminat. hodie ferè omnes signaturæ solent dupliciter signari, vt supra licet videre in forma signaturæ, fortè vt vitentur falsitates, & per concessum.

Signatura quando per duplex fiat signatur.

21 Et quamuis magnus pœnitentiarius soleat signare per fiat, tamen est diuersitas: quia hîc solet signare fiat in forma, fiat de speciali, & fiat de expresso, vt docet Octauia. in sua praxi lib. primo, titulo de summo pœnitentiario.

Pœnitentiarius magnus tripliciter etiam signatur.

22 Sed nõ signat sicut Papa, fiat motu proprio: quia nõ solet pœnitentiarius ista vti clausula, maximè quia circa confessiones peccatorum, & ab solutiones versatur sua potestas: quæ absolutio est petenda, iuxta dictum Euāgelij, *Perite, & accipietis.* c. omnis vtriusq; sex. de pœni. & remissio.

23 Item ista clausula fiat, vt petitur, apposita in supplicatione, in qua petit quis suppleri defectus, contractus aut processus, seu alterius actus, operatur etiam si in specie defectus non sint expressi: vt est in reg. cæcellaria.

Suppletur defectus in genere per verbum fiat secus per concessum.

24 Inno. viij. nu. 39. & in regula Pauli iij. regula. xlv. † Secus si per concessum, quia tunc opus est exprimere nominatim defectus, vt ibi. & refertur ad.

n iiij

defectus quoad solennitatem iuris, sed nō quoad defectus personarū, vt pote irregularitatis: vel si sit illegitimus, nec ad defectus iuris naturalis, vt consensus, gloss. ibi, quę allegat Hostien. & Alber. in c. j. de transla. epi scopi, & Specula. in tit. de leg. §. nunc ostendendum.

Signatura an valeat si dicatur, fiat & nō sit ap postia vt pe iur. Vidi dubitari de signatura, in qua inscripta erat clausula, fiat, vel concessum, sed non erant illa verba, vt petitur, an valeat? Respond. valere. gl. in regula cancella. lx. & bulla poterit ex hac fieri: quia per verbū fiat, gratia & signatura est perfecta. c. quisquis, de electio. vbi Calder. & clausula vt petitur, satis intelligitur.

Stylus tamen est, vt apponantur etiam illa verba, vt petitur: tamen quando de voluntate Papę appareret, non esset de ea disputandum: hoc tamen limitatur in signatura, in qua suppletur defectus: in illa enim est necesse, vt ista verba, fiat vt petitur, sint conscripta, vt est in dicta regula xxxix. & ibi glo. hoc firmat.

Omnia petita videtur concedere primiceps dicendo fiat. Et hac responsio Papę, licet breuis & compendiosa sit, est tamen dubitationes refecans, sicut respon. esse debent. l. cum antiquitas. C. de vsu fru. Lucas de penna in l. eos. C. de excusa. muner. lib. x. vnde aduertendum est, quod per hæc verba fiat, vt petitur, princeps videtur concedere omnia petita à parte: nam respōsio simplex & cōcessio refertur ad petita & interrogata. c. inter, in fi. de fide instr. l. si defensor. §. j. ff. de interrog. act.

Absolutio concessa ad plures exco municationes per fiat ad omnes referuntur. Vnde si fuerit petita absolutio à pluribus excommunicationibus, & simpliciter dictum fuerit fiat, cōsetur cōcedi absolutio ad omnes petitas excommunicationes, teste Panor. in c. cum pro causa, in glo. vlt. de senten. excommunicata. Fel. in c. super literis, col. vj. nu. 9. de rescrip.

Vnde consuluit Alex. consil. lxxxiiij. in causa. nume. 4. in primo vol. quod principis responsio mandantis bona assignari, debet intelligi secundum supplicationē petētis, per d. l. si defētor, & §. præterea. de inutil. stip. in Instit. in scriptura enim referente omnia posita esse censentur, quæ in scriptura ad quā fit relatio, leguntur. l. asse toro. ff. de hæred. institu. l. si ita scripsero. ff. de conditio. institu. Roma. consil. lxxx. confirmanda.

Privilegiū & responsio ad pensionē referuntur. Et priuilegium cōcessum intelligitur secundum formam petitionis. 30 Bal. in d. c. inter. refert Deci. consil. xxxvij. viso consil. col. iij. Ad hæc responsio debet referri ad tempus petitionis. l. quæro. §. ff. de ædil. edict. Soci. consil. ciiij. in casu, col. penu. in iij. vol.

Cōcessio ad qualitatem et nā referuntur. Etiam videtur Papa concedere secundū qualitates expressas: vt si petatum fuerit beneficium curatum, ipsum cōcessisse videtur: vel si dignitas fuerit petita, etiam videtur concessa, per verbum fiat. Bart. in l. si cui §. si à filio. ff. de lega. j. Angel. in tracta. de malefici. in gloss. cōparent, in prin. & ibi in additio. & maximè cum scribatur fiat, vel cōcessum vt petitur.

Hoc limitatur non procedere, vt non extendatur ad separata, nec ad ea, quæ diuersam habent rationem: vt consuluit Deci. consil. xxx. iij. viso puncto, vbi si in supplicatione petatur inhiberi iudicibus in causa Maiori & fideiussorum, intelligitur, quatenus fideiussores tenentur ex illa causa, secus si ex alia causa teneantur.

Secundò

34. Secundò limitatur ad ea non extendi, quæ verisimiliter non esset cōcessurus. l. obligation. e. ff. de pigno. vnde per hæc verba, fiat vt petitur, nō intelligitur concessisse, vt beneficium conferatur, nisi specialiter expressum sit: vel vt superiùs dixi. & notat. Doctor. in capit. ij. de præben. libr. vj.

35. Tertio limitatur, quando Papa expresserit aliqua, tunc expressa cōcessisse videtur: & verbum fiat, ad specificata tantum refertur, arg. l. age cum Geminiano. C. de transa. vnde vt videtis hæc ad tollendum dubitationes, Papa in seq. parte exprimit sigillatim ea, quæ concedere vult, vnde quod non exprimit hæc, concedere non vult: arg. c. ad audientiam, de deci. Alex. consil. xciiij. in causa, col. ij. nu. 3. in ij. vol.

36. Notandū tamen est, quod si clarè appareat, quod signatura ampliet, vel limitet narrationē partis, scādum erit signaturæ, & papæ cōcessioni, non autem partis narrationi, per tex. in d. c. inter. de fide instrumēto. & Fel. in d. c. super, col. vj. nu. 10. de rescrip. allegat Panor. in c. ij. de treuga & pace. Hactenus de secunda parte.



TERTIA signaturæ pars est dispositio, & Papæ concessio, & quod ipse simpliciter concedit, dicendo, fiat, vt petitur, nunc sigillatim exprimit, & recenset ea, quæ concedere intendit primo.

Et cum absolute à censuris & cætera. Hoc in bulla ex

tenditur, teque absoluentes, & absolutum fore censentes &c. alioqui rescriptum non valeret impetratum ab excommunicato, capitulo primo, de rescript. quid censuræ nomine veniat, explicat textus in capitulo quærenti, de verborum significat. videlicet excommunicationem, interdictum & suspensionem, dicam inferiùs in prima bullæ dispositionis clausula.

Soler etiam in bullis pensionum adiici hæc clausula, vt compellatur debitor pensionis sub sententiis censuris & pœnis ecclesiasticis, &c. & si ista clausula fuerit in supplicatione omissa, tamē in bulla addi poterit: tum quia tacitè in his intelligitur, & quæ tacitè intelliguntur. expressa censentur. l. cum quid. ff. si certum petat.

Tum quia est consueta, & tacitè inest ex stylo curiæ, & quæ tacitè in sunt, veniunt. l. lecta. ff. si certum petat. & quia facilè quisq; recusaret soluere pensionem, quæ est pensio debitoribus eius: vt scripti in tract. de pacifi. possessio. nu. 126.

Quod obstantiæ oratoris, habeantur pro expressis seu in toto, pro expressis &c. quid prosi. vel in parte exprimi possint. retio prosi.

ne istius clausulæ poterunt exprimi beneficia oia, & singula monasteria,

prioratus, prepositura, prepositus, dignitas, personatus, administratio vel officium, aliaque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia.

Quia per istam expressionem nihil de nouo datur, sed iam datum & habitum refertur, quod potest fieri ratione huius clausulae: & quando petitum est aliquid pro expresso haberi: & in signatura dicitur, fiat, valet gratia, ac si illud expressum fuisset vt docet Anto. Butri. consilij. vij. visis literis, & consilij. xlix. in fi. quem refert Felin. in c. super literis, col. vj. nume. 9. de rescr. alioqui nil ferè prodesset ista clausula.

Bulla duplex ex una signatura quando conficitur possit.

Vnde si commendetur monasterium religioso, per istam clausulam poterit exprimere in bulla omnia & singula, quæ in titulum vel commendam obtinet, quæ obtare possent huic commendæ, ac prouisioni, ne superflue ponatur, per gloss. in l. j. ff. quod metus causa. Bald. in rubr. C. de contra. emp. q. ix. vnde poterit quis in bulla exprimere beneficia, & si in prima bulla non expresserit, poterit impetrari bulla perinde valere eius datæ, cuius fuerat prima: & hoc ratione signaturæ, in qua erat, quod possit expediri per rescriptum perinde valere: sed quod duplex bulla conficiatur vnus tenoris scilicet prima in qua non expressit beneficia in secunda quod exprimat ea, hoc fieri non potest, si prima producta sit: quia omnis actus de primo intelligitur. l. boues § j. ff. de verbor. signifi. c. nō potest, de preb. in vj. ideò errat mēfularij, qui hoc faciūt, & sicut prima non valet, nec secūda, nisi prima ante processum inchoatū rescribatur, quod fieri potest: vt dixi infra in bulla. noue prouisionis.

Siue obsten in toto, siue in parte: quia bonum est argumētum totius ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. c. Pastoralis §. item cum totū, de offi. deleg. vnde si aliquid obsten toti bullæ, poterit exprimi ratioe huius clausulæ, vel si in parte, idem.

Et nisi ista clausula adesset, si impetrans haberet beneficium, etiam modicum, quinque fortè solidorum, & non illud exprimeret, subreptitia esset impetratio, nec valeretur. c. si proponente, de rescrip. & c. si motu proprio, de prebendis in vj. quo secus est, per istā clausulæ hoc operatur.

Primum beneficium variane huius clausulæ, quod obstantia habentur pro expressis, est exprimendum.

Aduertendum est magnam fieri differentiam, quod obstantia habentur pro expressis: vel quod obstantia beneficia exprimi possint: quia ratione primæ clausulæ, vnum tantum beneficium exprimi poterit in bulla, sed non duo: ideò si duo habeat, non valebit impetratio tertij, quia vnum beneficium obstat: ergo illud tantum poterit ratione clausulæ huius exprimi, arg. no. in gl. fi. in c. ij. de rescri. lib. vj.

Valor & fructus beneficiorum non possunt exprimi ratione huius clausulæ.

Etiam ratione clausulæ huius non poterunt fructus exprimi, nec valores illorum, quia dicantur obstantia beneficia &c. ideò vtraque clausula solet apponi, videlicet, quod obstantia maximè beneficia habentur pro expressis, seu quod exprimi possint.

Et illa dictio maximè, implicat, vt non solum obstantia beneficia, sed alia: vt docet gloss. in l. illud. ff. ad legem Aquil. Bar. in extra. ad repri mendum, in verb. & maximè.

Et prop

9 Et propter clausulā, quod obstantia beneficia exprimi possunt duo tantum beneficia in bulla exprimi poterunt, & illorum fructus vnū in titulum, alterum in commendam: & potest omittere postea clausulam non obstan. si alia non haberet: vt seruat cancella. Roma. & probatur per ca. non potest, de preben. in vj. & ne ad infinita trahatur. cap. secundo, de rescrip. in vj. alioqui centum posset sic habere, & dicere pro expressis.

Duo. t. r. m. beneficia exprimi possunt per hanc clausulam, quod obstantia beneficia &c.

10 Et non est intentionis Papæ vt istos plurales velit aliis beneficiis onerare, c. quia in tantum, de preb. ideò licet in signatura habeatur pro expresso, in bulla tamen exprimi debet: vt superius scripsi. † Sed non vltra duo, etiam si dicatur, quocumque, & qualicumque: vt scripsi in Concorda. in forma manda. & per hoc euitantur calumnie trapezitarum beneficiorum, qui nunquam exprimunt beneficia, putantes istam clausulam ad omnia porrigi, quod non est verum.

Pacificum beneficium exprimitur in signatura dispensationis.

12 Imo si possidens parrochiam pacificè, alteram non, sed solum sibi collatam, in signatura non fecerit mentionem de pacifica, sed tantum de altera cum clausula, quod obstantia habeantur pro expressis, per hanc clausulam non poterit in bulla dispensationis exprimere parrochiam pacificam: sic tecum vt cum tali ecclesia, si illam assequaris, ecclesiam sancti N. pacificam, & sine illa &c. quia dispensatio ad futura, & non præterita extenditur. c. non potest, de preben. lib. vj. ideò eam exprimere debeat, vt super illa dispensaretur. Ideò si dicatur in signatura, quod obstantia beneficia habeantur pro expressis, non poterit exprimi dispensationes. Ideò ego soleo apponere quod obstantia oratoris beneficia dispensationum, & alie quæcūq; &c. & illa clausula iuuare poterit: ob id eam notato.

13 Præterea si in corpore, id est, in petitione partis, sint aliqua clausula quæ non sint repetite in hac parte, id est in dispositione, vel ad partem (vt vocant Romani) certè non cõcessum: licet verbū fiat, ad omnia referatur, l. si defensor §. j. ff. de interroga. act. c. inter, in fi. de fide instr.

Petitio in signatura, et non repetita in clausulis concessa non cõcessum.

14 Secus quando est limitatum, vt videmus in signatura, in qua Papa limitat & declarat, quæ concedere intendit: ideò alia non venient, nisi vt superius dixi, per l. in agris. ff. de acqui. rerum do.

15 Ista tamen clausula, pro expressis &c. non tollit inhabilitatem personæ, vt si quis esset illegitimus, vel minor, aut alium pateretur defectum, vt dicunt domi. de Rota. decisio. vij. dicebant domini. de prebend. in no. uis. gl. in cle. si Romanus, de prebend. Ancha. consil. xx. viso prædicto. quia hæc clausula maximè ad beneficia se extendit, cum ea exprimat, & non defectus personæ: ideò isti personæ defectus postea ratione huius clausulæ exprimi in bulla non poterunt: & si exprimerentur, bulla falsa dici poterit in addendo, quod non fuit concessum.

Clausula pro expressis non tollit personæ inhabilitatem.

16 Nam quamuis taciturnitatem remoueat, non tamen inhabilitatem: ideò non poterit opponi vitium tanquam non expressum, sed per viam inhabilitatis: vt Felin. ait in capitulo in nostra, de rescriptis. & vno defectu sublato, alius remanet. l. & si non lex. ff. de heredi. institu. §. affinita

tis, de nup. in Institutu.

*Clausula
motus pro-
prij & pro
expressis &
quipollent.*

Insuper notandum est, quod si supplicans in signatura petat sibi de beneficio prouideri, & exprimat omnia, quæ sibi obstant, & Papa signet, fiat motu proprio, tunc non est opus opponere istam clausulam, quod non obstante beneficia habeantur pro expressis, vel quod exprimi possint: quia ista clausula motus proprii habet vim istius clausulæ non obstant. & tollit taciturnitatem, sicut clausula pro expressis. c. si motu proprio, de præbend. lib. vj. abundè scripti in forma manda. in ver. motu proprio, & in verb. pro expressis stylus tamen hoc habet.

*Clausula
pro expressis
non inducit
dispensationem*

Ista etiam clausula quod obstantia habeantur pro expressis, non tollit defectum intentionis, nec inhabilitatis, nec etiam inducit dispensationem, teste Ioan. Andr. in c. cum aded, de rescrip. refert. & sequitur Paul. Paris. con. j. nu. 96. in j. vol.

*Exprimenda
que sunt in
beneficiorum
impetratioe.*

Et sic in literis gratiosis exprimenda sunt beneficia, & qualitates illorum. c. ad aures, & c. si proponente, de rescrip. & quod impetrans sit clericus. c. cum aded, ibid. vel si sit illegitimus, & qualitas illegitimitatis. c. j. de filiis præb. intruso. c. cum iam dudum, de præb. valore, vt proximè dicam, & fructus iniuste recepti. Host. & alij. in c. dudum ij. de electio. Aufrer. q. cccclxxxij. de iure ad rem. c. cum in nostra, de rescrip. † Et numerus canonicorum debet exprimi, quando scribitur contra numerum, c. constitutus, de rescrip. ac collatio & possessio colorata. ca. gratia, de rescrip. in vj. vbi glo. & c. cum nostris, de cõcessio. præb. vnio etiam exprimenda erit: vt docet Calder. in consil. vl. tit. de rebus ecclesi. non alienan. ius patronatus laicorum. c. decernimus. xvj. q. vij. & generaliter omnia alia exprimi debent. per quæ redderetur difficilior Papa ad concedendum. c. postulasti, in fi. ibi, de leui non concessissemus, de rescrip. alia tradit. Fel. in d. c. in nostris, de rescrip. abundè super his scripsi in forma mandat. in verb. pro expressis. ided hinc alia non addam, de repetitione vtar.

*Legatus
clausula pro
expressis non
vultur.*

Et tenendum est, quod hac clausula solus Papa vtitur in beneficiis, non autem Legatus vel alius: vt scripsi in d. verbo, pro expressis. nisi. Papa hoc eidem expressè concederet: vt sepius videmus fieri legatis, maxime Reuerendi. Cardinali do. Hiero. Verallo car. excellentissimo fuit ex speciali gratia concessum, dum bellissimè legationis officio in Gallia fungeretur anno 1551.

*Expressio
non fit coram
dinario.*

Istæ expressiones fieri debent coram Papa, etiam in impetratione, que fit à Legato, cle. vlt. de offi. ordi. & ibi plenè Cardi. sed non coram episcopo, vel alio ordinario: ided taciturnitas non vitiat collationem ordinarij, qui iam certus est, vel esse debet: fecus in Papa vel legato à Latere. & ind. c. si. vide alias rationes ibidem.

*Clausula
nec non nume-
rus valor,
quid profici.*

Nec non verus valor & cætera. Scilicet habeatur pro expresso, vel exprimi possit: quia verus valor in impetratione beneficij est exprimendus, clem. j. vbi gloss. de præbend. Doct. in d. c. Ad aures, de rescrip. regul. cancella. lxj. Inno. Papæ. viij.

Tamen

- 2 Tamen per istam clausulam valet impetratio, etiam si verus valor non sit expressus, quia hinc pro expresso habetur, vel in bulla exprimi poterit. gl. in d. regula cæcel. lxj. debet tamè exprimi aliquis valor, alioqui non prodesset ista clausula: nec reciperetur signatura, in qua nullus exprimeretur valor de stylo: quia papa vult, vt verus valor exprimi possit, scilicet alius quam expressus: ergo aliquis expressus esse debet: & ita seruetur. *Valor aliquis in signatura est exprimendus*
- 3 Et hæc clausula solet apponi tam in signatura cõmendæ, quàm si in titulum detur beneficiu: quia vbiq; est eadè ratio, etiã si sit monasterij cõmenda: vt scripsi in §. volumus. de colla. in Concord. §. fi. de mand. Apo. ibidè.
- 4 In hoc tamen regno ex consuetudine non est nobis necessaria hæc clausula, nisi quoad stylum signaturæ seruandum alioqui suspecta esset signatura, si ista clausula esset in ea omissa, hæc non esset nulla, quia verus valor in Francia non exprimitur, vt alibi dixi.
- 5 Ad hæc si quis expresserit beneficium valere centum libris Paris. in signatura, in bulla autem poterit illa summa in ducatos redigi, vel è contrario, vt verus valor exprimat, ratione huius clausulæ: nam omnia in pecuniã redigi posse asserunt, Doct. in l. singularia. ff. si cer. pet. l. si ita. j. de fidei. vbi magna pecunia in minimã, & minima interdum in maiorè redigitur. l. j. & se. C. de ponde. lib. x. vbi Iac. Reb. patruus mihi magnus scribit. *Valor librarum in ducatos redigi potest, & e contrario.*
- 6 Tamen si semel in bulla expressus fuerit valor, non poterit mutari, tunc quod non licet variare: cle. vna, de renuncia. tum quod de prima expressione intelligatur, l. boues. §. hoc sermone, vbi plenè scripsi. ff. de verb. signi. c. non potest, in fi. de præb. lib. vj. † Poterit tamen is excusari per hanc clausulam, quod verus valor habeatur pro expresso: quia quod ad hoc vt impetratio valeat, habetur pro expresso: verum quia in bulla fuit non verus valor expressus, ided illa falsa expressio nocebit. Doct. in cap. ex renore. & cap. super literis, de rescrip. nisi transcriberetur, quod difficile esset post processum inchoatum: vel nisi in hoc regno ratione consuetudinis non exprimeretur verum valorem, vel nisi impetretur rescriptum perinde valere extractum ex ista signatura: & ista soleo expedire. *Valor in bulla semel expressus non potest mutari.*
- 8 Notandum est quod ratione consuetudinis in regno vigetis sufficit exprimere valorem consuetum, videlicet 24. ducator. & c. quod limitatur in nationibus vniuersitatũ, in quibus est verus valor exprimendus. §. volumus. de collatio. in Concord. scripsi in q. ix. tract. nomina.
- 9 Secundus casus est in omnibus, in quibus oportet exprimere verum valorem tam beneficij vniendi, quàm vniti, vt papa ex causa pauperitatis vnire vel recusare possit, iuxta cap. exposuisti. & ca. vacante. de præben. alio qui imponeretur papæ. Et hoc est in regul. cæcellariæ statutum, r. g. xxj. quam in tit. de vnionibus declarat. Feli. in cap. ad aures. col. vlt. d. rescrip. quia tunc cessat ratio nostræ consuetudinis exprimendi.
- 10 Tertius casus est in dispensationibus, in quibus etiã cessat ratio: quia non soluitur annata: & quia papa facilius dispensat cum habente beneficium tenue, quàm si habeat pingue, ob id cessat voluntas dispensandi, aut saltem dispensatio est subrepticia: quia non tam leuiter Papa dispen-

fasset. cap. postulasti. de rescri. In his igitur dicerem verum valorem exprimendum, licet hodie simpliciter concedantur dispensationes.

Quartus casus esset, si quis impetraret duo beneficia, non posset dicere 11
re 24. si plures essent: quia consuetudo tantum est introducta in vno quolibet, non in duobus vel tribus: & consuetudo non potest extendi ad id ad quod non est assuetum: vt not. Dec. in l. de quibus. ff. de legib.

Clausula de augendo quod operetur.

Etiam. in hac signatura solet apponi clausula de augendo vel minuendo 12
usque ad verum valorem fructuum: que prodest vt ad tertiam partem augeri verus valor possit, & non ultra. vide nota. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. ego relinquerem arbitrio papa: hoc tamen erat de stylo curie Romane, vt legi in antiquis libris pragmaticorum ipsius.

Quando vltima tertia pars dicitur fructus augeri huius clausula causa.

Si tamen cum ista clausula de augendo sit alia clausula in signatura, 13
quod maior specificatio etiam fructuum fieri possit: vt aliquid operetur hanc vltima clausula, poterit fieri expressio etiam vltra tertiam: quia non debet esse dictio, que aliquid non operetur, l. j. vbi gl. ff. quod met. cau. in c. solita, de maiorit.

Et si dicatur, quod fructus augeri possunt vsque ad medietatem: & 14
non exprimat non obstat. regula, poterunt tamen augeri, sicut est expressum: quia regula non obstat, quae loquitur tantum vt exprimi possit vigore clausulae, & non in hoc casu.

Præterea si dicatur, quod maior & verior specificatio fieri possit non 15
obstat. regula, tunc etiam vltra mediā partem exprimi poterit, cum sit regula derogatum, & nihil obest: quae est Inno. l. xj. & Iulij pape tertij. nu. 66.

Valor vt diminuat, curiales Romani non recipiunt, & cur.

Item quamuis hac clausula de augendo & diminuendo sit correlatiua, 16
& in vtroque casu operari debeat: vt probatur in l. pe. C. de indi. vidui ta. tol. officiales tamen Romani non patiuntur diminutionem, sed beneficium augmentum: quia in diminutione detrahitur iuri illorum, ideò illā non recipiunt. vt not. in c. fundamenta, de electio. lib. vj.

Vnde si quis in signatura expresserit beneficium valere viginti quatuor 17
ducatos, in bulla vult dicere sexdecim, non recipietur, quia ita exprimendo vellet vt gratis bulla expediretur: quod fieri solet pro beneficio sexdecim ducatorum modico, & pro paupere, saltem quo ad aliquos officiales: sed sic fraudarentur omnes officiales. ideò hoc saltem aspernari, nec recipere quis diminuens pretium expressum: & vidi saepius recusari.

Itē si quis expresserit in signatura beneficium valere triginta, & in bulla 18
dicat viginti quatuor, non expedietur, quia quando valet triginta, soluitur annata: quando verò non valet nisi viginti quatuor, nulla datur annata: ob id Galli consuetudinem hanc hactenus seruauerunt, vt non exprimant nisi viginti quatuor ducatos auri de camera: vt docui in §. si. de manda. apostol. in Concord. Idem in aliis summis, vt si dixerit valere centum, nunc 19
vult dicere octoginta, non expedietur bulla, vt Romani dicunt, cum sit in preiudicium officialium, sed ipsi debebant delere de diminuendo in signatura: alioqui aliquid debet operari, vt dixi caueat igitur impetrantes, vt in signatura magnū valorem non exprimant, vt postea in bulla augere

augere illum possint, cum diminuere non liceat, sed augere.

20 Præterea si quis impetraverit duo beneficia, & simul in signatura dixerit, quorum fructus non excedunt centum aureos, si postea in bulla velit separatim valorem exprimere, non recipietur: si velit dicere tale beneficium valere quinquaginta, & alterum alia quinquaginta: etiam si separatim bulla expedirentur: quia bulla ex signatura extrahi debet, & in signatura est facta vna expressio, ergo alia non fiet. argu. l. adiles. §. si forte. ff. de edil. edic. nisi fuerit adiecta hæc clausula in supplicatione, quod fructus simul & separatim exprimi possint, & sic soleo addere signaturæ, vt rigor styli non noceat, quando duo impetrantur beneficia.

Valor duorum beneficiorum expressus in vna signatura an possit dividi.

21 Ideò in regno Franciæ facile (vt arbitror) expedirentur, quia augeretur pretium: nam dictum fuit, quod fructus arborum non excedunt valorem viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem: vnde si quis velit separatim expedire, in qualibet expeditione & bulla exprimeretur idem valor xxiiij. ducatorum, ergo pretium augeretur: & sic vtile erit dicantur curiæ Romanæ: sed quia non conueniret bulla signaturæ, ob id esset difficile obtinere, nisi ratione huius clausulae quod verus valor exprimi possit in totum, vel pro parte.

22 Si tamen quis duo impetraverit beneficia, & duas obtinuerit signaturas, poterunt tamen in vna bulla prouisiones amborum poni licet supplicationes sint diuersae datae, sed cuiuscunque valor separatim exprimitur: & hoc vidi saepius fieri, dum tamen bulla conueniat signaturæ.

Duo beneficia in vna bulla expediri possunt, licet sint diuersae signaturae.

23 Sed si supplicationes sint æque principales, diuersae tamen datae, & super eodem beneficio: non poterit bulla expediri sub data vltimæ coniungendo, quasi secunda sit reformatio primæ, sed ex prima expedietur, vel 24
secunda: vt si prius impetraui beneficium sancti Seuerini, & omisi exprimere, quod sit plebania: an secunda signatura illā expressi, volo coniungere primā cum secunda: hoc non possum, quia ex imperfectis perfecta bulla constitui non potest. l. vna, C. qui numero tutela. gl. in c. quorundā. xxiiij. distin. sed vt rescripto perinde valere, vel noua fieri impetratio debet.

Ex duabus signaturis imperfectis bulla perfecta expediri non potest.

25 Si verò ambae supplicationes sint eiusdem datae, vt vtraque est in aliquo defectiua ac imperfecta: sed simul iunctae bene prouident, tamen bulla non poterit ex his expediri super vtraque. ideò datarius statuit quod non concedatur supplicatio duplicata, intelligitur eiusdem datae secus si diuersae, vt superius scripsi: quia multiplex impetratio & prouisio eiusdem 26
beneficij fieri potest: sed ex imperfectis perfectum non fit: vt docet abunde las. in repet. l. admonendi. col. lxxxij. nu. 254. ff. de iure iur. text. & ibi gl. in c. nihil. vij. q. j. & in d. c. quarundam, vbi dicit ex duobus imperfectis vnum perfectum constitui non posse: si tamen secunda perfecta esset sine adiunctione primæ, bulla ex secunda expedietur, vel bulla expedietur ex prima, & postea altera bulla in forma de perinde valere ad primæ confirmationem: quod erit tutius, vt dixi.

Clausula quod verior vacandi modus exprimi possit & c.

27 Alia clausula solet inscribi in signatura, videlicet, quod verior vacandi modus habeatur pro expresso, seu exprimi possit.

*Nominari
debet canoni-
cus. per cuius
mortem va-
cat præbenda.*

*Clausula i-
sta nõ neces-
saria, si certis
vacandis no-
titiis non ha-
beatur.*

*Certus mo-
dus vacandi
si non sit ex-
pressus in
partis sup-
plicandis, nõ
poterit habe-
ri pro expres-
so.*

*Modus va-
candi expres-
sus in signa-
tura in bulla
debet expres-
sionis, nisi con-
ditionaliter
fuerit expres-
sus.*

*Vacans in cu-
ria quando
debetur.*

*Beneficium
heretici quo-
modo impe-
trandum sit.*

Certum est, quod expresso vno modo vacandi non venit alius, per sus-
ceptum, de rescript. libr. vj. Ideo cauti impetrantes dicunt beneficiũ cer-
to modo vacare, cuius vacationis modus habetur pro expresso, sed non
datur pro canonicatu & præbenda, si nõ nominetur canonicus: quia pos-
set quemcunque canonicatum in illa ecclesia capere: vt dicit Staphil. in
tra. et. de liter. grat. rubri. de modo & forma impetraud. vers. ideo cauti.

Vnde si impetret beneficium vacans per mortem, non dabitur mihi
si vacet per resignationem, vel alias, nisi adsit ista clausula, & alias quouis
modo vacet, vt solet in literis Apostolicis exprimi, per d. c. susceptum. &
dicam abundantius infra in bulla.

Sed si quis impetret beneficium, quod tanto tempore vacauit, quod de
eo vero vacationis modo certa notitia non habetur: tunc non est ne-
cessaria ista clausula, postquam originem vacationis impetrans ignorat
tamen quia de stylo solent apponi: ideo si apposita esset, non vitaretur.

Notandũ est quod statuit Alex. vj. in tit. de signa. gratie, quod clausula
la, verior modus vacationis exprimi possit, nõ recipitur, quando certus
modus non est expressus in petitione partis; & sic in corpore signature;
sed si sit certus modus expressus sic; & in subrogationibus, & in gratia si-
neutri, & vbi fit cessio iuris literis non expeditis: inferius suo loco dicetur
de hac clausula, quod maior & verior, & c.

Si tamen in signatura exprimatur vnus modus vacandi, & ponatur
clausula, quod modus vacandi habeatur pro expresso, hoc nihil prode-
rit: quia modum expressum in supplicatione oportebit in bulla expri-
mere, nisi conditionaliter fuerit expressus in signatura, videlicet, quod
forfan per obitum vacauit, & c. & tunc per istam clausulam alius vacandi
modus exprimi poterit: vt scripsi in forma mand. in verbo, aliam quam-
cunque.

Præterea si in corpore supplicationis sit ista clausula, quod verus vlti-
mæ illius vacationis modus, etiam si ex eo quauis generalis reseruatio
etiam in corpore iuris clausa resultet, habeatur pro expresso, & in disposi-
tione signature & ad partem (vt dicunt Romani) sit clausula generalis reserua-
tionis importans, ex quauis causa, etiã dispositiuè in literis exprimenda: ex
his poterit postea in bulla exprimi beneficiũ etiam in curia vacans, vel ex
alia reseruatione, & debetur impetranti: vt dixi supra in tit. de reser.

Si autem impetretur beneficium vacans ratione heresis, si non sit lata
sententia contra illum, dicetur in bulla impetrationis, prouidemus de be-
neficio, quod dilectus talis N. detinet, & c. & ponetur clausula vacantis
& c. sed si lata fuerit sententia à iudice ecclesiastico contra hæreticũ, à qua
de iure non appellatur. c. vt inquisitionis, de hæretic. lib. vj. hoc casu post
sententiam dicetur, quod talis N. iniquitatis filius detinet, & c. & non di-
cetur dilectus: quia Papæ non sunt dilecti iniqui, maximè heretici per il-
lud, *Iniquos adio habui*, & dicit eum iniquitatis filium, insequendo He-
breos & hebream phrasim. De ista impetratione beneficiorum quæ deti-
nent heretici, dicam in iij. parte in princip.

Nec

35 Nec opus dicere in bulla impetrationis, quod sententia nulla prouoca-
tione suspensa in rem transiit iudicatam: sicut solet dici in aliis senten-
tiis: quia ex quo non potest appellari, non est opus illud dicere: si tamen
fuerit expressum, quod sententia in rem iudicatam transiit, non ob hoc
vitatur impetratio, quia superflua non vitiant. l. testamentum. C. de te-
sta. & non solent quæ superabundant vitare. l. nõ solent. ff. de reg. iur. Bal.

36 in l. Gallus. §. quidam. col. j. ff. de liberis & posthumis. † Hodie in Fran-
cia in casibus, in quibus priuatio fit ipso iure, impetratur beneficium: &
impetrans capit possessionem, & demum impetrat literas saisinæ & no-
uitatis, & petit vt manuteneatur in possessione, & saisina illius beneficij.

37 † Si possidens prætensus priuatus se opponat, dicitur ei dies coram iudice
regio, & probata non promotione, vel simonia, hæresi, aut alio casu pri-
uante ipso iure, adiudicetur possessio impetranti: & ista via breuior est,
quàm si oporteret facere declarationem, & tres sententias de iure expe-
ctare: vt in Clemen. j. de re iudic. scribam in iij. parte inferius casus, in qui-
bus fit priuatio ipso iure, vel per sententiam.

38 Etiam vult papa, vt habeatur pro expresso, vel exprimi possit verus va-
candi modus: quauis generalis reseruatio, etiã clausa in corpore iuris adef-
set certum est quod beneficium reseruatũ à papa nõ potest per alium
conferri. c. ij. de præb. in vj. & ideo exprimi debet papæ reseruatio, alioqui
collatio non valet: † tamen si ista clausula sit apposita in signatura, pote-
rit exprimi reseruatio, etiam clausula in corpore iuris: vt quando vacatin
curia. d. c. ij. cum limitatione tamen, quam superius dixi: & licet gl. in reg.
ul. lxij. cancel. dicat non esse nisi vnã reseruationem clausam in corpo-
re iuris, Philipp. tamen Probus in c. præfenti, de offi. lega. libr. vj. multas
alias cogerit. † Et ob id fit mentio de reseruationibus clausis in corpore
iuris: quia difficilior illis derogatur, vt scripsi supra in trac. de reserua. alię
verò quæ non sunt scriptæ in iure, licet sint conscriptæ in reg. cancella-
tamen non dicuntur esse in corpore iuris clausæ.

39 Item addi solet præterquam per obitũ apud sedẽ: quia papa nõ intedit
cõferre ea, quæ per obitũ vacat in curia, vt suis ministris laborantibus in vi-
nea domini provideat: & hoc solet addi in signatura, ne papa decipiatur:
aliquando hoc papa concedit, sed raro sine aliqua exceptione: vt est sta-
tutũ in d. c. ij. de præb. & per Alex. vj. in ti. de deroga. iuris pa. in suis reg.

40 Quatenus litigiosum, litis statũ, & c. ac merita causæ, &
causarum, si quæ sint, ac nomina & cognomina, gradus & qualitates iudi-
cium, colligantium, seu se molestantium, habeantur pro expressis, seu in to-
to vel in parte exprimi possint in literis latissimè extendendis.

2 De iure prohibitũ est cõferendi beneficium litigiosum. c. si hi qui, vt li-
te pend. vj. tamè per hanc clausulam permittitur, & derogatur illi text.
vt superius scripsit: & papa confert, quamuis beneficium litigiosum.

3 Etiam status litis est exprimendus, & merita causæ. c. inter monaste-
riũ, de re iudic. Feli. in c. super literis. col. vij. in vj. reg. de rescrip. videli-
c. o iij.

*Praxis Fran-
ciae quando
beneficium ip-
so iure vacat.*

*Reseruatio
pape exprimi-
nda, nisi ad
sit hæc clausu-
la.*

*Reseruatio-
nes clausam
corpore iuris
difficilior
colluntur.*

*Clausula
quatenus litigiosum & c.*

*Litis status
est exprimen-
dus.*

cet in quo statum sit lis, vel an sit contestata, aut in ea conclusum, aliis non valet rescriptum: tamē hic status lris habetur pro expresso, vel exprimi poterit in bulla. † Et ista clausula operatur perinde, ac si omnis status causę in indiuiduo, & nominatim esset expressus: vt concludit Domin. Ge min. conf. cxx. col. ij. quem refert Gomef. in regul. de trienna. q. xiiij. nu. 7. ad hoc vt valeat hæc impetratio, quæ aliis non valeret: ista clausula non debet apponi in rescriptis ad vacatura, videlicet in mandatis: quia ea que de futuro sunt, non pertinent ad iudicem, & sic non sunt litigiosa. l. non quemadmodum. ff. de iud. l. j. de vsur.

*Clausula
quatenus
c. non ap-
ponitur in
rescriptis ad
vacatura.*

*Nomina in
dicum gra-
dus & qua-
litates expri-
menda.*

Nomina iudicum &c. Coram quibus iudicibus, vel iudice causa pender, sicut de appellatione dicitur, in l. vna. ff. de libell. dimisso. & in capitul. post appellationē. ij. quæst. vj. vult hęc papa haberi pro expresso, & in bulla exprimi poterit coram quibus iudicibus causa pendeat indecisa, siue sint seculares, siue ecclesiastici: & sufficit exprimere nomen officij, dicendo pendere processum coram gubernatore Regio, seu eius locum tenente Montispeffulani: licet nõ exprimat nomen iudicis, nec cognomen: sed nomina partium & cognomina exprimi debent: vt certus Papa reddatur: vt scripsi in. §. teneantur, de coll. in Concord.

Gradus ac qualitates tam iudicum, quàm collitigantium, etiam Papa pro expresso habet gradus ac qualitates iudicum seu collitigantium, an coram iudice ecclesiastico, vel laico, & an collitigās sit in dignitate, vel non: itaque ista omnia vult haberi pro expressis, vel vt exprimi possint in bulla, an pendeat coram senatu, vel alio iudice.

*Clausula ge-
neralē refer-
uationē im-
portans.*

Et cum clausula generalem referuationem importante ex quauis causa, dispositiue vel conditionaliter in literis exprimenda.

Quãdoq; in corpore, & in narratione supplicationis pōt aliqua el ci referuatio: fortè quod cedens erat familiaris Papæ: & in dispositiōe ponitur hæc clausula: tūc in bulla exprimi poterit specialis referuatio sic, vel ex eo quod à nõnullis asseritur &c. quod familiaris noster & continuus cōmenfalis fuit vel talis Cardinalis, generaliter referuatum existat &c.

*Vacans in
curia quãdo
per hæc clau-
sulam cōpre-
hendatur.*

Vnde si clausula ponatur in corpore, & fuerit hęc repetita, poterit in bulla suppleri: etiam si vacet in curia, dum tamen in signatura dicatur, quod verus vacationis modus exprimi possit non obstante regula, alioqui si hæc verba, non obstante regula non fuerint adiecta. hoc fieri non poterit, vt superius dixi.

*Duobus mo-
dis exprimi-
tur actus,
vel conditio-
naliter, vel
dispositiue,
ex quibus effe-
ctus.*

Quia hæc clausula habetur ac specificè facta esset mentio, & expressa referuatio, per tex. in l. omnes, C. de præscr. xxx. vel quadraginta annorū. Bald. nor. in tit. de pace Consta. in verbo, non obstante. Domi. in ca. secundo, de præb. lib. vj. laf. consi. ccxxvij. in ij. vol.

Etia dispositiue vel conditionaliter. Sciendum est, quod duobus modis loquitur signatura seu bulla. Primò conditionaliter, vt impetratur beneficium sancti Seuerini, cui forsā cura animarum imminet, & forsan

san parochialis existit, ecce cōditionaliter, vel forsā per obitum in curia vacat. † nam dictio forsā, vel fortè, seu forsitan, notat dubitationem l. omnes, vbi lucas, C. de decur. libr. x. l. item si verberatum, §. j. ff. de rei ven. licet quandoque assertionem significet, c. ij. de testa. scripsi in verb. dispositionem, in for. mand. in Concor.

*Forsā dubi-
tationē & cō-
ditionē indu-
cit.*

7 Interdum dispositiue, vt impetro beneficium sancti Seuerini curatū, & parrochiale ecclesiā existens: vel impetro talē dignitatem, quæ est maior dignitas in ecclesia post pontificalem, hoc est dispositiue loqui, vbi certò dico hoc esse, non per dubitationem, vel conditionem.

8 Vnde propter istam clausulam positam in supplicatione, in bulla potero exprimere conditionaliter, vel dispositiue, & quia per istam clausulam hoc mihi conceditur: tamen est intelligendum, quando sic conditionaliter erat in signatura expressum: secus si in signatura esset dispositiue, & assertiue expressum, tunc in bulla non posset conditionalis fieri

*Expressum
in signatura
asseritue nõ
potest in bul-
la cōditiona-
liter expri-
mi.*

9 expressio: † Quia non potest à signatura recedi: tum etiam quia minus est exprimere conditionaliter, quàm dispositiue: & melior expressio & maior fieri in bulla debet, quàm in signatura, sicut in instrumento, quàm in prima scheda, siue protocollo, l. contractus. C. de fide instrum. & minus valet res vendita cum conditione retrahendi, quàm simpliciter. c. cum Ioannes vbi etiam iurium interpretes, de fide instru.

10 Ideò statutū est regul. cancella. lxij. quod non detur aliqua generalis referuatio dispositiue in bulla, nisi in signatura expressa fuerit: vt si quis petat beneficium sancti Pauli Paris. sibi conferri, vacās per obitū talis in curia, vel per obitū talis familiaris, &c. & tūc in bulla dicitur, prouidimus tibi de tali beneficio sancti Pauli vacante per obitum in curia, vel per obitum talis familiaris nostri &c. † Et si in signatura diceretur quod vacat fortè per obitum in curia, vel forsā est familiaris, tūc si alia referuatio vacet, vt quia est maior dignitas post pontificalem, nõ debetur impetrāti, nec poterit exprimi in bulla: quia non venit generalis referuatio, nisi expressa: vt ibidem scribitur: nisi adiiceretur hæc clausula, generalē referuatiōē importās, de qua supra dictū fuit. Et de generali & speciali referuatiōe, dixi supra tit. de referuatiōib.

11 **Et cum clausula gratificationis & cætera.** Quæ sic in bulla extendi solet, etiam si forsā illud alicui, seu aliquibus cōferri, & de illo prouideri cōcesserimus, & mandauerimus, seu nos de illo duobus prouiferimus: ita vt in data pares seu æquales existant, & mutuò se impediāt: & propterea locus gratificatiōi existat, tibi gratificando eo casu, Apostolica auctoritate conferimus, decernentes, &c.

*De clausula
gratificatiō-
nis.*

2 Hęc clausula solet apponi in signatura, alioqui in bulla suppleri non potest, teste dicto Philippo Probo in cap. duobus, de rescrip. in addi. ad Ioan. Monach.

3 Quæ prodest in impetrationibus, vt si duo fuerint impetrantes à Papa eodem die, tunc attenditur is, qui fuit gratificatus, quia ambo non

Vter preferatur, quando deo.

Sunt eodem die prouisi.

sunt pares rationes ratificationis, nec mutuò se impediunt. Felin. in c. Rodolphus, de rescript. dixi in tracta. de pacific. possesso. in xvij. limita. Calder. consi. viij. de rescri. ideò ad hoc ista clausula est utilis, nec est omitte da, si sapias: quia etià si aduersarius prius adeptus fuerit possessione, tamè habes ista clausula, preferetur: quia ius habet pinguius: vt scripsi tract. de pacific. possessio. numer. 300. in xij. limita. capitul. si à sede.

Item prodest quando duo erant expectantes eiusdem diei, & causa pè det coram vno iudice, vt Papa vnum ex illis gratificare possit: vt docet Probus in d. c. duobus.

Clausula gratificationis prodest vltimo resignatio.

Præterea ad aliud prodest, quod scribit Cassado. in decis. ij. tit. de re nunciat. vbi dicit, quòd Cardinalis de Cibo celsit canonicatui & præbende in fauorem duorum diuersis diebus, & iuxta more solitū Papa eadē die signauit supplicationem pro vtroque: gratificauit tamè illum in fauore eius vltimo resignauerat, ideò ratione huius gratificationis preferendum esse censet: licet cōsensus Cardinalis prius fuisset prestitutus pro alio, tamen ille cōsensus trahitur ad diē prouisionis Papæ: nam plus iuris dat Papa, quàm pars resignans: vt dicit in simili text. in c. dilectus, de offi. delegat. Imò nullū ius ex parte cōsequitur quis, sed ex superiore cōferente, & admittente resignationem, clem. vna, vbi Doct. de renunciat.

Potest etià prodesse ad vacatura, quando sunt impetrates madata, seu expectatitas eiusdem diei, vt is preferatur, qui clausulam gratificationis habet: c. duobus, de rescript. lib. vj.

Clausula ut in forma no uae prouisionis si neutri &c.

Alia clausula solita est poni in supplicatione, videlicet, *quod litera in forma prouisionis gratiosae simplicis vel noua expediri possint, &c.* Alia litteræ sunt gratiosæ, alia iustitiæ, vt superius dixi: & quia multiplices sunt litteræ gratiosæ, Papa facultatē impetrati cōcedit, vt in forma simplicis, seu noue prouisionis expediatur: de his dicā inferius statim in forma bullæ. Vel subrogationis & cætera. Vult Papa vt possint expediri bul

Subrogare Papa potest etià quo ad possessionem

læ in vim subrogatiōis, si expediat parti: de hac dicitur inferius in materia subrogationis, etià quoad possessionem. potest enim Papa subrogare etià quo ad possessionem, teste Felin. in rubri. de rescript. colu. iij. licet possessio sit facti, l. denique, ff. ex qui bus cau. ma. que non trāsit, nisi apprehēdatur, l. cum heredes, ff. de acqui. poss. Et quamuis in bulla esset quis subrogatus quo ad possessionem, nisi eam apprehenderet, in hoc regno vix manuteneretur in possessione, imò alteri possidenti adiudicaretur possessorij. sententia: quia non reputamus possessorem eū, qui nō accepit possess. vt scripsi in tract. de mate. poss. in Ord. Regi. in iij. tomo: nisi in locum possessoris subrogatus fuerit.

Et gratiæ si neutri, si nulli, vel si alteri. Cōcedit Papa vt possint bullæ expediri in forma gratiæ si neutri, si nulli, & de his inferius dicitur abundè, sed hīc plura non addam, nisi quod in regula Innocentij cancellar. lxij. dicitur, quòd hæc gratia, si neutri, vel si nulli, si petatur subrogatio, non debet dari nisi colliganti. gloss. tamen in d. regul. Innocentij. lxij.

xij. hoc dicit non seruari, sed dicit se vidisse alteri non colliganti cōcessā, & quotidie fit vt inferius tractabo in eadem materia.

Per inde etiam valere, aut alia dicto oratori vtiliore. *Cōsulendi periti super vtiliore impetratione.* Et cum hæc literæ gratiæ sint frequētes, de his dicit, alię sunt non tam frequentes: & vult vt si vtilius sit patri, vt etiā possint expediri bullæ in forma si neutri, si nulli, vel alia vtiliore: ideò poterit pars consulere super signatura, quæ forma sit eidem vtilior, & secundum illam expedire bullam: & quandoque partes consulunt nuntios, qui ista non semper intelligunt: ideò partes inuoluntur maximis fluctibus & processibus: quamobrem bonū est peritos super hoc consulere, qui pauci sunt. vidi multos amisisse beneficium ratione impetrationis nullius.

Cum derogatione præmissorum, ac aliorum quorumcumque contrariorum &c. Vult vt contraria non obstant, & quòd in bulla his derogetur: vnde in ea dicitur, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ vestræ, vel alterius ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscūque, &c. vt ibidem dicitur, quæ clausula ex hac concipitur.

Ac regula de annali possessore, Quæ vult, quòd si quis impetret beneficium pacificè possessum per annum, debet exprimere nomen, gradum & nobilitatē possessoris, & causam, ex qua clarè possit constare, quòd nullum ius ipsi possessori competat, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicem euocari facere, & alia no. in regula cancellar. Iulij. xxxvj. sed huic derogatur per hæc verba. Vide inferius in declaratione huius regulæ de annali possessio.

Vnde si quis impetrauerit beneficium, quod alius possedit sine canonico titulo: & impetrans non expresserit causam detentiōis, si fuerit derogatum huic regulæ, vt hīc, expedietur bulla sine expressione causæ siue derogatione huius regulæ: de qua inferius dicitur in sua materia. Sed si quis impetrauerit beneficium ab alio per plures annos detentum, & Papa tempus detentionis habeat pro expresso, non obstant. regu. cancellar. tamè valebit illa impetratio, nisi possessor esset triennalis: quia eo casu per reg. cancell. non debet molestari possessor in possessorio, nec in petitorio, vnde nō valet impetratio: vt plenè scripsi in tract. de paci. possess. foribus, quicquid dicat Gomez. in regula de triennial. questione xvij.

Necnon iurispatronatus, quatenus de illo existat, etiam si laicorum nobilium & illustrium personarum, etiam si ex fundatione, vel dotatione competat in toto, vel in parte. In hac clausula debet repeti, necnon cum derogatione iurispatronatus, quatenus de illo existat, &c. vt Papa illi velit derogare.

Iurispatronatus est ius honorificum, onerosum, vtile, competens

ei qui ecclesiam cōstruxit, dotauit vel fundauit, vel ei qui ab eo causam habuit: prosequitur Pen. in rubr. de iure patro. & Roch. Curtius in tract. iuris patro. in princ. ac Lamberti. in suo magno tract.

Quot modis ius patronatus acquiratur, & cui.
Et hoc ius patronatus acquiratur ei, qui cōstruxit, fundauit ecclesiam, vel dotauit, & eius successoribus. c. nobis, de iure patro. c. filiis. & c. piæ mentis. xvj. q. vij. sed post cōstruētā ecclesiam non acquiratur ius patronatus. glo. in d. cap. piæ mentis, & c. fin. de reb. ecclē. non alienand. in vj. quia rei sacræ seruitus imponi non potest. c. significatum, de præben. Domin. consil. xxxij. nisi de Papæ consensu: nam alius non potest ecclesie seruitutem imponere, etiam si eam dotauerit: vel nisi ecclesia esset penitus destructa. c. quoniam, de iure patro. † Quamuis summi pontifices ex gratia hoc ius laicis referuauerint, vt eos ad cōstruendas & fundandas ecclesias allicerent, & ne à foundationibus retraherēt c. decernimus. xvj. quæst. vij. c. iij. de iurepa. glo. in c. nemo. xxxij. q. iij. facit text. in l. ij. ff. de operib. public.

Papa beneficii sub iure patronatus laicorum existens non conferit sine derogatione.
Tamen postquā laicis ius patronatus cōpetit, quia est eis à iure referuatum: ob id Papa non solet conferre beneficia sub iure patronatus laicorum existentia, nisi cum derogatiōe iuris patronatus: & non est sue intentionis, vt valeat illa collatio non facta derogatione: vt dicit Ioan. Andr. se de hoc vidisse bullam directam prelati Angelię, alias prouisio Papæ tanquā subreptitia non valet, quia circa intentionem Papæ.

Mentio faciēda non est de iure patronatus in clericorum.
Itaque derogatur hīc, si ius patronatus competat laicis: quia de iure patronatus cōpetere clericis non est faciēda mentio, nec derogatio: sed Papa & legatus. iure suo cōferūt etiā sine patronorū cōsensu. c. cū dilectus, de iure patro. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in iij. parte, quæst. xj. nu. 29. vnde non valet Papæ prouisio tanquā subreptitia, si non derogauerit iuri patronatus laicorum saltē cōditionaliter, vt hīc, quatenus de illo existat vel si de illo existat: sed vtitur quatenus de illo existat, vt hīc constat.

Patronus laicus quis dicitur.
Et dicitur patronus laicus, quando ecclesiam fundauit ex suo patrimonio, vel ius habuit ab eo qui eam de patrimonio & bonis patrimonialibus construxerat. d. c. cū dilectus, & ibi Docto.

Ecclesiasticus quis.
Ecclesiasticus verò patronus dicitur, quando ex bonis ecclesie fundata est, vel clericus illud ius habet ratione ecclesie. gloss. in cle. vlti. de iure patrona. Panor. in c. eam te, & c. illud, de iure patro. Curtius in tract. iuris patro. in ver. ius. q. vij. Feli. in suo tract. quando literæ Apostolicæ no-

Clausula generales ad derogationem iuris patronatus non sufficiunt.
ceant patrono. † Vbi plus dicit, quod clausulæ generales derogatorię non sufficiunt ad derogationem iuris patronatus laicorum, etiam si adesset clausula motus proprii, vel clausula non obst. & aliā ampliat x. modis, qui ibi videri possunt: & Dom. consil. cxvij. in quęstione.

Et sic extat regula, quod etiam Papa beneficium sub patronatu laicorum existens conferre non solet, sine derogatione: alioqui collatio esset subreptitia: vt superius dictum fuit. diceretur tamen ille prouisus coloratum habere titulum: vt fusiùs scripsi in trac. de pacifici. possess. quamuis quidam stolidi censeant contrā.

Quod

10 Quod limitatur in sequentibus casibus. Primus, quando patronorū consensus accessit: vnde solet Papa in prouisione apponere, dummodo dictorum patronorum ad hoc expressus accederet consensus: nam cū agatur de præiudicio illorum, si consentiant, non est derogandum: nam postquā partes sunt concordēs, quid ad iudicem? vt docet tex. in l. j. §. inde queritur ff. de noui operis nuncia.


11 Si autem tres patroni consenserint, & duo non solet in prouisione Papa dicere cū trium ex dictis patronis expressus ad hoc accesserit consensus, quoad reliquos ex patronis prædictis hac vice duntaxat specialiter derogamus: nam postquā omnibus potest derogare, & aliquib. c. pastoralis. §. item cū totum, de offi. deleg. & maximè dum maior pars consentit. † Etiam in hoc regno Franciæ solet Papa minori numero patronorum derogare: quamuis de consuetudine non recipiatur alia derogatio de patronatu laicorum, in hac patria cōsuetudinaria: scilicet vt omnino derogetur iuri patronatus laicorum.

12 Et si quis patronus Papæ per resignationem presentauerit, non dicitur Papa nos tibi, quem dictus patronus per publica instrumenta nobis, & c. presentauit, quia ante vacationem non poterat presentare: idēo Papa dicit in bulla, tibi presento N. cū ad hoc dicti N. patroni per publica instrumenta expressus accesserit consensus, Apostolica autoritate conferimus: & videatur bulla, quæ sic solet confici, vt fuit dictum.

13 Et hæc presentatio probatur per solam Papæ, vel episcopi narrationē factā in literis collationis, vel prouisionis, cle. vna. de prob. c. post celsionem, illo titu. quia vbi constat de duobus extremis ritē factis, debemus etiam presumere de medio, arg. c. cū dilectus, de pon. c. accedens. vbi glo. de conuers. coniuga. sed de vacatione & institutione constat: ergo & de presentatione debemus presumere. & hoc firmat Felin. in d. cap. post celsionem, col. iij. quem refert Roch. Curtius in d. tract. iurispa. in verb. honorificum. q. 50. † Idēo qui presentationem factam non esse asserit, vel negat, hoc probare debet, cū ex narratione saltem presumatur: secus si nil esset anunciatum in literis Papæ, tunc oporteret illum probare, qui presentationem allegaret: vt plenē scripsi in tit. de subla. cle. liieris, in Cōcordat.

14 Secundò, poterit Papa prouidere sine derogatione patronatus, postquam deuoluta erat collatio ad illum: vt pote si patronus laicus non presentauerit intra quatuor menses, à iure illi prestitutos. c. vno, de iure patrona. lib. vj. refert Staphi. in tracta. de literis gratiæ, de modo & forma impetrandi, vers. hinc est quod prouisionibus: & si ordinarius non prouideat, per c. ij. de concessio. præbend. & sic deuoluta erat collatio ad Papā, eo casu non est opus derogatione. † Debent tamen in literis prouisionis Papæ fieri mentio de iure patronatus, vt docet Germinia. consilio. 50. queritur.

15 Tertiò, quando tempus patronis laicis ad presentandum à iure præfixum lapsum est, per dict. capitul. vnic. & hoc est additum per Iulium



Minori numero patronorum solet Papa etiam in hac patria derogare.

Bulla quomodo sit cōcipienda ad presentacionem patroni laici.

Presentatio au probetur per narrationē papæ, vel collatoris.

Iure deuoluta Papa conferre beneficia sub patrona laicorum, & lapsa illis dato tempore.

Papā moderum in sua regula xliij. sed proximus casus sufficere videbatur, nā quādo patronus non presentavit intra tēpus, deolutū est ius ad superiorē, cle. vna, vbi gl. de supplēd. negl. praelato. nisi dicas, quod de lapsō tēpore presentationis nō est deolutū ius ad Papā, sed ad episcopum vel aliū instruentē: quod si instituēs nō cōferat, deolutur ad alium, do nec ad Papā deolutū fuerit. & sic duo erunt casus sic intelligendo.

Presentatio nulliter facta nō impedit collationē Papae pro rebus iuris laicorum.
Quartō, quādo patroni presentauerūt, sed nulliter: tūc etiam valet Pa-
pe prouisio, etiā sine derogatione, quia non preiudicatur patronis, cū ipsi presentauerint, & functi sint suo officio: c. in literis, de offi. deleg. & ratione praelationis & prerog. Papa conferre potuit, c. dudum, de prebē. in vj. dixi in §. declarantes, in verb. iure. preuētiōis, de mād. Apost. in Cōc.

Quintō secundum quosdam si beneficium vacet in curia per obitū, Staphil. in d. tract. de literis gratiæ, vers. tertio an sit locus, sed contrarium teneo inferiūs: quamuis hoc sit in reg. cancell. Alex. vj. statutum, & hoc probatur per doct. in c. ij. de preb. in vj. vbi communis opinio est contra.

Papa patronis nō cōsentibus conferri.
Sextō, quando patroni nolunt consentire sine caussa permutationi, poterit papa etiam in hac patria consuetudinaria conferre, imō etiā in episcopo consuluit Dom. consil. 50. quæritur. inferiūs dicitur abundantius in tract. de permur.

Papa reiecta sibi collatiōe prouidet.
Septimō, quando Papa prouisionem sibi retinuit in fundatione, vt in decanatu ecclesiæ Alesti diocēsi. Nemaui. tunc iure suo sine aliqua derogatione confert facta huius retentionis mentione.

Iuri patroni cōpetenti ex prescriptione vel priuilegio Papa derogat.
Octauō, si ius patronatus competeret ex prescriptione, vel priuilegio tunc non erit illius facienda derogatio: quia non quæritur ius patronatus his modis, licet ius presentandi acquiratur. Gemin. consil. xl. consuetudo, col. iij. & Calder. consil. xix. isto titul. Cardi. consil. lxix. vacante. col. ij. & Feder. consil. lxv. vbi concludit etiam legatum posse conferre quādo competit ius laico presentandi ex consuetudine vel priuilegio: hoc etiā firmat Staphil. in tracta. de literis gratiæ, de modo & forma impetradi, vers. quartō venditione. † Ego arbitrarer hoc casu etiam faciendam mentionem, quia Papa difficilius concederet: & illa sunt exprimenda, vt per Fel. in c. in nostra, de rescrip. Paul. Pari. consil. xlvj. videtur, col. iij. vol. iij. sed habita mentione in hac patria vix conferret ratione cōtrariæ cōsuetudinis. Nam in curia Romana hodie nulla fit differentia an ius patronatus sit quæsitum fundatione an prescriptione, vt format Deci. consil. 126. in causa. col. ij. nu. 3.

Derogat Papa iuripatroni laicorum quādo clericus est in possessione presentandi.
Nonō, si clericus erat in possessione presentandi, & tamen iuripatronatus esset laicum, eo casu valeret prouisio facta à Papa non facta mentione, quia possessio attenditur, c. consultationibus, de iure patro. & Cardinal. consil. lxix. vacante, col. ij. postquam communiter habetur clericus pro patrono, ille error communis excusatur. Barbarius. ff. de offi. preb. hoc † tamen casu quia mens Papæ sine expressione non est, vt conferat: ergo non valeret prouisio ratione voluntatis deficientis, & licet ille error esset, tamen mens Papæ hoc casu abest, vt alibi dicam.

Deci

27 Decimō si Papa dispense cum promotō ad episcopatum vt retineat sua beneficia, poterit retinere ea etiam, quæ sunt sub patronatu laicorum: vt decidunt domi. de Rota decisio. xxxij. Supposito, in nota quia non agitur de præiudicio patroni, cū non vacet beneficium: & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. facit l. cæcus, de iudic. docet Staphil. in d. tract. de literis gratiæ, ver. quartus & vltimus casus. Plura ad hanc rem accommoda scripsi, & ibi Senatus consil. in §. præfati que ordinarij. in verbo viris graduatis, de collatio. in concord.

28 Vltimō poterit Papa imponere pensionem sine etiam consensu patronorum laicorum, quia plenaria beneficiorum dispositio ad illum pertinet. c. ij. de præben. lib. vj. alias limitationes tradit Felin. in d. tracta. vbi videri poterunt.

29 Duodecimō poterit Papa dispensare, vt literatus habeat duo beneficia, etiam sub patronatu laicorum existentia, & sine patroni consensu, iuxta c. De multa, de præben.

30 Decimotertio quando Papa derogat iuripatronatus laicorum, valet prouisio, quod potest, non autem legatus vel alius inferior. c. dilectus, de offic. leg. c. cū dilectus, de iure patro. quod non solet in hac patria consuetudinaria.

31 Et solet Papa huic iuri conditionaliter sic derogare: nos iuripatronatus huiusmodi quatenus dicta ecclesia de dicto iure sit, pro hac vice derogamus & c. licet pars debeat præcisè, & non conditionaliter exprimere in bulla: si ius patronatus spectet ad laicum, alioqui impetratio non valebit.

32 Aliquando vidi partem conditionaliter exprimere, etiam si de iure patronatus laicorum existat: quod est verum, quando beneficium non est referuatum: sed si beneficium sit referuatum, vel ex loco quia vacauit in curia, vel ex persona quia familiaris erat, seu ratione beneficij, forte quia maior dignitas post pontificalem, non poterit conditionaliter iuripatronatus exprimi, quia sic tolleretur referuatio: ideo necesse est in his saltem casibus, vt pars præcisè dicat, an sit de patronatu laicorū, vel non sit, vt referuatio possit suum fortiri effectum: vt doct. scribunt in c. ij. de præben. in vj.

33 Idem in vacaturis, vt non possit conditionaliter exprimi quod beneficium, vt à nonnullis asseritur de iure patro. laicorū existit: sed debet præcisè dicere si sit, vel non propter referuationem, quæ solet dari, quæ impeditur ratione iuripatronatus laicorum: ideo si hoc fuerit dictum conditionaliter, bulla erit rescribenda, alioqui non valebit.

34 Vnde non valet prouisio facta à Papa, in qua fit mentio fundatoris & iuripatronatus: sed non est expressum quod esset de iure patrona. laicorum, quia in dubio intelligitur Papam voluisse derogare iuripatronatus clericorum, non laicorum: vt docet Fel. in tract. quando literæ Apostol. col. iij. in iij. amplia. post. Lappū, alleg. lxxxij. Dominus Papa, col. iij.

P

Dispensat Papa ut retineantur beneficia sub patronatu laicorum existen.

Pensio imponi potest beneficio sub patronatu laicorum existē.

Dispensat Papa ad duo etiam si sint sub patronatu laicorum.

Derogatio à Patronatu sit, et quomodo.

Iuripatronatus laicorum quando conditionaliter exprimi possit.

In vacaturis præcisè debet iuripatronatus exprimi.

nam cum ius patronatus ad duo referri possit, ob id in specie narrari debet, non in genere, alioqui incerta & confusa est impetratio & subreptitia, teste Oldra. consil. lxxxj. quod processus. Anno Crauette, consil. lxxvij. proponitur, col. ij.

Item ubi est ius patronatus, non ponitur clausula, ex quavis causa, nec generalem reservationem importante: ut est statutum in reg. Alex. vj. tit. de signat. gratiæ.

In Francia & Normania non derogatur iuri patro. laicorum. In beneficiis litigiosis derogatur iuri patro. laicorum & quando filio patro. conferatur.

Sed in Francia consuetudinaria, & in Normandia non solet Papa derogare iuri patronatus laicorum: nec eius derogatio recipitur de consuetudine, quæ an valeat, tradit Collecta. in c. ex tenore, col. j. de concessio. præb.

Si tamen vacarent beneficia per affectationem & constitutionem ex-
crabilis. siue c. de multa. vel deuolutione alio quouis modo beneficia habent possessores, quos oportet per lites expellere, his casibus derogatur iuri patronatus laicorum etiam principum, ut statuit Alex. vj. in tit. de derog. iurispat. ubi etiam derogari ait, quando Papa confert filio vnus patroni vel nepoti: & hoc æquum videtur.

Item quando Papa ponit istam clausulam cum derogatione iurispatronatus & c. debent pragmatici Romani addere, quoad gratiam si neutri, vel subrogationis duntaxat: sed non dabitur derogatio quoad nouam prouisionem, nisi ut supra dixi: & hoc habetur in regul. Alexand. vj. tit. de signatura gratiæ.

In gratia si neutri, & subrogationis derogatur iuri patro. laicorum. In permutatione consensus patroni requiritur.

Quia in gratia si neutri, & subrogationis iam patroni consenserunt, ob id illis non infertur iniuria, quia præsentarunt, secus esset in gratia simplicis prouisionis vel nouæ, ubi non præsentassent: quod nota.

Etiam in permutatione requiritur consensus patroni, aliàs irritabitur prouisio: quia inimicus fundatoris & ecclesiæ sic posset præfici, c. illud de iure patro. Lappus alleg. xcvi. beneficia, in fi. gl. in c. vno. de rerum permu. in vj. Felin. in c. cum Bertoldus, col. v. de re iudic. Bertrand. consil. cclxxij. etiam, col. j. & ij. in iij. vol. ex prima editio. & Domi. consil. xlv. consuetudo. Aegid. decis. clxxix. & clxxxj. permutatio. † Si tamen patronus nolit consentire sine causa, poterit Episcopus permutationem approbare, teste Domi. consil. 50. quæritur an Episcopus, & Staphil. in d. tract. ver. hinc est, post Panor. in c. cum accessisset, nu. 51. de constit. oportebit tamen prius audire patronum, & eius recusationem ac causam.

Permutationes absque præsentatione patronorum fiunt.

Nempe resignationis approbatio ad Episcopum pertinet, & non ad inferiorum: c. quæritur, de rer. permu. Ob id poterit Episcopus conferre beneficium causa permutationis cum patroni consensu etiam sine præsentatione, quæ requiritur quando vacat per mortem: ut asserit Felin. in d. c. cum Bartoldus, col. v. de re iudic. refert Curt. in tract. iurispat. in verb. honorificum, in prin.

Tamen de generali consuetudine ecclesiæ quasi omnes Episcopi tales expediunt permutationes absque patroni consensu, & vocatione patronorum. his verbis vtitur Aegid. Bell. in consil. vj. Factum pro parte, col. pe. & valet præscriptio secundum eum. vide quæ scripsi infra de permu. in iij. parte.

Si stat

44 Si statuto ecclesiæ vel in fundatione statutum sit, quod nullus præfentetur ad talem ecclesiam, vel nulli conferatur, nisi sit talis ætatis, vel presbyter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi Papa. cle. Quia contingit, de religiof. domi. c. Si pro clericis, de præben. lib. vj. nec valebit collatio contra statuta facta ab alio quàm à Papa.

45 Et id si cautum sit, quod habens illud beneficium aliud habere non possit, tunc Papa fundationi derogare poterit, non alius.

46 Nisi de voluntate patroni, tunc Episcopus poterit conferre etiam non presbytero: ut visum fuit Panormita. in c. cum accessissent, numero 5. de constit.

Fundationi non potest derogari sine patroni consensu ab inferiore, à Papa contra.

47 Sunt tamen qui dicant, quod si statuta loquantur per verbum recipiatur, quod nullus recipiatur, nisi sit presbyter, tunc valebit collatio: sed in receptione poterit se opponere is, qui interesse præten- dit, videlicet patronus, & non recipietur sine suo consensu: ut not Innocen. in cap. quod sicut, de electio.

48 Tamen in creatione pensionis à Papa factæ non requiritur consensus patronorum: quia Papa habet plenam in beneficiis potestatem. cap. ij. de præb. in vi. Felin. in d. tract. quando literæ Apostol.

Pensio sine patroni consensu à Papa imponitur.

49 Quod limitatur, si in signatura fuerit expressum de patronorum consensu, tunc enim requireretur & in bulla: nam postquam apparet Papam voluisse illorum consensum interuenire, & bulla ex supplicatione conficitur, unde illud omitti non debet, alioqui bulla ex omissione reprobaretur: quem tamen consensum Papa requirere non solet in hac pensione.

50 Et si quis impetrauerit beneficium patronatu laicorum affectum, si in signatura nihil dixerit de patronatu laicorum, postea in bulla non poterit exprimi, etiam si vellet dicere, dummodo patronorum accedat consensus, nam postquam in supplicatione non est facta illius mentio, sic in bulla non fiet, sed poterit de nouo impetrari beneficium, vel impetrari rescriptum perinde valere: quia prima impetratio tanquam nulla non impedit secundam. c. ex tenore, de rescrip.

Non valet bulla faciens mentionem de patronatu, si hoc non fuerit in signatura expressum.

51 Tamen si vnus in signatura dixerit sibi autoritate ordinaria fuisse prouisum, & quia dubitat talem collationem viribus non subsistere, supplicat Papæ sibi de nouo prouideri: si Papa prouiderit, in bulla poterit exprimi se fuisse præsentatū & institutum: quia hoc autoritate fuit factum ordinaria, utpote institutio. c. conquereute, de offic. ordina. & per totum tit. de instit. & in institutione plus iuris habet ordinarius, quàm patronus. c. dilectus, de offic. lega.

Autoritate ordinaria prouisus dicitur etiam institutus.

52 Secus si Episcopus prouidisset sine consensu patronorum intra tempus quatuor mensium, si patroni neglexissent intra illud tempus iuris præsentare, valebit collatio: c. illud, ubi doct. de iure pat. Petr. Paris. consil. cxliij. scripseram, in iij. vol. unde si in supplicatione non fuerit expressum de patronis, hoc etiam non poterit in bulla narrari: quia non potest addi bullæ, quod non est in signatura expressum, nisi sint clausula, quæ ex

Collatio ab ordinario facta intra tempus patronis præstitutum valet.

consuetudine & stylo apponi solent, quæ habentur pro apposis. l. si quis donaturus. ff. de usufr. l. certi conditio. §. si nummos, vbi laf. & alij, si certum petat.

Verba signaturæ quod forsitan sit presentatus, uel institutus etc.

Imò si in signatura vnus petat sibi prouideri, de beneficio patronato, 53 & in dispositione est, quod dictus orator possit exprimere, an sit presentatus, & forsitan institutus: postea in bulla virtute huius clausulæ poterit exprimere se presentatum & recusatum, & appellasse, quia dubitatiuè dixit, & forsitan institutus, &c. & dabitur noua prouisio eo casu ratione illius clausulæ, non aliter. Et sicut valet collatio ordinarij, si patronus non presentauerit intra tempus. d. cap. illud, de iure patro. multò fortius valebit collatio Papæ, si non sit subreptitia, ne sit deterioris conditionis, & potestatis quàm ordinarij, sed ratione maioris prerogatiuæ. cap. si à sede, de præben. lib. vj. & nisi istud esset tam euidentis bonis & doctis, multis probarem, sed non addam lumen Soli.

Presentatus ante institutionem possessionem beneficij accipiens est priuatus iure.

Notandum quòd si presentatus ante institutionem ingrediatur, & accipiat possessionem beneficij, eo ipso priuatus est iure, quod habuit ex presentatione. c. Auaritiæ, de electio. lib. vj. iuncta glos. in cap. fin. illo tit. hoc extendens ad presentationem, quàm probat Barba. consil. lxxvij. col. ij. volumi. ij. & Calder. consil. penultimo, de electio. facit capitul. qualiter, de electio.

Quia dispositio illius text. est fauorabilis ecclesijs, licet aliàs dicatur pœnalis, tamen extendetur de electione ad presentationem: vt docet Roch. Curtius in tracta. iuris patronat. in verb. honorificum. q. xxxix. licet contrarium velit tenere A egid. Bellamera in decis. dcxx. cap. fi. de electio. nisi fuerit consuetudo.

Recipiens fructus ante institutionem fit inhabilis.

Imò si ante institutionem perceperit fructus, fit inhabilis, quia sine titulo recipit, & indiget rehabilitatione: vt inferius dicitur in materia dispensa. per ea quæ no. doct. in c. dilectus. de offic. lega. idem dixi in eo, qui recepit fructus post regiam nominationem ante Papæ prouisionem, vt sit priuatus iure, si quod per nominationem habebat.

Impetrari potest beneficium illius qui fructus recepit ante institutionem.

Vnde alia debet fieri impetratio à Papa, & debet exprimi quod ante institutionem & post presentationem fructus recepit, & sic se intrusit, & inhabilem se reddidit, ideo Papa absoluet eum, & rehabilitauit. ita docet D. Probus in c. fi. col. ij. de constit. & frs qui recepit fructus non impetrauerit, poterit tertius illud beneficium impetrare vacans per intrusionem. c. cum iam dudum, vbi Panor. & alij, de præb.

Iurispatro. laicorum mentio specialis faciendâ est nec sufficeret dicere ad presentationem etc.

Et non expeditur etiam signatura impetranti, nisi de fructibus componat perceptis, & dimidiam partem fructuum perceptorû cameræ Apostolicæ tradat: vt docet Hierony. in praxi Romanæ curiæ, folio 44. verficulo consultus à quodam. & Domi. in consilio cvj. Super dicto dubio, columna tertia. Felin. in c. in nostra, corrola. ij. de rescript. inferius abundantius exprimam.

Nota quòd in derogatione primò debet fieri mentio iuris patronatus laicorum: vt dictum fuit, nec sufficit exprimere ad quamcunque collationem,

tionem, presentationem, vel prouisionem pertindat: quia illa verba intelligerentur de presentatione spectante ad clericos, non ad laicos. Ioan. Andr. & alij in cap. Dilectus, de offic. lega. Staphil. in tracta. de literis gratiæ, rubr. de modo & forma impetrandi, versic. sed dubium est, & versicu. patent igitur.

60 Vbi limitat in duobus casibus, quando acquisitum esset ius presentandi ex priuilegio vel presentatione. idem tenuit Lappus allegatio. xcviij. beneficia, col. j. superius scripsi in hac clausula.

61 Solet etiam exprimi, si ad nobiles spectaret: quia solet esse difficilior delegatio, quando ad istos pertinet: ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videtur quasi neglecta. l. item apud. §. ait prætor. ff. de iniur.

62 Etiam debet fieri mentio Regum & illustrium personarum: quia derogando simpliciter iuris patronatus laicorum, non intelligitur derogatum si ad Reges vel alios Principes pertineat. c. fi. de offi. deleg. lib. vj. c. ne alij, de priuileg. ibid. & ita est in regu. cancell. xxx. declaratum. & Felin. in d. tract. amplia. vij. quia sub clausulis generalibus isti sublimes sunt excepti, & non comprehenduntur. c. sedes, de rescript. c. de multa, de præb. Carol. Ruin. consil. lxxix. quæritur. in v. vol. col. ij.

63 Vnde si prouisio à Papa fuerit facta, non obstante iure patronatus laicorum, si spectaret ad Regem non valeret prouisio, & Rex se opponere posset: vt Innocen. in simili dicit in cap. Quòd sicut, de electio. glo. in d. regul. xl. & Felin. in dict. tract. amplia. vij. & non censetur iuri Regis derogatum.

64 Imò si beneficia vacent in curia per obitum, quorû ad Regem presentatio pertinet, Papa ea non conferet sine Regis consensu. gl. not. in c. ij. de præb. lib. vj. Lappus alleg. xcviij. beneficia. Rota decis. cclxvi. in antiq. Curtius in tract. iurispatro. in verb. competens. q. xxiiij. vbi multa adducit: & nunquam derogatur iurispat. Regibus competenti, etiam si beneficia apud sedem Apostolicam vacent: vt statuit Alex. vj. in tit. de derogat. iurispat. nisi illi fuerit aliàs derogatum, quia tunc expressione facta illi poterit derogari, teste Petr. Paris. consil. ciiij. cum reseruat. in iiij. vol.

65 Nota tamen quòd iuris patronatus laicorum in bulla non requiretur aliqua derogatio, si omnium vel maioris partis patronorum consensus interuenerit, quia ab ordinario poterat institui: sic presentatus sine vlla derogatione de iure: c. quoniam, de iure patro. nam quod maior pars facit ratum habetur, ac si omnes fecissent. c. cum Bertoldus, de re iudic. & c. j. & per totum, de his quæ fiunt à maio. parte capitul.

66 Aduertendum est, quòd si ius patronatus spectet ad religiosos, vel ad capitulum, solet Papa in signatura loco huius clausulæ de iure patronatus inscribere, quod presentatio personæ idoneæ de antiqua & approbata consuetudine ad ipsius ecclesiæ capitulum, dum pro tempore vacat, pertinet: & de stylo curiæ Romanæ non apponitur hæc clausula, cum derogatione iuris patronatus.

in multis modis iuris patronatus competat.

Derogatur etiam huic iuri si competat ex fundatione vel dotatione, 67 seu emptione. cap. Piamensis. xvj. quæst. vij. vbi glos. & cap. ex literis, de iure patro. idem si ex successione. cap. considerandum. xvj. quæst. vij. c. j. & cap. quoniam. de iure patron. idem si competat ex donatione. c. Ex infirmatione, eod. tit. iuncto c. vno, eo. tit. lib. vj. vel si permutatione nobis competat. idem c. nemini, xvj. quæst. vij. & aliàs quomodocunque: vt superius declarauit.

Iuris patronatus laicorum an derogari possit.

Item siue in totum competat laico, siue in parte: nam si laicus habeat 68 partem iuris patronatus in ecclesia, etiam oportebit derogare, licet altera pars competeret ecclesie. gl. in c. vno, de iure patro. lib. vj. quamuis Rota decis. cclxvj. in antiq. tenet contra. primam tamen tenet Felin. in tracta. quando literæ Apostol. noceant patro. in vj. ampliacione.

Et in hac patria sicut non recipitur derogatio iuris patronatus laicorum, 69 quando in solidum spectat ad eos, ita non recipietur, quando competit illis pro parte: vt vidi feruari, & scripsi in glos. vnum collatorem. in §. primo, de mandat. Apostol. in concordia. Paul. Paris. consil. xxxv. ad veram, num. 16. & seq. in iij. volum. quamuis Alexand. vj. statuerit hoc casu derogari posse.

Derogatio iuris patronatus semper in bulla faciendâ, aliàs non ualet.

Adhæc quamuis doctores asserant valere prouisionem beneficii factam sine derogatione, quando laicus ex consuetudine, præscriptione vel priuilegio ius acquisiuit præsentanditum quia talis non est patronus, licet ius patronatus acquisiuerit: vt docet Calda. consil. xix. concessum, hoc tit. & Gemi. consil. xlv. consuetudo, col. iij. tum quia cessat ratio ne retrahantur à fundatione, quia is non fundauit: docet Feder. consil. lxxv. & Cardin. consil. lxxix. vacante, col. ij.

Tamen ego in praxi non vidi fieri differentiam, sed semper derogationem in bulla vidi insertam, aliàs subreptitiam iudicatam: quia praxis has non curat subtilitates. vt supra dictum fuit.

Derogatur fundationi in specie, non in genere.

Vltimò nota quòd Papa solet etiam derogare fundationi beneficiorum etiam si in illa caueatur expressè, quòd obtinens tale beneficium teneatur in illo residere personaliter, & intra annum ad sacerdotium promoueri: vel quòd teneatur in principio esse sacerdos, & cù illo non possit aliud obtinere beneficium. † Sed non solet Papa derogare, quando derogari petitur fundationi in totum, & quoad omnes eius partes etiam non expressas vel exprimendas: possunt enim esse tales quibus Papa nollit derogare: & hoc expressum firmat Staphil. in d. tract. de liter. gratiæ, vbi supra. versic. vltimò non omitto.

Et sic Papæ exprimi debet, super quo petitur derogatio in specie, non in genere ratione confusionis vitandæ. hæc tamen de iure patronatus laicorum.

Clausula de speciali ad vitam &c. quæ denotat imperantem minores & principales obtinere posse dignitates, de quibus in corpore facta est mentio, & de speciali Papæ gratia est in reg. Alex. vj. in tit. de signa. gratiæ. & tit. de dispensa. in prin.

Alia

Alia

1 Alia est clausula, Et quòd omnium & singulorum denominationem, nomen & cognominum, qualitatum, annexorum, situationis fructuum de augendo & diminuendo, ordinum, dependentium, annorum diæces. aliorumque circa præmissa necessariorum maior, verior, seu amplior expressio seu specificatio fieri possit. † Ista clausula iusta est, summæ utilitatis: nam interdum multa omittuntur in signatura, quæ non possent in bulla suppleri, si non adesset ista clausula: nec valeret impetratio tanquam subreptitia, ideo ista clausula supplet.

Clausula quòd verior expressio fieri omnium possit.

2 Primò vult quòd omnia & singula veriùs exprimi possint: & nota quòd quando omnia sunt exprimenda, ac singula, tunc non sufficit exprimere in genere, sed debet fieri expressio cum omnibus suis qualitibus & circumstantiis, per gl. singul. in verb. omnia & singula, in c. vt circa, de elect. in vj. Barba. in c. si quis presbyterorum, col. ij. de rebus eccles. non alienand. & ita geminatio multi est momenti: vt doct. scribunt in l. balista. ff. ad Trebellia. & Corfe. in suo tractat. de geminatis.

Quando omnia & singula exprimi debent non sufficit generalis expressio.

3 Si rectè non fuerit denominatum beneficium in signatura, ratione huius clausulæ exprimi veriùs poterit: vocauit enim sancti Ioannis, & erat sancti Petri: poterit hæc denominatio corrigi, & verum nomen exprimi: nec obest Stichum, qui meus erit. ff. de legat. j. vbi nominatio appellatiui nominis non potest mutari, quia fac esse, sed illud nolumus mutare, nempe si vocetur sancti Seuerini, vt dicatur sancti Ioannis: sed volumus quòd si per errorem expressero beneficium sancti Seuerini, vel sancti Iusti, vt verum nomen & nominationem exprimere possim: & ad hoc tendit ista clausula: nihil enim est tam contrarium consensui, quàm error, qui imperitiam detegit: l. si per errorem. ff. de iuris. om. iudic.

Denominatio verior fieri potest.

1 Nominum & cognominum. Hæc clausula operatur, quia si quis impetraret præbendam & canonicatum vacantem in ecclesia Paris. per obitum Titij, & tamen vacauit per obitum Ioannis, non debetur impetranti: nec poterit corrigi, nisi ista clausula adfuerit, vel alia similis, videlicet quòd nomen & cognomen vltimi possessoris meliùs specificari possit: alibi de hoc scripsi post Fel. in c. significante, de rescript.

Nominis correctio an in præbendis fieri possit.

2 Diuersum est in impetratione beneficii, in qua error in nomine possessoris defuncti non vitiat, ideo in bulla corrigi error poterit: quia falsa demonstratio non vitiat. l. falsa. ff. de conditio. & demonstr. abundè Paulus Paris. confi. xv. circa. col. ij. in iij. vol. num. 8.

3 Sed in præbendis non potest constare de corpore præbendæ, ideo est incertitudo, quæ vitiat prouisionem. capitul. secundo, de electio. in vj. vnde ad vitandum opiniones solet addi hæc clausula, vt verior specificatio fieri possit nominis & cognominis &c. & si non appareat de morte plurium canonicorum, nominis error & cognominis corrigi poterit:

quia non potest intelligi, nisi de illo: sed si plures essent vacantes præbendæ per mortem plurium non posset hoc corrigi, alioqui liberum esset alicui, quam præbendam vellet declarare, quod est absurdum, maximè ubi præbendæ sunt inæquales: vt in ecclesia sancti Hilarij Pictauiensis.

Nomen impetrantis & cognomen per hanc clausulam corrigi non potest.
Per hanc tamen clausulam non poterit corrigi nomen impetrantis, nec cognomen: quia illud impetrans scire debet, & exprimere: nec tam stultus est quis, vt nomen suum vel cognomen ignoret. l. fin. C. de hæred. instit. licet apud Plinium lib. vij. legamus Coruinum Messalum etiã proprij nominis oblitum. & quando constat de corpore beneficij, nomen & cognomen defuncti verius exprimi potest per hanc clausulam, vel expressio vnius: ideo hæc clausula non debet omitti.

Nomen patroni ecclesiæ corrigi non potest.
Solent etiam quidam addere, nomen patroni vel patronæ ecclesiæ, seu patronorum verior expressio fieri possit: & hoc etiam bonum est, cum nomen sancti in impetratione sit exprimendum. cap. quamuis, vbi gloss. de præb. in vj. tamen etiam si non exprimat, per hanc clausulam corrigetur.

Qualitates quæ in bulla corrigi poterunt.
Qualitatum. Non solum qualitas personæ debet exprimi, vt si sit Archidiaconus, vel alia præditus dignitate. c. Ad aures, de rescrip. † Sed etiam qualitas beneficij, si sit curatum vel dignitas. c. cum in illis, de præbend. libr. vj. & gloss. in regul. cancella. lxxij. dicit quod vera qualitas tantum poterit exprimi, sed omnes simul non. & ita dicit se habere stylum curiæ Romanæ. † Et duplex est cura, vt patet per Panor. in c. dudum. no. ix. de electio. post gloss. in extrauag. Execrabilis, in verb. curam animarum, in Extra. Io. xxij. scripsi in tract. nominatio. q. ix. nume. 47.

Impetratio beneficij intelligitur non curato.
Imò si quis impetret tale beneficium sancti Ioannis, si aliud non exprimat, intelligitur negatiuè, videlicet quod non sit curatum: & si impetretur prioratus, in bulla dicetur non curatur: hoc est expressè statutum in regul. cancella. lxxij. Innocen. & nunc est repetitum in regula Iulij Papæ moder. regula lxxvij. Ideo non valebit impetratio, nisi ponatur hæc clausula, quod maior expressio qualitatis fieri possit, non obstan. regula cancella. & tunc non intelligitur negatiuè, sed exprimeretur in bulla veritas.

Ætatis quando verior expressio fieri possit.
Ista tamen clausula non prodest, si impetrans curatum minor sit, xxv. annis, & nihil dixerit de ætate: vt in cap. Super inordinata, de præbend. ideo ego soleo addere, quod etiam ætatis verior specificatio fieri possit, quando impetratur beneficium pro minore viginti quinque annis: & multis per hanc clausulam seruauit beneficia, quæ amisissent in iudicio.

Expressio defectus natalium quæ fieri possit.
Non prodest etiam hæc clausula illegitimo, quia in supplicatione tenetur exprimere defectum natalium, nisi & in corpore, & in his clausulis esset, non obstante defectu natalium: vt dicitur inferius in dispensa. super defectu natalium: vel nisi diceretur quod etiam defectus natalium verior

rior specificatio & expressio fieri possit.

7 Imò per istam clausulam non posset exprimere, quod esset de coniugata genitus, vel de moniali, nisi hoc expressè dictum in supplicatione esset, & in corpore, & in dispositione: vt docet Felin. in cap. Postulasti, de rescript. ideo soleo addere hanc clausulam, quod defectus natalium, verior & maior exprimi possit, etiam si de coniugata, vel moniali, vel alius quicumque etiam maior defectus adesset & c.

8 Præterea ista clausula non prodesset, si semel qui bullas expedierit, in secundam expeditionem: nam omnis actus & expressio debet intelligi de primo, l. boues. §. hoc sermone, ff. de verborum significatione, capitul. non potest. de præbend. libr. vj. ideo bonum est addere huic clausulæ, quod verior expressio fieri possit, etiam in prima, secunda, & vltiori expeditione non obstante regula: & sic placuit Alexand. vj. in titul. de signa. gratiæ.

1 **Annexorum.** Etiam non prodesset hæc clausula, vt in bulla possint annexa beneficia exprimi: quia à iure regulariter non exprimuntur, quando sunt annexa accessorie, vnum videlicet alteri, secus si æquè principaliter, docet per illum text. in capitu. Super eo, de præb. libr. vj. Bertrand. consil. ij. numero 44. in tertio volumin. ex prima editio. Panor. & alij in cap. extirpandæ, §. qui verò. de præbend.

2 Et quia posset aliud exprimere, quàm de quo prius intellexit, ideo bonum est apponere hanc clausulam, quod etiam annexorum fieri specificatio possit, & proderit si sint annexa beneficia æquè principaliter: de quo vide quæ not. in tract. de vnionibus, infra.

3 Imò si quis impettauerit ecclesiam parrochiam sancti Mauricij, quæ tamen erat annexa ecclesiæ parrochiali sancti Iuliani, & dixerit eam vacare per affectuonem alterius parrochialis ecclesiæ, non valebit impetratio, quia non expressit parrochiam, quam debebat exprimere.

4 † nec poterit hoc corrigere in bulla, maximè post processum inchoatum, quia hæc non est verior expressio, sed alia, quæ non potest fieri: ideo noua impetratione opus erit, nisi fortè hæc clausula prægnans in supplicatione scripta fuerit, & annexorum vtriusque, & c. Cardi. in cle. per literas. quæst. xvij. de præbend.

5 Item ratione huius clausulæ, quod qualitates exprimi possint, non poterit tamen exprimi maior dignitas post pontificalem, nec principalis in ecclesia collegiata: quia est ibi duplex reseruatio, & illa non debetur, quia maior dignitas & principalis an possit exprimi huius clausulæ ratione.

6 quando etiam prouideri mandantur de ecclesia, c. fin. de præb. † Nec poterit extensio fieri, quæ in aliam speciem extensionis transeat. arg. l. si quis ex consensu. C. de epif. audien. sequitur Paul. Paris. cons. xxxij. quantum, num. 23. in iij. vol.

7 Quod non procedit, quando clausula ista esset iuncta cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa, etiam dispositione fieri in bulla possit.

Hæc clausula an possit in secunda bulla quod maior expressio fieri possit.

Annexa beneficia quando exprimi possint & debeant.

Expressio uniti beneficij non ualet, sed eius cui est unitum.

Maiores dignitas & principalis an possit exprimi huius clausulæ ratione.

Extensio quando fieri in bulla possit.

situè in literis exprimenda, &c. & hoc quando in corpore signaturæ de maiori vel principali erat expressum, & in partis petitione: quia verisimile est, quod concessio ad petitionem referatur. l. si defensor. §. j. ff. de interrog. actio.

Imò etiam si quis impetrauerit omnia beneficia, quæ talis familiaris Card. &c. habebat cum clausula, quòd qualitates exprimi possint: adhuc non poterit exprimi maior, vel principalis, vel quod sit conuentuale: & iste est stylus curiæ Romanæ, quia istæ qualitates specialius exprimi debent.

Episcopus non dicitur familiaris cardinalis quia maior.

Potest tamen conscribit in signatura, quòd exprimi possit, si d. N. episcopus fuerit familiaris, & continuus commenialis alicuius cardinalis, dum in minoribus ageret: sed non potest dici, quòd episcopus sit familiaris alicuius cardinalis, cum episcopus in ordine sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & Ideo Papa vocat se episcopum: vt patet in procemio Decre. & libro sexto scripsi in §. si quis verò, de colla. in Concorda.

Clausula situationis quid proferat.

Etiam situationis. Non poterit quis ratione huius solius clausulæ, quòd maior expressio, &c. exprimere hanc qualitatem, quòd beneficium est situm in ecclesia, in qua impetrans aliud ibidem obtinebat: quia est alia incompatibilitas, quòd duo habeat sub vno & eodem tecto. c. literas, de concessio. præbend. ideo noua impetratione opus erit vel rescripto perinde valere, quod ex hac signatura elicietur.

Nisi fuerit additum huic clausulæ, quod maior specificatio fieri etiam situationis possit: tunc poterit exprimi quòd beneficium est situm in tali ecclesia, in qua aliud, & tale N. habeo: quod est notandum: quia ista non reperiuntur scripta à iurium interpretibus: qui istam praxim parum nouerunt. Vides igitur, quòd clausula, maior expressio fieri possit, &c. non prodest, si habeas beneficium in ecclesia, in qua aliud impetras: secus si addas, etiam ratione situs vel situationis.

Exprimi ergo debet, quòd beneficium sit curatum, per d. c. cum in illis, de præbend. lib. vj. & supra dictum fuit.

Cura iurisdictionalis non est exprimenda.

Limitant quidam si haberet curam iurisdictionalem, tunc impetratio non vitatur, si illa cura non exprimat: vt si impetretur archidiaconatus, non est necesse exprimere curam fori contentiosi, quia archidiaconatus eam de iure habet. capitul. primo, & capit. adhæc, de offic. archi. & hoc docet Felin. in capitul. super literis, column. v. nume. 8. in secunda regula, de rescrip. vbi etiam dicit illud non indigere expressione, quod à iure certum est: nempe summus Pontifex omnia iura in scrinio pectoris habet. capitul. primo, de constitutio. in vj. ergo in iure nemo potest illi imponere, maximè Iulio tertio nunc Pontifici maximo, qui in his maxime versatus fuit.

Nec

5 Nec talis curia inducit incompatibilitatem cum alio curato, per dictum extraua. Execrabilis, in si. nec gratia iudicatur subreptitia, si impetrans non expresse illam curam: sed subreptio esset, si non exprimeret esse dignitatem.

Cura fori contentiosi non inducit incompatibilitatem.

6 Nam consuetudo facit in aliquibus ecclesiis esse dignatem, quæ non est in aliis. doct. in c. cum accessissent, de constitution. & c. de multa, de rescript. cautius est tamen, saltem conditionaliter exprimere per hæc verba: cui forsan cura imminet iurisdictionalis, ne de subreptione bulla arguatur: si tamen archidiaconatus non sit dignitas, non oportet hoc exprimere.

7 Ad hoc non sufficeret exprimere curatum esse beneficium, si esset plebania, quæ habet sub se capellas, in quibus perpetui clerici instituuntur, capitul. primo, ne cleric. vel monac. lib. vj. sicut est ecclesia parochialis sancti Firmini Montispefulani, sed oportet exprimere plebaniam seu præposituram, cui cura parrochianorum dictæ ecclesiæ, quæ etiam parochialis existit, imminet animarum: & cuius fructus &c. sed fortè per istam clausulam, quòd maior expressio fieri possit omnium qualitatium, hæc qualitas plebaniæ in bulla exprimi possit. † Nec sufficeret dicere dignatem, si esset curata, sed debet exprimi curata, nisi per istam clausulam suppleatur, c. cum in illis, de præben. lib. vj. de Rota decis. ccij. in antiq.

Plebaniæ est exprimenda, & quæ sit.

9 Si tamen aliquis expresse beneficium, cui imminet cura animarum, & tamen est beneficium simplex, non præiudicatur impetranti, quòminus valeat impetratio: quia Papa facilius concessisset simplex, quàm curatum: ideo non potest dici subreptitia impetratio: vt docent Domini de Rota decis. dlxij. Papæ supplicat, in antiq. per capit. cui licet, de regul. iur. lib. vj. facit tex. à contrario in cap. postulastis, in fin. de rescript.

Impetratio facta de curato si sit simplex ualeat.

Fructuum, &c. Etiam vt verior expressio fieri possit fructuum, de augendo videlicet, vel minuendo superius explicatum fuit, ob id non reperam. Sed nota, quòd si Papa concedat, vt verus valor exprimi possit, tunc poterit exprimi quicumque valor, & ad quamcunque summam: secus si dicatur quòd verior valor augeri possit, eo casu augebitur vsque ad tertiam tantum partem: vt statuit Alex. vj. in tit. de deroga. iurispatro.

Differunt ut verus valor augeatur, vel exprimat.

Ordinum. Etiam permittitur vt expressio ordinum verior fieri possit, dixi beneficium esse ordinis sancti Augustini, & est ordinis sancti Benedicti: hoc ergo in bulla exprimi poterit: & istud non debet poni, quando impetratur seculare beneficium, sed tantum quando regulare, quia non conueniunt seculari, cum nullius sit ordinis beneficium seculare: nisi dicas, quòd expressio ordinis fieri possit, si in fundatione requirebatur ordo sacerdotij vel diaconatus, & tunc

Ordo quando exprimi possit.

& tunc huius clausulæ nomine poterit hîc ordo exprimi: nota quòd ordo debet præcedere diocesim, sed non ciuitatem: vt est in stylo Hiero. pau. fol. 22.

Dependens quando exprimi possit.

Dependentium. Aliquando beneficium dependet ab alio monasterio, & per hanc clausulam exprimitur in bulla esse dependens à tali monasterio. in c. cum singula, de præbend. lib. vj.

Plures gratie in una signatura quando ueniunt limitanda.

Item quando sunt plures gratiæ in vna supplicatione, quarum aliqua venit limitanda, tunc dicitur, Fiat, vt petitur, & in forma iuris, & sine præiudicio, & de consensu, & de vno curato, &c. vt statuit Alex. vj. in tit. de signa. gratiæ.

Annorum mensium quando in signatura si facienda mensio.

Annorum. Etiam hoc verbum ponitur, vt anni verior specificatio fieri possit: vt si fortè dixerim anno trigesimo vacasse, nunc volo exprimere quòd anno xxxj. hoc ratione istius clausulæ potero: sed istud videtur superfluum, quia annus vacationis non solet exprimi, sed quòd nuper vacauit &c. sed fortè annorum impetrantis expressio verior fiet, per hoc verbum: mensis verò est exprimendus, quando vacauit in mensibus graduatis deputatis ac nominatis, aliàs prouisio esset subreptitia, ratione intentionis Papæ, quia non intendit derogare concordatis: vt patet in ti. de firma & irreuocabili concord. stabilita. ergo oportet quòd Papa exprimat, quando confert non graduato, nec qualificato ratione præuentionis, quòd illud beneficium vacauit in mensibus graduatorum & qualificatorum, aliàs prouisio non valebit, per §. declarantes, de manda. Apostol. in concord. vbi scripsi. & ibi alia videri possunt huic rei affinia: & sic verior expressio fieri poterit vel anni vacationis vel foundationis, & mensis, etiam per hanc clausulam nota.

Diocesis uerior expressio fieri potest: error in diocesi non nitatur.

Diocesis. Etiam verior expressio fieri poterit, nam si dixerim beneficium esse situm in diocesi Pariensi, & est in Aurelianen. potero in bulla exprimere esse Aurelianen. error tamè in diocesi beneficij non vitabit impetrationem, si de corpore beneficij constet: secus est in errore, propriæ diocesis impetrantis, Fel. & alij in c. significante, de rescript. argument. l. fi. C. de hæred. instituend. sed per hanc clausulam poterit etiam diocesis impetrantis verior expressio fieri, vt aliquid operetur, gl. in l. j. ff. quod metus causa.

Clausula aliorum necessariorum uerior expressio fiat quid operetur.

Aliorumque circa *premissa necessariorum uerior expressio fieri possit.* hæc clausula generalis non operatur, vt quodlibet verbum mutari possit, sed aliquod ad hoc necessarium, vt bulla valeat & impetratio, per l. quoties primam, ff. de verbo. oblig. nam si certa ætas narrata fuerit, alià exprimi non poterit: vt statuit Alex. vj. tit. de signa. gratiæ, ybi plus dicit delendam clausulam, quòd ætatis uerior expressio fieri possit, si in signatura sit conscripta: nam ætas uerè exprimi debet: quia Papa infantulis nutrices dare non vult, sed hoc relinquit matribus.

Maiores

Maiores ueriores seu ampliores expressio fieri possit.

Maiores ueriores expressio quando dicatur.

Maiores dicitur ergo minor fieri non poterit expressio: unde si quis in supplicatione dispensationis dixerit se doctorem, vel nobilem, non poterit postea dicere se scholasticum, c. ad aures. de rescr. vbi Panor. & alij. quia literatura & nobilitas inducunt papam ad dispensandum, c. de multa. de præb. quæ si cessent, non ualebit dispensatio, quasi sine causa, c. non est. de voto. vbi gl. no. nec dicere poterit se simplicem clericum, si prius dixerat se sacerdotem, & sic de similibus.

Item dicitur maiores: unde oportet aliqua prius expressisse: idè non ualeret hæc clausula, si quis impetraret beneficium uacans per modum in literis exprimendum: nisi aliquis modus fuerit expressus: quia maiores expressio fieri debet, non tota expressio: vt supra dixi in uacandi modo, in hac forma signaturæ.

Maiores etiam ratione fructuum fieri poterit, non minor: vt superius dictum fuit. & quamuis multis modis dicatur maiores, vt docet gl. in c. lex. ij. distinct. Panormit. & Fel. in rubr. & in c. statuimus, de maiores. & obe. tamen hîc accipitur maiores expressio, id est, magis ampla & uerior: ergo omnia mutari non poterunt: imò si in signatura esset hæc clausula, quæ omnia nomina, cognomina diocesis, &c. mutari possint, ista clausula deleri debet: nec debet papa eam clausulam approbare, tanquam incertam, vt statuit Alex. vj. in suis reg. de signa. gratiæ.

Clausula, quæ omnia mutari possint non ualeat.

Item dicitur specificatio, significat enim quod generaliter dictum fuit in supplicatione, vt in speciem redigi possit in bulla: sicut dicit tex. in l. adeo. §. cum quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit. ff. de acquir. rer. dom.

Specificatio expressio quomodo intelligatur.



Ad hæc expressio fieri potest, ne ratione, taciturnitatis, & non expressionis bulla sit subreptitia, sed non dicit, quòd fieri possit omisio: unde ex expressis in signatura substantialibus non est omittendum in bulla, nec aliàs ipsa debet expediri: quia nihil est ex necessariis omittendum. l. Diuus. ff. de in integ. rest. Aliaq; prout occurrent corrigi poterunt, secundum naturam & consuetudinem mensulariorum, & stylum cur. Roma.

Expressio fieri potest non omisio.

Clausula, in literis latissime extendenda, operatur quando papa uult derogare regulis cancellariæ, oportet quòd in bulla inferatur ad uerbum illa regula in narratione: vt docet Gome. in proce. reg. Cancell. q. vj. Tamen si in signatura dicatur, cum derogatione reg. cancell. in literis latissime extendenda, tunc in bulla extendi ad uerbum poterit, & derogari. al. legat Fel. in c. nonnulli. de rescript. Et prodest hæc clausula, vt si quis uideat sibi uilius habere literas perinde ualere, vt etiam extendi possit bulla, & confici ex hoc rescripto perinde ualere: &c. Alium effectum uide in bulla dispensationis in verb. constitutionibus &c.

De clausula in literis latissime extendenda quid proficiat.

Cum derogatione statutorum priuilegiorum, indultorum & literarum Apostolicarum. Ex hac clausula conficitur alia clausula



fula in fine bullæ posita, non obstantibus statutis, privilegiis & capitulis. debet tamen addi huic clausulæ cum derogatione statutorum, & privilegiorum ecclesiarum, seu ecclesie, etiam in consecutione literarum exprimendorum, &c. vt postea in bulla exprimantur privilegia, si opus sit.

De clausula et derogatione statutorum quid operetur.
Nō creatur canonicus ad effectū, nisi in signatura hoc fuerit dictum.
 Per istam tamen clausulam non poterit expediri bulla cum creatione in canonicum ad effectum, nisi in signatura sit expressum: nec creabitur quis canonicus in bulla, si in signatura hoc non fuerit dictum, vt scripti in forma mand. in Concor. in tit. de referua. & per hoc vidi aliquem amisisse dignitatem, quam inportauerat: quia non fuerat in bulla, nec in signatura creatus canonicus ad effectum: & consuetudo erat in ecclesia, quod non reciperetur quis ad dignitatem, si non esset canonicus: de quo amplè scripsi in §. fi. de referua. in Concord.

Clausula vt derogationes possint simul expediri, vel ad partē cōc. de quo premissi.
 Et si in j. bulla non fuerit derogatum sufficienter statutis, non poterit expediri alia bulla, nisi illam in integra transcribas, & reformes: vel si in signatura fuerit, quod hæc derogationes possint simul expediri, vel ad partem, prout vtilius impetranti fuerit, quam soleo apponere, vt meliùs & tutiùs parti consulatur.

Per derogationē omnia obstantia tolluntur.
 Item per hanc clausulam omnia obstantia gratiæ quæ ex narratis colligi possunt, videntur tacitè esse sublata: licèt in gratiæ conceptione nihil de illis tollendis sit expressè dictum: vt docet A. Egid. Bella. decisio. 333. in causa. Card. & Feli. in c. super literis, col. vj. nu. 9. in iij. regul. de rescript. Alia super his dicam inferiùs in bulla.

Derogatio in literis executoriis appositā nō ampliatur.
 Ad hæc ista derogatio in literis executoriis appositā nō sufficeret, per text. in cle. j. in fi. de præb. nam clausula adiecta in executoriis nō ampliatur gratiam. Calde. confi. xvj. de præb. quem refert & seq. Francif. Curt. confi. iij. placet. col. j. Etiam clausulæ appositæ in executione non ampliatur, sed principalem dispositionem, vt docet Petr. Paris. confi. v. in præsentij, nu. 36. in j. vol.

Expressa vt regularum cancellaria derogatio fieri debet.
 Ad hæc non sufficiet ista derogatio quò ad regulas cancellariæ, nisi dicatur, cum derogatione regularum cancellariæ, vt expressè docet Gomez. in procem. reg. q. v. & seq. vbi dicit debere apponi clausulam non obstant. reg. cancella. latissimè extenden. vel quorum tenores, &c.

Expressa vt regularum cancellaria derogatio fieri debet.
 Etiam hæc clausula nō obstat. nō operatur ultra narrata. Deci. confi. x. viso puncto, col. ij. nec tollit alios defectus non expressos: vt plenè docet Felin. in c. nonnulli. de rescript. & Curt. confi. xxxix. refert & sequitur Paul. Parisien. consilio primò, num. 69. cum sequent. primo volumine.

Clausula de lea nō prodest.
 Item nota quòd si clausula deleatur in signatura, illa nihil prodest: vt dicunt Domi. de Rota decisio. 50. de rescript. incip. cancellaria. in antiquo. quòd si Papa aliquam cancellauerit clausulam in decisione, censetur concedere omnia alia, quæ alias ex regulis cancellariæ per simplicem signaturam non viderentur concessa. quòd probat Feli. in d. e. Super literis col. vj. num. 9. de rescript.

Si

Si tamen reformetur signatura cum omnibus clausulis, non debet clausula deleta conscribi, quia pro non scripta habetur. l. prima, & per totum, ff. de his quæ in testament. de lent. l. fin. C. de edict. diui. Adriani tollend.

Deleta clausula in libro signaturarū an scribidebeat.

12 Quod limitatur in sumpto signaturæ: nam si ex hac clausula mens patæ cognoscatur, vel bulla ex hoc impugnetur, debet tota, etiam cancellatio à Papa conscribi in hoc sumpto supplicationis, in quò scribuntur omnia verba signaturæ, ad hoc vt intentio Papæ cognoscatur: vt deinceps ex illo libro omnia extrahi possint.

13 Vnde cum papa nollet conferre prioratum sancti Martini de cāpis parisi. aliquis impetrauerit prioratū sancti Nicolai, qui forsā est in suburbis Paris. Hæc verba, Qui forsā, fuerūt à papa deleta, tamen bullæ fuerūt postea extortæ, & in illis fuit dictum, quòd beneficiū erat situm intra ciuitatē Paris. certè apparuit ex sumpto signaturæ deletæ in illis verbis, Qui forsā, &c. quòd papa noluit conferre illum prioratum situm Paris. quia iam contulerat, idè fuit vltimus exclusus. † Quod est notandum, quia debes videre signaturam, & conferre cum bulla, & poteris cognoscere in quo bulla excedat signaturam, sed pauci hoc intelligūt, vt verum fatear idè ista scripsi: nam trapezitarum artem eorum secretam habent, quæ per ista patebit. vide quæ scripsi in gl. pro expressis. in vers. 30. in forma mād. in Concord.

Signatura cū bulla est est cōferenda ad rediendum.

14 Notandum est quòd supplicatio signata per prædecessorem non solet mutari, nec corrigi à successore, quando sunt plura verba, quæ non comprehenduntur sub verbis mutatis: sed debent impetrari literæ, de perinde valere, cum clausula, rationi congruit, si quis dubitet de prima impetratione: nam si papa destrueret, quæ eius antecessores statuerunt, nō constructor, sed euerfor iuste comprobaretur. cap. si ea. xxv. q. ij. dixi in forma manda. in Concord. † Nec potest successor etiam declarare, non dicam mutare voluntatem prædecessoris. no. in l. Ponponius. §. fi. ff. de rei vendic. & l. inter. §. j. de verbor. obligat. quia plurium non est vna voluntas. l. quia poterit. ff. ad Trebel. cap. quia. diuersitatem de concessio. præbend.

Signatura prædecessoris non mutatur à successore.

15 Si autem omiffa sunt talia, quæ commodè poni possunt ex verbis signaturæ, seu radendo, vel addendo, & tunc addi poterunt, cum error corrigi possit. l. librarius. ff. de reg. iur.

17 Signa perpetuò, quòd litura, seu rasura vitiat bullam, si in loco sit suspecto, alioqui non, per capit. ex literis, & c. inter, de fide instrument. & si litura sit, præsumitur propter bullæ autoritatem facta per officiales curiæ romanæ. capit. fin. vbi no. de crimine falsi. hoc expressè docet A. Egid. Bellamera in cap. in memoriam. column. iij. in xix. distinct. & poterit quis Romæ sciscitari, an hoc fuerit ab illis factum si de hoc dubitetur.

Rasura quæ vitiat bullam, vel signaturam.

18 Etiam contra Reges & principes, vel magnos duces non dantur literæ à papa sine signatura: vt docet prouincial. folio. 20. versicul. contra

Contra principes non ceduntur literæ sine signatura.

tra Reges, vt in aliquo eis deferatur: capitulo finali. de ofcio delegat. in sexto.

In bulla non solet exprimi collatio, nisi in vnione.

Præterea quando prouidetur à papa de beneficio ad collationem inferioris episcopo spectante, quamuis in supplicatione exprimat collator, in bulla tamen non solet exprimi, nisi in vnione perpetua, aliàs vnio esset subreptitia: non enim est dubium quin papa saltē cum maiori difficultate fecisset præiudicium perpetuo collatori. c. super eo. de officio delega.

Idem si quis haberet priuilegium conferendi: nam & tunc illius mentio erit habenda, per notata in c. in nostra, per Feli. de rescrit. Ideo cū ad Hierosolymitanos spectet collatio ex priuilegio, hoc exprimi solet, & in noua prouisione (vt in bulla videre est infra) solet exprimi collatio alterius, seu prouisio.

Prima pars signaturæ.

Datum apud & c. De hoc dicam inferius in bulla. Ista est vltima pars signaturæ: de hac data scripsi in forma mandat. in fi. in Francia Concord.

Signaturæ an credatur & in quibus casibus.

Quæro, an soli signaturæ credatur? Breui respond. non esse credendū vt statuitur in regul. xxv. cancell. Innoc. viij. quia ibi signaturæ ante confessionem literarum vocatur informis: & hoc est hodie repetitum in illa reg. cancell. Iulij papæ iij. regu. xxviii. quod iudices non debent iudicare secundum signaturam: sed iuxta bullam.

Bulla ex signaturæ exoritur.

Quia quemadmodum scheda notarij non redacta in formam instrumenti non facit fidem, quousque fuerit de iudicis mandato in mundū, & ad longum redacta. l. contractus, & ibi Paulus Castrenf. C. de fide instrumentum.

Vbi plus dicit, quod si pars prius producat protocollum, non sufficit ad fidem faciendam, quia non est scriptura munda, nec extensa: sed requiritur vltima scriptura extensa, in qua actus ad longum deducitur: sic potest dici de signaturæ & bulla, vt primò bulla sit producenda: & si de ea dubitetur ad signaturam, ex qua extracta est, tanquam ad protocollū recurramus.

Casus in quibus signaturæ creditur.

Primò fallit, quando approbata per librum registri signaturarū fuerit: quia tunc facit plenam fidem, sicut notarij protocollum. text. in authent. de tabellio. §. fina. collatio. iij. & eo casu habeo sumptum, & valebit quoad probationem: nam ex stylo curiæ Romanæ gratiæ Papæ possunt ex registro sumi, & aliter probari, quam per literas bullatas: vt habetur in procemio Sexti Decret. & hoc expressè docet Antonius de Butrio in consi. secundo. quod est repetitum consilio xxxix. visis literis, columna secunda.

Et isti registro ex stylo curiæ Romanæ nihil addi debet: & hoc etiam voluit Darius papæ Pauli tertij, nec dies in eo scriptus mutari, & quoad probetur, consuluit Paul. Castrenf. consilio cccxxxiiij. in præsentia in primo volumine.

Secundò

7 Secundò restringe, quando alio modo fuerit approbata, & aliis administrulis sulcita, vt pote per mensularios expertos, qui deposuerunt eam bonam, & secundum stylum curiæ Romanæ conceptā, argum. l. instrumenta. C. de prob. vbi creditur scripturæ priuatæ, si iuuetur aliis ad

Signatura quando approbata possit.

8 miniculis, & multò fortius signaturæ practica ergo est in Fracia quod si nō possum obtinere bullā obstāte legitimo impedimēto belli, vel alio impedimēto, vt impetrē literas Regias, vel per quas impedimētū narrē, petam mihi concedi, vt liceat approbare per experientes dictā signaturam: & verificari, & concedi solet obstante, & constante impedimento:

& hoc vidi sæpius fieri, & hoc quandoque etiam sine literis per supplicationem, quando est notorium impedimentum, sed aliàs concedi non debet, & de ista approbatione traduntur iurum interpretes, in authenti c. si quis in aliquo. C. de edend. maximè purpura. & interdum vidi Cardinales quosdam approbare hanc signaturam, & permittere, vt ex sola signatura recipi fructus possent, quod non potest fieri: vnde intrusus est, qui hoc facit, nec iste Cardinalis potest legem superioris infringere, clem. ij. de elect. sed mereretur priuari, qui hoc faceret, quia vult se constituere supra summum caput.

Approbatio signaturæ quomodo & a quibus fieri possit.

9 Tertiò fallit, quoad conficiendum bullā, signaturæ creditur ad hoc, vt bulla ex hac conficiatur, sicut ex protocollo notarij instrumentum conficitur: aliàs bulla confici non posset: nam Romæ abbreviator solet signaturam ad verbum describere in vno libro, si de ea dubitetur, ad illum librum recurremus tanquam ad prothotypum, vt firmat Anton. de Butr. dic. cons. ij. visis, col. j. vbi dicit, quod quando aliter est supra minuta per vice cancellarium, & magis strictè vel largè, quam fuerat à papa concessa, tunc recurrendum est ad originale, per capit. quoniam contra, de probatio. idem repetit cons. xxxix. visis literis.

Signaturæ an magis creditur quam bulla.

10 Et ideo fuit iudicatum in hoc senatu pro signaturæ contra bullam: nam in signaturæ erat concessio beneficij, prouiso quod non esset de collatione Episcopi dictauien. expedita erat bulla sine illa clausula, sed pro ducta fuit signaturæ continens istam clausulam, prouisio quod non esset, & c. & probatum beneficium esse de collatione episcopi pietauien. certè fuit iudicatum pro signaturæ, vt non valeat collatio, licet in bulla nihil diceretur, quia signaturæ statur quoad contenta in ea & plus quoad hoc, quam bullæ, vt prædixi: nam signaturæ quoad se, est gratia papæ perfecta: vt est tex. in capit. institutionis. xxv. q. ij. Rota decisio. lxxxvij. nota quod vbi gratia de rescript. in antiq.

Rescriptum pro signaturæ contra bullam.

11 Quartò tempora consentientibus partibus, quæ si volint, ex signaturæ, quod pensio debeat, vel credatur, exigi & credi poterit: vt scripsi in tract. de pacific. posses. in nu. 137. quia quilibet potest renunciare priuilegio, vt in fauorem suum introducto, l. pen. C. de pac. & hoc quotidie fit: vt dicit in simili tex. in l. certi conditio. §. si numeros. ff. si cert. petat.

Consentientibus partibus signaturæ statuitur.

12 Quamuis d. Probus in cap. tibi qui in additio. ad Ioan. Monac. num. 13. de rescript. teneat contrarium, dicens esse scripturam priuatam, ideo

q iij

non facere fidem, nisi in cancellaria: vt super ea fumatur per officiales curiæ forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse: absurdum enim esset secundum eum, si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de lega. primo. † Allegat simile de excommunicatione: sicut enim de excommuni-
13 catio partium conuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur. c. cū desideres: de senten. excommuni. Ioan. Monac. in c. quicumque, col. ij. illo tit. in vj. hæc D. Philip. Probus in d. c. tibi.

*Stari potest
signatura de
partium con-
sensu.*

*Partes vnie
si credere
possunt etiã
odioso.*

Ego verò dico, quòd si partes velint stare signaturæ, ei stabitur: nam
14 cum partes sunt concordæ, quid ad iudicem? quid enim aliud agit prætor, quam vt controuersiam dirimat? l. j. §. inde. ff. de noui oper. nuncia. & iudex non supplet in his, quæ facti sunt. l. vni. C. vt quæ defunt. aduoc.

Et hoc est introductum in merum fauorem partium, & principaliter
15 ergo illi fauori renunciare partes possunt. l. pen. C. de pac. possunt enim partes credere vel odioso, vel mediatori, seu alteri testi inhabili. c. quoniam verò. in authen. de testib. colla. vij. multò fortius poterunt credere signaturæ.

Item probatio imperfecta potest reddi de consensu partiũ perfecta.
16 l. fi. C. de testib. & vni testi credere pot pars, licet aliàs nõ credatur. l. Theo pompus. vbi plenè Bart. ff. de dote præle. Feli. & alij. in c. veniens, de testi. etiam sine iuramento. gl. in l. j. ff. de feriis.

*Super dam-
nis dicto alie-
rius partis
credi potest.*

Imò possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super dā-
17 nis & interesse: vt Bart. firmat in l. fi. ff. de prætor. stipula. & in l. iusiuran- dum quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiurand. sequitur Ias. in repe- tit. l. admonendi. col. xc. nu. 200. ff. illo tit. & vt testi etiam infami adhibea- tur fides, authen. si quis testibus. C. de testibus. facit gl. singul. in authen. de testibus. §. & licet. in gl. & supplicis. vbi multa addidi, colla. vij. doc. in c. causam, illo tit.

*Signatura
non dicitur
scriptura pri-
uata.*

Et signatura nõ dicitur simpliciter scriptura priuata, quia est facta per
18 officiales Romanæ curiæ, ergo non est priuata, sed publica, & si priuata esset, non signaret eam papa, & signando videtur tacitè mandare, vt lite- ræ fiant secundum signaturam: nã postea Cancellarius scribit per quæ fieri debeat minuta, postea ingrossanda. his verbis vtitur Nicola. Milius in re- per. in verb. gratia Apostolica. q. 36. & quamuis esset scriptura priuata, ta- men ex cõuentione partium faceret fidem inter partes: vt plenè probat Ias. in d. l. admonendi. col. 40. nu. 101. cum seq. ff. de iureiur. reprobado Inno. & alios contrarium tenentes.

Nec refragatur d. l. nemo potest. ff. de lega. j. quia intelligi debet de
19 legibus introducentibus solennitatem, vel ius publicum, quod per partes non possit renunciari: secus si ius aliquid in fauorem partium introducat, tunc partes illi poterunt renunciare: nec obest allegatio facta de ex- communicato, quia excommunicatio nõ est in fauorem partium intro- ducta, cum sit medicinalis. cap. j. de senten. excommuni. lib. vj. igitur par- tes non possunt eam remittere, secus in signatura, vt possint illi crede- re, si velint: sicut possunt statuta etiam à papa approbata reiicere, si in
suam

suam tendant vtilitatem. gl. & Doct. in c. cū accessissent, de constit. & in c. ij. de ver. signi. in vj.

20 Quintò fallit, vt probet cõtra supplicantē, qui eã dedit, vt postea per illã præsumptiue probetur, quod beneficiũ viuētis impetrauit: & ita ser- uat Rota, vt docet Do. Gome. in q. v. in commentariis suis super regul. de impetra beneficijs viuētis, & pro hoc est tex. in l. cū precum, C. de liber. caus. vbi statur confessioni supplicantis in eius præiudicium.

*Signatura
probat cõtra
supplicatē.*

21 Et sic ex contentis in signatura iudicari poterit impetrās, fortè si dix- rit vacasse beneficium in mense graduatorum, ergo probabit graduatis esse effectum: vel si dicat se obtinere beneficium, ex hoc condemnari po- terit, quod in signatura dicit, nec poterit pro parte iuuari signatura, & pro parte non, postquam eam impetrauit.

22 Sextò, etiã si mea signatura per fiat, signata sit, & tua, per cõcessum e- go preferri debeo, & illi signaturę statur, regula xxxj. cãcella. vbi abudẽ scribitur: & superius dixi rationem in ij. parte.

23 Septimò, si petatur aliquẽ in religiosum recipi, ac sibi de ecclesiastico beneficio prouideri: per simplicem signaturam fiet receptio, vt patet in regula cancella. l. xv. & alia multa sunt quę per solam signaturã fieri pos- sunt, quę fortè alias scribam.

*Per signaturã
quæ fieri
possunt.*

24 Octauò si incidenter allegem titulum Titij à quo habui, tunc sola si- gnatura illius sufficiet: arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. facit regu- la Cancellar. xxxj. scripsi in titul. de prorogat. dilat. in Concord.

25 Nonò ex voluntate Pape, vt si in ea dicatur quòd stetur soli signaturę, & plenã faciat fidem, tunc per se faciet fidem: vt not. doctor. In c. cū dilectus. de fid. instr. per illum tex.

26 Notandum est quòd cõcessio facta à Papa in signatura, intelligitur
secundũ partis supplicationē, c. inter dilectos. Sic etiam, de si. instru. nã respõsio intelligi debet secundum interrogationē, l. si defensor §. qui in- terrogatus, ff. de interro. act. pulchrè Deci. confi. xxxij. viso pũcto, col. j. & confi. ccc. lxxij. viso cõsilio, col. iij. nu. 11. versi. secundò præsupponẽdũ,

*Cõcessio Pa-
pæ facta in
signatura se-
cundũ partis
supplicatio-
nẽ intelligi-
tur.*

27 & Sozi. confi. cxij. viso processu, col. penul. & vlti. in iij. vol. † Et quando supplicatio est certa & limitata, & responsio ambigua, responsio & con- cessio declaratur, & intelligitur secundum supplicationē. Bar. in l. si quis intentione, in fi. ff. de iudic. † Ex quo infertur quòd si quis petat absolui à duabus excommunicationibus, & Papa dicat, fiat, vt petitur, videtur ab il- lis duabus absoluere: secus si vna tantum fuerit expressa, arg. e. sedes, de rescrip. Panor. in c. cū pro causa, in gl. vl. de senten. excommu.

*Papa per
verbu fiat, &
duabus exco-
municationi-
bus absoluit
si à parte pe-
titiu sit.*

29 Item si in signatura petatur, quòd qualitas beneficij habeatur pro ex-
pressa, vel aliud: & Papa signet, fiat, vt petitur, valebit gratia, ac si quali-
tas expressa esset, vel aliud exprimẽdũ. Anto. But. confi. ij. visis literis. col. j. quem refert. & sequitur Fel. in c. super literis, col. vj. reg. iij. nu. 9. de ref., aliàs si expressio qualitatũ omittatur, gratia erit nulla, c. Ad aures. ibidẽ vt supra scripsi.

*Qualitas be-
nificij habeo-
tur pro ex-
pressa.*

*Negatiuẽm
intelligitur im-
paratio, si si-
mplex fuerit
expressio.*

30 Et si qualitates non sint expressæ in signatura conditionaliter, vel

affirmatiuè, in bulla fiet expressio negatiua, videlicet, talis impetrauit beneficium sancti Pauli, non exprimens esse curatum in supplicatione in bulla dicitur beneficium sancti Pauli non curatum, per reg. Inn. l. xiiij. illa. † tamen regula non debet locū in dispensationibus, in quibus si nō fiat 31 mentio qualitatis dispensatio est nulla, c. non est, de prab. in vj. quia regula in impetratione beneficij loquitur, non autem in dispensatiōe: ideò non valebit dispensatio in qua aliquis narrauit se obtinere beneficiū, sancti Pauli, nec negatiuè dicitur non esse curatum

Dispensatio est nulla, in qua non fit qualitas memio.

Et si pars narret beneficium vacasse certo tempore, videlicet in men- 32 se graduatorum, & petat sibi conferri: & Papa dicat, fiat. presūmitur facta concessio cum eodem tempore, per tex. in argu. in l. quæro, §. fin. de ædil. edict. Bald. in l. j. col. pen. nu. 13. C. de ædil. actio. sic consuluit Decius consil. c. iij. in casu, col. pen. in. iij. vol.

Et si quis porrigat principali supplicationē multa petēdo, si Princeps 33 simpliciter rescribat, omnia concedere videtur: & consuluit Ro. consil. lxxx. cōfirmanda. Idem videtur decidere in simili casu Alexan. in consil. lxxxiiij. in causa vertente. nume. 4. col. vlt. in primo volumine & consil. xciiij. in causa. nu. 3. in ij. vol. & plura cumulat Hippol. cōsi. lxxv. Clemē 34 tissimi, nu. 8. cū seq. sicut quādo plures postulant aliquid, & Papa simpli ceter cōcedit, nempe omnibus cōcedere videtur: quia nō est ratio, cur vni potius quā alij cōcedat. arg. l. cū vnus, in princip. ff. de bon. auth. iud. poss.

Sed si petam bullam reformari ex vna causa, & ratione vnus defe- 34 ctus, & dicatur, fiat: non intelligetur ex alia causa, vel defectu, per d. cap. inter. Felin. abundē in c. super literis, col. vj. de rescrip.

Fallit quando Papa limitasset, vel cancellasset aliquam partem, tunc 35 enim concessioni limitatę stabitur. Panor. in d. c. inter. col. iij. per illū tex. de fid. instrum. vnde quando petitio in determinata fuit, vt pote quia pe ruit secum dispensari de non promouendo, & concessio fuit determina ta, vt pote de non promouendo ad duos annos, tunc concessio attendi- tur. Panor. in cap. ij. de treug. & pac. Fel. in d. c. super literis, col. vj. nu. 10. Iaf. in l. Gallus §. item credendum. nu. 10. cū seq. col. ij. ff. de liber. & pos- 36 sthum. † Vnde etiam si quis petat dispensationem ad obtinendam pre- bendam, & dignitatem in eadem ecclesia, etiam electiuam, si Papa can- celled illa verba, etiam electiuam, videtur alia concedere, & hoc cancel- latum denegare. allegatur l. tribunus, in fin. ff. de milit. testam. hoc nomi- natim concludunt Dom. de Rota decis. 30. de rescri. incip. cancellaria. in antiq. nā qui vnū negat, aliud cōcedere videtur. l. cū pretor. ff. de iud. c. nōne, de presu. Io. de Selua. in tra. de bē. in 3. parte, q. 12. in qual. xix. nu. 33.

Secundò fallit in his quę debent specialiter, & expressè cōcedit: tūc si 37 non sit in signatura expressum, concessum non censetur, sed neglectum: quia si Papa voluisset, concessisset illud: c. ad audientiam, de decimis, vt si petatur quod summario procedi possit, si Papa nō dicat, audiat talis, & summarie procedat, nō poterit summarie procedere: vt extat decis. Rote. x. de rescrip. incipit. nota quod si in cōmissione, in antiq. quia spe- 38 cialis

Quę specia liter cōcedi debent, per verbum fiat nō cōceduntur.

cialis cōmissio ad hoc requiritur, cle. sæpē, de verb. signific. & hic finis signaturę ad bullę declarationem venire necesse est, vt acquirendi praxis compellatur, & demum conseruandi beneficia materia tractetur.

Bullę nouę ac simplicis prouisionis cum suis clau- sulis summè vtilis declaratio.

Caput. xl.



V N C videamus de bulla, & eius clausulis, quę à signa- tura oritur, sicut instrumentum à protocollo. §. j. & se- quent. antheni. de tabellion. collatione quarta. & hæc bul- la incipit à nomine illius pontificis, qui gratiam conce- dit, vt Clemens episcopus & c. Paulus episcopus & c. vt in- ferius ostendam.

Et quia debet secundum ius commune interpretari, c. causam, de re- 32 script. expressè docet Paulus Paris. consil. x. quę & col. vlt. in primo volu. ob id aliquas interpretationes iuri & praxi conuenientes conscribam. tu beneuole lector boni consule: quia super his pauca hætenus reperiun- tur scripta.

Bulla à no- mine pontifi- cis cōcedētis incipiunt.

Et non dicitur bulla, nisi in ea appositum fuerit plumbum. glo. in ver- 33 bo, aurea, clem. vnic. in fin. de iure iu. & habetur in regu. cancella. xiiij. & lxxix. in glo. & pro his est tex. in c. licet, de crim. fal. etiam bullam quidam plumbum vacant: vt in c. licet, de crimine falsi. nos autem totam scrip- turam à Papa emanatam cum plumbo bullam vocamus, & de hac se- queantia intelligentur.

Bulla post plumbū opposi- tū dicitur.

Primò bullam dicit Festus aureum insigne fuisse quondam puerorum 34 prætatorum, quod dependebat eis à pectore, vt ostenderetur eam ætatem alterius regendam consilio: & vt eam incipientes ita demum se cogitarent homines, si corde præstarent: dicta est autem bulla à Græco sermone βύλλα, quod consilium latine dicitur: vel quia eam partem cor- poris bulla intingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. hæc ille, † Sed puto deprauatum locum & corruptum: quia βύλλα consilium si 35 gnificat, sed si à βύλλα bulla dicta sit, quod eum consilio & matūra de liberatione expediatur: ideò falsa latinitas eam vitiat, cap. ad audien- tiam j. de rescript.

Bulla olim fuit aureū in signe puero- rum.

Bulla vnde dicta sit.

Vel dicit Macrobius libro Satur. primo. c. vj. sicut prætexta magistratuū, 36 ita bulla gestamen erat triumphatiū, ad figurā cordis, teste Alex. lib. ge- nia. v. c. xvij. quā in triumpho veteres præ se gerebāt inclusis intra eā re- mediis, quę crederent aduersus inuidiā valētissima: & quia Pōtiffes sum mi triūphos obtinuerūt, nūc primā dignitatē possidēdo: ideò vtūtur bul- la remedio valētissimo aduersus inuidiam: quia si princeps magnus illis inuideret, mittendo bullā cōciliationis statim rupitur inuidia. † Vel si dicamus eā deduciā βύλλα secunda persona βύλλα, quod Papa velit illud, quod scriptum est in ea, & quod ibi declaretur voluntas Papę rationabi- 37 lis: tamen relinquo aliis pertinacibus, vnde hoc nomen sit deductum.

Nisi quis velit dicere bullam esse aquæ turgiditatem, quæ ex pluvia 8
 mouetur, & citò deficit: nam communi paræmia dicitur, vita hominis
 bulla est, quia fugit velut umbra: ut dicit Iob, maxime in Põtifice Roma
 no, cui fuit dictũ: *non videbis dies Petri*, sic bulla vitur, id est, breui illo
 insigni tanquàm aquæ turgiditate fluitante, & descendere: vel quòd id 9
 in plũbo bul
 le quid inf
 culpẽdum.
 in signe summorum Pontificum: quia in ea bulla, id est, in plumbo solent
 inculpi capita sanctorum Apostolorum, Petri in dextera, & Pauli in si
 nistra, & prima litera nominis Papæ, & ordo Pontificatus: ut P. iij. id est
 Paulus Papa tertius. I. P. iij. Iulius Papa tertius. & quòd sit illorũ in signe
 videtur probare, capitul. licet, de crimine fal. vbi plumbũ vocat bullam,
 & Doct. in c. quis nesciat. xj. distinct. Felin. in c. ij. versicul. stylus, col. vij.
 nume. 18. eodem.

Et quantum attinet ad hanc materiam, bulla generaliter accipitur 10
 pro quibuscunque literis Papæ authenticis plumbo munitis, & maxime
 gratiosis: ut dixi in bulla cœnæ Domini. artic. iij. & hæc in plures species
 diuiditur, ut inferius apparebit: & post descriptionem dicetur de noua
 Bulla pro
 quibus libet
 literis à Pa
 pæ emanatis
 plũbo muni
 tis accipitur
 prouisione & simplici.

Primò quæro quid sit bulla: Respo. bulla est scriptura in membrana 11
 descripta, plumbo funibus pendente iure munita, salutationem cum nar
 ratione, ac Papæ concessione, aliaq; necessaria continens.

Primò bulla dicitur scriptura descripta in mēbrana, seu pergameno, 12
 ad differentiam signaturæ, quæ in papyro scribitur: ut superius dictum
 Bulla requi
 rit scripturã.
 fuit: & sic in ea opus est scriptura: ut plenè scripsi in §. j. de mandat. Apo
 stol. in verb. literas, in Concord. aliàs non vocaretur bulla, nisi esset con
 scripta & in membrana.

Plumbo pendente munita, ergo requiritur quòd bulla sit plumbo de 13
 corata, antequàm bulla dici possit, per illam gloss. in clem. vnic. in fi. de
 Plũbũ bulla
 requirit.
 iureiur. & c. licet, de crimine fal.

Funibus etiam dico, quia plumbum est appensum chordis sericeis, si 14
 sit bulla gratiosa: si verò sit iustitiæ bulla, siue executoria, erit filum can
 nabis, in quo erit appensum sigillum, seu plumbũ, c. licet, & c. quàm gra
 ui, de cri. fal. dixi superius in vij. differentia inter literas gratiæ & iustitiæ:

Dico etiam iure munita: quia si aliquis sua autoritate apponeret plũ- 15
 bum, bulla esset falsa, & non diceretur propriè bulla: d. c. licet, de crimi
 ne falsi.

Aduertendum est, quòd si per errorem aliquid fuerit in bulla omis- 16
 sum, tunc ipsa debet transcribi, & plumbum quod est in bulla auferatur
 ab ea, & affligitur alteri: sed hoc fit ab officialibus curiæ Rom. ad hoc ex
 pressè destinatis. alioqui auferens illud plumbum, & addens alteri bullæ 17
 igne mulctatur, sicut falsarius. d. c. licet, & seq. de cri. fal. olim erat excõ
 municatus, qui recipiebat literas Apostolicas, nisi ab officialibus certis
 curiæ Ro. sed hodie illam non seruari dicunt curiales Romani.

Et hoc potest fieri quando aliquis defectus est in bulla, qui ex suppli- 18
 catione refici potest. ut si quis impetrauerit prioratum, seu parochialem
 ecclesi-

ecclesiam nuncupatam prioratum: & postea in supplicatiõe dicebatur
 quòd possit exprimi prioratus, seu cura parochialis, si in bulla fuerit
 nominatus tantum prioratus: est tamen ecclesia parochialis, illa bulla
 à pragmaticis curiæ Romanæ transcribetur, exprimendo parochiale,
 & plumbum à prima auferetur, & alteri applicabitur, & prima lacera
 bitur: & hoc est assuetum fieri secundum illorum stylum.

19 Vel si impetrans nolit ut ea transcribatur, poterit impetrare perinde
 valere, ut perinde valeat prima impetratio, ac si expressa fuerit inibi pa
 rochialis, ut dicam inferius in tract. perinde valere: sed caueat hoc casu
 ne alicui sit interim ius quæsitum alicui: idè tutius est ut transcribatur.

20 Papæ salutationem cum partis narratione, & concessione conti-
 nens: partis interdum narratio præsupponitur ex concessione, si nulla es
 set narratio: nam talis intelligitur petitio, qualis responsio, & è contra c.
 inter dilectos, de fide instrum. l. si defensor. §. j. ff. de interrog. actio. &
 ita se habet regulariter ius canonicũ, ut responsio sine petitione ponatur:
 non valeret tamen bulla, si nulla esset narratio, quæ est pars huius
 substantialis, & ita se habet stylus Curiæ Romanæ: ut inferius dicam in
 diuisione bullæ.

Bulla nõ va
 let sine nar
 ratione.

21 Alij dicunt bullã esse signaturã extẽsam: nam quod breui in signatura
 cõscribitur, in bulla extenditur, sicut notatorũ scheda, l. contractus, vbi
 Paul. & alij. C. de fide instr. & in auth. de tabell. colla. iij. 21
 Bulla est si
 gnatura extẽ
 sensa.

22 Aliaq; continens necessaria, ponitur in bullæ descriptione: nempe si
 necessaria in bulla non sint apposta, non dicetur bulla: ut habetur in
 procem. Sexti Decret. §. fi. vbi etiã Doct. verũ quia cõmuniter venimus
 ad nouã prouisionẽ, idè eam prius subiiciã, & simplicẽ etiã declarabo,
 ut differentia cognosci inter ista duo possit: & pauci discernere ista pos
 sunt, idè ad sequentia aduertendum est.

De noua prouisione & simplici.

Cap. xlj.

1 **N** T A Q V E noua prouisio est prima Papæ prouisio ad
 alterius iam factæ ab alio confirmationem. probatur in
 c. post electionem, de concess. præb. gl. in reg. cancell. l. xij.
 vbi dicit nouam prouisionem alium præsupponere titulũ
 simplex verò non sequitur. Gomef. quæstione secunda,
 regul. de annal. pos.

Noua prouisio
 quid sit.

2 Noua dicitur quoad Papam: quia de recenti ipse confert: quãuis colla
 tio, presentatio, vel electio ab aliis antea facta fuisset: sed impetrãs eam
 prouisionem, vel præsentationem dubitabat viribus non subsistere. na
 tal. ut doctores, in d. capit. post electionem, de concessio. præben.
 Noua prouisio an requiratur dubitatio
 onem primã
 prouisionis.

3 Aliquando etiam sine dubitatione solet concedi noua prouisio

Modica dubitatio prima prouisionis facit ut valeat noua prouiso. si dicatur collationem ab episcopo, vel eius vicario factam alternatiuè, & semper datur ad maiorem securitatem. † etiam in noua prouisione quando dicitur, quòd impetrans dubitat prouisionem viribus non subsistere, non potest narrari casus, in quo non sit aliquod dubium, vel dicere de facto: quia si Papa sciuisset primam collationem omninò nullam, fortè non concessisset, vel non de leui, c. postulaſti. in fin. de rescrip. modica tamen dubitatio sufficit: vt consuluit Paul. Paris. consil. cxvij. Circa materiam, col. j. in iij. vol.

Papa post sua prouisionem nūquā noua prouisionem concedit. Sed si semel summus Pontifex prouiderit, etiam inutiliter, nunquam dabitur noua prouiso, sed perinde valere impetrabitur, vt perinde valeat talis prouiso, ac si ritè ad temporis facta fuisset: vt est in prouincial. fol. 60. vers. item super prouisionibus, & Paul. Paris. consil. cxvij. materiam nu. 25. in iij. vol. quia si secundò concederet, non posset dici noua prouiso, id est, primò facta: vt dico in l. sylua §. noualis, ff. de verbo. significat. vbi pluribus modis scripsi vocari nouum.

Nō annullatur prima collatio in noua prouisione nec electio. Adhæc regulariter noua prouiso non datur, nisi quis dubitet collationem, vel prouisionem ordinarij viribus non subsistere: vnde si quis nouam prouisionem impetret super beneficio reseruato, & narret sibi collatum beneficium ab eo, qui dicit se super hoc specialem prouidendi facultatem habere, sed dubitat non valere, idè petit sibi prouideri: tunc Papa primam collationem non annullat, cum ille dicat, se specialem conferendi potestatem habere, sed dubiter, nec debet in bulla annullari seu infici illa prima collatio: nec dicitur dispositiue reseruatio, sed quod à nonnullus asseritur, & c. ita seruat stylus cur. Romanæ.

Idem in electione, quæ si fuerit facta de dignitate reseruata per regulas cancellariæ, & vigore indulgi dicatur ad eligentes spectare, non annullabitur dicta electio: quia multa sunt à Papa concessa, de quibus non est memor, cap. ex parte. j. de offic. deleg. c. præterea, xxij. dist. idè super hoc noua potest dari prouiso.

Modus vacandi in nouis prouisionibus an sit exprimentus. In nouis prouisionibus si quis narrare velit modum vacandi potest: quamuis Papa habuerit illum modum pro expresso: quia in fauorem impetrantis concessum est, cui fauori derogare pars poterit, c. si litigati, de for. comp. & hoc quotidie fit. † Melius est secundum quosdam quòd hoc non exprimat: quia Papa videtur ei cōcedere siue vno modo vacet, siue alio modo, vt constat ex expressione facta in prouisione: tamen quia Papa omnes ferè modos cōplecti solet, idè de stylo est quòd verus vacandi modus prius ponatur, & postea generalis clausula subiiciatur, vt inferrius dicitur.

Electio que veniat prouisionis nomen. Aliquis in signatura petit sibi de beneficio prouideri, dicens iam sibi de eo autoritate ordinaria fuisse prouisum: Papa concedit, & quòd expediri possint literæ in forma simplicis vel nouæ prouisionis, nunc bulla vult exprimere se electum, an possit: Respon. posse, quando beneficiū eligendo conferebatur: quia tunc à noua prouisione non disceditur, & verè prouisus fuit autoritate ordinaria, & collatio verius dicitur, quam prou

prouiso. cap. cum nostris, & c. post electionem, vers. cum igitur, de concessio. præb. & super hoc aliàs consului, etiam scripsi in trac. nomi. q. xv. nu. 26. vers. decimoquinto.

11 Sed si electio requirebat confirmationem, & quis vult, vt expediatur bulla in forma nouæ prouisionis, cum narratiua electionis: hoc non poterit, quia facilius obtinuit signaturam & prouisionem à Papa, qui dicit se prouisum, quàm is qui diceret se electum: quia prouiso ius plenum confert, nec requirit confirmationem, seculus in electione, de qua est facienda mentio, cle. prima de præb. scripsi in §. præfatique ordinarij, de collat. in concordia, & in §. j. de nominatio. reg.

12 Vnde si velis in istis prouidere, apponas clausulam in signatura, quòd bulla possit expediri in forma nouæ prouisionis vel simplicis, absq; dicta prouisionis narratione, & tunc poteris electionem quamcunque exprimere, & ita soleo apponere post mensularios, qui ignorant communiter effectum clausularum.

13 Adhæc annullata principali collatione facta ab ordinario, non annullatur hæc noua prouiso facta ad corroborationem primæ collationis, sed remanebit: vt docet Gomez. in regul. de annal. possess. q. lxxvij. in fi. nec videtur hæc noua prouiso accessoria ad primam collationem, sed per se subsistit: licet Gomez. dicat eam esse accessoriam, quod mihi vix placet, cum prima possit esse sine hac noua prouisione, si sit valida: & licet hæc forte accedat, tamen est æquè principalis, & ad primæ prouisionis confirmationem: ideo vtraque subsistere potest, & altera etiam: vnde annullata vna, altera subsistet, & quis poterit vtraque iuari, vel altera tantum: c. post electionem, de concessio. præb.

14 Notandum est quòd regulariter in curia Romana non datur noua prouiso & confirmatio. c. quia, & c. post electionem, de concessio. præb. nisi in tribus casibus.

15 Primus est in vnionibus, ipsa enim facta confirmari à Papa potest, si defectus ei narretur, c. exposuisti, vbi no. de præb.

16 Secundus est in beneficiis seu præceptoris Hierosolymitanis, in quibus datur confirmatio concessio, non autem collationis: nec ponitur clausula suppletentes omnes defectus.

17 Idem in beneficiis aliarum militiarum, vt sancti Iacobi, & aliis: & hoc de stylo curiæ Roma.

18 Tertius in prouisionibus monasteriorum monialium, vnde electa poterit confirmationem electionis, & nouam prouisionem simul petere, & ipsis conceditur: quia illarum electiones communiter non sunt firmæ, nec iure factæ. c. indemnitate, de elec. lib. vj. ideo confirmatione indigent.

19 Sed non habebit locum in prioratu monasterij per priorissam gubernari soliti, quia non iudicatur vt monasterium quoad hoc, sed vt aliud beneficium: & non dabitur confirmatio, sed noua prouiso: hoc solet in

curia Romana seruari, quod notes: quia ab interpretibus omiffa, qui hanc praxim Rom. parum nouerant.

Electio abbatum non confirmatur, sed noua datur prouisio.

Confirmatio in beneficalibus non datur à Papa.

Differentia inter confirmationem & perinde ualere.

Etiam electiones abbatum non solent confirmari à Papa, possent enim esse nullæ, sed noua dabitur prouisio: vt voluit Alexan. vj. in titu. de signa. gratiæ.

Confirmatio in beneficalibus non datur ex stylo curiæ Romanæ, cap. 21 final. de confirma. vtil. sed perinde valere: quod differt à confirmatione, quia confirmatio non trahitur retro, sed valet à die confirmationis tantum. capitul. quia diuersitatem, de concessio. præb. doct. in c. j. & per totum, de confirma. vtili.

Perinde valere trahitur retro, si non erat acquisitum ius tempore impetrationis huius rescripti: vt inferius dicitur, & sic quando duo extrema sunt habilia: vt docet Bar. in l. Si is qui, ff. de vfucapio.

Nec obest text. in capitul. secundo, ne sede vacan. vbi Papa confirmat ecclesiam ei, cui donauerat: sed regulariter non confirmatur collatio facta ab altero, de quo supra dixi: imò si confirmetur ibi reprobatum, dum dicit, non obstante confirmatione nostra, si qua in forma communi apparet: & quamuis olim posset dari confirmatio collationis etiam ordinarij, tamen quia proprius est concedere rescriptum perinde valere: ideo hodie ita conceditur: & hoc iure vtimur, non verò confirmatio: & si hodie peteretur à Papa collationem ordinarij confirmari, Papa hoc non concederet, nisi quatenus respicit rescriptum perinde valere.

Concordia confirmatio à Papa fit, non à cancellaria.

Confirmatio tamen concordia inter partes fit à Papa: sed sola confirmatio non fit in cancellaria, si cancellaria non conferat beneficium, sed solet ad cameram remitti, vel narratur concordia, sed non approbatur: quia ista confirmatio est de mero imperio maximo, capitul. quod translationem, de offic. legat. doct. in capitul. quod sedem. de offic. ordina. cum sapiat simoniam. capitul. ex parte, primo, de officio delegat. capitul. cum pridem. de pact. ideo à Papa tollitur. Decius in rubrica. de cimo.

Obligatus ad dandum unum beneficium an possit dare alterum sine Papæ approbatione.

Vidi dubitari. conuentio fuit à Papa approbata, qua ego tenebat dare beneficium sancti Victoris tali N. intra annum, eò quòd suum beneficium maioris erat valoris: postea conuenit inter nos, quòd aliud beneficium detur: quæsitum fuit, an requiratur noua Papæ approbatio: quidam requiri fatebantur, cum partes nullam conditionem adiciere possint, sine Papæ beneplacito. c. fi. de pac. ideo dicebant simoniam esse, si aliud detur etiam beneficium.

Ego contrarium dicerem: quia postquam in fauorem partium Papa approbavit conditionem, huic fauori partes poterunt renunciare. capit. si diligenti, de foro competen. & postquam conuentio est iam à Papa approbata, si vnum pro alio detur, hoc respicit partes: nam principale est approbatum in fauorem partium, si vnum pro alio detur.

Veri

27 Verisimile est quòd si Papæ hoc fuisset expositum, quòd etiam approbasset: cum hoc sit accessorium, ergo debet regi secundum naturam principalis. l. cum principalis, ff. de reg. iur. etiam quia dari beneficium vnum pro alio potest sine labe simoniae. cap. fin. de rerum permutation. ergo partes poterunt vnum dare pro alio, & accipere sine labe simoniae, quicquid in contrarium dicatur.

28 Nec refragatur de conditione, quòd sit reprobata, quia in hoc casu non est alia conditio, quam approbata à Papa: ergo Papa hoc videtur approbasse: nec requiritur noua approbatio, quæ requiretur, si noua conditio eueniret, videlicet quòd pro beneficio daretur pecunia: secus si beneficium pro beneficio. capitul. ad quæstiones. & capit. fin. de rerum permutat. possunt tamen partes in signatura clausulam adiciere, vel in approbatione concordia, quòd petunt approbari tantum conuentionem, vel si de consensu partium ab ea discedatur, & aliud seu alia beneficia dentur loco illius, quòd etiam liceat: & hoc videtur necessarium, quia partes sæpius aliter consentiunt & conueniunt: & oportet quòd istorum illa conuentio approbetur à Papa, nisi illa clausula adiecta fuerit, quam soleo adiciere.

Partibus an liceat à conuentione approbata à Papa discedere.

29 Transactio & concordia inter duos litigantes facta sine Papæ beneplacito inducit speciem simoniae, non tamen ob hoc quis est beneficio illo, vel aliis priuatus: nec poterunt illa impetrari: vt docent Panor. & alij in capitul. constitutus, de transactio. capitul. ex parte primo. de offic. delegat.

30 Ideo si in signatura petantur omnia in instrumento concordiae approbari, debet addi quatenus iusta & honesta sunt: vt statuit Alexan. vj. in suis regulis, titu. de signat. gratiæ.

Concordia sine Papæ beneplacito inducit simoniam quæ non priuat beneficij.

31 Et si quis illa beneficia impetrauerit, solet Papa dicere, fiat, vel concessum vt petitur, prout de iure: quia Papa non intendit conferre si de iure non fuit priuatus: ideo illam clausulam addit prout de iure: hoc tamen raram est, nisi quando de priuatione iuris dubitatur.

32 Et de illa clausula prout de iure, vide per gloss. & doct. in l. edita. C. de edend. & Bart. in extrauag. Ad reprimendum, in verb. prout.

Clausula fiat prout de iure, quid prosit.

33 Et si dicatur, quòd hic venit priuandus, ergo hæc clausula prout de iure, debet intelligi, id est secundum quòd ius disponit: & si ius non disponat, nec Papa priuat.

34 Titius resignauit beneficium causa permutationis, quòd fuit Scio collatum: sed quia beneficium Seij erat alterius diocesis longè distantis Seius possedit per mensem, vel duos vtrunque beneficium: nunc quidam tertius impetrauit primum, tanquam vacans per ademptionem secundi, per capitul. de multa, de præbend. & per extrauagan. execrabilis. Demum Seius pro complemento permutationis resignat primum beneficium: quæritur an valeat ista collatio vltima, respondeo valere, quia erat iam affectum compermutanti: & illa dilatio duorum mensium non fecit illud vacare, capitul. vno, de rerum permutat. in vj. vbi do. Feder.

Beneficium permutantis non potest impetrari si statim permutatio non perficitur.

in tracta. de rerum permutatio. in xj. q. quod est notandum, sapius super hoc vidi dubitatum: nec obest illa extra. execrabilis, quia dicit si pacifice possederit, nolens vnum dimittere: sed hinc volebat dimittere causa per mutationis.

Partes super beneficijs semper debent conuenire cum Papæ beneplacito. Et sic nota, quod sine Papæ beneplacito non licet conuenire super beneficijs, alioqui simonia est: vnde quando partes conueniunt, semper adijcere debent, cum Papæ beneplacito & c. c. Ex parte j. de offic. deleg. c. de pac. & c. vno, vt ecclesiastica benefic.

Et si postea illa conuentio approbata sit à Papa, sine aliqua simoniæ labe obtinetur illud beneficium: quia potest Papa dispensare super illis quæ ipse induxit. doct. in rubric. de simo. & in summa, prima quæstione prima.

Simplex prouisio qua dicitur. Simplex autem prouisio dicitur, quando alia non narratur collatio, nec prouisio: sed simpliciter dicitur beneficium vacans per obitum, vel aliàs, & sic confertur, in noua autem prouisione regulariter præsentatio, collatio, electio, vel alia prouisio narratur: in hac verò simplici nullus alius narratur titulus, sed à Papa conferri petitur vacans beneficium. hoc docet glo. in reg. cancella. lxij. & ego signaturam superiorem scripsi ad hoc ostendendum.

Ideo subrogatio dicitur simplex prouisio, quia non præsupponit alium titulum, vt docet Gomez. in regul. de subrogatio. collitigan. q. xix. in fin. post Aegid. Ballameram conclusio. cxvj. si petens. in fi.

Si prouisio fuerit narrata, non potest in bulla omitteri. Vnde si in signatura dicatur, vt expediatur in vim nouæ, vel simplicis prouisionis, si quis narrauerit in ea se præsentatum & institutum: & Papa de nouo sic eidem prouiderit, si postea impetrans velit, vt eidem expediatur bulla in vim simplicis prouisionis, non potest hoc fieri: quia Papa motus fuit ob illam narrationem, ergo non debet mutari, alioqui bulla non conficeretur ex signatura, quod fieri debet: vt superius dixi, & hoc pauci intelligunt.

Simplex prouisio etiam diceretur, quando sine prima narratione concederetur: quod non solet fieri: ideo si in prima dictum fuerit, quod impetrans fuit de illo beneficio prouisus, & illud accepit, & illa velit omittere in bulla, non potest: quia hæc prouisio induxit Papam ad sibi facilius prouidendum, quam si non fuerit prouisus: ergo hoc est in bulla exprimendum. c. Postulastis, in fi. de rescrip.

Clausula absque narratione quid operetur. Nisi in dispositione & ad partem addatur hæc clausula, quod hoc possit expediri in vim nouæ, vel simplicis prouisionis, etiam absque prædicta narratione, & huius clausulæ ratione poterit bulla absque narratione in signatura expressa expediri.

Quæ clausula non solet apponi per ignaros, ideo postea opus erit impetrare rescriptum perinde valere, si prædicta clausula non fuerit in signatura conscripta.

Non poterit tamen impetrans nouam facere postea narrationem, & aliam

aliã à dicta signatura, alioqui conformis non esset bulla signaturæ, quod esse debet: vt sapius dictum fuit: sed omitteri poterit illa narratio.

44 Etiam poterit aliquid addere, vel detrudere primæ narrationi, sed non totam omittere: vt si dixerit se præsentatum, & institutum in signatura, in simplici prouisione poterit omittere se institutum: secus si vellem dicerere beneficium vacare per incapacitatem, & tamen expresseram vacasse per obitum: hoc valde alienum est, ideo non expediendum tanquam in signatura non comprehensum.

Narrationem potest omittere & alia exprimi.

45 Sed si impetrem beneficium in vim simplicis prouisionis, & in signatura addatur, quod etiã in vim nouæ prouisionis expediri possit: si postea expediam bullam nouæ prouisionis, in qua narrem mihi esse prouisum per ordinarium de illo beneficio, & illud accepisse, valebit illa bulla: quia hoc est præiudicium partis, cum ipse hanc prouisionem probare habeat, ergo illi fauori renunciare potest. l. penultim. C. de pactis: capitulo. si diligenti, de foro competenti, etiam potest exprimi id, per quod facilius Papa concessisset, si fuisset expressum: vnde qui simpliciter expressit, potest postea collationem sibi factam narrare in bulla, quam dubitat viribus non subsistere & c. si hoc fuerit in signatura dictum, quod in forma nouæ vel simplicis prouisionis expediri possit.

Simplex prouisio facilius expediri potest per nouam prouisionem, non e contrario.

46 Simplex prouisio etiam dabitur præsentato ad beneficium, dummodo non fuerit institutus: & si episcopus vellet proponere edictum: iuxta c. si de electio. in vj. quia parum iuris habet ex præsentatione, c. dilectus, de offic. delegat.

Simplex prouisio post præsentationem datur & electionem.

47 Idem in prouisione monasterij pro electo, qui electioni consensit: vt detur simplex prouisio ante confirmationem, postea noua prouisio: quia ante confirmationem non est ius perfecte acquisitum, sicut ex collatione. d. c. si de electio. in vj.

48 In noua prouisione si fuerit expressum beneficium certo modo vacasse, poterit in bulla suppleri eo modo quo vacauit, licet non fuerit in signatura dictum, quod verus vacationis modus pro expresso habeatur: vt superius scripsi in signatura: sed hodie communiter solet apponi.

49 Secum simplicibus prouisionibus, in quibus non exprimitur modus vacationis, si in signatura dictum non fuerit: hoc habent Romani de canici stylo, qui est tamen contra ius, in capitulo, susceptum, de rescriptis libro sexto. Sed respon. quod hoc est intelligendum in simplici prouisione, sed non in noua, sed nullam assignant differentiam, nisi quod hoc esse natura primæ prouisionis: alibi fortè dicam: quia semper vidi apponit clausulam, quod verus vacandi modus exprimi potest: & hoc est ius.

Suppleri an possit in simplici prouisione verus vacandi modus.

50 Postmodò vt bulla melius intelligi possit, subiiciam formam eius ob oculum & demum illius elucidationem: vt paruo negotio quisque eam intelere possit. ad rem ergo accedam.

Prima pars.

V L I V S & cætera. Dilecto filio Antonio Odoïn rectori, seu perpetuo vicario parochialis ecclesiæ sancti Ioannis Baptistæ de Chaufont prope Stampas Senonen. diocæs. salutem &c.

ij. Pars.

V I T Æ ac morû honestas, aliâq; laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.

E X H I B I T A siquidē nobis nuper pro parte tua petitio, cõtinebat, q̄ aliâs parochialis ecclesiæ seu perpetua vicaria sancti Ioã. Baptistæ prope Stãpas Senonē. diocæs. quã quondã Guilielmus Dauid ipsius ecclesiæ rector, seu perpetuus vicarius dũ viueret, obtinebat, p̄ obitũ dicti Guilielmi, qui extra Romanã curiam diē clausit extremũ, vacãte; dilectus filius Guilielmus Gunion presbyter præceptor domus sancti Ioã. Lateran. hospitalis eiuldem sancti Io. Hierosolimiani diocæs. vel alterius diocæs. vel ciuitatis, cum ad pro tẽpore existen. dictæ domus præceptorẽ collatio p̄uisio, & omnimoda alia dispositio dictæ ecclesiæ seu vicarię, dũ pro tẽpore vacat, de anticia & approbata hæctenũsq; pacificè obseruata õsuetudine pertineat, ecclesiã seu vicariã prædicta (vt præfertur) vac. tibi ordinaria authoritate contulit & de illa etiã prouidit, tũq; collationis & prouisionis prædictarũ vigore possessionẽ dictæ ecclesiæ seu vicarię forsan affectus fuisti: cũ autẽcut eadẽ petitio subiũgebat, tu debites collatioẽ & prouisionem prædictas ex certis causis viri nõ subsistere: & sicut accepim⁹, dicta ecclesia tu vicaria

ij. Pars.


caria adhuc (vt præfertur) seu aliâs certo modo vacare noscatur: NOS TIBI præmissorũ merito rũ tuorũ intuitu, specialẽ gratiã facere volentes, teque à quibusuis excōmunicationis, suspensiois & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs cẽsuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si q̄b⁹ quolibet, inmodatus existis, ad effectũ præsentiu duntaxat cõsequendũ, harũ serie absoluẽtes, & absolutũ fore cẽsentes, necnõ omnia & singula beneficia ecclesiastica cũ cura & sine cura, quæ etiã in quibusuis disp̄sationib⁹ Apосто. obtines, & expectas, necnõ in quibus, & ad quæ ius tibi quolibet cõpetit, quæcunq; quodcunque, & qualiacunq; sint, eorũq; fructuũ, reddituum & prouentuũ, veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationũ tenores, necnõ verũ & vltimũ dictæ ecclesiæ, seu vicariæ vacationis modum, etiã si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiã in corpore iuris clausa, resultet præsentibus pro expressis habẽtes, ecclesiã seu vicariã prædictam (quãuis & illi forsan annexorũ fructus, reddit⁹ & prouëtus, viginti quatuor duca. auri de camera se. co. ex. val. an vt asseris, nõ excedant: siue vt præmittitur, siue aliâs quouis modo, aut ex alterius cuiuscunq; p̄sona, seu p̄ liberã dicti Guilielmi dauid, vel cuiusuis alteri⁹ resignationẽ, de illa extra dictã curiam, etiã corã notario publico, & testibus spõtè factam, aut cõstitutionẽ felicis recordationis Io. Papę xxij. prædecessoris nostri, quæ incipit: Execrabilis, vel affectationẽ alterius beneficij ecclesi. dicta authoritate collati, vacet, etiam si tanto tẽpore vacauerit, q̄ eius collatio

iuxta Lateranen. statuta concilij, ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta, ipsaque ecclesia seu vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat: super ea quoque inter aliquos licet cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinentiis suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiam prouidemus. **Q V O C I R C A** Dilectis officialibus &c. mandamus quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ seu vicariæ, & annexorum, iuriumque & pertinent. prædictarum, inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te, vel procuratorem prædictum ad ecclesiam huiusmodi (ut moris est) admitti, tibi que de illius parochialis ecclesiæ & annexorum huiusmodi fructibus, redditibus & prouentibus, iuribus & obventionibus vniuersis in tegrè responderi, contradictores &c. prout iustitia suadebit ad hoc compefcendo. **N O N O B-**
v. pars. **S T A N.** Pię memorię Bonifacij Papę viij. etiam p^rdecessoris nostri, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales dictę sedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruacionem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus te in affectio

cutione dictæ parochialis ecclesiæ seu vicariæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad affectionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo Senonen. & pro tempore existente dictæ domus præceptori, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sede sit indultum, quòd ad receptionem vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quòdque de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectã. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis: nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. nulli &c. datum &c.



N O T A N D V M est, quòd hæc bulla septem continet partes: in prima ponitur salutatio, in secunda narratio, in tertia Papæ confessio seu dispositio, in quarta committit Papa executores ad mittendum impetrantem in possessionem, in quinta non obstan. ponuntur, in sexta, comminatur Papa in contrauenientes, suæ prouisioni. ibi, nulli &c. in septima data, videlicet quo die, quòve anno hæc dictata fuere. Ista est summa huius bullæ, & cuiuslibet alterius ferè rescripti, nisi quoad quartam & sextam partem; quæ aliquando omittuntur, quia non conueniunt quamuis Bal. in c.



in c. Super literis, col. iij. de rescrip. dicat dis verbis, quòd debet rescriptum tria continere, videlicet narratoriam, supplicatoriam: & hæ duæ respiciunt impetrantem & concludoriam, quæ respicit rescribentem, præmissa igitur bullæ forma videamus ad digitum, an præmissa contineantur in ea, verum quia de noua prouisione prius agitur, ideo eius verba prosequor.

Papa suum nomen præponit in bullis, non cognomen.

Iulius Episcopus, &c. Primò ergo Papa nomen suum præponit, quia ipse omnibus est præponendus, vt pote caput, & caput tanquam nobilius cæteris est anteponendum membris. lege cum in diuersis. ff. de religiosis & sumptibus funer. capite enim languescente faciliùs reliqua corporis membra inficiuntur. c. sunt plurimi. vj. q. prima & quia scribens alteri solet se præponere: l. Nefenius, ff. de neg. gest. & de re iudic. scripsi in glo. j. titu. de approbatio. conuentor. in concordia. Franciæ. ipse tamen Papa nunquam solet suum cognomen in suis literis exprimere, nec Cardinales vel Episcopi, aut Abbates: sed suo nomine contenti sunt iuncto nomine dignitatis episcopalis, aut abbatia, vt Ioannes Cardinalis &c. Ioannes episcopus Parisi. vel Ioannes Abbas &c. siue ipsi alijs scribant, siue illis scribatur: ideo Papa ex stylo curiæ Romanæ nunquam rescribendo cognomen illorum exprimit sed solum nomen cum dignitate: & hoc sufficit ad certificand. illam, ideo non est opus alia demonstratione. l. j. ff. de dote prælega.

Episcopus, Episcopum se dicit & seruum seruorum Dei. vide hoc in proce. Sexti, & Cle. declaratum, quia Pragmaticis hoc non prodest, & ipsi hoc sciunt.

Papa pro dilectis scribit, & omnes dilecti præsumuntur.

Dilecto filio. Pro excommunicato vel inimico sanctæ sedis non solet Papa scribere sed pro dilectis: ideo eos sic vocat quia excommunicatos nec fratres, nec filios appellat, sed loco benedictionis, & salutationis dicere solet, spiritum consilij sanioris, vt docet Speculator in titu. de rescrip. præsen. §. ratione formæ, versic. & nota quòd Papa, quia excommunicatus habetur pro mortuo. c. dilectis filiis. vbi gl. & doct. de appella. hodie excommunicatos absoluit ad effectum vt inferius dicitur. nec probanda erit dilectio impetrantis: quia omnis censetur dilectus, quia non est odiosus quoad hoc, sicut de digno, vt omnis dicatur, qui non est indignus. l. cum quidam. ff. de lega. ij. & sicut omnes sumus filij Dei per fidem. Paul. ad Galat. iij. c. sic filij omnes sunt eius vicarij, videlicet Papæ cura & honore, quòd ipse curam omnium christianorum habeat, vel habere debeat: & omnes ei honorem impendere, teste Bonif. in proce. cle. colum. secunda, not. iij. vide quæ scripsi in forma manda. in concordia.

Et filios vocat omnes, qui non sunt episcopi aut patriarchæ, vel archiepiscopi. ca. quàm graui, de crimine falsi, & iste est stylus curiæ Romanæ.

Salutio Pape non dat absoluntionem.

Salutem Paul. ad Corinth. capitul. vltimo, ait, *Salutate inuicem in osculo sancto.* Vnde hic Papa salutat eum, cui prouidet: & ex

& ex hac salutatione non censetur illum absoluere, quem salutat, cle. fin. de senten. excom. alioqui clausula absoluentes &c. infra posita esset super flua. de ista Papæ salutatione ad beneficia vacatura scripsi in forma manda. in princ. vbi dixi esse differentiam in rescriptis ad vacatura, & ad vacantia: quia in rescriptis ad vacatura Papa salutat eum quem vult grauari ad conferendum, in his verò ad vacantia eum salutat, cui prouidendo confert, quando Papa per breue scribit, solet addere salutem, & Apostolicam benedictionem: vt inferius in materia breuis dicitur.

Vita ac morum honestas &c. Notandum est, quòd hæc secunda pars bullæ continet narrationem, in qua duo Papa præcipue conscribit. Imprimis rationes, quæ mouerint eum ad hanc gratiam concedendum. In secunda factum narrat: ibi, exhibita &c. vel cum itaque &c.

Rationes diuersæ in diuersis mouent Papam ad concedendum.

1 Sicut enim Papa pluribus mouetur rationibus ad concedendum vni potius quàm alteri: ita rationes aliàs in vno exprimit, quam in alio. c. relatum, de præb. vt sequitur.

2 Si enim Papa gratiam infanti faciat, solet statim à salutatione sic dicere. laudabilia infantilitatis tuæ indicia &c. si autem sit puer vsque ad tredecim vel quatuordecim annos, dicit. laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia: ex quibus (prout fide dignorum testimonio accepimus) verisimiliter concipitur, quòd te in virum producere debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales &c.

Ratio mouens Papam pro infante rescribentem.

3 Dicunt quidam, quomodo potest cognosci puer vel infans, cum sapientissimus Solomon Prouer. xx. c. de illo dicat. *Quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Et c. xxx. *Tria sunt mihi incognita, & quartum quod penitus ignoro, viam viri in adolescentia sua.* Respon. Papa dicit se habuisse ista indicia testimonio fide dignorum, quibus credi solet, l. Titio. ij. vbi gl. ff. de conditio. & demonstra. gl. in verb. notitia. c. cupientes, de electio. libro vj.

Puer quomodo dignoscatur.

4 Etiam Papa dicit verisimile esse, quòd puer bonis moribus præditus fiat vir literatus, & virtutibus decorabitur: & hoc est quoad præsumptionem, licet aliquando hoc non fit: & de hac clausula fide digno commendaris testimonio, scribit Corse. in repeti. c. grandi, de supplend. negligentiæ.

5 Ista probantur in c. ex studiis, de præsumptio. vbi sic scribitur. *Ex studiis suis intelligitur puer: quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentia, auditioni sapientum, obseruantia mandatorum Dei maximè simplicitati, & humilitati videris, huius munda & recta opera intelligere, & sic quoad præsumptionem, sicut Papa hic dicit.*

6 Melius & tutius esset, quòd Papa hos crescere sineret, & postea illis conferret, quia hoc solet generare scandalum in ecclesia, cum istis vitulis confertur beneficium: sinere eos oportet, vt aratro habiles.

*Honestas uitæ,
& morum & iur-
tutum merita in-
ducunt collato-
res ad conferen-
dum.*

Si verò maiori quatuordecim annis seculari Papa scribat prouiden- 8
do solet describi hæc clausula: vitæ & morum honestas, ac alia laudabi-
lia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno com-
mendaris testimonio nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam libera-
les, &c. cum iuris præceptum primum sit honestè viuere. l. iustitia. ff. de
iustit. & iure. §. iuris, illo titul. in Instit. ob id honestas vitæ & morum in-
ducunt Papam ad concedendum: mouetur etiam Papa ob merita probi-
tatis & virtutum.

Dauid expetiit bonitatem, disciplinam & scientiam, sic Papa his mo- 9
uetur. vide quæ scripsi in forma manda. in Concorda. & ista clausula vitæ
ac morum honestas non solet apponi in gratia si neutri, vel si nulli, vt in-
feriùs dico in materia, licet aliquando viderim apponi: hodie multa con-
feruntur beneficia ab inferioribus collatoribus aliquibus, apud quos
nulla est vitæ, nec morum honestas, sed turpitudine & dissolutio. sed veh il-
lis, qui hoc modo conferunt, quia reddent quandoque rationem villica-
tionis, in qua erit fletus & stridor dentium.

*Domestici &
familiarib' clau-
sula propria &
religiosis. Philip-
pus molestè tu-
lit, quod alicui
non benefecit.*

Si verò concedatur domestico, vel familiari Papæ, solet inscribi grata 10
tux familiaritatis obsequia &c. & ista gratis expediuntur: ideo dici solet
grata, Romanis tamen pragmaticis non grata, quia animo non grato si-
ne mercede hæc expediunt quandoque: sed quia verisimile est, quòd Do-
minus suis grato animo concedat, ob id dicit grata &c. licet permulti
sunt Philippo Macedo. dissimiles, qui Hiparchi mortem ægrè tulit. quòd
antequam beneficium à se accepisset vitam finierit: vt est in Apotheg.
Pluthar. vbi plus his verbis scribitur, perquam rarum est principem sen-
tire gratiarum affectus, sed amicis plerique non aliter, quam equis vtun-
tur dum vsui sunt, curant: inutiles factos abiiciunt, eosque spoliant ci-
tiùs, quam beneficio iuuant: ideo accipe Dauidis doctrinam. Nolite con-
fidere &c.

Cum autem bulla dirigitur religioso, solet apponi clausula ista reli- 11
gionis zelus, aliâque &c. quomodo probatur hic zelus & merita, & Papa
à quibus fide dignis habuit, cum non viderit vnquam impetrantem? re-
spon. impetrantes solent impetrare per pragmaticos Romanæ curiæ,
qui dicunt Papæ impetrantem esse dignum, & multoties falluntur,
quia etiam ipsi non cognoscunt impetrantes, sed fortè excusari possunt,
quia omnis præsumitur dignus, l. cum quidam, secund. ff. de legatis se-
cundo. capitulo si fortè, de electio. in vj. & is qui ingressus est religio-
nem præsumitur, quòd hoc fecerit bono zelo, qui inducit ad conce-
dendum vt hîc.

*Collatores cog-
noscere eos qui-
bus conferunt
debet.*

Dicebat Mænander Græcus his, qui Reipublic. præfunt, multis sanè 12
modis non bene dictum est, cognosce te ipsum: fortè enim vtilius si dice-
retur, cognosce alios homines, quos si cognoscerent episcopi & alij. colla-
tores, eos non ditarent, nec illis in perniciem animæ prouiderent, bonis
saltem derelictis.

Si prior

- 13 Si priori seculari dirigitur bulla, dicitur in ea, priori seculari talis ec- *Titulus priora-*
clesiæ collegiata: & vocatur prioratus secularis sancti N. ordinis sancti *tus qualis esse*
Benedicti &c. *debeat.*
- 14 In titulo prioratus claustralis dicitur, priori prioratus claustralis mo- *Abbas si sit epi-*
nasterij sancti Germani de pratis Pari. dioc. salutem. Quando verò pro- *scopus non be-*
uidetur de monasterio alicui episcopo, postquam episcopus est conse- *nedicitur, & uo-*
cratus, non benedicetur, & nominabitur episcopus, non abbas, nec prior: *catur episcopus*
quia à maiori fit denominatio, l. Queritur. ff. de stat. hom. alioqui nostri *non abbas.*
episcopi maximè cardinales sexcenta haberent nomina, quia sexcentos
habent vel episcopatus, vel abbatias, vel prioratus, seu hospitalia, vel le-
profarias, aut alia beneficia, in totius reipublicæ perniciem, quæ malum!
tanta voracitas.
- 15 Etiam ista quæ in exordiis gratiarum ponuntur, non sunt à partibus *Partes probare*
probada: quia causa impulsua cessante non cessat dispositio. l. j. §. sexum, *non tenetur que*
ff. de postulan. & in dubio ista causa præsumitur impulsua. gloss. in l. ij. in *in exordijs di-*
fi. ff. de don. Doct. in c. cum cessante, de appel. hoc docet Staph. in tract. *cuntur.*
- 16 de lit. grat. rub. de vi claus. in prin. † Sed bonum esset, quòd omnia quæ *Bulle Papæ com-*
in his dicuntur literis, comprobarentur, & verificarentur coram iudici- *probanda, & à*
bus ecclesiasticis, conseruatoribus vniuersitatum, vel aliis, quia officiales *quibus.*
episcoporum vix eas comprobarent, vt beneficia conferre possent, pro-
pter defectum impetrationis: vel possent eligi iudices à Papa Rosij, id est
miræ probitatis & scientiæ viri, qui de expressis in bullis summariè, & de
plano cognoscerent, & bullam comprobarent.
- 17 Quando autem bullæ dirigitur doctori, vel alteri graduato, scribitur *Clausula bulla*
hæc clausula, literarum scientia, vitæ ac morum honestas, & sic Papa præ- *directa gradua-*
fert hîc scientiam, vt ostendat istum literarum habere hoc præcipuum *to probanda.*
vltra vitæ & morum honestatem aliorum, quibus etiam hic præditus
est. Idè incipit à literarum scientia: & vt cognoscatur quòd Papa vltra
alios mouetur ratione scientiæ ad concedendū, quia scientia totus mun-
18 dus illuminatur, authen. habita. C. ne filius pro pat. † & narratio etiam
baccalaureatus in gratia, etiam non negata quoad effectum adiudicatio-
nis probanda est: vt docet Aegid. Bella. decis. cccij. item quod. & Petrus
Parisi. consi. xlix. ad primam: col. pen. nu. 30. & seq. in iij. vol.
- 19 Et si dirigitur aduocato consistoriali, non dicitur magistro, nec so- *Aduocati consi-*
lent in literis Apostolicis aduocati consistoriales vocari magistri: sed di- *storiales non uo-*
citur in eis, nos volentes eidem N. qui in consistorio nostro aduocatus *cantur magistri*
existit &c. *in bulla, nec cle-*
rici camerae Pa-
pæ.
- 20 Clerici camerae Papæ etiā non dicuntur magistri, nec aliquis officialis *Magistri qui di-*
Papæ, eò quòd familiaris dicitur magister, nisi habeat priuilegium, quòd *ci possint in bul-*
fit magister, vel sit promotus, c. ij. ne sede vacan. nec scholaris est magi- *la.*
ster. c. fi. de præsumpt. nisi sit in registro supplicationum: hi enim dicuntur
magistri registri supplicationū, alij verò dicuntur registratores bullarum,
non verò magistri. imò nec beneficia clericorum camerae sunt reseruata,
nec beneficia procuratorum contradictarum, quia non sunt nominati,

in extrauagant. Ad regimen, de præb. in extrauag. communib.

Titulus non scribitur præstimonij.

Ad hæc quando alicui prouidetur de præstimonio, siue in ecclesia sit, 21
siue extra eam, tunc non fit intitulatio, vt Romani vocant, vt rescriptum
dirigatur clerico perpetuo beneficiato in tali ecclesia: sed in bulla dice-
tur, tali clerico talis diocesis: & si aliud habeat beneficium, vocabitur
nomine alterius beneficij, & hoc est propter incertitudinem, quæ est an
præstimonium sit beneficium, & ita seruat stylus cur. Romanæ.

Titulus unus in bulla tantum datur.

Notandum quòd bulla nunquam exprimit nisi vnum titulum, ideò 22
non dicit canonico tali ecclesiæ, & rectori parochialis ecclesiæ: quia
quis non debet esse pluralis etiam in titulis, vt duos habeat titulos, sicut
nec duo beneficia, c. cum non ignores, de præbend. & c. sanctorum. lxx.
dist. & si duos daret titulos, videretur pluralitatem à iure damnatam ap-
probare. † Etiam quia hodie quidam ex nostris cardinalibus tot habent 23
ferè episcopatus, abbatias, & prioratus, quot in cælo stellæ sunt errantes,
quæ si numerarentur, oporteret totam vnam bullam ex harum numera-
tione conscribere: vnde non solet dici magistro artium, & in medicina,
sed magistro in Medicina, doctori in Theologia. † Tamen dicitur in bul- 24
la, doctori vtriusque iuris, quia vtraque scientia coniuncta est: vt scripsi.
q. v. tract. nominat. & sic non intitulatur quis (vt practicantium verbis
vtar) de duobus, nisi essent in eadem ecclesia, & de illis prouideretur vni:
si autem sit quis licentiatus, dicitur tali licentiato, vel baccalaureo salu-
tem: si autem in supplicatione dicatur, quòd est licentiatus, qui (vt affer-
ris) de rigore existis, vel (vt asseris) formatus existis & c. alia vide in practi-
ca cancel. Romanæ per Hiero. Paul.

Titulus mendicantium quis.

Item si fiat mentio ordinis mendicantium, dicitur tali N. ordinis fra- 25
trum prædicatorum, vel ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, vel
ordinis minorum: si verò sunt de obseruantia, dicitur esse ordinis mino-
rum de obseruantia nuncupatorum: si autem sit mentio aliorum ordi-
num, dicitur in literis Papæ sub regulari obseruantia viuientium, de sty-
lo curiæ Romanæ, qui est obseruandus, c. ex literis, de constir.

De narratione quomodo fieri debeat.

Exhibita siquidem & c. Ista est facti narratio, quæ post has 1
rationes Papam mouentes appo-
nitur, quæ varia & diuersa est pro factorū diuersitate: vnde planè factum
narrari debet: ex qua omnis certitudo elici possit. & hæc narratio quali-
ter fieri debeat, non potest certa constitui doctrina alia, sed cauendum
est, ne falsa in narratione pars inferat, aut aliquid omittat, quod Papam
ad difficilius concedendum, vel denegandum inducat: alioqui rescri-
ptum erit nullum, c. ad aures, & c. ex tenore, & c. postulastis, & capit. su-
per literis, de rescript. vt dixi supra in prima differentia inter literas gra-
tiæ & iustitiæ. verum enim uerò quia ex narratione partium in iure posita
non potest sumi decisio iuris, cap. si Papa. de priuileg. libr. vj. nec ex ipsa
potest sumi aliquid ad decisionem causarum, glo. in c. vno, in verb. colla-
tionem, de rer. permut. in vj. Roma. in repet. in authen. similiter, in x. spe-
ciali

ciali, C. ad legem Falcidiam, allegat glo. in l. vnic. C. quando non peten-
tium partes petentib. accrescant. Barb. in repe. c. Raynaldus. colum. xxj.
de testa. ex his ergo narrationibus hinc nihil eliciemus, sed veniemus ad

2 tertiam partem, vbi sunt clausulæ frugiferæ. † Tamen ex narratione par-
tium elici solet veritas, vel obreptio: ideò partes summoperè respicere de-
bent, quid narrent, & an narrata probare possint, vel contra ea proba-
ri possint: nam quæ pars narrat, ea confiteri censetur, & ex hoc iudica-
ri poterit, l. cum precum. C. de lib. cau. & superius dixi. *Narratio quid
prosit, & per
quæ verba fiat
in qualibet gra-
tia.*

3 In nouis & simplicibus prouisionibus, & in gratia si neutri narrari mo-
dus vacandi solet per exhibita, siquidem & c. in aliis verò gratis regula-
riter non, sed per dudum & c. cum itaque & c. & prout casus occurrit, &
hoc de stylo curiæ Romanæ.

4 Et licet dicatur dudum, nuper, olim, vacans beneficium, cum nunc
etiam vacet, tamen hoc non nocet: quia hæc dictiones tria continent tem-
pora, videlicet præsens, præteritum & futurum, gloss. in l. j. §. j. ff. de noui
oper. nunciatio. c. olim. de officio deleg. & in c. j. de clerico excommuni-
ministran. *Nuper, olim, dum
dum tria deno-
tant tempora.*

5 Notare tamen debemus, quòd gratia iam facta debet plenè & exten-
sè in bulla narrari, quando non est reuocata, nec sortita effectum in ali-
qua parte, & quando est illius, qui primam concessit gratiam: secus si
successoris: siue narretur dispensatio, siue alia gratia. *Gratia facta quo
modo debeat in
alia narrari.*

6 Si verò in vim mandati fuerit alicui prouisum, & is impetret à Papa
beneficium, in noua prouisione breuiter gratia mandati narrabitur ex
stylo Roma. Curia.

7 Etiam successoris gratia breui narrari solet, quamuis in forma, ratio-
ni congruit, expediatur, vt inferiùs in ea materia scribam: & in narratio-
nibus debet quis sequi ordinem rerum, ita vt priùs acta, priùs sit referen-
da, vt prouincial. fol. 60. † Idem si sit reuocata, vel sortita effectum: vt vi-
di de stylo cur. Rom. seruari.

Nostibi præmissorum & c. Ista est bullæ tertia pars, vide-
licet Papæ dispositio, & prouisi-
o cum suis clausulis valdè vtilibus, quas nunc prosequamur: & multa *In prouisione
Papæ non sunt
probata merita.*

utilia in hac parte continentur, & quamuis in donatione probanda sint
merita, aliàs donatio corrumpit, l. si donatione, vbi doct. C. de collat. l.
Aquilus. & l. si pater. ff. de donat. Domin. Tiraquellus in l. si vnquam.
in verbo donatione. C. de reuocand. donat. tamen in hac Papæ gratia
non oportet merita ista probare: quia Papa vult intelligere meritum
eum qui non demeretur. ideò illi confert, quamuis alia non præstiterit
seruitia. l. cum quidam. ij. ff. de legat. ij.

Teque absoluentes & c. Ista clausula, & sequentes oriuntur
ex signatura, sicut olim Græci ex
equo Troiano: vt per Vergilium libro secundo. & per Historiogra-
f ij

phos, & hoc sicut est prima dispositionis Papæ clausulâ signaturæ, & cum absolute à censuris ad effectum præsentium &c. sic & prima dispositio bullæ continet hanc clausulam: vt hîc videri potest.

Papa absoluit impetrantem à qualibet excommunicatione ad effectum.

Et sic Papa absoluit impetrantes à sententiâ excommunicationis etiam maioris, aliâs collatio facta excommunicato non valeret, nec rescriptum impetratum ab excommunicato, c. j. de rescrip. in vj. c. postulasti. de cleric. excommu. ministr. Ideò hîc dicit text. à quibusuis excommunicationis, &c. & vt maiorem excommunicationem comprehendat & minorem, si repugnet impetranti.

Duplex est excommunicatio.

Maiores à communionem fidelium excludit, minor à sacramentorum participatione, c. ij. de except. siue excommunicatio fit lata à iure: vt si quis manus violentas in clericum iniecerit, is est à iure excommunicatus. c. si quis suadente. xvij. q. iij. vbi scripsi amplia. & limita. & præponit papa excommunicationem à iure, quia sententiâ iuris imponitur propter crimen, ideò plus ligat. argum. no. in c. peruenit. de excess. prælat. Staphi. in tract. de lit. grat. de vi. & effectu clau. vers. verior tamen &c.

Siue ab homine excommunicatus sit, vel ab officiali episcopi, vel archiepiscopi, aut ab alio potestatem habente, siue in eadem diocesi, siue in alia: quia hîc non consideratur à quo, sed an sit: nam excommunicatus in vna diocesi in aliis etiam est vitandus, c. quisquis. vbi glo. iij. q. v. gl. in c. pastoralis. §. verum, de appellat. quia sicut lepra sequitur leprosum, & morbus Neapolitanus infectum, ita & hæc excommunicatio. gl. in l. ij. ff. pro socio. & sic iste text. intelligitur de excommunicatione etiam maiori, licet quidam velint dicere cōtrâ. nullo tamen iure fulciuntur, imò contrâ verba text. nituntur, ibi, à quibusuis excommunicationis sententiis absoluentes &c. minor autem excommunicatio à perceptione sacramentorum excludit, c. ij. & iij. de excep. scripsi in tur. de excommu. vitand. in Concord.

Suspensio et interdictum etiam absoluantur, ut impetratio proficiat.

Etiam suspensus à diuinis non potest eligi, nec eidem beneficium conferri, c. cum dilectus, de consuet. glo. in c. cum bonæ, de ætat. & quasi. & in c. si. de excess. prælat. Ideò Papa hîc absoluit illum ad effectum vt valeat impetratio & prouisio: vt in c. Apostolicæ, de except.

Idem si aliquis sit interdictus à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ: vt dicitur in c. Si sententia, & in c. is cui, de sent. excomm. lib. vj. nam is à Papa absoluitur ad effectum præsentium consequendum, videlicet vt beneficium ex hac prouisione consequi possit: non obstante excommunicatione, suspensione, vel interdicto.

Absolutio quando post satisfactionem requiritur.

Et quamuis post satisfactionem non requiratur absolutio à suspensione, vel interdicto: sed sufficit iudicis declaratio sine alia absolute: quod secus est in excommunicatione, gloss. notabi. in clement. vna, in verb. donec, de deci. & in clem. si. de cens. Idem tenet gloss. in Prag. sanct. in titu. de interdict. indifferen. non ponend. in gloss. mox tamen, quia non apparet Papæ de aliqua satisfactione: ideò absoluit eum in hac impetratione tam ab excommunicatione, quam à suspensione, & ab aliis

aliis censuris, sed absoluit tantum ad effectum præsentium consequendum, non quoad alia: vt plenè scripsi de canonico creato ad effectum, in §. si. de reserua. in Concor. & in forma mand.

8 Præterea absolui eum ex quauis causa, vel occasione processerit excommunicatio, ibi, quauis occasione, vel causa latis, etiam si prouenerit ex culpa impetrantis propter istam generalem clausulam: hæc tamen generalitas restringitur & à iure, & à regula cancellariæ, vt inferiùs dicitur.

9 Vnde hæc absolutio non proderit hæreticis, c. excommunicamus. §. Absolutio in literis Papæ inciderit data non prodest hæreticis. credentes, de hæretic. Feli. in c. Apostolicæ, col. j. de except. ne præstetur ipfis occasio censuras villipendendi, quas facillimè ex eorum pessima conditione reiiciunt.

10 Nec proderit ei, qui inforruit in excommunicatione ultra annu, quia hæreticus præsumitur. gl. in c. si. de pœn. & ita fuit iudicatum Burdegale, vt refert Boër. in decis. Burdega. q. ccxc. duo permutauerunt. Nec infordecentibus prodest absolutio.

11 Nec falsum committentibus in literis Apostolicis, etiâ si addat punctu, vel deleant: illi enim in bulla cœnæ Domini sunt excommunicati, nec possunt ab alio, quam à Papa absolui, nisi in mortis articulo: text. in c. Ad falsarium, de crimine fals. hoc patet in bulla cœnæ Domini, artic. iij. vbi etiam scripsi: & hoc est, quia Papa istos non vult absoluere. Falsarij literarum non censentur in bulla absoluti.

12 Vnde Iulius Papa tertius Modern. his verbis statuit, & ordinauit, huiusmodi absolute non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarum, falsificatoribus & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & nuncios, vel executores Apostolicæ sedis, & eius officialium eis commissa exequentes impediuntibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque aliis, qui censuris aliquibus etiam aliis, quam vt præfertur quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inforruerint. † Itaque habetis, quibus non proficit hæc absolutio in regul. lxxvij. Iulij: & hoc est bene notandum, quia non fuit hæcenus ab alio Pontifice sic declaratum. Igitur hæc clausula, quauis occasione &c. non proderit istis, nisi in signatura diceretur & cum absolute à censuris ad effectum etiam in casibus regulæ, & cum illius derogatione: quod non solet Papa facere, sed tentandum est, alioqui debeat.

14 Etiam non puto hîc comprehendi illum, qui dixit se familiarem, vel nepotem Cardinalis, vt obtineret faciliùs gratiam, quia est excommunicatus: & non est verisimile, quòd Papa istum furem absoluere velit: vt consuluit Paul. Paris. consi. lxxvij. in causa, col. ij. in iij. vol. dico inferiùs in rescripto perinde valere, quid agere debeat. Dicens se familiaris card. est excommunicatus.

Absolutus hic non poterit celebrare, nec ordines sumere. Item licet hîc absoluatur quoad effectum obtinendi istud beneficium 15 impetratum, tamen impetrans non poterit celebrare, nec horis interesse diuinis, nec alia facere: quia ad effectum tantum est absolutus: vt patet hîc, imò si post hanc absolutionem ingerat se diuinis, iucurrit irregularitatem, c. is cui, de sentent. excommu. lib. vj.

Absolutus non potest beneficii ab ordinario obtinere. Nec possit aliud beneficium post istam absolutionem obtinere ab 16 ordinario vel alio, nisi absolueretur de nouo: tamen quoad effectum consequendi beneficium impetratum non requiritur, vt absoluatur ab ordinario, vel ab alio præbitero, quia absoluitur à Papa per has literas, ibi, harum serie absoluentes &c. † Et papa solo verbo absoluere potest, sicut solo verbo creare sacerdotes, vt docet Angel. in l. j. C. de sentent. p. s. & Felin. in cap. j. colum. vj. de constit. Barba. in clement. fin. col. ij. de testib.

Imò de iure quamdiu excommunicatus erit, priuatur fructibus beneficij. glo. in c. præter. xxxij. dist. quia Dei inimicus & ecclesiæ non debet de patrimonio viuere Iesu Christi. Bald. in c. j. col. iij. in ij. lectu. de iudi. arg. c. commissa, de elect. lib. vj. † Nec poterit interim ordines sumere, 19 imò esset irregularis, si assumeret: vt docet Pan. in c. j. de eo qui furtiuè ordin. suscepit: & vt semel dicam, in nullo alio releuatur hic excommunicatus, nisi vt ista prouisio facta eidem valeat: ergo omnes aliæ poenæ contra excommunicatos contra eum locum habebunt. sexaginta scripti in ti. de excommunicat. non vitand. in Concord. vnde scripti in gl. absoluentes, in forma mandat. in Concordat. quod excommunicatus impetrans mandatum, si non procurerit alio modo absolui, non poterit beneficium acceptare, licet mandatum valeat.

Necnon omnia & singula beneficia ecclesiasti-

ca, cum cura vel sine cura, quæ etiam ex quibusuis dispensationibus Apostolicis obtinet, & expectas, necnon in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet competit, quacunque, quotcunque & qualiacunque sint &c.

Clausula pro expressis habentes. Ista clausula nascitur ex ventre signaturæ, ibi, & quod obstantiæ oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, & tantum operatur, ac si nominatim expressio fieret teste Anto. Butr. in consil. visis literis, columna j. & Felin. in capitul. in nostra, corola. ix. de rescript.

Signatura ut haberi pro expressis, & quod possint in bulla exprimi concedit. Duo in signatura concedebantur, quod illa quæ obstant impetranti haberentur pro expressis: secundum quod exprimi possint in bulla: ergo possunt exprimi beneficia: vel haberi pro expressis: & licet habeantur pro expressis, exprimi tamen poterunt: quia in fauorem impetrantis hoc conceditur, cui fauori renunciare potest, cap. si diligenti. de for. competent. l. penultim. C. de pact. & melius est quod in bulla exprimatur ad vitandos processus: & vt noscatur mens Papæ: quamuis vtrumque in signatura fuerit concessum.

Per hanc clausulam tollitur subreptio, quæ foret, si quis impetraret 4 benefi

beneficium à Papa, vel ab eius legato, & non exprimeret beneficium modicum: vnde impetratio & prouisio nullius esset momenti. c. si proponente, de rescript. c. Si motu, de præb. lib. vj. etiam si impetrans illud resignare paratus sit. c. postulasti, vbi Aegid. col. j. de rescript. idem Papa habet pro expressis, id est, ac si in bulla expressa essent omnia singula beneficia ecclesiastica. † Ergo de feudis & aliis beneficiis temporalibus non intelligitur, quia non sunt in gratia exprimenda. c. Felicis, de poenis, lib. vj. vbi hæc beneficia dicuntur, sed non ecclesiastica, vt in rubr. vt beneficia ecclesiastica sine diminutio. conferan.

6 Ad hæc, si prouisio fuerit facta in vna signatura de duobus beneficiis, & bulla expediatur de vno, oportet dicere in ea sic, cui etiam hodie parochiali ecclesia, seu alio beneficio, &c. cessimus prouideri, ex quo in supplicatione expressa sunt duo, tamen hæc clausula facit vt hoc non exprimatur: qui à Papa pro expressis habet omnia beneficia. *De prouisione facta de duobus an fieri mentio in bulla debeat.*

7 Item Papa non solum habet pro expressis omnia beneficia, sed & qualitates illorum: & hoc probatur ibi, cum cura, vel sine cura, & qualiacunque, probatur in cle. j. de præb. c. Ad aures, de rescript.

8 Præterea vult pro expressis habere beneficia quodcunque habeat, & in quocunque numero, ad hoc vt valeat impetratio, non obstante numero beneficiorum decem, vel alio numero, quod obtinebat impetrans: tamen *Clausula pro expressis, non continet ultra duo beneficia.*

9 vt infinitas vitetur. cap. ij. de rescript. in vj. † fortè non continet nisi duo, nam si Papa sciret istum ultra duo habere, fortè non concederet aliud, per c. cum ad eò, de rescript. idè non prodesset ista clausula ad tertium, vel ad alia plura, vt ista clausula restringatur, & Papæ non illudatur, vt supra dixi in signatura.

10 Ad hæc vult etiam haberi pro expressis ea beneficia, quæ impetrans expectat, si fortè quis obtinebat literas mandati, vel alias expectatiuas ad beneficia, & velit nunc beneficium impetrare de illis literis, per quas expectat beneficia, facienda esset mentio. cap. in nostra, de rescript. tamen per istam clausulam hoc tollitur. ibi, & expectat, ac in quibus, & ad quæ ius sibi quomodolibet cõpetit, idem si ius cõpetebat: quia fortè iam acceptauerit beneficium vacans, & sibi fuerat collatum, tunc per istam clausulam referuatur illi ius. † Notandum est tamen, quod per hanc clausulam non censetur dispensatus, vt quis retineat beneficia, nisi obtineat de illis dispensationem. c. non potest, de præb. idè in narratione bullæ solet dispensatio narrari, videlicet cum quo dudum: vt quo incompatibilia beneficia, etiam si dignitates, personatus, administrationes vel officia forent, & ad eos, & c. si tibi aliàs canonicè conferantur, recipere & simul retinere liberè & licitè valeas, Apostolica fuit autoritate dispensatum Staphile. in tract. de literis gratiæ in secunda forma expectatiua. † Et ista clausula pro expressis non derogat priori dispositioni fortiores clausulas habenti: vt docet Petr. Paris. cons. xlij. quantum, numer. 18. in iij. vol. † In hoc tamen aduertendum est, quod qualitates beneficiorum, vt statim dixi, sunt exprimendæ, nisi habeantur pro expressis, vt hîc, vel nisi sit clausula

Clausula pro expressis, non inducit dispensationem.

12

13 *Qualitates pro expressis habentur.*

in signatura posita, quòd maior & verior specificatio fieri possit, etiam qualitatatum: vt docet gl. in regul. lxxij. & inferius dicitur.

Dignitas in signatura expressa intelligitur de non curata.

14 Etiam notandum est, quòd si quis expresserit dignitatem in signatura, si non expresserit qualitatem, negatiuè debet intelligi, scilicet de non curata, vel de officio etiam non curato: & sic in bulla exprimetur, dignitatem non curatam tibi conferimus: hoc est statutum in regul. cancell. Innocentij. lxxij. & in regula Iulij tertij, in regul. lxxvij. † Nisi illa qualitas conditionaliter fuerit in signatura expressa, videlicet, dignitas talis, quæ forsan curata existit, tunc in bulla curata dignitas exprimetur: vel si affirmatiuè fuerit dictum, dignitatem talem curatam dignemini conferre, non libebit in bulla exprimere, quæ forsan curata existit, quia minus exprimeretur: & non est minus exprimendum in bulla, quàm in signatura, sed pinguius. cum bulla sit signatura extensa: vt supra dixi: & si minus exprimat in bulla quàm in signatura, solet de subreptione notari.

Prioratus secularis aut regularis.

16 Preterea si prioratus impetretur, debet exprimi an secularis sit, aut regularis: quia nomen prioratus est nomen commune: idèd distingui debet. teste Hostiens. in c. nisi. de præbend. Oldra. consi. cclvij. factum tale, col. ix. nu. 34.

Conuentualis prioratus est exprimendus.

17 Si verò regularis impetretur, debet exprimi si sit conuentualis, clem. Ne in agro §. cæterum, de statu monacho. alioqui in bulla conficienda dicitur negatiuè, videlicet prioratus regularis, non conuentualis, per dictam regul. lxxij. & lxxvij. nec poterit extendi etiam per illam clausulam generalem, quòd maior expressio &c. vel per clausulam, Reseruationem &c. etiam si esset alia clausula, quòd exprimi qualitas possit. † Nam hæc verba debent intelligi, quòd qualitas non inducens reseruationem possit exprimi: sed illa per quam induceretur reseruatio, non, quia quotidie sic deciperetur Papa per has clausulas: nisi in signatura diceretur, quòd qualitas etiam reseruationem inducens generalem, vel specialem exprimi possit: vt superius scripsi in elucidata signaturæ.

Regula cancellaria quòd negatiuè intelligatur in simplicibus non procedit.

19 In capellanis verò & aliis simplicibus beneficiis non habet locum regula, quòd negatiuè intelligatur, vel affirmatiuè: nec solet dari qualitas electionis, quia ista exprimi non solent: tamen si dubitaretur esse electiuam, vel curatam, poterit quis conditionaliter exprimere, que forsan electiuam, aut curatam existit: de stylo curiæ Romanæ sic solet fieri.

Verus ualor est exprimendus nisi in casibus hic conscriptis.

1 Eorumque *fructuum & pœuentuum veros annos ualores &c.* Etiam verus ualor beneficii, quòd impetratur, est exprimendus, clementi. j. de præben. quod limitatur hîc, quando ille ualor haberetur pro expresso, alia de hoc superius dixi in signatura, quæ non repetam hîc.

2 Nota tamen sequentes casus, in quibus ualebit bulla, etiam si verus non

non fuerit ualor expressus: primus si habeatur pro expresso, vt hîc. Secundus casus, si motu proprio prouideatur, regul. cancell. lxx. sed hodie idem per regul. cancella. Iulij Papæ tertij, regul. lxxvj. tertius ex consuetudina Franciæ: vt §. fina. de mandat. Apostol. scripsi, & supra in signatura. Quartus est quòd beneficii, quod iam quis obtinet, ualorem exprimere non tenetur, quia ad illo non agitur, sed de eo quod de nouo impetrat, vt annata soluatur. gl. in dict. regul. lxx. & quia per adeptionem istius ultimi uacabit primum, si non fuerit dispensatus, per cap. de multa, de præbend.

Casus in quibus uerus ualor non exprimitur.

Ac huiusmodi dispensationum tenores. *Impetrans te*

netur facere mentionem de primo, quod obtinet, maximè si incompatible sit etiam dispensationis. c. ij. de fil. presbyte. in vj. tamen per hæc clausulam non est alia facienda dispensationis, vel dispensationum mentio, cum Papa has dispensationes, & earum tenore pro expressis habeat. hæc materiam plenius explicabo infra in materia dispensationum.

Dispensationis est in bulla facienda mentio.

Necnon *verum & ultimum dictæ ecclesiæ seu vicariæ vacationis modum, etiam si ex illa quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, presentibus pro expressis habentes.*

Clausula uacationis modus pro expresso habetur. Ista clausula etiam ex signaturæ dispositione oritur, ex clausula posita ibi, & vacationis modus etiam si de illa quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet &c.

Verus uacandi modus debet exprimi: alioqui deberetur beneficium ei, qui uerum modum expressit etiam si postea impetrauerit. c. susceptum: de rescrip. lib. vj. cap. quia sæpe, de præbend. ibidem. sed vt pars subleuetur hoc onere, Papa pro expresso habet uerum uacandi modum, aded quod si quis impetrauerit beneficium uacans per resignationem, & uacauerit per mortem, deberetur impetranti huius clausulæ ratione: & de hoc dixi superius in signatura. ibi uidebis abundè tractatum.

Verus uacandi modus est exprimendus.

Cuius & illi forsan annexorum fructus, redditus. *Clausula cuius fructus &c. quid operetur.*

& prouentus xxiiij. ducatorum auri de camera secundum communem estimationem ualorem annuum, ut asseris. non extendunt. Hæc clausula etiam est extracta ex corpore supplicationis. ibi, *cuius fructus &c.* Adde quod statuit Alex. vj. titul. de signa gratiæ.

Papa habuit pro expresso ualores beneficiorum, quæ impetrans habebat, sed non habet pro expresso fructus beneficii, quod impetratur, vt Papa annatam consequatur: idèd ualorem exprimit consuetum in regno Fraciæ, quem exprimi sufficit, licet beneficium sit maioris ualoris, & hoc propter consuetudinem Regni: alioqui uerus ualor esset exprimendus: vt dictum fuit supra in signatura.

Clausula cuius fructus &c. quid operetur.

Verus ualor beneficii quod impetratur non habetur pro expresso.

Siue vt præmittitur, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona *Clausula quouis modo uacet &c.*

persona, seu per liberam dicti Guilielmi David, vel cuiusuis alterius resignationem, de illa extra dictam curiam etiam coram notario publico & testibus sponte factam.

Resignatio facta coram duobus notarijs uel alijs hic comprehenditur. Ista clausula extrahitur est corpore signaturæ, non ex clausulis, & est ferè eadem, ibi, siue præmissis &c. & quia hîc omninò exprimit vacandi modo, etiam per resignationem coram notario publico & testibus sponte factam, vidi dubitari: quid si fuerit facta resignatio coram duobus notarijs: vt solet fieri in hac ciuitate: & dicerem idem esse, etiam facta esset coram laico priuato, dummodo probari possit. c. quod in dubiis, & capitul. admonet, de renunciat. & hoc videtur probari hîc, per illam clausulam etiam coram notario & testibus: quia dictio etiam, ampliatur, quod non solùm quando fit coram Papa, sed coram notario & testibus vel duobus notarijs, aut alijs. de hac dictione facit text. in l. etiam. C. de testib. scripsi in l. mulieris, in princip. ff. de verborum significatione, & not. quòd in non referuatis, dicitur, vt præmittitur, in referuatis verò scribitur, siue præmissis, siue alio quouis modo vacet, prouincial. fol. 57. in no. super vacan. referuat.

Clausula ut præmittitur uel siue præmissis.

Aut constitutionem Feli. c. recordat Ioann.

xxij. prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis. De ista extrauagan. dixi in signatura, vbi est eadem clausula. & nota, quòd in literis super beneficijs per constitutionem execrabilis vacantibus ponitur clausula, si est ita, & similiter de quibuscunque narratis facti informationem requirentibus: vt statuit Innoc. in regula cancella. lxvij.

Vel affecutionem alterius beneficij ecclesiastici dicta auctoritate collati, vacet. Etiam in corpore signaturæ, & in petitione partis est hæc clausula, quam ibi elucidauimus: idèd hîc pro repetitis habeantur.

Derogatio generalis non includit extrauagantes, nec regulas cancella. Nota tamen quòd derogatio generis non includit extrauagantes, nec regulas cancellariæ, nisi expressa illarum fiat mentio: & idèd Papa hîc exprimit: vt docet Nicol. Milius in verb. priuilegium, quem refert Gomef. in Proc. regul. can. quæst. v. & quando in beneficialibus est derogandum regulæ, semper illa debet narrari in principio, videlicet post exordium sic, hinc est quod nos, qui dudum inter alia volumus &c. & postea in non obstante, debet poni, non obstante voluntate prioris, & ordin. præmissis, ac constitution. vt est in prouincial. folio. 55. versicul. aduerte.

Hodie tamen de stylo curiæ nunquàm censetur derogatum regulæ cancellariæ, nisi in narratione bullæ ad verbum regula narretur. vt scribit idem Gomef. quæstione sexta, ibidem: & quando fieri debeat extensè mentio, dixi superius in signatura, & in hac bulla.

Etiam si tanto tempore vacauerit quòd eius collatio iuxta Lateranens. statuta concilij

cilij ad sedem Apostolicam legitime deuoluta, ipsaque ecclesia, seu vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter referuata existat. Etiam ista clausula ex corpore supplicationis elicitur, quam ibi declarauimus: & dicitur abundantius inferius in materia deuolutionis: vnde hîc sistam ratem. probatur hæc clausula in c. vno, vt ecclesiastica beneficia &c. vbi hoc non est omittendum, quòd si prouideatur de maiori dignitate in Cathedralibus, aut Metropolitanis, vel de principalibus in collegiatis, tunc non ponitur hæc clausula. dummodò eius dispositio ad nos deuoluta fuerit: vt supra dixi in glo. Etiam si deuolutum.

Clausula etiam si deuolutum &c. quando non ponatur.

Super ea quoque inter aliquos litis, &c. cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisum.

Ista clausula bis repetita est in signatura. Primò in corpore, ibi, litigiosa, cuius litis &c. & in dispositione & clausulis signaturæ: est etiam conscripta, ibi, & quatenus litigiosum, &c.

Et ista clausula solet etiam ex stylo conscribi in bulla, eò quòd si litem & litis statum pro expresso habet. de hoc dictum fuit superius in signatura: facit c. inter. de re iud.

Litis & litis ex primi debent.

Notandum est quòd masculinum concipit foemininum: nam litem & litis statum volumus pro expresso haberi, quippe si duo præcedant substantia, quorum vnum est masculini generis, alterum foeminini: & sequatur adiectiuum, illud ponetur in masculino, per tex. in c. si Apostolicæ, de præb. lib. vj. vbi hoc notat Dom. pro literis beneficialibus, in quibus si dicam canonicatum, & ecclesiam parrochialem prædictos, dicitur non prædictas vel prædicta: vt plenè dixi in l. j. ff. de verb. signifi. & solet in dispensatione sic narrari, cum quo dubium vt duo incompatibilia beneficia, etiam si dignitates, &c. & ad eos &c.

Masculinum concipit foemininum in beneficialibus, non neutrum.

Si verò sint duo substantia, vnum masculini, alterum neutrius, tunc adiectiuum in neutro ponetur, non in masculino: quia masculinum non concipit neutrum. c. quanto, de priuileg. vnde si dicatur conferre canonicatum, præbendam ac officium, prædicta, non autem prædictos dicitur de stylo. vide quæ abundè scripsi concipiendo regulam cum amplia. & limitationibus in d. l. j. de verb. sign.

¹ Dummodo tempore data presentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum.

De clausula dummodo alicui non sit ius quæsitum.

Ista clausula non scribitur in signatura, sed per eam Papa limitat suam gratiam, vt non intendat isti impetranti prouidere, si ius sit alicui quæsitum: nec est suæ intentionis illud ius tollere: c. super eo, de offic. delegat. nam quotiescunque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico fiat, & restituo sine præiudicio iuris alieni facta censetur: c. quamuis, in fi. de rescript. lib. vj.

Itaque

Ius ad rem tollit Papa non in re. Itaque per hanc clausulam tollitur ius ad rem, sed præseruatur habentibus ius in re: vnde si alicui erit facta beneficij collatio ante Papæ prouisionem, Papa non intendit illi derogare: secus si haberet mandatum, vel nominationes, & nondum eis esset facta collatio: vt docet Calder. consil. viij. in fi. tit. de rescrip. & Roma. consil. cclvj. approbo sententias. & Felin. in cap. causam quæ, col. xiiij. nume. 26. de rescript. Staphil. in tract. de liter. gratiæ. rubr. de mandato, de prouiden. in princip. D. Probus in cap. Eum qui, col. penult. de præbend. lib. vj. Petr. Paris. consil. cxviiij. circa, colum. ij. nu. ii. vol. iij.

Post requisitionem & acceptationem an Papa prouideat. Et quamuis per hanc clausulam tollatur ius ad rem, aded quod si exactas requisierit, & acceptauerit: tamē per hanc clausulam derogatur illi requisitioni & acceptationi, c. fin. de concess. præbend. in vj. quamuis de de Rota decis. xvij. de præbend. incip. licet de more, in no. dicant hoc dubium, & inter doctores controuersum. † Ex lege tamen Regia in beneficiis debitis graduatis, & qualificatis isti præferuntur impetrantibus, non obstante ista clausula, vt est statutum in cōstitut. regu. tit. des prouisions Apostoliques. de quo dixi abundē in Concord. Franciæ, in tit. de mandat. Apostol. in §. declarantes, & de hoc iure non tollendo dicetur inferiùs in rescrip. si neutri, in quo regulam cancella. de non tollendo ius quæsitum, breui declarabo.

Clausula de non tollendo ius quæsitum & sine præiudicio differunt. Postremò not. Gomef. in regu. de non tollendo ius quæsitum, in fin. hanc clausulam dummodo & c. differre à clausula, sine præiudicio alicuius: nam hæc clausula gratiam facit conditionalem, secunda verò non: aded quod si tollatur ius quæsitum, gratia sit nulla, secus si sine præiudicio dicatur: quia præiudicium, quod est in gratia, non consideratur. † Nam hæc verba sine præiudicio, intelliguntur non expresso, quia in expresso vult alteri præiudicare, cap. examinata, de confir. vtil. c. ex tenore, de foro comperen. Oldra. consil. cccxxx. ad idem. in fin. Iaf. & alij in l. beneficium, ff. de constit. princip. vide multa quæ super hoc scribit Gomef. in regul. de non tollendo ius quæsitum. q. j.

In uacantibus in curia an hæc clausula dummodo sit necessaria. Verùm hoc loco se offert dubium, an hæc clausula habent locum in beneficiis vacantibus in curia, Et quidam censent claus. dummodo tempore datæ præsentium ius alteri quæsitum non fuerit, non solere poni de stylo: quia non potest esse ius alteri quæsitum, postquam vacauit in curia: & nullus alius extra Papam potest conferre intra mensem, cap. ij. de præbend. in vj.

Ego tamen eam vellem conscribere: quia ordinarius potest post mensem conferre, ideoque potest esse ius alteri quæsitum per hanc ordinarij collationem: vnde putarem hanc clausulam necessariam, cum quæri ius possit, per c. statutum, de præben. lib. vj. quando collatio fieret à Papa post longam vocationem vnus mensis, quid interim impediet ordinarium conferre, vt sic alteri ius quæretur.

Et quando alius haberet detentionem, hæc clausula poni solet, per c. cum nostris, vbi Doct. de concess. præben. abundē scribam inferiùs in regula

gula, de non tollendo ius quæsitum.

10 Si tamen maior dignitas post pontificalem vacaret extra curiam mortuo Papa, tunc subsequens Papæ successor poterit illam conferre sine mentione reseruatiōis, quæ expirat per mortem Papæ, licet successor statuerit similem reseruatiōem, quæ tamen non erat tempore vacatiōis dignitatis, ideo non erat reseruata. Et sic non est opus exprimere reseruatiōem, quæ non erat. Doct. in d. c. ij. & regulæ Cancell. extinguuntur per mortem Papæ: vt in procem. reg. Cancell. dicit gl. & Gomef. ideo dicunt quidam istam clausulam dummodo, non esse necessariam. dicas tamen vt supra scripsi.

11 Si verò vacauerit viuente summo Pontifice, qui tamen non prouidit successor prouidere poterit, non tamen tanquam de reseruato, sed vt de affecto. Et debet in bulla declarari quomodo erat affectum, vt superiùs scripsi in materia reseruatiōis.

12 Nota etiam quod si in signatura dicatur, quod omitti possit narratio de qua in corpore, ratione huius clausulæ poterit colligans subrogari in beneficio, etiam vacante in Curia: licet aliàs nunquam veniat in curia vacans, si non exprimat, c. ij. de præb. lib. vj. ista statuit Alex. vj. in tit. de signatura gratiæ in suis regul.

13 Item si vacante sede beneficium vacauerit in curia, tunc successor conferet illud tanquam reseruatum, non per regulas quæ sunt extinctæ per mortem sui conditoris, sed tanquam de iure communi reseruatum: ideo successor dicet, conferimus tibi tale beneficium reseruatum per Bonifacium, & c. qui edidit dict. capit. ij. de præbend. in vj. & sic beneficium simplex in curia vacans post mortem Papæ non potest ordinarius conferre ante mensem.

14 Sed si in curia vacauerit ecclesia parochialis Papa mortuo & vacante adhuc sede ordinarius poterit eam etiam ante mensem conferre, c. si Apostolica, de præb. lib. vj. quia vacatio in illis est dispendiosa. c. quamuis, de elect. lib. vj. beneficia verò simplicia ante mensem conferre non poterit, postea sic, c. statutum, ibidem.

Vt asseris Nota, quod quando aliquis est officialis in curia Rom. hæc clausula debet affirmatiuè poni, vt pote, tibi, qui secretarius noster existis. Si verò officialis sit aliquis extra curiam, tunc in bulla scribetur tibi, qui (vt asseris) dilecti filij nobilis viri F. ducis Mediol. secretarius existis, vt in prouincial. fol. 53. vers. quando aliquis de his verbis vt asseris, & vt asseritur. vide quæ scripsi in forma mand. in gloss. omnia & singula in Concorda.

Cum annexis Huiusmodi, ac omnibus iuribus & penitentijs suis, Apostolica tibi autoritate conferimus, & de illa etiam prouidemus. Superiùs post clausulam, etiam si ex illo, & c. post verbum, pro expressis habentes, additur, ecclesiam seu vicariam prædictam cum annexis huiusmodi conferimus, & de illa etiam prouidemus, sic debet legi, & per parenthesis, vt sensus rectè intelligatur.

Subrogari quando possit quis in beneficio uacante in curia.

Quando beneficium uacat in curia uacante sede, quis possit illud conferre.

De clausula ut asseris.

Clausula cum annexis etc.

Per collationem ecclesie principalis & annexa censetur collata.

An conferendo principalem ecclesiam veniat annexa ecclesie etiam si non sint expressa? Responsetext. in c. super eo, de præb. lib. vj. vbi Doct. decidunt venire, quando vnio esset facta accessorie: & tunc non est exprimenda ecclesia annexa accessorie: quia ex quo principale nominatur, & accessorium, argu. l. si vt certo §. vsque ad eod. ff. commoda. l. sed ad des §. si quis mulierem, loca. nam accessorium sequitur naturam sui principalis. ff. de regu. iur.

Vnitum beneficium nomen beneficij perdit.

Etiam quia beneficium vnitum perdit nomen beneficij, nec debet dici beneficium sicut ante unionem, vt docent do. de Rota. decis. xj. nota quod vbi beneficium. de reb. eccles. alienand. in antiq. refert & sequitur Ioan. Baptista. in tracta. de vnio. artic. viij. q. xj. & sequenti.

Et sic ista clausula non videtur necessaria: quia conferendo ecclesiam principalem, confertur & accessoria, potest tamen prodesse: quia si ecclesie sint vnite æquè principaliter, sicut ecclesia Dien. & Valen. tunc per istam clausulam conferetur vtraque, & isto casu esset necessaria ista clausula. glo. & doct. in c. primo, ne sede vacan. & quia stylus sic se habet, vt Papa beneficium principale cum annexis & iuribus conferat, vt hic constat.

Dispensatus ad duo curata annua habere potest, si unum sit unitum.

Et sic dispensatus ad duo curata, poterit & duo curata & præbendam, cui erit annexa ecclesia curata obtinere, per d. c. super eo, de præbend. in vj. & ibi hoc firmant Doct. facit cle. ne in agro. §. cæterum, de statu monach. & hoc quando vnio erat facta præbendæ accessorie, secus si æquè principaliter: vt declarat glo. in d. c. j. & Caccialup. in d. tract. vnio. ac Petrus de Peruffi in eo. tracta. vnio. in princ. & Berrand. consil. ij. num. 44. in iij. vol. ex prima editio. & quando principaliter vel accessorie vnita dicatur, inferius in tract. vnio. scribam.

Quarta bullæ pars est In qua Papa quibusdam mandat, vt mittant in possessionem impetran-
tem, sic dicens. *Quocirca dilectis officialibus & c. mandamus quatenus ipsi duo, aut vnus eorum per se vel alium, seu alios, te, vel procuratorẽ tuum tuo nomine in corporalem possessionem parrochialis ecclesie, seu vicaria & annexorum iuriumq. pertinen. prædict. inducãt autoritate Apostolica, & defendant inductum.*

Gratiosæ litera & executoria quando simul ponantur.

Notandum quod in literis Apostolicis semper gratiosa debent esse per se, & executoria in aliis literis, & hoc quando per cancellariam expeditur, secus per cameram: quia & tunc & gratiosæ & executoriæ in eisdem literis ponuntur, vt hic. & docet Hiero. Pau. in sua praxi in no. super vacan. referua. fo. 58. vers. no. quod in literis & c.

Executores gratiæ Papæ in dignitate esse debent.

De iure executores gratiæ Papæ debent committi existentes in dignitate ecclesiastica, vel dignitatem habentes ecclesiasticam. c. statutum, de rescript. lib. vj. & hodie stylus est curiæ Rom. vt hic videtis, & hoc docet Collecta. in c. proposuit, col. j. de concessio. præbend. licet Felin. teneat cõtrarium in c. Postulastis, col. iij. ver. dum declarat Abbas, de rescri. scripsi plenè in forma litera. executo in Concorda. Franciæ: & si iste executor nõ seruet formam traditam sibi à Papa, quod faciet, nullum erit, tanquam

quam à priuato factum, & carente iurisdictionem. l. iij. de offi. præf. Petr. Paul. Paris. consil. xxxj. circa præsentem, nu. 26. cum seq. in iij. volu. monachi ecclesiarum cathedralium seu canonici non solent de stylo committi executores, vt docet Hiero. Paul. in prouincial. fo. 16.

1 Officiali episcopi. Hæ gratiæ possunt committi, si sit principalis officialis, secus si foraneus, id est foris extra ciuitatem in aliqua parte diocesis præfectus, cle. Et si principalis, de rescrip. etiam vicarius Episcopi potest esse gratiæ Papæ executor. gloss. & doct. in d. cle. Et si principalis.

Officialis & vicarius executor res gratiæ Papæ esse possunt & quomodo.

2 Et interdum constituitur vnus & idem officialis & vicarius, qui multo magis executor Papæ fieri poterit: & in Gallia, Germania & Hispania executores constituuntur officiales episcoporum: in Italia verò vicarij, vt est in prouincial. fo. 14. vbi dicit aliàs esse falsum vel errorem.

3 Requiritur tamen quod executor sit certus, & expressum nominatus, vt officiali Episcopi Paris. & idem si plures sint: c. tibi qui, de rescript. in vj. ibi certo executore: c. si Apostolicæ, de præb. ibid.

Executor certus esse debet, nec ualeret si diceretur, uniuersis & singulis canonicis & c.

4 Nec valeret, si committeretur omnibus & singulis canonicis ecclesie Paris. quibus mandatum præscribitur, sicut literæ iudicum secularium. Domi. consil. lxxv. in causa, col. ij. vide si papa committat officiali Paris. & sint plures, intelligitur de principali, per d. cle. men. & si principalis.

5 Item hic tex. vult, vt impetrans inducatur in possessionem: nam accipiens propria autoritate possessionem prædo est: l. si ex stipulatione. ff. de acqui. possessio. ideo debet quis mitti per alium, si tamen quis iustum habeat titulum, & propria autoritate ingrediatur possessionem, non dicitur intrusus, nec priuatur iure, quod in beneficio habet. c. eum qui, vbi Domi. & Franc. de præb. in vj.

Prouisus in possessionem mittendus est.


6 Prius tamen debet fieri collatio, & postea missio in possessionem, non econtrario. tex. in c. ij. ibi, donationis nostræ gratiæ præcedente, præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. supra dixi in tit. de missio. in possess. ad purificandam tamen gratiam non est terminus præstitutus à lege, nec ab homine, ideo est in arbitrio executorum, vt est in prouinciali. fo. 33.

Collatio ante missionem in possessionem facienda est.

7 Et si quis acceperit possessionem ante collationem, est intrusus. c. cum iandudum, de præb. vbi Pano. dicit, quod si post adeptam possessionem sine tit. quis impetret non facta mentione istius iam adeptæ possessionis & intrusionis, non valebit impetratio, minus rescriptum confirmationis. l. autoritate. C. vnde vi, quod est notandum: quia vidi quemdam ordinarium, vt præueniret legatum, misisse in possessionem, ante expeditam collationem ab eo prouisum, qui ex eo succubuit, quia erat intrusus.

8 Imò debet in possessionem mitti autoritate Apostolica, vt hic, & non valeret, si hic executor mitteret istum in possessionem sua autoritate, vel autoritate ordinaria, quia hic dicit autoritate Apostolica, facit tex. in c. ij. ibi de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. † Si autem in vim collationis ordinarij ponatur in possessionem, de-

Exprimi debet qua autoritate quis in possessionem mittatur.



bet hoc exprimi: & interdum collatio potest esse canonica, & possessio erit vitiosa. c. si quando, de offic. deleg. & tunc alia possessio est capienda: aliàs pars succumbet in possessorio, & e contrario. l. j. §. si vir. ff. de acquir. possess. vbi plenè doc. scribunt acquiri possessionem vtilem ex titu. in ualido, dummodò sit coloratus: vt in tract. de pacific. possess. scripsi & in tract. de missio. in possessio. superiùs.

Clausula si duo, quid significet.

Quatenus ipsi duo &c. Si duobus commissum fuerit, si autem tribus dicitur, quatenus ipsi tres aut duo, aut vnus eorum &c. de quo in c. prudentiam, de officio delega. & prodest hæc clausula: quia vnus vel duo altero vel aliis impeditis exequi poterunt, si tamen se excusauerint. c. sciscitatus, de rescri. & d. c. Prudentiam, secus si hæc clausula non adfuisse, & sic Papa eam solet inferre in suis literis, etiam in quibus mandat, vt de causa cognoscant, vt ibi: & quamuis ad summum non soleant de stylo dari à papa nisi tres iudices d. c. prudentiam prouinciale, fo. 22. tamen executores quatuor dari possunt.

Executores Papæ subdelegare possunt, & quibus.

Poterunt etiam ipsi subdelegare, quia delegatus papæ subdelegat. c. Pastoralis, de offi. deleg. & tenentur subdelegare. His etiam, qui in dignitate sunt ecclesiastica, nisi nudum ministerium committerent, cle. j. vbi glo. singul. de offi. deleg. Rota decis. cccxcij. in antiq. per tex. in d. c. statutum, in fin. de offi. deleg. lib. vj.

Nec obest regul. cancella. xlvi. quia loquitur quando Papa dat iudicem super expediendis negotiis cum signatura: quia videtur tunc electa industria personæ, aliàs secus: vt ibi. glo. etiam docet, & text. sequens permittit per alium exequi, ibi, per se, vel per alium.

Executor per se, vel alium negotium exequitur.

Postea *Dicitur per se, vel alium.* Quia iudex delegatus debet cum reuerentia rescriptum Papæ recipere, & illud exequi. c. si quando, de rescrip. vel debet se excusare, si nolit, vel non possit. c. sciscitatus, de rescrip. alioqui puniri debet vt ibi no. nisi papa hoc concedat, vt hinc.

Ideo papa permittit quòd per se faciat, aut per alium, vel alios: poterit enim hic executor vnum, vel plures delegare, & eos compellere, vt mandatum papæ exequantur. c. Pastoralis, in prin. de offic. delegat. quod hodie seruari non vidi quoad coactionem: sed officium recipere cuique erit liberum.

Intrusus dicitur qui propria auctoritate beneficium accipit.

Item vult vt prouisus mittatur in possessionem per se, vel per procuratorem, quia dicunt Panor. & alij in c. Cum iam dudum, de præben. & Feli. in c. in nostra, de rescrip. & in c. veniens, no. ij. de accusa. quòd intrusus dicitur, qui intrat possessionem beneficij propria auctoritate. idem Petrus de Perus. in tracta. de vnion. q. ij.

Accipiens possessionem cum signaturæ signaturæ non est intrusus.

Etiam si cum signatura ingrediatur, vt ibi, & Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in iij. parte, q. xj. numero 10. sed contrarium est verum: quia per verbum fiat, perfecta est gratia. c. institutionis. xxv. quæstione secunda. glo. in regul. cancella. xxv. & xxix. glo. singul. in c. Dudum, glos. in verbo, de sepultur. & ista seruat Rota, vt firmat Gomez. in quæstione v. in regul. de non iudicando, iuxta formam supplica. & Cassor. in decisio. vlt. de resti

de resti. spoliat. scripsi in tra. de pacific. possess. in vj. amplia. num. 50. & seq. & ista seruamus in Francia: vt scripsi supra, de missio. in possio.

Si tamen executor erat excommunicatus eo tempore, quo prouidit, fortè per mandatum, tunc impetrari debent literæ, vt perinde valeat dicta collatio facta mandatario, & inde secuta, ac si prædictus executor vinculo excommunicationis publicè innodatus non extitisset: & ita quandoque vidi in executore mandati: quod est notandum, aliàs collatio non valebit. c. Postulastis. vbi scripsi de cleric. excom. mi. & in tit. de excomm. non vitand. in concord. & quamuis mandatum impetratum ab excommunicato valeat ratione huius clausulæ, *teq. absoluentes, &c.* tamen ab ordinario, vel executore collatio facta mandatario non absoluto non valet, vt plenè scripsi in forma mand. in verb. absoluentes.

Executor excommunicatus conferre non potest.

Et defendant inductum. Item vult Papa, vt idem executor defendat inductum in possessionem, sicut dicitur in l. j. & per totum. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.

Clausula defendentes inductum.

Et olim hinc executor datus à Papa auctoritate Apostolica, defendebat ipsum possessorem, si quod impedimentum eidem afferebatur, etiam à tertio, licet sine ista clausula non haberet iurisdictionem in tertium. c. j. de offic. deleg. c. pro illorum, de præb. vbi doct. dicunt, quòd commissus ad ponendum aliquem in possessionem non habet iurisdictionem in contradictores, nisi ista clausula ponatur: ideo Papa hinc apposuit, vt executores ponant in possessionem, & inductum defendant. Staphile. in tract. de literis gratiæ, de vi & effectu clausula. versic. sequitur postmodum.

Executor in possessionem inductum hodie non defendit.

Hodie in hoc regno Franciæ postquam inductus fuerit prouisus in possessionem, si turbetur, agit possessorio coram iudicibus laycis Regiis: & hic delegatus Papæ non amplius aliquid exercet: vt plenè docui in forma mand. in gl. defendentesque, &c. sed hæc clausula in patria obedientiæ adhuc prodesset.

Amoto exinde quolibet illicito detentore,

hæc clausula prodest: nam si aliquis iniuste detinebat beneficium, habebat tamen coloratam possessionem, si illius non fiebat mentio, impetratio erit nulla. c. cum nostris, de concessio. præben. sed ista clausula habet vim expressionis coloratæ possessionis, per c. proposuit, de concess. præb.

Clausula amoto quolibet illicito detentore quid proffit.

Quod est verum, si apposita sit hæc clausula in literis principalibus gratiæ vt hinc: secus si tantum in literis executoriis, per cle. primam, in fin. de præb. Panor. in d. c. cum nostris. & Germania. consil. lxxxvj.

Nec virrute huius clausulæ poterit executor amouere de possessione colorata, nisi aliquis fuerit intrusus, de Rota decis. lvj. no. quòd aliquis in antiq. & decis. ccccxxix. in eisdem. refert Staphile. in literis gratiæ, de vi & effectu clausula. versic. vltèriùs sciendum est, de hac clausula est text. in c. cum vniuersorum. in fi. de rer. permutat. & de ea scripsi in forma litera. executor. mandat. in verb. contradictores, in concord. vbi dixi executor.

res in hoc regno non posse exercere iurisdictionem.

*Clausula faciēs
te admitti &c.*

Faciens *Te vel procuratorem prædictum ad ecclesiam huiusmodi (ut moris est) admitti, tibiq; de illius & annexorum fructibus redditibus & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi.*

In hac clausula Papa vult, vt prouisus admittatur, vel pro eo procurator, & recipiatur ad ecclesiam collatam, alioqui prouisus cum effectu non diceretur: & quia clerici fortè nollent talem admittere, ideo Papa hac vititur clausula, vt executor faciat eum prouisum admittere, & de fructibus sibi respondere, vt gaudeat fructibus illius beneficii, & de perceptis coram exectore respondat is qui eos percepit, & deinde subeat cõdempnationem, si iniuste receperit. c. fin. de confirmat. vtil. capit. præsentium. §. præterea; de testib. libr. vj. in regno, vt dictum fuit, nullam subit iurisdictionem.

Clausula admitti, in quibus literis conscribi debeat.

Vnde hæc clausula admitti solet, & apponi in bullis rectoris ecclesiarum parochialium, vbi est vicaria perpetua: quia fortè vicarius nollet istum rectorem admittere, ideo Papa adjicit hanc clausulam, vt admittatur, prout moris est.

Etiã in bullis decanatus ruralis vidi apponi ratione presbyterorum, qui in ecclesia esse possunt, qui habent istum recipere, & nollent: ideo ponitur hæc clausula admitti, &c.

Idem in prioratibus dependentibus ab alio regulari loco, qui habent superiorem, scilicet illum à quo dependent, & is habet eos prouisos admittere, ideo hæc clausula necessaria est, vt habetur in prouincial. fol. 54. item omnis prioratus.

In prouisionibus hospitalium solet etiã hæc clausula conscribi propter pauperes, qui istum fortè hospitalarium possent, non admittere, vel propter administratores, qui istum hospitalarium recipere solent, quod fortè recusarent: vnde Papa scribit, vt admittatur, & illi de fructibus respondeatur, vt prædixi: & nota, quod vbicunq; præest superior de iure, vel de facto, debet poni hæc clausula admitti: & quando requiritur alicuius, vel aliquorum consensus vt docet Hier. Pau. fo. 53. ver. quando prouideretur.

Idem in portionibus locorum monasteriorum, vel collegiorum: sed in his, qui non sunt in aliqua ecclesia, non apponitur hæc clausula admitti, ex quo non est persona, quæ habeat illos admittere, ideo superflua non sunt in hac bulla conscribenda: cum Papa in proœm. Decre. tollat superflua, & Imperator, in prima constitutio. Codic. vides hîc tamen, quod hodie fere in omnibus prouisionibus inferi hæc clausula solet. sed hîc executoribus dirigitur in casibus, ver. supra. conscriptis dirigebatur illis, qui recipere prouisum habebant, vel quod executores illos compellerent ad admittendum.

Consuetudo recipiendi prouisum seruanda est.

Vt moris est. *Etiã addit hîc Papâ, vt iste prouisus admittatur prout moris est, & sic non vult tollere consuetudinem, si qua esset in recipiendo istum prouisum: in dubio Papa consuetudinem*

dinẽm, quæ facti est quam ignorare videtur, tollere non censetur: c. j. de constit. in vj. & ista clausula est summè utilis, quia continet requisita ex consuetudinem, licet non sint aliàs expressa, vt seruanda sint, quæ inuauerunt ex more: vt docet Petr. Paris. conf. xx. gratia, in iij. vol. scripsi. in l. Labeo. j. ff. de verb. significat.

Contradictores *Prout iustitia suadebit ad hoc compescendo.* Dicitur etiam hîc Papa, vt executores compescant *Contradictores compescendi, & qui.* contradictores, & contradicentes huic prouiso: & intellige si qui contradicere velint sine causa, & de facto, si verò de iure, vt si iustam allegent causam, vt pote aliam collationem priorem, illos compescere non poterit: vt hic innuere videtur, & compescere eos debet, prout iustitia suadebit: & de hoc est tex. in c. is cui, de præb. lib. vj. gl. in c. Pro illorum, illo tit. in Decretal.

Vnde non tenetur postessor ad præceptum executoris possessionem dimittere, nec ob hoc poterit excommunicari, si offerat se iuri stare paratum. c. licet, de præb. in vj. Feli. in c. causam quæ, col. xij. num. 10. de rescr. scripsi in forma litera. execu. mand. in fi. in concord. Franciæ. & vide hanc clausulam positam in eisdem concord. in tit. de firma & irreuoc. concor. stabilit. circa finem.

Et sic per istam clausulam executor habet iurisdictionem, non solum inter partes, sed etiam contra extraneos contradicentes de facto, licet regulariter delegatus non habeat iurisdictionem nisi inter partes, & contra eos impediẽtes: c. j. de offic. deleg. Staphile. in tractat. de literis gratiæ, in rub. de vi & effect. clausula. ver. Sequitur postmodum, & ver. iij. dicit, & c. sed hodie, vt dixi supra executores nullam autoritate literarum istarum exercent iurisdictionem, sed collationem, & fulminationem faciunt: & si iurisdictionem exercent, appellaretur ab eis tanquam ab abusu ad senatum, per titulum de causis in concordat. quia auferrent iurisdictionem ordinariorum & episcoporum: quod est prohibitum in d. titulo, de causis.

Non obstantibus *Pia memoria Bonifacij Papæ, viij. etiam prædecessoris nostri, & alius constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunq;.* Ista est quinta bullæ pars, in qua Papa tollit ea quæ bullæ obstare possunt: possunt enim obesse constitutiones d. Bonifacij, quæ disponunt, vt beneficia in curia vacantia non debeantur alicui, etiam per literas Papæ: nisi specialis & expressa sit facta mentio, quod beneficium vacauit in curia: c. ij. de præb. in vj.

Et de hac clausula est tex. in c. cum aliquibus, de rescr. in vj. & in c. fi. de sent. excom. lib. eo. & plenior tex. in c. quia sæpe, in fi. de elect. eod. libr. Et per istam clausulam generalem non obstat. non censetur derogatum regulis cancellariæ nisi hoc expressè dictum fuerit vt docet gl. reg. canc. xvij. & Io. de Selua in tract. de beneficio in iij. part. q. xlvj. in iij. col. quem refert & sequitur Gomez. in tract. super reg. cancel. in proœ. q. v. & q. vl. in regul. de infirmis resignantibus: quia postquam non sunt in corpore iuris clausæ possent ignorari. c. j. de const. in vj. ideo de illis debet fieri expressa mētio.

*Obstantia expri-
menda pro per-
sona qualitate
& materia.*

Notandum est quòd ista non obstant. debent conscribi pro qualitate personæ, pro qua scribitur: nam plura minori obstant, quæ non obstant maiori; & vni, quàm alteri: ob id debent concipi prout suadebit qualitas personæ: persona enim priùs legitimanda est. l. si quæramus. ff. de testa. Barb. in rubr. C. qui admitti.

Etiam consideranda est materia, de quo agitur: & ad tollendum priuilegia plura derogatione ampla opus est, teste Bar. in extrauagan. Ad reprimend. in verb. non obstantibus.

*Regula quando
sit exprimenda.*

Hinc est quòd in prouisionibus simplicibus, vel nouis, vel si neutri, subrogationibus, commendis, & aliis prouisionibus beneficiorum, non ponitur clausula non obstante tali regula: sed ferè ad verbum inferitur, & postea alia sequuntur obstan. quæ Papa tollit.

In dispositione autem signaturæ ponitur non obstan. reg. de annali posseffo. vel alia, cui derogari necesse est, & ita seruat stylus curiæ Roma. vide tamen quæ superiùs dixi, vbi ex stylo curiæ hodierno Papa solet narrare regulam ad verbum, cui vult derogare.

*De clausula cæ-
teris contrarijs.*

Solet interdum Papa apponere clausulam, cæterisque contrariis quibuscunque, sed nunquam subnecti debet, quando aliud sequitur contrarium: sed debet poni, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque. & non debet dici cæteris: vt docet Hier. Paul. in stylo curiæ Roma. fol. 54. vers. clausula, cæterisque.

Aut si aliqui *super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis, in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus volumus te in assentione dictæ & parrochialis ecclesiæ seu vicariæ anteferri.*

De clausula anteferri.

Per istam clausulam tolluntur reseruationes, & expectatiuæ tam generales, quàm speciales, vt expectanti licet deberetur beneficium, tamen Papa vult, vt impetrans præferatur, etiam si expectans acceptauerit, sed non fuerit ei facta collatio, etiam si ad inhibitionem per executorem fuerit prouisum. c. tibi qui, de rescript. in vj. & hoc ratione istius clausulæ anteferri, quæ tollit ius ad rem, non in re. c. quodam, de præben. in vj. Feli. plenè de hac regula anteferri. in c. capitulum, col. vij. num. 6. cum seq. de rescript. plura hinc scribere possem, sed parum in Francia nobis prodest hæc clausula quòd ad præiudicium mandatariorum & nominatorum propter §. declarantes, de mand. Apostol. & per constit. regiam, quæ declarat Papam præuentum per solam requisitionem mandatarij: ob id alia hinc non scribam de ea: etiam quia aliqua no. in §. j. de mand. Apostol. in gl. in forma, quæ ibi videri possunt.

*Clausula non
obstante collatio-
ne intelligitur
de inualida.*

Imò si Papa diceret, non obstante collatione, vel concessione alteri facta, intelligeretur de collatione & concessione inualida, per text. in c. ij. ibi, non obstante concessione per capitulum facta alij, seu confirmatione nostra, si qua in forma communi apparet obtenta, ne fede vacan. Fel. licet non alleget illum text. in capitul. causam quæ, col. xj. num. 9. versic.

non

non obstante, de rescript. nec Ias. consi. ccxxxij. col. vij. in vj. vol. nec cuiquam sit præiudicium. c. super eo, in fin. de offic. deleg. c. quamuis, de rescript. lib. vj. sequitur.

Sed nullum præiudicium *Eis, quoad assentionem beneficiorum aliorum præiudicium, præiudicium fieri expectantibus Papa non vult.*

generari. Et quamuis Papa velit prouisum à se preferri spectantibus quoad hoc beneficium, tamen non vult quòd eis præiudicetur: quoad alia beneficia vacatura: nam posset opponi istis expectantibus quòd primum eis debebatur, & ipsi fuerunt negligentes: ideo ius illarum reseruationum, vel mandatorum amiserunt, per capit. si clericus, de præbend. libr. vj. sed Papa ius eis reseruat, quoad alia beneficia, adeò vt mandatarij alia postea vacantia beneficia requirere possint, non obstante collatione facta à Papa, quæ eis non præiudicat, quia non sunt negligentes: ob id præuentio Papæ istis expectantibus non debet præiudicare: vt abundè scripsi in §. Declarantes de manda. Apostol. in concord. da. Franciæ. vide Probum in additio. ad monachum, in c. eum cui, de præbend. in vj.

Seu si venerabili fratri *nostro Archiepiscopo Senonen. & pro tempore existen. dictæ domus præceptori, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quoad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli aut quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quòdque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, presentationem seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.*

Derogatur hinc indulto, per quod esset concessum episcopo, vel alteri vt non teneatur aliquem recipere, vel alicui prouidere per literas Apostolicas, non facientes mentionem de suo indulto, vt olim habebant Cardinales Franciæ: sed multi illo abutebantur, ob id iustè fuit reuocatum vel reuocari potest: & mirandum est de summo Pontifice, quomodo hinc indultis teneri vult, & quomodo ea facillè concedat: nam ea facilis concessio contemptum generat, & quosdam eorum beneficiorum mercatores facit, & in omnibus resignationibus Papa solet derogare his indultis: in aliis etiam potest, quia maiorem sibi retinuit potestatem, quàm concesserit. c. dudum, de præb. quamuis dixerit se nolle aliquo modo derogare, quia faciendo huius clausulæ mentionem, derogare poterit Bart. in l. si quis, in principi. ff. de leg. iij. & Fel. in c. nonnulli, de rescr. & quandiu est Papa, priuilegium à se datum reuocare potest. c. j. de consti. li. vj. nisi ad instantiam Regis & Reginæ concessum fuerit: tunc Papa derogare illi non solet: vt statuit Alex. vj. in suis reg. tit. de cessio. Etiam per clausulas generales illis non derogaretur: vt consuluit Rom. consi. ccxcij. quoad primum, in fin. & refert Paul. Paris. consi. cxxx. inspectis, col. j. in iij. vol.

Etiam si esset in indulto expressum, quòd is non possit compelli, excom

Indulgenti non potest alicui, ut excommunicari non possit.

excommunicari vel interdicti: nisi hoc expressum sit, non solet sedes Apostolica indulgere alicui, vt non possit excommunicari simpliciter, sed vt non possit excommunicari pro tali causa, vel nisi facta priuilegij mentione, vt hinc: vel vt non possit ab alio excommunicari quàm à papa, prout est concessum (vt fertur) Regi Franciæ: vt est in libro librorum Reg. Franciæ vj. per Ioan. Feral. & dicunt Pragma. Roma. quòd dispensatio datur in his quæ sunt contra iuris communis dispositionem, in his verò quæ sunt contra statuta vel regulas datur indultum.

Et quando alicui esset indultum simpliciter, quòd non posset excommunicari, adhuc si insurgat contra matrem sedem Apostolicam, excommunicari poterit, quia non potest esse sine capite. c. cum non liceat, de præscrip. nec valeret tale priuilegium. doct. in c. cum instantia, de censib.

Et de hac clausula generali vide text. in c. vt officium. §. conferendi. & seq. de hæretic. lib. vj. Areti. in c. j. col. vj. de rescrip. Anto. Butri. in consi. ij. visis literis, in fin. qui dicit hanc clausulam generalem æquipollere expressioni de verbo ad verbum, ex quo hanc loco illius papa subrogat: & hoc solet papa addere.

Ista tamen clausula non obstat. non derogat priori dispositioni foriores clausulas habenti: vt docet Cardin. consi. clxvj. factum sic se haber, col. penul. Refert & sequitur Petrus Paul. Paris. consil. xlij. quantum, numero 18. in fin. vol. iij.

Et qualibet *Alia dicta sedis indulgent. generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel taliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ valeat impediri quomodolibet, vel differri: & de qua cuiusque, toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.*

Hæc clausula tollit statuta impedientia, vel differentia gratiæ effectum.

Facit text. in c. cum nostris, circa finem. ibi, ex indulgentia sedis Apostolicæ speciali, de concessio. præben. & d. c. vt officium. ista ergo clausula tollit statuta, non solum quæ impediunt effectum gratiæ, sed etiam si differant: vtpote si dicatur, quòd si vacet beneficium excedens ducentas libras non debeat impetranti, sed antiquiori, & impetrans habebit aliud, tunc per hanc clausulam habebit impetrans illud, quod impetrauit. nec impedietur, nec differetur sua prouisio. ista scripsi in forma manda. in concordia. & Domi. in d. c. si propter. & Gomef. in procemi. regul. q. vj. quòd facit pro ecclesia Tholosana simile ferè habente priuilegium, vt beneficia certa meliora canonicis debeantur antiquioribus.

Sacerdos si quis non sit non obstante statuto recipitur per hanc clausulam. Fundationi quæ do censetur derogatum.

Etiam hæc clausula prodest, quòd si statuta collegij essent, vt quis non reciperetur ad tale beneficium, nisi sit sacerdos: per hanc clausulam recipi debet, si sit ætatis legitimiæ, in qua possit per annum ad sacros ordines promoueri, c. si pro clericis, & c. ei cui, de præc. lib. vj. de Rota decis. cccclxvj. nota quòd statuta, in antiq. sed non censetur per hæc verba derogatum fundationi requirenti sacerdotium ante receptionem: nisi fuerit expressè facta mentio fundationis laicorum, secus in clericis. Domini de Rota decisio. ij. Si statutum, in no. Staphile. in tracta. de literis gratiæ

gratiæ, rubric. de vi & effectu clausula. vers. post prædictas clausulas.

Etiam per hanc clausulam derogatur constitutioni Papæ Pij, quæ vult, quòd vbi impetrantur beneficia in Britannia, quæ alij per annum pacificè possederint, vel ex prætenso titulo, vel per viam criminum, commissio fiat ad partes cum clausula, vocato possessore, & c. & impetrans literas huiusmodi intra bimestre ab earumdem data iudici præsentare, & c. de qua per Petr. Paris. in consi. xlix. ad primum, in iij. vol.

De constitutione Papæ Pij in Britannia uigentis.

Nec tollitur optio per has clausulas, si nominatim hoc non sit in gratia expressum. c. si. de consuetud. lib. vj. & quæ ibi addidi.

Nos enim ex *nunc, Irritum decernimus & inane, si secus super his à quorum quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Per istâ clausulam Decreti annullatur collatio ordinarij in contrariu facta, & alius actus contrarius prouisioni, per cl. j. de ele. vbi Barb.

Clausula decreti quid operetur.

Imò dicunt doct. non valere actum in contrarium, etiam de consensu partium factum, per tex. & ibi glo. in cap. Statutum, in verbo, committatur, & in c. dispendia, de rescrip. in vj. gl. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nuptia. glo. in verb. clausula. c. dilecto, de præbend.

Quia illa clausula data videtur pro forma, Bald. & alij in l. j. ff. de libe. & posthu. Ias. in l. non dubium, viij. not. C. de legib. nu. 17. & vbi aliquid est pro forma statutum, non potest hoc consensu partium tolli: Bart. in l. de his, ff. de transact. Barba. consi. xliij. præclare, col. xij. in j. vol.

Ego verò dicerem collationem ordinarij factam de consensu impetrantis valere, licet in bulla sit appositum decretum, quicquid dicant Doct. quia clausula decreti semper intelligitur valida, si illa impetrans vti velit, teste Ioan. Monach. in c. statutum, de præb. in vj. allegat. l. proinde. ff. si certum pet. idem probat gl. in verb. irritum, in §. quòd si quis, de colla. in Prag. scripsi in §. si quis verò, in verb. ipso iure, de colla. in Concord. facit tex. in l. j. ff. de fer. vbi sententia lata tempore feriato est nullius momenti, de consensu tamen partium valebit: hoc probat Barb. in cle. j. col. ix. de electio. plus dicens, quòd licet per clausulam decreti ligeretur ignorans: hoc est verum quoad dispositionem, vt non valeat. sed non ligabitur ignorans quoad poenam, si sit adiecta, quia non est in culpa. per c. tibi qui, de rescript. l. ex maleficiis. ff. de actio. & obligat. vide alia per d. Barba. facit gloss. in c. constitutionem, de verb. signi. & per doc. in c. cum accessissent, de constitu.

Collatio ordinarij de consensu impetrantis facta ualeat non obstante decreto.

Nulli ergo hominum liceat *Hanc paginam nostræ prouisionis, decreti, mandati, voluntatis & dispositionis infringere, vel ei ausu temerario controuenire, si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.*

Ista est sexta pars bullæ, in qua Papa comminatur poenam contradicentibus huic bullæ, & non parentibus: de qua poena habetur in c. ij. de maiori. & obed. scripsi in q. xix. in tract. nomina.

Imperator quandoque hac utitur clausula: vt patet in titu. qui sunt rebelles, in fi. sed solet addere indignationem nostram, & poenam mille librarum

Clausula hæc nulli hominum etc. de quo prouisum.

brarum nostræ camerae soluendarum se nouerit incursum. ita ibidem scribitur. idem habetur in fine confirm. constit. Federic. secundi & Karol. in glossa in d. extrauag. qui sint rebelles, in verb. indignatione. dicit se huius verbi nullum effectum inuenire, nisi quod Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum.

Priuanus beneficium est, qui domini indignationem incurrit.

Bald. verò & ibi Barb. in additio. ad eum putat illum priuandum beneficium, qui indignationem domini incurrit, in c. vno. §. porro. col. ij. quæ fuit prima causa benefic. amittendi. quem sequitur Aluaro. in §. Sed & qui delator. col. ij. ibidem. Feli. in capit. veniens. col. j. de præscrip. quamuis contrarium teneat consil. xij. princeps. primam tamen sententiam sequitur Soci. consil. lxxxvij. visis. vol. iij. & Iacobi. in tracta. de feud. in verb. dictique vassali. col. xj. in xij. causa. las. in l. j. in prin. ff. si quis ius dicenti non obtempera. vbi dicit hæc verba importare comminationem priuationis beneficiorum ecclesiasticorum.

Peccat qui uoluntati Papæ non obtemperat.

Ego autem putarem eum peccare, qui contrauenit, vel contrarium facit. probatur in c. qui resistit. xj. q. iij. & Pau. Roma. xij. *Qui resistit potestati ordinationi Dei resistit.* Itaque humano more loquendo indignatur eo casu Deus. Hiere. xxij. *Ecce turbo diuina indignationis egredietur: & tempestas erumpet super caput impiorum.* & Abach. iij. *Nunquid tu in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?* & Roma. cap. ij. *Qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia.* Quasi velit Papa comminari his, qui non parent præceptis & mandatis suis, vt non solum peccent in illum, sed in Deum opti. maxim. Dicit enim Chrisost. *Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.* ca. nemo. xj. q. iij.

Clausula nulli quando in literis Papæ non apponatur.

Imò si quis non obtemperet, credens Papam ligare non posse, hæreticus est censendus: quia erat in potestate data Petro & successoribus. Matthe. xvj. & cap. quotcunque. xxiiij. q. j. gl. & doct. in ca. generali, de lect. in vj. & gl. penu. in extrauag. Execrabilis. Ioa. xxij. & hodie multi iuuenes in hoc errant, & stolidi, qui vtinam ob oculos haberent illud notabile dictum, *Obedite præpositis vestris etiam discoloribus.* &c. Secundum est hanc clausulam non solere in licentiis apponi, nec in facultatibus: secus est si dicatur indulgemus ex stylo curiæ Romanæ.

Datum, &c. De hac data scripsi in forma mandati in fin. & aduertendum est, vt prolixitatem vitæ, nõ afferam aliarum bullarum excepta dispensationis forma, sed clausulas illarum & intellectum: vnde lector beneuole, poteris ex his materiam beneficialè amplecti, & non solum theoriam: sed & praxim curiæ Romanæ quam hætenus tanquam cabalisticam tenuerunt Dicanici ipsius curiæ & mensularij. Notandum quòd falsitas in data licet probetur, si nemini præiudicet, non annullat rescriptum, nec nocet, per glo. in l. damus. C. de fals. vt consului. Dec. consil. xvij. in causa. num. vij. Diuersum est quando agitur de priore collatione, vel prouisione. cap. eam te. vbi Doctor. de rescript.

Opponi

Opponi quæ contra bullam possint.

NOTANDVM est quòd contra bullam multa opponi possunt, quæ non possunt euitari, si verum sit: quædam verò alia opposita euitari possunt, fortè transcribendo bullam, & corrigendo. Primò videmus quæ euitari vix possunt.

- 1 Primò opponi contra bullam potest, quòd in ea sit diuersa scriptura, ideo non valet, c. licet, de crimine fals. sed hoc euitari potest, & excusari, si in prima linea (vt solet) sint literæ magnæ, aliæ verò literæ eadem & conformes: vt scripsi in forma mand. in princ. sequitur Domi. Philippus
- 2 Probus, in c. si Apostolica, de præbendis in sexto. Idem si in supplicatione, & in subscriptione Papæ sint diuersæ literæ, videlicet fiat vt petitur: vel si in data, quia ista diuersa manu scribi solent: ob id diuersa, idem si correctio sit alterius literæ, seu characteris: nam hoc est necesse sic esse: quia diuersitas manus, & quandoque atramenti diuersam facit scripturam. §. j. in authent. de instrum. cautel. & fide collat. vj. & vbi possunt multi scribere, ibi diuersa scriptura non vitiat: vt in signatura potest esse fiat data, & correctio alterius scripturæ vt supra diximus.
- 3 Secundò opponi potest, si sit ibilitura, seu rasura, c. inter dilectos, de fid. instrum. & maximè si sit in loco suspecto, quod tunc vix euitari potest, c. ex literis ibid.
- 4 Suspectum locum dico, quando est in nomine beneficij, personæ, situs, vel in alio loco substantiali, doct. in l. fi. C. de edict. diui. Atria. tollen. Corneus consil. xxvij. aliàs in j. vol.
- 5 Idem si aliqua fuerit scriptura intermedia, vel addita, quæ vocatur superlinearis in c. cum venerabilis, de religiof. dom. facit d. l. vlt. C. de edict. diui Atria. tollend. l. si vnus, de test.
- 6 Euitari tamen potest, quando litura, seu rasura est in loco suspecto: si notarius qui confecit instrumentum, vel alius officialis ad hoc præpositus attestatur hanc lituram, vel additionem factam de partium consensu, & sic conscriptam, vel de necessitate factam per eum, qui hoc potuit facere: nam illi credetur, l. j. vbi Bart. ff. de his quæ in testam. delen. Panor. in c. cum venerabilis, in fin. de religiof. domi. Iaf. in d. l. si vnus, col. fin. C. de testam.
- 7 Nam quando rasurâ est in loco suspecto, à parte facta censetur, c. fin. de crimine falsi, cum in eius commodum resultet, c. Constitutis, de test. & cancellatio vel additio præsumitur facta ab eo, apud quem reperitur instrumentum, l. maiorem, cum glo. C. de falsis. Iaf. in d. l. Si vnus, C. de testam. col. sum. vltim. & hoc euitatur, quando attestatio fit, sed melius est hoc casu bullam transcribere. Petr. Paris. consil. xlij. quantum, num. ii. in iij. volum. ne quis expectet infinitos processus, qui aliàs insurgerent ex hac bulla.
- 8 Tertiò opponi potest, quòd bullæ est aditum: nam punctum etiam ad-

*Nil à priuato
addi bullæ po-
rest.*

ditum bullæ vitiat bullam, & addens est excommunicatus in bullæ cœ-
næ Domini. c. licet, de crimine fal. scripsi in bulla cœnæ Dom. & hoc si
verum sit, non poterit euitari, & excusari, nisi dicatur de mandato Papæ,
seu officialium factum, vel coactè: quod enim metus caus. gestum est, ra-
tum non habet prætor. l. j. & per totum, ff. quod metus caus.

*Secunda gratia
non faciens de
prima mentione
non ualet, etiam
si prima renun-
ciatur.*

Quartò subreptio & obreptio solet contra bullam opponi, in c. Ad 10
aures, & c. Super literis, de rescript. & superius dixi in prima differentia
inter literas gratiæ & iustitiæ: & ista oppositio, si vera sit, non potest eui-
tari: nam secunda gratia non faciens mentionem de prima est nulla, c. in
nostra, de rescript. etiam si impetrans velit primæ renūciare, & illā dimit-
tere, vt docēt ibidem doc. & sic consuluit Paul. Paris. conf. lxxiiij. gratia,
col. j. in iij. volu. etiam si ignorans fuisset impetrans: vt doc. asserunt in c.
gratia, de rescri. in vj. & P. Paris. conf. xcvi. pro lupo, nu. 27. in eo. vol. iij.

*Papa uni in plu-
rali non loqui-
tur.*

Quintò si Papa loquatur in plurali vni, videlicet vobis Ioanni, & c. 11
bullæ est suspecta. c. quàm graui, de crimine falsi: & est contra stylum cu-
riæ: ideo non valet, & vix euitari potest, nisi transcribatur: secus est in lite-
ris Regiis, quia hoc non est in illis statutum, sed potius contrarium. l. Im-
perator, ff. de stat. hom. Per. Paris. conf. xx. gratia, col. j. in iij. vol.

*Papa episcopus
fratres alios fi-
lios uocat.*

Idem si Papa vocet episcopum filium, quia episcopum, archiepisco- 12
pum, vel patriarcham fratrem vocare solet, & alios filios, licet sint cardina-
les. d. c. quàm graui: vt ista euites, oportet emendare & corrigere in hoc
bullam: & officiales Romani eam corrigent suis etiam impensis, quia er-
ror est eorum.

*Ordo in prouiso-
ne beneficij ex-
primendus.*

Sextò, si quis non expresserit ordinem in prouisione beneficij regula- 13
ris. c. cum ordinem, de rescript. opponi poterit, vt tale beneficium regu-
lare ordinis sancti Augustini. Prouincial. fol. 22. & poterit transcribi bul-
la, si expressio ordinis in signatura facta erat, alioqui reiicietur, & nul-
la erit.

Septimò opponi potest bullam esse falsam: vt per totum titulum de cri-
mine falsi, & per Spec. in titul. de rescript. præsentia. §. j.

*Falsa latinitas
tribus interue-
nientibus uitiat.*

Octauò dicunt doc. opponi posse in ea falsam esse latinitatem, & eò 14
dicunt non valere Papæ rescriptum, per. c. Ad audientiam primo, de re-
scri. sed ego dico esse suspectum tribus interuenientibus.

Primò quando est vitium, alioqui si excusari possit etiam per figuram, 15
non erit bulla suspecta. c. Forus, de verb. sign. vbi glo. & doct.

Secundò requiritur vitium esse in constructione, secus si in litera, vel 16
syllaba, tex. in d. c. Ad audientiam, & c. Ex parte, de fide instr. & l. qui ha-
bebat, ff. de manu. testa.

Tertiò, quòd illud vitium sit manifestum, & notorium ex ipsarum li- 17
terarum inspectione. d. c. Ad audientiam. licet doc. dicat ibi, quòd falsa lati-
nitatis vitium non recipiatur in curia Roma. de cōsue. quod verū intelli-
gere, nisi præmissis cōcurrentibus, & tunc vix euitaretur, nisi bulla refor-
maretur ac transcriberetur: nec nocebit vitium in orthographia literis Apo-
stolicis: vt docet Bald. in Marga. in verb. litera. q. ix. nec ob hoc uitiatur
rescri

rescriptum. de Ripa in capitul. j. nume. 38. de iudic.

18 Idem dicendum est, si non obstante vitio colligeretur mens Papæ, *Rescriptum de-
uians à stylo est
suspectum.*
adhuc rescriptum suspectum diceretur, quia non præsumitur sic ema-
nasse à cancellaria, vt scribitur in integra. d. c. Ad audientiam. & quia
deuiat ab stylo. c. ex literis, de constit. sic consuluit Rom. conf. cccxxvj.
quæstio est, col. pe. vbi dicit rescriptum nullum, in quo dicitur, prou-
ideas de beneficio ad te pertinente: debebat enim dicere ad tuam colla-
tionem, præsentationem, & quamuis aliam prouisionem pertinente, per
c. Cum in illis §. j. de præb. in vj. patet in form. man. in concor. Franciæ.

19 Et sic patet rescriptum, in quo est falsa latinitas, non esse nullum ipso
iure, sed tantum suspectum, ideo illi non esse credendum, donec consu-
latur princeps, arg. l. Ex facto, ff. de vulgar.

20 Et si fuerit suspectum in parte, in totum erit suspectum: quia non *Suspectum in par-
te omnino rei-
ciatur.*
præsumitur sic à cancellaria emanasse, vt est in integra. d. c. ad Audien-
tiam, & glos. in c. Apostolicæ. xxxv. q. ix. & quia fides scripturæ est indi-
uisibilis. l. in hoc, ff. d. famil. eriscund. Et suspecto rescripto non credi-
tur. l. si. C. de fid. instru. nec debet quis parere rescripto suspecto, & impe-
trans falsi potest puniri: ca. porrecta. de confir. vtil. & ibi Panor. in 2. not.
& plenè de Ripa in cap. ij. num. 33. & seq. de rescript.

21 Licet aliàs consideranda essent capita separata, per c. si eo tempore,
de rescript. in vj. Fel. & Decius in d. c. Ad audientiam, quicquid doc. in
contrarium asserant: quia si vitium respiciat totam bullam, erit tota nul-
la, si partem, illa tantum pars diuisibilis, per d. c. si eo tempore.

22 Nonò opponitur etiam, quòd bulla est imperfecta, ideo non est va- *Bulla imperfecta
non creditur.*
lida, nec propriè bulla vocari potest, sicut testamentum illud propriè
non dicitur quod iure perfectum non est: sed abusuè testamenta ea quo-
que vocamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, aut irrita, vel rupta. l. ij. §. j. ff.
quemadmodum test. aper. l. Polla. in fin. C. de his quibus vt indignis. l. si.
quemad. test. aper. Alex. conf. cccv. Visis probatio. in princ. vol. ij.

23 Nec olim imperfecta dicebatur, si litera prima proprii nominis im-
petrantis tantum apponebatur, secus in cognomine. c. cum M. de const.
c. Cum dilecta, de rescrip. quia ad impetrantem spectat declarare rescrip-
tum ambiguum. c. Pastoralis, in fin. de rescrip. c. ij. illo tit. in vj.

24 Hodie verò de consuetudine & stylo curiæ Romanæ nomen impe- *Nomen impetrã
tis extensè scri-
bendum.*
trantis scribitur extensè: vt docent Imol. & Fel. in c. cum accessissent, col.
j. de constit. & multò fortius cognomen: nec valerent rescriptum, si vna
tantum litera nominis vel cognominis esset conscripta, & hoc sine
transcripto non euitaretur: vt si in bulla diceretur, tibi P. Rebuffo confe-
rimus: quia nomen Petrus extensè scribendum est, sicut cognomen, aliàs
bullæ non valet.

25 Et si Papa decernat irritum & inane ex tunc, quod factum fuerit, in-
telligitur ex nunc, id est ex hoc tempore, quo literæ erunt perfectæ &
expeditæ, non inceptæ, vel imperfectæ: quia factæ non censentur,
quando sunt imperfectæ. l. pen. C. de his quibus vt indig. Staphile. in

tract. de literis gratiæ. in princ. vers. & tenendo, fol. 4.

Stylus immutatus, uel omiffus nitiat.

Decimò opponi potest contra bullam, si non fuerit data apposita: vt 26 in fin. Sexti Decreta. apparet, & in l. Generali, de tabula. lib. x. l. si qua. C. de diuers. rescrip. & hoc euitaretur rescribendo bullam, & dicunt Romani eam rescribendam. † Vndecimò opponi potest stylus cancellariæ omiffus, vel immutatum: & stylus cancellariæ non seruatus facit literas suspectas de falsitate. c. quam graui, de crim. fal. vnde potest tunc iudex se informare à pragmaticis de illo stylo per text. & ibi Bart. in l. iij in fin. ff. de testi. plenè scripsi in trac. de consue. art. ij. glof. xij. num. 52. & num. 32. † Vltimò opponi potest contra bullam acceleratio temporis: vt 28 si hodie prima Iunij. quis moriatur Paris. & cras Rom. impetretur beneficium à Papa, illa impetratio non valebit: quia non est verisimile impetranterem ita celeri gressu adire potuisse Papam: & ita est in regul. cancel. xxviiij. Inn. viij. quæ hodie est adhuc à Iulio Papa iij. approbata: & quia est in iudiciis frequens, ideo eam cum aliqua elucidatione inferiùs subiiciam, declarata prius bullæ reformatione. † Alia quibus impugnantur 29 rescripta, scripsi in trac. rescr. q. xij. in ij. tomo const. regiar. & multa poterit lector elicere ex declar. nouæ prouisionis, quam superiùs conscripsimus, & in tract. nomi. q. xxij. & seq. hinc alia multa adderem, quæ ne præbeam materiam cauillandi sycophantis quibusdam, missa faciam.

De reformatione & correctione bullæ.

Reformanda quando sint bullæ.



INTERDVM opposita contra bullam euitari possunt, 1 si forè bulla corrigatur & emēdetur, & vt Romani dicunt, reformetur: ideo de ista reformatione dicendum est. Primò iustam esse hanc correctionem certum est fundatam, eò quòd magnæ sapientiæ est reuocare, quod malè egeris. c. Magnæ. xxij. q. iij. & dicitur officialibus Rom. si contra formam & ordinem tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores. c. qualiter primo, de accus.

Transcribenda sunt literæ, quando non sunt bene expeditæ, nec secundum signaturam.


Quando reformandæ sint literæ seu transcribendæ? Respon. quando 2 per præoccupationem vel aliàs minus bene expeditæ reperiuntur: vt docet Papa Iulius iij. in reg. cancel. xxviiij. & quando non sunt conceptæ iuxta signaturam, sicut quando instrumentum non respondet protocollo. §. j. in auth. de tabel. coll. iij. doc. in l. contractus. C. de fide instrum. † Vnde 3 si impetrans dicat in signatura se pati defectum ætatis vel natalium: & postea hoc in bulla omittatur, bulla erit reformanda & rescribenda, nisi in casu, quando purgatum erat vitium, vt pote adueniente ætate, aut contractu matrimonij: vt scripsi in materia dispensationum infra. & vide multa de errore corrigendo per notarium, per Bartol. & Dec. in l. si librarius. ff. de regul. iur. quæ poterunt seruari ad bullæ correctionem. † A quibus reformandæ sint? respondetur ab officialibus curiæ Romanæ, ad hoc præfectis: vt habetur in d. regula cancel. Iulij xxviiij. in fin. qui poterunt huiusmodi formas & tenores restringere, & ad formam

A quibus debeat bulla reformari.

formam debitam reducere: sicut dicitur de notario, qui clausulam & cætera, & alias clausulas potest addere instrumento & extendere secundum stylum communem illorum: vt doct. asserunt in c. Quoniam contra, de prob. & in l. Gallus. §. idem credendum, ff. de liber. & posthu. scripsi in l. cæterorum, ff. de verb. signi.

- 5 Forma reformationis bullæ est, quando fit post bullæ productionem, oportet quòd is qui produxit bullam correctam, producat & signaturæ summum: vt iudex videat, an bulla reformari potueri, & an eo modo, quo est nunc facta: & hoc est statutum in ordin. reg. titu. des reformationis des prouisions, artic. viij. ideo iudex debet esse doctus: aliàs ignarus quomodo poterit hæc dignoscere? † Vnde antequàm bulla tradatur corrigenda, oportet quòd pars eam consulendam ostendat doctis, super quibus corrigi debeat & quomodo: sed quia in hac materia pauci docti reperiuntur, vt quilibet ea, quæ ex longo vsu & exercitio discere potui, facile consequi possit, hoc volui vtilitati publicæ conscribere: tu lector boni consule: multa enim detexi, quæ non erunt grata mensulariis, omnia quæ sciunt occultantibus luci causa.
- 7 Et si bulla fit ex pluribus causis reformanda, si ex vna causa petam, & mihi concedatur: non poterit alius defectus tolli & refici, nisi petitus sit: quia responsio ad interrogationem refertur, c. inter, de fid. instrum. dixi in expositio. supplic. supra in fi. Ideo vterque defectus peti debet, vt corrigatur & reformetur.
- 8 Et in hac reformatione bullæ non requiritur partis citatio, quia inuita parte fieri potest, multò magis ignorante ea, & absente, l. qui potest inuitus, ff. de regul. iur. l. iij. §. j. de fidec. libert. l. Nec ignorante, de tut. & cur. dat. ab his. poterit tamen pars opponere, si signatura hoc non patiebatur: & ideo ista reformatio non nocet parti in eo, quòd fieri non poterat. doctor. l. Imperator, prima, ff. de statu homi. & in l. errore. C. de testam.
- 9 Adhæc licet motus proprius in literis exprimendus, c. si motu, in fin. de præb. lib. vj. tamen si prima supplicatio sit signata motu proprio, & deinde fiat reformatio illius, quæ signetur per concessum, vt petitur, vel simpliciter: intelligitur hæc secunda concessio etiam motu proprio, licet non fuerit expressum: quia fit relatio ad primam, secundum quam vltima intelligitur, l. affe toto, ff. de hæred. inst. l. ait, prætor. §. j. de re iu. & sic limitatur, d. c. si motu proprio.
- 10 Et ista bulla expedietur motu proprio, se ad primam referens signaturam, vide reg. cancell. xlij. vbi hoc exprimitur.
- 11 Quæ literæ sint corrigendæ & reformandæ? resp. literæ tam gratiæ quam iustitiæ, quando non sunt secundum formam & stylum curiæ conceptæ, & literæ gratiæ tam ad vacatura, quàm ad vacantia: vnde sæpiùs consului mandatum de prouidendo transcribendum. in quo erant clausulæ quæ non debent apponi ex forma solita regni Franciæ, posita in concord. in forma mandat. vnde cum quoddam mandatum haberet clausulam quòd duxerit acceptandum, dixi esse transcribendum, & illam

Correctio bullæ quomodo fieri debeat.



Omnis defectus reformari debet.

Correctio bullæ quando parti non ceat.

Motus proprius in reformatione non exprimitur.

Literæ ad vacatura & ad vacantia reformandæ.

clausulam expungendam: alioqui mandatum non valebit.

*Cautela pro pen-
sione interposita
sine consensu.*

Item sicut in beneficialibus non datur confirmatio, ita nec in pen-
sionibus: sed si is, qui imposuit pensionem coram legato mortuus fuerit,
& sic non possit nunc consentire, cautela erit, quod fiat coram Papa, bul-
læ reformatio, attento quod interuenit consensus illius, qui tunc soluere
pensionem tenebatur: & quod literæ expediantur sine nouo consensu,
cum derogatione regulæ de consensu, quæ est Inn. viij. nu. 43. & repetita à
Iulio iij. non nego tamen electionum confirmationes fieri posse ab his, ad
quos de iure spectat: vt c. si. cum simi. de elect. lib. vj.

Alios casus in quibus bulla sit transcribenda, scripsi in præcedente
quæstione, quæ contra bullam opponi possint: & vbicumque non est se-
cundum signaturam concepta, & est in ea aliquis defectus, tunc rectè
transcribi cura, antequàm incohatus sit processus, vel postea si liceat: sed
facilius est ante. † De nominationibus corrigendis idem dici posset, vt
quando secundum stylum non sunt conceptæ, corrigi possint, & si error
appareat, aliàs regulariter non vt docui in trac. nominatio. q. ix. nu. 6. su-
perest vt regulam cancella. explicemus, quam subiicio.

*Nominationes
quando corrigi
possint.*

Regula cancel. de verisimili notitia

Item voluit & ordinauit.

GLOSSA PRIMA.

*Ista regula est re-
cepta & in cu-
rijs parlamento-
rum registrata,
& lex regni effe-
cta.*

HISTORIA regula secundum numerum reg. cancellariæ est xxvij.
Innoc. viij. & est utilis: fuitque recepta & registrata in parla-
mento Paris. anno. 1493. die 20. Nouembris: & vbique in re-
gno Franciæ recepta, & in forensi iudicio ad vnguen serua-
tur, & que lex regni effecta, adeo quod sicut Imperator legem (vt dicunt)
canonizatam & à canonibus approbatam non potest reuocare, licet eam
legem ex libro tollat: vt docet Girard. de Petra singu. xxvij. pro hoc facit
glos. in verb. capitali, in c. imprimis. ij. q. j. & gloss. in verbo, anniuersarie, l.
vnic. C. de colla. donator. lib. x.

Sic nec Papa regulam incorporatam & descriptam in registris curiæ
etiam si tollat illam: nam eo casu seruabitur tanquam lex regni, non tan-
quam Papæ regulæ: hoc asserit Bened. in repeti. c. Raynutius, in verb. si
absque. in ij. de substit. fideic. nu. 42. & seq. de testa. scripsi in trac. nomina.
q. v. num. 15.

Et qui prius eam condidit, fuit Ioan. xxij. vt docet Gomes. in hac reg.
estque à iuris visceribus extracta, maximè ex c. ij. de concess. præb. vbi be-
neficia antequàm vacent non debent impetrari: & nisi vacatio perue-
nerit ad noticiam conferentis, vel peruenire potuerit. c. quia, illo tit. c. ij.
& iij. illo tit. in vj. nam collatio quæ non est verisimilis, non est credibilis,
nec facta creditur. l. Cum de indebito. §. j. ff. de prob. l. Mæuius. in princ.
ff. de leg. ij. & quod longè est à verisimili, est falsitatis quædam imago.
Bald. in l. j. col. iij. de seruis fug. quem refert Fel. in c. quia verisimile præ-
sump

4 sumptio. † Verisimilitudo enim est cognata naturæ Bald. in consi. clxxx. *Derogatio huius
mortuo, col. j. vol. iij. contra quam non facile recipitur etiam Papæ di-
spensatio, tanquam contra naturam quis statuere non possit. §. mino-
rem, de adoptio. in institutio. Panorm. in cap. debitum. ij. not. de baptis.
vix. potest quis facere, quod quis citius veniat, quam naturæ possibile sit:
& ideo derogatio huius regulæ non recipitur in hoc regno, nisi vt infe-
rius dicam, cum naturam seu naturalia nullus mutare possit, §. sed natu-
ralia, de iur. nat. instit.*

5 Nec probatio contraria in hoc casu recipitur: vt in c. filij. de hæretic. *Probatio contra
in vj. etiam si quis vellet probare se per necromanticum & dæmonem
adlatum intra vnum diem, quia tantummodò verisimile admittetur. vi.
videlicet quod eques cursor Romam potuit ire sex diebus ex Lutecia, vel
ex Lugduno quinque. hoc recipitur: Ex Tholosa autem ex octo vel se-
ptem. distinguenda tamen sunt tempora ætatis, videlicet & hyemis: in
legato tamè inspicitur, an equi celetes essent designati ad illum locum:
in quo ipse degebat, & ex loco in quo obiit beneficialibus: & tunc cursus
velox recipitur, alioqui non: vnde in praxi vulgò solet dici, s'il y a postes
assignés: vt quantum possunt celeriter currere: alioqui per dietas compu-
tabitur, vt scripsi in l. iij. ff. de verb. signi.*

6 Itaque si inueniatur collatio præmaturæ facta, tanquam non verifi- *Collatio non verisimilis
milis excludetur: vt vidi in practica seruari: nec est aliqua dispositio tam
exclusa.*
generalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Angel. consi. ccxlix.
super primam, col. ij. vers. pro hac parte. & Iaf. consil. cxlj. in ista, col. viij.
vers. vj. prædicta, in ij. vol. quàmuis Pan. & alij in d. c. quia verisimile, de
presumpt. dicant probationem regulariter contra verisimile admitten-
dum: licet clariores probationes & duriores requirantur, non tamen in
hoc casu ultra quàm per naturam fieri potuit.

Quod omnes gratiæ.

GLOSSA SECUNDA.

1 **R**EQVIRITVR ergo in hac regula, quod sit gratia, *omnis gratia
& habet locum in quacunque gratia per istum text. omnes
uerisimilis esse
debet.*
gratiæ: qui totum dicit, nihil excludit: l. à procuratore, C.
mand. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, nomi-
natio vel alia quæcunque prouisio noua vel simplex, vel perinde valere, si
neutri, subrogationis, seu alia, de quibus inferius dicitur, cum omnes gra-
tiæ dicantur. clement. gratiæ. de rescript.

2 Etiam procedit hic text. si motu proprio gratia facta esset, tunc vt eui- *Gratia etiam
motu proprio
concepta uerissi-
milit sit.*
tetur fraus, quæ fieret apponendo hanc clausulam: tum etiam quia hæc
clausula non tollit ambitionem impetrantis, nec votum captandæ mor-
tis: adhæc quia eadem ratio procedit in collatione proprio motu facta,
quæ ad petitionem quoad istam regulam, ergo idem ius erit: l. illud, ff. ad
leg. Aquil. & hoc asserit Gomes. in hac re. q. ij. & maximè quia hæc clau-

fula motus proprii nõ potest immutare naturam, nec facere plus qua natura facere possit: vt scripsi in forma man. in gl. motu. proprio in concor.

Gratia delinquentis an utitur per non verisimile.

Primò iste tex. non habet locum in gratia delinquenti facta: quia hæc regula de hac non loquitur: & cum de ea hoc non inueniam statutum hoc non extendam: nec est aliqua lex tale quid dicens. text. in §. finau-rem, in authen. de non eligendo, secundò nubentes, col. j. quia gratiæ appellatione venit Papæ concessio in beneficiis, c. gratia. de rescript. in vj. clemen. gratiæ. illo tit. Archid. in c. gratia, j. q. j. & sic gratia concessa delinquenti non impugnatur ob hoc, quòd præmaturè fuerit concessa: quia homicidam illum furia Orestis tenebant, & illum præcurrere faciebant: vt dicitur etiam de Cain, postquam occiderat fratrem, Genes. iij. & in his verbis seq. declaratur de beneficiis ecclesiasticis.

Verisimilitudo non uiciat permutationem.

Secundò non habet locum in resignatione causa permutationis: quia non est simpliciter gratia, cum collator teneatur conferre permutanti, c. vno. de rerum permutat. in vj. & in clemen. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, vt dicitur: & hoc docet Cassador. in decis. j. super hac regula.

Quas de quibusvis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura secularibus & regularibus.

GLOSSA TERTIA.

In officiis Regis non habet locum regula ista de uerisimili.



ER T I O non habet locum in beneficio, seu in officio Regis vel Imperatoris, seu alterius principis, cum hic in beneficiis ecclesiasticis tantum statuatur: de quibus in rubri. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur: & beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione, regul. j. de regul. iur. in vj. & c. Felicis, de poenis, illo lib. & sic est distinctio inter beneficium ecclesiasticum & temporale, & in officiis Regis non fuit recepta huius regulæ allegatio à senatu, sed itatus adiudicatus officij apparitoris illi, qui celerius officium à Rege impetrauerat, anno 1542. die xxij. Decembris: & pronunciatum fuit in d. curia: non esset tamen malum quòd etiam seruaretur in officiis Regis, propter magnas ambitiones currentium ante tempus & rationes supradictas.

Arestum.

In beneficiis tam regularibus, quàm secularibus dignitatibus & officiis quibusvis beneficiis habet locum hæc regula.

Habet tamen locum hæc regula: siue beneficia sint secularia, siue regularia, siue sint curata, siue non: vt hic dicitur, etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclesiastica, licet hic non exprimantur nominatim: sed quia text. dicit de quibusvis beneficiis ecclesiasticis, & appellatione beneficij ecclesiastici: & dignitates & officia ecclesiastica continentur, c. Postulasti, de rescr. in glo. in c. j. de reg. iur. in vj. & in cle. Auditor, de resc. scripsi in concor. tit. de col. §. volumus, in verb. beneficia & supra in princ. huius lib. & quia est eadè ratio & maior in dignitatibus & officiis ecclesiasticis, quam in aliis beneficiis: ergo eadem decisio locum habebit, per l. illud,

l. illud, ff. ad leg. A qui. & si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior ratio habebit locum tex. in §. Porrò. quæ fuit prima caus. benef. amit. & in istis maior est ambitionis ratio & votum captandæ mortis alienæ: ergo in illis habebit locum, postquam in illis non inuenitur statutum contrarium, etiam propter verbum quibusuis, quod est generale, per tex. in l. proinde ij. §. j. ff. ad leg. A qui. & l. iij. §. quacunque, de noxa. scripsi in l. creditorum. ff. de verb. & sig. & quia fauorabilis est hæc reg. vt supra dixi: & quia non potest immutare id, quod est naturale: vt supra dixi.

Per obitum quarumcunque personarum vacantibus.

GLOSSA QUARTA.



QU A R T O nõ habebit locum, si alio modo vacet, quam per obitum, vt pote per priuationem. nam si scirem quandam Archidiaconum priuandum die. x. Iulij. & mitterem cursorem ad Papam, qui die x. priuationis mihi illum conferret, valeret collatio, etiam si illo die moriatur priuatus: quia beneficium non vacuit per obitum, sed per priuationem: nec datur occasio captandæ mortis hoc casu. Ratio diuersitatis est: quia posset quis machinari in mortem alterius, & ideo vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta c. ij. & iij. de concess. præb. statuitur hoc, sed non in priuatione, vel in alia vacatione, ob id in illis locum non habebit etiam si iudex procurasset priuationem, quia priuatus potest appellare: adhuc etiam regula non haberet locum, nec procedet ista regula, si falso rumore per lato de morte alicuius, aliquis cucurrerit & impetrauerit, per l. fin. ff. de hære. inst. sed à die obitus computabitur tempus, vt hic: alioqui posset quis infalsum rumorem inferere & currere, & postea talem interficere: vel procurare vt ille falsus rumor allegetur.

In priuatione, vel alia uacatio ne non procedit hæc regula.

Quintò non proderit hæc regula, cum illi per Papam sit derogatum ob id si resignans moriatur antequam Papa conferret, tunc si procurator resignet post illius obitum: & Papa conferat: etiam si per obitum vacet derogando huic regulæ, valebit illa collatio: quamuis de hoc Gomefius multum dubitet & distinguat: aut impetrans per resignationem, esset impetraturus, etiam per obitum, & tunc res est expedita, quòd hæc regula locum habet: secus si non esset impetraturus: & stabitur iuramento procuratoris. hæc ille. Sed hæc conciliatio non sapit: quia verisimile est, quòd omnis impetrans per resignationem esset impetraturus etiam per obitum: & stare iuramento procuratoris de eo, quod ignorat est periculosum: ob id ego puto duos esse hic casus. primus si constituens procuratores ad resignandum mortuus fuerit ante resignationem, non valebit collatio Papæ per resignationem tantum facta, quia non vacuit per resignationem c. susceptum, de rescript. lib. sexto, tamen si hoc casu huic Papa etiam per obitum conferendo derogauerit regulæ, valebit sua collatio: quia iusta fuit itineris arreptio ante mortem, cum haberet

Derogatio huic regula quando recipiatur.

procuratorium ad resignandum: & cessant rationes regulæ, ergo & dispositio: & sic consuluit Aymo Crauet, consi. xxxviii. quæritur, in ij. q. & ita seruamus in regno, dummodo à tempore mandati seu procuratorij verisimiliter potuerit cursor accedere ad curiam.

Secundus est casus à quo tempore computetur, & respondet infra à die obitus: nisi quis antea iustam habuerit causam: vt inferius discetur: & de hoc scripsi in §. declarantes, in glos. iure præuentionis, de manda. Apost. in concordat.

Sextò non habet locum hæc regula in deuolutione. quia statim finitis sex mensibus valebit Papæ prouisio, per cap. ij. de concess. præb. quia cessant hoc casu rationes huius regulæ: nam iustè potuit sibi prouidere intra sex menses, vt iter pararet, & postea impetraret.

In antea fecerit.

GLOSSA QUINTA.

In legato & ordinario hæc locum habet regulam.



R SIC loquitur in Papa: sed quia eadem ratio versatur in legato & ordinario, ob id etiam in illis locum habebit: posset enim quis in mortem alterius machinari, & postea ad Ordinarium currere & petere ab eo beneficium, certè vt mortis captandæ occasio tollatur: quòd hîc in Papa statuitur, & in aliis ordinariis seruabitur, & vt ambitio vitetur per c. ij. & iij. de concess. præb. in vj. huius sententiæ glos. in verb. faciendas, §. neque, de coll. in prag. quam ad verbum more solito transcribit. Ioan. de Sel. in tract. de benef. in iij. parte, q. xlvj. & idem consulendo tenuit Dec. consi. cccxcviii. in causa, in fin. dicens ita fuisse iudicatum in Parla. Delphi. Et idem consuluit de Ripa respon. xvj. reg. & in c. ij. in fin. de rescrip. Sic etiam fuit sæpius iudicatum in parlamenti Frâc. maximè in Sena. Paris. anno. 1537. die xxix. Augusti, in causa vnus præbendæ sanctæ Radegundis Picauien. & pro magistro Germano Cornu, contra Tristandum Fretarum. & idem fuit Tholosæ iudicatum: vt scripsi in procem. concord. in verbo fati. idem tenet Ias. consi. ciiij. circa vlt. q. in j. vol.

Arestia.

Præuentiones non uerisimiles non ualent.

Commenda concessio non ualeat, si non sit uerisimilis.

Et ideo præuentiones Papæ non ualent, nisi tantum tempus effluerit, quòd interim vacationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam Papæ: vt declaro in procem. concord. etiam si in ea adiiciatur clausula generalis & quouis alio modo vacet, etiam si per obitum: vt solet poni de stylo curiæ Romanæ teste Cassadoro in decis. xxix. super reg. cancellariæ, siue impetratio fuerit facta ab eo qui nimis properè impetrauit, siue etiam ab alio, vt vitetur fraus, quia is qui curreret, impetraret prius alteri & postea sibi: unde huic fraudi obuiandum est. & ita iudicauit senatus Paris. vt supra dixi, & in §. declarantes, in verb. iure præuentionis, de manda. Apost. in concord.

Etiam procedit hæc regula, si is qui habebat beneficium in commenda-

dam, moreretur ex mente regulæ: & quis illud beneficium præproperè impetraret per obitum commendatarij, tunc quia sic vacat, cum commenda sit titulus canonicus: vt scripsi supra in materia commendæ, & in tract. de pacif. poss. in v. ampliat. & Gomez. hîc, q. iij. quamuis Cassa. decis. xxx. in hac regula dubitet, tamen non est dubitandum: quia iste text. loquitur de gratia in beneficiis ecclesiasticis facta: sed commenda in beneficiis dicitur gratia, quia gratis fit, c. gratia, de rescript. in vj. ergo hæc regula locum habebit in commenda cessante: & quia eadem rationes habent locum in eo qui præuenit tempus in commenda, sicut in alio titulo propter ambitionem, & votum captandæ mortis, ergo in ea locum habebit. Iste text. siue commendatarius mortuus fuerit, & quis illius beneficium præproperè impetraverit, siue habens in titulum obierit, & alicui fuerit commendatum beneficium, utroque enim casu iste text. procedet.

Nullius roboris vel momenti sint.

GLOSSA SEXTA.



N SIC cum penitus nullæ sint collationes, istæ priores non proderunt etiam post triennium, tum quia nullæ, vt hîc, & sic non coloratæ, vt decretum de pacific. poss. requirit: tum etiam quia nullum momentum vel commodum afferre possunt, vt hîc. Vide Andr. Tiraq. de his verbis plenè scribentem in interpret. l. si uquam, in verb. reuertatur, in numer. 81. C. de reuoc. donat. nec processus in vim talium factus ualebit, nec fulminatio, nec alia: vt not. doct. in cle. j. de præb. in verb. momenti.

Collatio non uerisimilis est nulla, ideo non colorata.

Nisi per obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluerit.

GLOSSA SEPTIMA.



R SIC computatur tempus à die obitus: unde etiam si quis currat habens procuratorium ad resignandum, computabitur tempus à die obitus, per hunc text. nisi fuerit huic derogatum regulæ: quia in hoc casu computabitur tempus à die procuratorij, tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam ierat: tum quia fraus cessat, & non datur occasio mortis captandæ: adhæc quia origo prouisionis aspicienda est, l. iij. C. ad Maced. & sic intelligi debet glos. in d. verb. Faciendas, §. neque, de colla. in prag. & solent hodie cursores, qui ante diem procuratorij currere cœperint, impetrare beneficium pluribus diebus: & postea impetrans habebit illam impetrationem, quam uoluerit: sed hoc est iniquum: ideo bonum esset statuere, ne in vim vnus procuratorij plures

Tempus uerisimile quomodo computetur.

plures fiant prouisiones: & quia per procuratoria aliquando post decem annos prouisiones expediebantur, bonum est quod post annum non valeant: vt fuit Tholosæ iudicatum, & etiam in hoc regno statutum in ordin. Reg. tit. *de la reformation des prouisions*, artic. x. quia obliuio præsumitur, l. peregrè, ff. de acq. poss. & si iste memor esset procuratorij, verisimile est, quod reuocaret illud, cum non sit verisimile, quod quis velit resignare beneficium, quod multis & laboribus, & expensis, quod sustineri valeat, acquisiuit: c. super hoc, de renuncia. Pleniùs tractabo in iij. parte, titul. de procur. ad resignand. constit.

Quod interim vacationes ipsæ de locis in quibus personæ prædictæ decesserunt.

GLOSSA OCTAUA.

Locus in quo quis decessit inspicitur.



Collatio an ualeat die obitus facta.

GOMPVTABITVR ergo tempus ex illo loco, in quo decessit, non in quo ualitudine priùs affectus fuerit per istum text. quid si reperiat impetratio & obitus eodem die? Respondeo, præsumetur quod mors præcesserit, & sic ualebit impetratio, & collatio: quia in dubio illud præsumitur præcedere, quod ad validitatem actus est necessarium, l. cum in testamēto, §. hæc uerba, ff. de hæred. inst. & ibi Bal. & præsumi debet ut actus potius ualeat, quam pereat, l. quoties, ff. de rebus dub. hoc expressim decidit Cassador. in decis. xxj. super hac regul. cancell. & Card. in rub. de præb. dicens hoc uerum, dummodo sit huic regulæ derogatum: ergo impetranti non incumbit onus probandi, quod mors præcesserit teste Gomef. q. vj. sed ualebit etiam sine derogatione: quia si iuxta curiam Romanam quis decesserit intra vnā dietam, & quis eodem die impetrauerit, ualebit impetratio sine derogatione: quia uerisimiliter potuit peruenire notitia ad Papam, & tunc non est contra regulam: & sic non requiritur illius derogatio: etiam ualebit collatio facta ab ordinario eodem die quo quis mortuus est, si notitia obitus uerisimiliter potuerit ad eum peruenire illo die, alioqui non: ut hinc etiam si probare quis uellet illum fuisse mortuum longè post meridiem: & ab eo tempore non potuisset peruenire ad ordinarium uerisimiliter, ut hinc.

Ad notitiam eiusdem domini nostri uerisimiliter potuerit peruenisse.

GLOSSA NONA.



GERTVM est quod si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tempus quo illuc proficisci possim, & antea non poterò illud couenire: text. in l. Corinthus, §. j. ff. de ver. obli. text. in l. Si periculu, §. idem dicendū, de stat. lib. & citatus sine termino tenetur quam citius

citiùs potest comparare, reseruato sibi tempore, quo possit proficisci. c. Cum parati, de appel. ubi Panor. in ult. not.

Et quamuis ante istam regulam collationes factæ à Papa vel eius executori de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, ualent: ut scribit Io. Monach. in c. Si tibi absentem, de præbend. in vj. Rota decis. clxxij. nota quod ubi executor, in antiquis. & idem est dicendum in ordinario qui poterat conferre beneficium, si vacat. gl. in cap. ij. de electio. in vj. & Lopus allega. vj.

Tamen hodie istæ collationes sunt nullæ, à quocunque factæ fuerint. ^{Collationes si uacat, hodie non ualent, si non sint uerisimiles.} *Et concupiscentiam nesciebam peccatum esse, nisi lex prohibuisset.* c. nam concupiscentiam, de constitutio. idem in ista præcoce collatione, nisi fuisset per hanc regulam prohibita: & sic non est opus ad iura contraria respondere, quæ non habent locum per istam regulam: nam esto quod ordinarius possit conferre, si vacat, & Papa: tamen illa collatio non ualebit, nisi tantum tempus effluerit, quod collationes uerisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam collatorum: alioqui nunquam Papa iure præuentionis conferret, quia singulis diebus ordinarius conferret singula episcopatus beneficia, si uacarent: & postea quando audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis: & infinitæ fraudes fierent & falsitates, quibus obuiatur per istam regulam: necesse est igitur, ut ista regula seruetur in quocunque collatore. Si uis multa uidere de uerisimilitudine, lege do. Andre. Tiraquel. in interpreta. l. si vnquam, in princ. C. de reuocan. don. ubi multa more suo congerit, non tamen loquitur de ista regula, quod miror, cum omnia penè uideatur perlegisse.

Et habet locum hæc regula, siue iter factum fuerit per mare, siue per terram: nam si quis diceret se ex Aquis mortuus iuisse Romam vno die, non est uerisimile: & ideo posset opponi hæc regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quam per terram, doct. in l. j. ff. si quis cautio. scripsi in l. in itinere, de ver. signifi. ff. alia licet perlegere per Gomef. ne plura.

Verisimilitudo an per mare habeat locum.

De deuolutionibus.

RESCRIPTVM deuolutionis est, quando impetratur à ^{Deuolutio, quid.} Papabeneficium, quod longo tempore uacauit, in quo sic dicitur. Quod beneficium uacauit tanto tempore, quod secundum statuta Lateranen. concilij ad nos sit collatio illius deuoluata: quod probat text. in cap. Cum nostris, & c. literas, de concess. præben. cap. vnic. versicul. porro, ut ecclesiastica benefact. non quod Papanon possit antea conferre: ut infra dicam: & abundè scripsi in §. Si quis uero, de collat. in concord. quam deuolutionem Budæ. in foren. caducum uocat, quod alibi in titul. de uerb. signif. explico in l. si lua. §. glans caduca.

Qualibet beneficia intra quod tempus conferenda.

Primò quærò intra quod tempus beneficiis prouidendum sit. Respon. 2 Mandatarius, quando vocant duo beneficia per obitum vnus, si in suo mandato habeat clausulam motus proprii, habet decem dies ad eligendum, vtrum velit beneficium acceptare. c. si pluribus, de præbend. in vj. quæ tamen non potest requirere beneficium in hoc regno sibi conferri ante mensem præsentationis finitum: vt est in forma manda. in concor. Is verò qui optionem præbendæ habet, intra viginti dies optare debet. c. fin. de consue. lib. vj. † Patronus verò laicus intra quatuor menses præsen- 3 rare potest, ecclesiasticus autem patronus intra sex menses. cap. vno, de iurepat. in vj. † Maiores verò dignitates, vt episcopales & aliæ, debent 4 intra tres menses tribui. cap. ne pro defectu. de electio. cap. postquam. 50. distinct. Aliæ verò dignitates inferiores, & qualibet beneficia regulariter debent concedi intra sex menses, siue per electionem. cap. Cum nostris. ca. dilectus, & c. Postulatis, vbi Panor. & alij de concef. præb. siue per collationem. cap. ij. illo tit. & tam à primo collatore, quàm ab alio c. fin. de supplen. neglig. prælat. † Papæ verò non est aliquod tempus præ- 5 fixum; cum non habeat superiorem, qui possit eius negligentiam sup- plere: cap. aliorum. ix. quæst. ij. nisi in cap. statutum. de præb. in vj.

In institutione verò & confirmatione quoad confirmantem certum 6 tempus non est præstitutum. glo. & doct. in c. Cum cunctis. §. j. de elect. cap. quàm sit, e. tit. in vj. glo. in reg. cancella. xxx. Idem in permutatione quoad approbationem. gl. in §. visum, in verb. respectiue, de coll. in prag. multa super hoc scripti, in tit. de nomi. Regia. §. j. in glo. intra sex menses. † Et notandum est quòd gradatim quilibet collator sic confert, sed si ne- 7 gligat, fit ad superiorem proximū deuolutio. §. si quis verò, de colla. in cō- cord. Qui superior nō solum beneficium deuolutum ad eum cōferte po- test, sed etiā in possessionē illius inducere, per text. in c. Ex parte Hasten- sis, de concef. præb. vbi Panor. in j. no. quia vbi vnū concessum est, & om- nia sine quibus illud cōsistere non possent. l. ij. ff. de iurisdic. omnium iudi.

Secundò cur inuētū sit ius deuolutionis? Respon. multis de causis, tum 8 ne ecclesiæ diu remaneret in suspenso. d. ca. ij. quia diutina beneficiorum vacatio dispēdiosa est ecclesiis. c. quàm sit, de elec. in vj. nam interim gre- gem dominicū lupus rapax inuadit. ca. ne pro defectu. de elect. Tū etiam propter vtilitatem publicam: ne iura & ecclesiæ in incerto sint & pereāt. arg. l. j. ff. de vsucap. Et vt actū; executioni mandetur: quod non fieret, quia primus collator nunquàm conferret, vt semper fructus reciperet. c. vno. Vt ecclesiast. benefi. quod maximè Reipublice interest. Authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. vbi si hæres negligens fuerit soluere lega- tum, deuoluitur hæreditas ad cohæredes, vel substitutos; & alios descri- ptos, in §. si quis autē nō implēs, cum multis §. se. in authē. de hære. & Fal- coll. j. † Et si mater fuerit negligēs in impetēdo tutore, deuoluitur ad pro- 9 ximiores. l. j. §. si mater. ff. ad Tertul. facti. l. j. & per totum, ff. de succes- so. edict. scripti in glo. deuoluantur. §. si quis verò, de colla. in concord.

Deuolutio quæ re inuenta.

Deuolutionis tempus quando curare incipiat.

Tertiò quando incipiat currere hoc tempus? Respon. non à die vacatio- nis

nis, sed à die sciētiae & notitiæ, vel à die quo scire debuit collator. c. quia diuerstatē, de concef. præb. c. vno, de iurep. in vj. c. licet, de supplen. negli- gen. prælat. Rota decis. cclxij. Si propter, in antiq. quia vbi non est scien- tia, non potest esse negligentia. gloss. & doct. in d. c. ij. & d. c. licet. de suppl. negli. præla. gloss. in c. si clericus, de præb. in vj. & in c. Si pluribus, ibidem. Calde. in tit. de elect. consil. iij. Bal. consi. cccclxix. Sanctissime. in iij. vol. vbi concludit, Impeditis tempore belli hoc tempus non currere. Et Ro- chus Curtius in tract. Iurispatro. in verb. honorificum. q. xxvij. post Felin. in c. à nobis, col. ij. de except.

11 Item currit hoc tempus sex mensium à die quo capella vel ecclesia fuit facta & consecrata, quia dicitur tunc vacans. c. quoniam, & c. Cum pro- pter, de iure patrona. Lopus allegat. xcv. quædam ecclesia. Refert Decif. consi. cxxxv. Ad iustificationem, in fin. doct. in cle. fi. de rescript.

12 Et qui allegat scientiam, eam probare debet, quia ignorantia præsu- mitur, per regul. iuris in vj. & hoc docet Nicola. Milius in verb. Patrona- tus, q. xv. vide Bar. in genero. ff. de his qui no. infam.

13 Imò etiam impedito collatori non currit hoc tempus, siue fuerit iuris impedimentū, siue facti: vt si fuerit suspensus vel excommunicatus etiam sua culpa. d. c. quia diuerstatem. Alex. consi. lvij. viso, in fin. in v. volum.

14 Et quamuis regulariter contra impeditum impedimento facti currat præscriptio tamen: si iustum sit impedimentum, datur restitutio, nō aliās, 1. Et attilicinus, in fin. ff. de seruit. rustic. prædior. gloss. in ca. j. actione xvj. q. iij. l. ij. §. si quis. ff. si quis cautio. Barba. consi. xlj. circa. in ij. vol. *Impedito non currit præscri- ptio hic.*

15 Tamen hoc casu est speciale, vt non currat præscriptio. no. Panor. & alij in c. j. de prescr. & Ias. in §. Rursus, col. vj. num. 26. de act. in inst. Limita- tur non procedere, quando fuisset tempus statutum in alicuius fauorem, *Ad die uacatio- nis quando tem- pus collatori cur- rat.*

16 vel quando esset expressum, tunc currit à die vacationis: vt in c. statutum, de præb. in vj. & in cle. vna, de concef. præb. scripti in §. j. in glo. à tempore vacationis, de nominat. Regia. in concord. quamuis contrarium teneat ibi. Io. Dayma, & Philippus Probus in additio. in §. cui rei, in verb. iurif- ditio. & in §. quòd si quis j. in verb. superiorem, de colla. in Pragma. vbi à tempore vacationis computari scribit. † Sed Papa postquam statuit sex menses, & voluit illos à die sciētiae computari, decisioni Papæ stare de- bemus, nisi in exceptis, vt dixi. item quia in §. si quis verò, de collatio. in Concord. statuitur, vt currat tempus ab eo die, quo collator disposuit contra qualificationes prædictas, id est à tempore, quo contulerit aliis, quàm graduatis: tunc ius ad superiorem deuolutum est, si graduatus pro- sequatur: vt scripti ibidem.

17 Quartò videndum est, ad quem fiat deuolutio? Respon. faciendæ sunt conclusiones sequentes. Prima est, in ecclesiis cathedralibus deuolutio, quæ propter negligentiam accidit, fit ad proximum superiorem: vnde si volentes eligere Episcopum neglexerint, ad Archiepiscopum deuoluitur. Et si ab Archiepiscopo negligentia processerit, ad Papam fieri deuolutio. c. quamquàm, vbi doc. de ele. in vj. Panor. & alij in c. cum in cunctis, in fi. *Ad quem deuol- utio fiat in ca- thedralibus.*

de electio. † Et propter negligentiam collegij, vel per mortem omnium 18
de collegio ius prouidendi deuoluitur ad eum, qui habebat potestatem
confirmandi electum, siue sit episcopus, siue alius prælatus: & docet Pa-
nor. in c. j. nu. 10. col. pen. de electio.

Si verò propter delictum omnium fiat deuolutio, tunc ad summum 19
Pontificem fiet, non ad proximum superiorem: vt docet tex. in d. c. quan-
quam. & glo. Panor. & alij in c. Bonæ. j. in fin. de electio.

Si autem aliqui tantum deliquerint, vtpote quia pars canonicorum 20
elegit indignum, vel omisit formam. c. quia propter, de electio. tunc ele-
ctio remanet penes illos, quæ non peccarunt: quia delinquentes pro mor-
tuis habentur, per c. Gratium, de postula. prælator. vbi doct. & in d. c. Cum
in cunctis, in fin. Panor. in c. Bonæ. j. in fi. & in c. Dudum. j. col. iij. de elect.
Mandagot. in tract. de elect. c. ix. vbi Boër. in additio.

*Deuolutio quan-
do fiat episcopo
ad capitulum vel
contrario.*

Secunda conclusio, Quando ad episcopum & eius capitulum specta- 21
bat collatio, siue coniunctim, siue diuisim, tunc vno negligente ad alte-
rum deuoluitur collatio. per d. c. ij. de concess. præb. vbi Panor. & capit.
vno, ne sede vacan. in vj.

Nisi in deuolutis ad episcopum, quæ post episcopi negligentiam ad 22
capitulum non deuoluuntur: quia in illis non est ista communio inter epi-
scopum & capitulum, ideo deuoluentur ad superiorem episcopi. arg. c.
ne pro defectu, in fi. de electio. Inno. & Panor. in d. cap. Cum in cunctis, in
fi. glo. in §. item circa, in vers. Visum, in verb. Legatorum, de colla. in prag.
Io. Francif. in tract. de offi. & potestate. c. sede vacan. in ij. q. partis secun-
dæ. Aufrer. decis. ccccxxiiij.

Hodie ex consuetudine generali totius Regni, quia parua est cõmunio 23
inter Episcopum & suum capitulum, sed frequentius rixæ & controuersia:
quãdo collatio spectat ad episcopum & capitulum, vel ad archiepiscopum
deuoluitur collatio non ad capitulum, sed ad archiepiscopum & ab archiepi-
scopo ad alium superiorẽ. Imol. in cle. Si de beneficio. q. ij. de præbend. per
c. licet. vbi dicit deuolui de archiepiscopo ad Papam, non autẽ ad Patriar-
cham. † Limitatur in patriarcha Lugdun. ad quẽ ab archiepiscopis fit de- 24
uolutio, & semper est sic solitus conferre de consuetudine generali regni
Franciæ: sed si collatio spectet ad solũ capitulum, tunc deuolutio fiet ad epi-
scopum. d. c. ij. vbi doct. vel ad archiepiscopum, si sit capitulum ecclesiæ
archiepiscopalis: & nisi sit contraria consuetudo: vt in ecclesia Carnotem.

*De inferiore ad
episcopum fit de-
uolutio.*

Tertia conclusio, quando collatio ad inferiores spectat, tunc deuolu- 25
tio fit ad episcopum, nisi consuetudo vel priuilegium sit in contrarium: vt
in exẽptis. Cle. vna, de supplen. negli. præla. vbi Cardin. & in cle. si de be-
neficio de præb. & tunc fit deuolutio ad episcopum loci, vbi sitũ est benefi-
cium gl. & doct. in cle. vna, in verb. locorum, de supplen. negligen. prælat.

Nisi inferior aliquid haberet facere, vt si capitulum præsentaret, & 26
Abbas institueret, tunc ad instituentem fiet deuolutio. glo. in verb. dispo-
sitionem, in d. cle. vna. de Rota decisio. cclxxviij. in antiquis. nam dicit
Panor. in capit. j. colum. penultim. de electio. quod patrono negligente,
feu

seu mortuo sine hærede ius prouidendi deuoluitur ad illum, qui potest
instituire, per d. glo.

27 Quintò elapso tempore conferendi non poterit amplius episcopus <sup>Post tempus sex
mensium nõ ua-
let collatio.</sup> conferre purgando moram, vel aliàs. Et idem in alio collatore, quia ipso
iure deuolutio facta est: ideo non valet collatio, etiam si primo die post
sex menses contulisset. gl. & doc. in c. ij. de concess. præb. Cardinal. in cle. si
de beneficio, in j. not. de præb. licet aliàs possit quis moram purgare: vt
probatur in c. Potuir, ibi, Cleri satisfactione, de locato. & in l. si post tres.

28 ff. si quis cautio. ac in l. si insulam, de verbo. obligat. † Tum quia tempus
præfixum ad conferendum censetur esse de forma: nam vbi tempus in
constitutione apponitur, censetur appositum pro forma. text. in authen.
Quæ supplicatio. vbi Bal. & Salic. C. de precib. Imperator. offerend. facit
l. scire oportet. §. consequens. ff. de administr. tutor.

29 Maximè tempus est de forma, quando adiicitur clausula, quod post
tempus quis non audiatur: vt consuluit Roma. consil. xxij. nescio quid
dubitationis, in fi. & consil. lxxj. vir eximie. ideo collatio facta etiam extra
statuta tempora non valet, quia forma non est seruata: vt docet Albert.
Brunus in tracta. de forma & solennita. actus. Rubr. quando aliquid cen-
satur traditum pro forma in xvj. conclus. scripsi in tract. nomina. q. xiiij.
etiam si archiepiscopus non conferat, non poterit sustineri collatio post
sex menses per prædicta.

30 Limita nisi archiepiscopus concederet eidem episcopo aliquod tem-
pus: vtpote duos menses post sex menses, tunc poterit conferre iure ar-
chiepiscopi, non suo, cum iam sit exclusus: vt no. in c. cum Vintonien. de
electio. hoc etiam nominatim docet Alberic. in l. si cum dies. in fin. princ.
ff. de arbitr. per illum tex.

31 Item episcopus adhuc post deuolutionem vnire beneficium poterit
teste Fed. consil. cxj. quæstio talis, col. iij. quia diuersum est ius vniendi &
conferendi: quod vocabulorum diuersitas ostendit. l. si idem. C. de co-
dicil. & hoc firmabo infra in mater. vnio.

32 Sextò collatio facta ante deuolutionem non valet, quia antea colla- <sup>Collatio ante de-
uolutionem non
ualet.</sup> tor nullam conferendi potestatem habebat in illo beneficio non deu-
luto, nec conualescit, si primus non conferat, nisi de nouo conferatur post
tempus. doc. in c. ij. de præb. in vj. Fel. & alij in c. Cum ex officij, de præ-
scrip. Boër. in decis. Burdeg. q. lxx. quæritur scripsi in tract. nominatio. q.
xvij. nu. 12. quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest
de iure donare. c. quod autem, in fi. de iure patro. nec ista collatio colora-
tum præbet titulum, quia omninò est nulla: doct. in c. cum nostris, de con-
cess. præb. & Panor. in c. ij. ne sede vacan.

33 Septimò poterit episcopus ex causa assignare terminum collatori, seu <sup>Sex menses bre-
uiari non possunt
à superiore.</sup> electoribus, intra quem habeant prouidere de ministris: alioqui si non
prouiderint, poterit episcopus conferre. argument. c. irrefragabili. §. ex-
cessus, & c. quanto, & c. ad reprimendam. de offi. ordi. Panor. in c. cum ec-
clesia, in glo. j. de election.

Sed non poterit terminum iuris auferre, cum indultum à iure benefi- 34
cium nemini sit auferendum, regul. indultum, de reg. iur. in vj. sed prædi-
cta locum habent in quibus non est terminus præfixus.

*Terminus sex
mensium datur
acceptatione non
facta.*

Octauò si collatio non fuerit sortita effectū, vt quia is noluit accepta- 35
re, vel post concessum iuri suo renunciauit: tunc idem collator conferre
poterit alteri, & terminus nouus datus, ac si de nouo vacasset, per cap. si
electio, de electio. in vj. Panor. in c. cum Vintonien. illo tit. nume. 13. deci.
Rotæ cclxxxij. & decif. dccclxxxij. in antiq. & decif. j. de iure patro.

*Ab exemptis ad
Papa. deuolu-
tio fit.*

Nonò si episcopus sit exemptus, ab eo deuolutio ad Roma. pōtificem 36
fiet, per c. licet, & c. sicut, de supplend. neglig. prælat. Ro. consil. ccclxj. in
casu. scripsi in §. si quis verò, in verb. Ad alium, de colla. in concordia.

Ab exemptis regularibus ad episcopū deuoluetur, qui autoritate apo- 37
stolica conferet. c. cum singula, de præben. in vj. Cle. vna, de supplen. ne-
glig. præla. nec poterit tunc legatus cōferre: quia specialiter data est po-
testas episcopo, & vnius actus, ob id data potestas legato non derogat isti
speciali. c. Pastoralis, in fin. de rescri. c. Dudum, & c. Quamuis, de præb. in
vj. facit l. si hominem. ff. manda. nisi expressa fuerit data illi potestas.

Nec quidem legatus poterit ratione cōkursus conferre beneficia, quæ 38
deuoluuntur ex alia prouincia, quæ non est suæ legationis, licet deuol-
uantur ad Archiepiscopū suæ prouinciæ, vt de episcopo Viuarien. ad Ar-
chiepiscopum Viennen. tunc legatus Auenionen. intra sex menses non
conferret, quia non concurrat in his deuolutis, licet in aliis secus. c. ij. de
offi. leg. in vj. gl. in verb. legatorum. §. visum, de colla. in pragma. & Io. de
Selua in tract. de benefic. in iij. parte. q. lxxvj. nisi data ei esset specialis pote-
stas à Papa, ista etiam beneficia conferendi, vt fieri solet.

*Deuolutio fit ad
Episcopum loci
in quo beneficiū
suum est.*

Decimò is episcopus cōferet, in cuius diocesi sita sunt beneficia. ideo 39
si Abbas sancti Germani sit negligens ad conferendum beneficiū situm
Aureliæ, deuoluetur collatio ad episcopum Aurelianen. per gl. in cle. vna,
in verb. locorū, de supplen. negli. præl. scripsi in §. Si quis verò, in verb. de-
uolutio, de colla. in concor. & hoc est notandum. facit l. si prædium. C. de
prædiis minor. quia omnes basilicæ cōferendæ sunt ab eo episcopo, in cuius
territorio sunt. c. Regēda & c. nouerint. j. q. j. c. omnes Basilicæ. xvj. q. vij.

*Deuolutio fit
cum prima qua-
litate & regula.*

Vndecimò, deuolutio fit cum qualitatibus & personis, quæ in prima 40
erant collatione, per tex. in cle. vna. de supplend. neglig. prælator. quia
res transit cum sua causa. l. alienatio. ff. de cōtrah. empti. l. traditio, de ac-
qui. rerum domi. Et ille qui substituit furioso, debet substituere illas per-
sonas, quas furiosus, si sapiens esset instituisset, l. humanitatis. C. de impu-
be. & subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur.
l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. facit l. j. ff. de solutio.

Vnde si episcopus conferre debebat nominato, ita tenebitur Archi- 41
episcopus, ad quem ius deuolutum erit: alioqui collatio non valebit. §. si
quis verò, vbi dixi, de colla. in concordia.

Idem si quis debebat conferre alicui de genere fundatoris, vt is ad 42
quem deuolutio facta est, teneatur sic conferre, per d. cle. vnam.

Duodeci

43 Duodecimò, quamuis in beneficiis sit præstitutum conferendi tempus: *Tempus confe-*
vt in d. c. ij. de concess. præb. & superius dixi, tamen in officiis Regiis non: *rendi officia rea-*
vt videtur innuere gl. in c. ad Apostolicæ, in fi. de re iudic. in vj. licet iura *gia non est inza-*
disponentia de beneficiis regulariter trahantur ad officia secularia: vt *tum.*
sentit Bart. in l. ij. §. data. ff. de optio. leg. & Lucas de Penna in l. annonas.
C. de erog. militar. annonæ, lib. xij. & expressè Io. Lupus in repe. c. per ve-
stras, in prin. nu. 6. de donat. inter vir. & vxor. etiam iura loquentia in offi-
ciis trahuntur ad beneficia, si in illis eadem sit ratio, & nisi contrarium in-
ueniatur statutum.

44 Decimotertiò notandum est, quòd Curia Romana seruat in his de- *In collatione iur-*
uolutis, vt soleat derogare foundationi beneficiorum, etiā si in illa cauea- *re deuolutio de-*
tur expressè, quòd obtinens tale beneficium teneatur in illo personaliter *rogatur à Papa*
residere, & esse sacerdos, vel ad sacerdotium intra annum promoueri, ac *foundationi.*

45 quòd cum illo non possit aliud obtinere. † Secus quando petitur funda-
tionis derogatio quoad omnes eius partes, etiam non expressas, vel expri-
mendas, quia illa non datur: possunt enim esse tales, quibus Papa non
derogaret: vt scribit Staphil. in trac. de literis gratiæ, rub. de modo & for-
ma impetrandi, ver. vlt. non omitto vnum, & c.

46 Decimoquartò addendū est, quòd Papa semper conferre beneficium *Papa tribus mo-*
vacans, & maximè tribus modis poterit. Primò iure præuentionis. c. du- *dis beneficia con-*
dum, de præb. in vj. dixi in §. declarantes, de manda. apostoli. in concor. *feri, primo per*
quæ præuentionio fuit illi tantum reseruata in beneficiis qualificatorum: sed *præuentionem.*
in aliis nihil immutatum inuenio in Francia, nisi in rubr. de nominatio.
Reg. in Episcopatibus, Abbatibus & Archiepiscopatibus, ac in prioratibus
electiuis: ideo conferre semper potest, prout iura statuunt.

47 Secundò Papa etiam confert cōcurrando cum aliis collatoribus pro- *Conferre benefi-*
pter desidiā illorū, tex. in c. quia, vbi Panor. no. v. de cōces. præb. vnde si *cia per concu-*
Papa velit cōferre, potest semper cōferre ratione illius cōkursus, quia cō- *sum Papa potest*
currit cū quolibet ordinario in potestate & iurisdictione. c. si eo tēpore, *ac legatus.*
vbi Io. Mona. de elect. in vj. & d. c. quia. est enim ipse ordinarius totius or-

48 bis. c. cūcta. ix. q. iij. † Nā quamuis potestare ordinariis dederit, maiorem
tamē sibi retinuit. c. dudū, de præb. in vj. ideo bonū esset in bullis exprime-
re: quia si cōferret tātū iure deuolutionis, nō posset cōferre ante tēpus ela-
psum, sed ratioe cōkursus semper potest: vnde multæ clausule solēt in bul-
la apponi, & illa claus. vel aliās quouismodo vacet, hoc significare potest.

49 Et notandū est, quòd vbiq; aliquis collator potest cōferre benefi-
cium iure ordinario vel deuoluto, poterit & Papa illud conferre ratione
conkursus, quē habet cum quolibet ratione superioritatis. d. c. cuncta per
mundum. ix. q. iij. & hūc cōkursum legato à latere Papa, vel iure cōcedere
solet, c. si à sede. vbi doc. de præb. in vj. multò magis sibi retinet, cū nusquā
tantam censeatur dare potestatem, quin maiorem semper retineat. d. c.
Dudum, de præb. in vj. scripsi. in §. si quis verò, in gl. de colla. in concordia.

50 Et quādo beneficiū est sub patronatu laicorū, Papa nō intēdit cōferre
nisi apponat illā clausulā, quòd tātò tēpore vacauit, quòd ei collatio est.

x iij

ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta: vt est constitutum in reg. Paul. iij. cancel. xl. & tunc non derogatur iuris patronatus laicorum, sed de illo iure debet fieri mentio teste Dominic. consil. 50. quæritur an episcopus. Sequitur Staphileu. in trac. de literis gratiæ, fol. 57. vers. hinc est quod in prouisionibus, scripsi supra in trac. signaturæ.

Iure deuoluto à Papa prouidentur beneficijs.

Tertio Papa etiam confert iure deuoluto, vt hinc: & in c. cum nostris, 51 & c. literas, de concef. præb. quamuis episcopi & alij superiores iure suo, & pleno iure ac deuoluto conferant, non tamen iure concursus, nisi Papa & legatus à latere ex concessione. d. c. si à sede, de præbend. in vj. c. ij. de offic. lega. in vj.

Collatio facta iure deuoluto cum non sit, nõ ualet.

Decimoquinto si episcopus iure deuoluto conferet, cum non ita vacet. sed præfatus episcopus iure quidem ordinario conferre poterat, non ualet talis collatio, per tex. in c. ex parte, in fi. de concef. præb. quia quod noluit, potuit, & quod voluit, adimplere nequiuit: ca. cum super, de offic. deleg. l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

Prouisio facta alicui tanquam graduato, qui non est, ualet.

Si dixi in episcopo, qui in mensibus graduatorum contulit alicui tanquam graduato, qui tamen non erat, licet potuisset: & ualisset collatio si dixisset tanquam idoneo: tamen non ualet collatio postquam iste non est graduatus, quia illi tanquam graduato facta fuit, qui non erat illius qualitatis. §. teneantur, in glo. alteri, de colla. in concord. facit quod plenè scribit Romæ. consil. ccccxcvj. primus, & Io. de Selua in trac. de benefic. in iij. parte. q. xij.

De patronis ad quem deuolutio fiat.

Decimosexto fit deuolutio de patronis ad episcopum, vel alium habentem instituere, glo. sing. in cle. vna, in verb. dispositionem. de supplen. neglig. prælator. & si duo præsentauerint indignum, & vnus dignum, non remansit ius in illo solo, licet in electionibus secus: c. bone, & c. in Genesi, de electio. nam quando electio fit, illa competit eligentibus vt vniuersis, sed præsentatio vt singulis. c. j. & ij. de iurepa. † Ideo non potest remanere apud duos, vel minorem partem sicut electio. videte tamen Panorm. & alios in d. c. iij. & Paul. de citad. in trac. de iurepa. in vj. parte q. xxvij. & in xij. parte: quia non videtur ratio diuersitatis inter istos.

Decimoseptimo si patronus præsentauerit ei, cui non debebat per ignorantiam: & postea is possederit beneficium, quod permutauit cum alio accedente autoritate Episcopi, an ualet huiusmodi permutatio: quia videtur deuolutum ius ad Papam ex eo, quod patronus non præsentauit ei, cui debebat. Contrarium tamen docet Lopus allega. xcv. quædam ecclesia. eò scilicet quod patronus tunc non dicitur negligens, ideo nec fit deuolutio, per c. ij. & c. quia, de concef. præb. supra dixi.

Decimo octauo quamuis apud iurium interpretes sit controuersum an capitulum sede vacante, fungatur vice episcopi generaliter, vel in casibus à iure tantum expressis. Et Panorm. & alij in c. ij. per illum tex. dicunt Capitulum non succedere in ius episcopi, nisi in casibus à iure expressis, ponderando text. ibi, cum nusquam inueniatur: sed ille text. loquitur in collationibus, secus in alijs, vt inferius dicetur.

Ego

58 Ego autem putarem statuendum regulam affirmatiuam, videlicet quod Capitulum fungatur vice episcopi, tam in spiritualibus quam in temporalibus. c. pen. & vlt. de supplen. negligen. prælat. li. vj. & c. is cui, de ele. in vj. maximè in his quæ spectant ad iurisdictionem episcopi, etiam in omnibus necessarijs capitulum in locum episcopi succedit, & est necessarius

Regula affirmatiua quod c. sede vacante, fungatur vice episcopi.

59 administrator. glo. in verb. Capituli, cle. j. de hæretic. † Vnde omnia quæ ad merum & mistum pertinent imperium (paucis exceptis) administrare potest. l. ij. C. de off. eius cui vicem alterius gerit. c. ad abolendam, de hæretic. Nam postquam in spiritualibus & temporalibus ministrat capitulum, ergo generaliter: quia vicarius generalis dicitur, qui in temporalibus & spiritualibus est creatus. c. fi. de off. vic. li. vj. dixi supra in materia vicariorum: hoc etiam probatur in d. c. ij. ne sede vacante. sumendo à contrario: nam ibi dicit. nusquam inueniri iure cautum, quod episcopus vice capituli in collationibus beneficiorum fungatur: ergo in alijs inuenitur, & hoc etiam sequitur Federi. consil. xxx. ad capitulum, co. ij. & Io. Fran. in trac. de 60 offi. & potesta. c. sede vacante. in j. q. j. partis. † Speciale est in collegio Cardinalium, vt certos casus mortuo Papa pertractare possit, cle. Ne Romani, 61 de ele. ergo in episcopo, & suo capitulo ius est contrarium. † Item quando episcopus à Paganis est captus, Capitulum in spiritualibus & temporalibus nullis exceptis administrat, sicut si per mortem vacaret. c. pen. & vlt. de supplen. negligen. prælat. lib. vj. ergo per mortem sede vacante capitulum generaliter administrat, tam in spiritualibus quam in temporalibus, nisi exceptum fuerit: quia in permisis omnia concessa censentur, quæ non sunt prohibita. c. inter, de transla. episcopi.

62 Vnde sede vacante poterit capitulum constituere vicarium in spiritualibus & temporalibus, qui ista administrat, alioqui si perperam & negligenter administrat, poterit creari visitator. c. vlt. de supplen. neglig. prælat. lib. vj. & officium eius describit Io. Fran. in d. tra. de off. in q. vlt. ij. partis.

Vicarius ex officio a c. sede vacante creati possunt.

63 Et iste vicarius & officialis capituli poterit suspēdere, cōmunicare, interdicere, priuare & absoluere. c. his quæ, in fin. de maiorit. & obediē. c. vno, illo tit. lib. vj. poterit ergo capitulum creare poenitentiarium, qui absoluat in casibus etiam episcopo referuatis. Panorm. d. c. his quæ, de maior, & obediē. Io. de Selua in trac. de benef. in ij. par. q. xj. glos. & doct. in c. ij. de poenit. & remissio. Io. Fran. vbi supra. q. vj. partis secundæ. tract. de offic.

Officium vicarij & officialis capituli sede vacante.

64 Poterit etiam hic vicarius dispensare in casu necessario, & cū causa, vt cum scholastico causa studij poterit dispensare de non promouendo ad septennium suscepto subdiaconatu. c. cū ex eo, de ele. in vj. Fede. d. consil. xxx. an capitulum. Io. Fran. q. v. partis j. vbi supra. dispēfare tamē super defectu natalium nõ potest, nec in casibus in quibus episcopus non posset. Feli. in d. c. Cum olim. q. viij. de maior. Petrus Paris. consil. xcvi. pro Lupo, col. penul. num. 25. vol. iij. & consil. cxxxvj. stante defectu, col. j. ibidem.

65 Poterit quoque visitare episcopo mortuo, vt crimina corrigantur. Panorm. in c. cum olim, de maiorit. & obediē. quæuis gl. in d. clemen. prima, dubitet, dicens indigere declaratione superioris: itidem congruam portionem

tionem

tionem assignare: vt per glo. in verb. diocesani, cle. j. de iure patr. scripsi in tract. de congr. portio. q. vij.

*Quæ non possit
facere capitulum
sede uacante.*

Limitatur non procedere in his quæ sunt ordinis, quæ non potest uicarius per se tractare, sed poterit conuocare Episcopum vicinum, qui ordines conferat cum cautelæ studio, id est præstabit cautionem Episcopus, quod ex hoc nullum ius sibi, nec possessionem acquirit. facit c. Suffraganeis, de elect. c. Pontifices. vij. q. prima.

Dat etiam literas dimissorias Capitulum. c. cum nullus §. episcopo, de 67 tempo. ordinatio. lib. vj. episcopos facit consecrari, & clericos ordinari. dicit Federi. d. consi. xxx. col. ij. de is cui, de elect. in vj.

Secundò non procedit in his, quæ competunt episcopo iure delegato, 68 vel ex priuilegio singulari, tunc Capitulum sede vacante nõ fungerur vice illius, gl. & doct. in cle. prima, in verb. Capituli, de here. c. fi. de priuileg. lib. vj. quam sententiam probat Federi. d. consi. xxx. col. ij. & Panor. in cap. cum olim, ver. v. de maiorit. quia in his nullam communionem habent canonici cum episcopo. & priuilegiũ personale non egreditur personam.

*Capitulum an
creare licentia-
tos episcopo de-
functo possit.*

regul. priuilegium, de reg. iur. in vj. c. sanè de priuileg. lib. vj. † Et sic Capitulo non competet potestas creandi licentiatos vel doctores, si iure speciali Episcopus hoc priuilegium habebat, secus si iure communi, vt tanquam episcopus. Pano. in c. cum olim, in fi. de maio. & obed. & in dubio videtur competere tanquam episcopo, & sic ad Capitulum spectabit, vt in Episcopo Montispefulani patet. gl. vlt. in cle. fin. de magist. dicit quod vbi non apparet, Episcopus cum capitulo hoc faceret, ergo vacante sede ad Capitulum deuoluetur: non tenetur tamen Episcopus requirere: in his capituli consensum vel consilium, teste Panor. in c. cum Apostolica, in fi. de his quæ fiunt à præla. Feli. in ca. verum, col. j. de iudi.

*Non confert ca-
pitulum sede uacante nec præsentat.*

Item capitulum non potest conferre, c. illa. ne sede vacan. nec præsentare. Io. Andr. in d. c. vno. de maior. Card. in c. præbyteri, col. vltim. xxiiij. decis. quia verbum collationis, comprehendit præsentationem. gl. in cle. vna de rerum permu. & quia præsentatio est in fructu, sicut collatio. gloss. in c. cum olim, de maioritate.

Eriam nõ potest conferre, quamuis collatio spectet ad episcopũ cum conf. & assensu capituli, per tex. in d. c. vno. §. Cum verò, ne sede. vac. in vj.

*Archiepiscopus
beneficia episco-
pi mortui non
confert.*

Nec etiam Archiepiscopus vacante sede potest conferre beneficia ad collationem episcopi spectantia, sicut nec episcopo capto. c. pen. de sup. negli. præla. lib. vj. facit c. Pastoralis, de offi. ordi. vbi in casibus à iure expressis Archiepiscopus habet potestatem. sed iste casus non inuenitur expressus, ergo non potest, sicut etiam nec vnire potest: vt not. doc. in ca. j. ne sede vacan. gl. in cle. fi. de reb. eccle. non alie. Et in casu negligentiæ potest conferre Archiepiscopus. c. ij. de cõces. præb. sed episcopus mortuus non potest dici negligens. d. c. ij. in fi. ergo Archiepiscopus sede vacante conferre non poterit: quamuis gl. videatur innuere contrarium, in c. presbyteri. xxiiij. distin. & dicitur sedes vacare, donec episcopus nouus adeptus fuerit possessione, teste Hof. in c. olim j. de re. spol. refert Fel. cõf. xl. Pisani. col. ij.

Adhæc

73 Ad hæc non poterit conferre etiam hospitale in titulum, quia loco beneficij habetur, cle. Quia contingit, de religiof. domi. clementi. ij. de præbend. secus quando ad nullum daretur: vt docet Ioann. de Selua, in tract. de benefic. in ij. parte, quæst. xi. circa fin. Et vt breuius dicam, non poterit conferre beneficia nec maiora, nec minora, regularia, nec secularia, multominus dignitates, cum beneficiorum nomine hæ etiam veniant clementina Auditor, vbi gloss. de rescript. capitulo primo, de regul. iuris, in sexto.

74 Quod primò sublimita non procedere, quando collatio spectaret ad Episcopum & capitulum simul, tunc Episcopo mortuo, vel excommunicato posset capitulum conferre. cap. vno, ne sede vacan. lib. vj. ca. fin. de regul. lib. vj. siue Episcopus in collatione esset tanquam Episcopus: & sic primus in cap. siue tanquam Canonicus, vt secundum ordinem receptionis: nam vtròque casu mortuo Episcopo capitulum conferet. cap. à collatione, de appellat. lib. vj. Panorm. & alij in cap. fi. de confes. præb.

75 Diuersum est si cum Episcopo alius conferat. Panor. in c. cum olim, de maior. tum quia hic casus non reperitur à iure expressus, & ratione communionis in primo casu permittitur, vt multa alia, in l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amittat. R. lexand. & Ias. in l. sed si plures. §. filio, ff. de vulga. doct. in cap. j. de iudic. & in c. de quarta, de præscrip. Bauer. in §. testes, col. vij. de testam. in instit. quæ communitio non est, quando Episcopus confert cum alio. facit §. fi. de donat. in instit. & l. j. de vend. rerum ff. cum priua. commu. lib. x.

76 Idem si spectaret ad capitulum cum consilio Episcopi, tunc eo mortuo capitulum conferre etiam poterit non expectato Episcopi conf. d. c. vno, in fi. ne sede vacan. in vj.

77 Secundò potest capitulum sede vacante commendare beneficium ad sex menses, vel ad breuius tempus, maximè beneficium habens onus annexum, per cap. Significatum, de præb. Inn. & Panorm. in d. ca. illa. ij. Ne sede vacan. Panorm. & alij in cap. bonæ. de appellat. Anchar. in cap. vno, de maior. & obedien. lib. vj. de montelaud. in capitulo primo, de institution. libro sexto.

*Commendare ad
sex menses capitu-
lum potest.*

78 Tamen si superior intra sex menses non prouiderit, vel si non esset adhuc aliquis Episcopus, poterit adhuc illi continuare commendam, donec superior prouiderit: vt docet Ioannes Francisc. in tractat. de officio & potesta. capitul. sede vacante. quæstio. iij. partis ij. & quia hoc fit ex necessitate, vt ecclesiæ deseruiatur: vnde per hoc limitabitur capitu. Nemo deinceps, de electione libro sexto, vt instante necessitate possit parrochialis ecclesia commendari ultra sex menses: necessitas enim facit licitum, quod aliàs esset illicitum: capit. si quis propter, de fut. l. prima. ff. de officio consul. l. secunda. §. primo, & ibi gloss. ff. ad legem Rhodiam, de iactu.

79 Per hanc tamen commendam non præiudicabitur Episcopo, quia ipse poterit conferre illud beneficium etiam inuito eo, cui fuit com-

mendatum, & eo etiam non vocato. arg. c. si verò, & ibi gl. de iure patro. vt docet Præpos. in d. c. presbyteri, col. vlt. xxiiij. distin. quod facere non possit post collationem, tum quia collationes beneficiorum perpetuo fiunt, nec ab illis debet possidens amoueri sine magna causa. c. satis peruersum, l. vj. dist. Tum etiam quia commendatarius est tanquam custos fructuum beneficij, & reuocato deposito depositarius desinit habere ius retinendi. l. j. & per totum, ff. de positi. gloss. in d. c. nemo. Et quia hæc commenda fit ex necessitate, vt deseruiatur ecclesiæ, & vt nullum interrim patiatur dispendium: & ne fructus beneficij pereant. vnde in his necessariis succedit capitulum sede vacante: vt inferius dicitur. vide Paris. consil. xc. circa, in iij. volumine.

Præterea potest capitulum sede vacante œconomum præficere ecclesiæ, vt iura illius regat & administret. cap. cum vos, de off. ordi. hoc enim pertinet ad Episcopum ratione vniuersalis iurisdictionis Episcopalis, in qua succedit capitulum sede vacante, glo. & doct. in d. ca. vno per illum text. de maiori. libr. vj.

Non poterit tamen capitulum commendare ecclesiam parrochiam nisi sacerdoti, & in legitima ætate constituto, quia hoc prohibetur omnibus. in d. c. Nemo, de elect. in vj. & non sentetur habere maiorem potestatem capitulum, quam Episcopus haberet, si viueret. Nec substitutus in locum alterius maiore præditus erit præeminentia & potestate, quam is cuius vices gerit. l. sed si hac. §. fina. vbi Ias. ff. de in ius vocan.

Commendare tamen perpetuo non possit, quia per hoc præiudicatur Episcopo, sicut in collatione quam non potest capitulum facere, d. cap. illa. & Ioan. Fran. in tract. de offi. & potesta. cap. sede vacan. iij. quæst. secundæ partis.

Sed poterit capitulum commendare regulare seculari, & econtra. vt asserit Petrus de Peru. in cap. si constiterit, de accu. prout refert Præpo. in cap. presbyteri, col. vlt. xxiiij. dist. sed pace eorum dixerim, hoc non est verum: quia hoc prohibetur Episcopo, videlicet sic conferre & committere. in clement. vna, de supplenda neglig. prælat. quia solus Papa commendat regularia secularibus, & secularia regularibus: c. cum singula. de preb. lib. vj. Sed Capitulum non est maius Episcopo, cum succedat in Episcopi locum. Ergo Regularia quidem regularibus commendare possit, & secularia secularibus, non econtrario.

Tertio Papa etiam poterit durante hac commenda à capitulo facta, & de ea mentione habita providere de hoc beneficio, aliàs si non faceret mentionem commendæ, subreptitia esset Papæ prouisio. gl. & doct. in d. c. Nemo & Io. Fran. in d. tract. in iij. quæst. ij. partis, col. ij. quia non vacat durante commenda: ideo Papa non videtur contulisse, nisi eam expresserit, teste Cald. consil. vj. de præb. & consil. xxx.

Limita in collatione necessaria, quam capitulum sede vacante face- re potest, vnde mandatario conferre licebit, & nominatis ac graduatis Panor. & alij in d. c. illa, ne sede vacan. scripsi in tract. nomi. q. viij. nu. 30.

In his

Episcopus durante commenda conferre potest.

Commendare regulare seculari non potest capitulum.

Papæ prouisio post commendam an ualeat.

86 In his etenim quæ sunt necessaria lex indulget capitulo, vt ministrat. c. j. de instit. lib. vj. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui oper. nuncia, & vbi imminet periculum & præiudicium, quod pertinet ad iurisdictionem episcopalem, capitulum succedit vacante sede. vt not. gloss. in cle. j. de hæret. Panor. in c. is qui, in fi. de maior. ne ex defectu superioris possit periculum generari. vt ibi.

87 Quarto, fallit in institutione: potest enim capitulum vacante sede instituere præsentatos à patronis, c. j. & ij. de instit. lib. vj. quia hoc necessario agit, postquam facta est præsentatio: sed præsentatio est actus voluntarius, glo. & Doct. in d. c. j. & Paul. de Cita. in tract. iurispat. in vlt. parte, q. xxxij. & seq. art. iij.

88 Quinto confirmare electos non prohibetur: c. cum olim, de maior. quia confirmare est iurisdictionis Episcopalis, in qua iurisdictione capitulum succedit: sed conferre est donare, collatio donatio dicitur, in c. relatum, de præb. c. vno. vt eccle. benef. & donare quis non potest sine mandato, c. fin. de offic. vicar. lib. vj.

89 Et minus est confirmare, quam conferre: quia electus habet ius ex electione, c. fin. de elect. in vj. sed is cui confertur, nullum ius habebat ante collationem: & quia conferre non est iurisdictionis episcopalis, sed est cuiusdam facultatis extrinsecæ: vt not. Io. Andr. in c. quamquam. de elect. in vj. post Innoc. in d. c. illa.

90 Confirmans utitur iurisdictione, conferens autem donare videtur: quod non potest facere capitulum sede vacante, sed debet reseruare fructus futuro successori, c. quia sæpè. de elect. lib. vj. sed intellige confirmare poterit electos in ecclesiis inferioribus, vt Abbates, sed electum Episcopum confirmare non poterit. sed Archiepiscopus, d. c. cum olim.

91 Si tamen electio alicuius dignitatis spectaret ad capitulum, & confirmatio ad episcopum vacante sede, capitulum eliget & confirmabit. glo. & doct. in cap. penult. de suppl. neg. prælat. quia duplici iure fungitur. l. si consul. ff. de adoptio. scripsi in §. si quis verò, de colla. in Concord. in gloss. dispositiones.

92 Sexto capitulum vacante sede, potest conferre beneficia deuoluta ad episcopum ratione negligentia, vel delicti inferioris: quia illa deuolutio pertinet ad episcopum ratione iurisdictionis episcopalis: & quæ deferruntur ea ratione, deuoluuntur sede vacante ad capitulum, c. cum olim, de maio. Ioan. And. in c. quamquam, de elect. lib. vj. Panor. in c. ij. vlt. no. ne sede vac. vbi dicit hanc deuolutionem fieri fauore beneficij, ne diutina sit vocatio, c. quam sit, de elect. in vj. ergo nõ debet spectari nouus successor ad conferendum. † Panor. tamen in c. cum olim, col. ij. de maio. tenet contrarium: tum quia eadem est ratio in his, quæ in aliis: & quia regula est negatiua. in d. c. ij. ne fed. va. Nec obest si quis dicat esse necessarium ob diutinam vacationem, quia interim comendare, vel œconomum præficere capitulum poterit: vt superius dictum fuit, sed non conferre. Fel. in d. c. cum olim. & huic sententiæ subscribo post Bald. in c. ne pro defectu, col. ij. de ele.

8 & Io. Fran. in d. tra. de of. & pot. in ij. par. q. ij. ver. quæro an episcopus, in fi.
 Recipere resignationes an capitulum possit. Septimo, nō potest capitulum sede vacante, recipere resignationes, & conferre: quia hoc non videtur à iure concessum, & hoc videtur probare tex. in c. vno. §. cum verò, ne sed. vac. in vj. vbi dicit, capitulum non debere se intromittere de collationibus ad episcopum spectantibus, ergo nec per resignationem: quia verbum intromittere, intelligitur quomodocunque se immiscere de collationibus, ergo non poterit conferre vacans per resignationem: & quia hoc est proprium episcoporum, c. quæsitum, de rer. permut. gl. & doct. in cle. vna, de rerum permut. † Ego verò sic distinguerem, quòd capitulum non potest recipere resignationem liberam & simplicem: sed resignationem, quæ fit ex causa permutationis recipere poterit, quia est necessaria, & cum causa: sic conciliantur sententiæ contrariæ. & hoc videtur decidere Inno. & Feli. in d. c. cum olim, de maio. & Ioan. Francif. in d. tra. q. ij. partis ij. in fi. Bal. in c. ne pro defectu, de elect. † Nec sequitur potest capitulum priuare, ergo & recipere resignationes: quia ista diuersa sunt & separata: & separatorum separata est ratio, l. fi. ff. de calumniat. & instituere potest, sed nō conferre: & hoc scilicet permutare est vtile ecclesiis, & necessarium, vt personæ, quæ vni loco minùs sunt vtiles, alibi se valeat exercere, d. c. quæsitum. in fi. † vbi gloss. dicit, quod si beneficia sint in eadem ecclesia, sine onere possunt autoritate propria permutari: secus in diuersis ecclesiis. ego vellem semper habere superioris autoritatem, etiam in eiusdem ecclesiæ beneficiis. & hoc est necessarium, quicquid in contrarium iactetur.


9 Octauò, poterit conferre beneficium reseruatum post mensem, sicut vicarius episcopici: statutum, de præb. in vj. vt firmat Io. Frã. q. viij. col. iij. partis j. vbi suprã: quod non putarem verum, quia text. ibi concedit episcopo, & eius vicario, ergo non aliis, c. qualis. xv. dist. l. cum prætor. ff. de iud. & quia iure cautū non reperitur, imò reperitur. regula in contrarium vt suprã dixi: ergo exceptio debet esse scripta, aliàs regulæ stari debet, l. j. ff. de reg. iur. & hoc probat tex. in c. pen. de sup. neg. præl. lib. vj. & in d. cap. statutum dicitur, quibus canonicè commissum est: quod nō est capitulo.

99 Limita, nisi Papa crearet visitatorem sede vacante, eo casu hic possent beneficia conferre, quia plenissimè videtur creatus, & ad omnia, c. vlt. in fi. de suppl. neg. prælato.

100 Nonò poterit capitulum ex causa vnire beneficia his casibus, quibus episcopus possit, dummodò nihil detrahatur iuri episcopali. Card. Imo. in cle. j. de stat. mona. Petr. de Peru. in tra. de vnio. eccles. c. iij. & Felin. in c. cum olim, in fi. de maior.

101 Decimò, sede vacante non deuoluetur ad capitulū collatio præbendarum: nec poterit capitulum illas conferre, c. ij. ne sede vacan. quia collatio beneficiorum est in fructu. gloss. in c. cum olim, de maiorit. & fructus reseruandi sunt futuro successori, c. quia sæpe, de elect. in vj. cle. penultima, illo tit. sic & collatio: & quia in his videtur electa industria episcopi, vt idoneis conferat, c. grauem. de præbend. † Adde quòd collatio est

est donatio, c. relatum, de præb. c. j. & ij. ne sede vacan. c. vno, vt eccle. benef. & quis non potest sine speciali mandato donare, c. fin. de offic. vicar. lib. vj. & quia nusquam iure cautum reperitur, d. c. illa, gl. in cle. j. in verb. potestatis, de elect. & quia donatio alienatio est, cap. nulli, de rebus eccle. non alie. quæ non potest fieri à capitulo sede vacan. ca. si qua, xij. quæst. ij.
 103 Et quamuis d. ca. illa ij. loquatur in præbendis, tamen idem est in aliis beneficiis, text. in ca. vno. §. fin. ne sede vacan. in vj. vbi dicit in beneficiis, & ca. j. de inst. ibidem, & per gloss. in c. cum olim, de maiori. & obe. Ioan. Franc. in d. tra. de off. c. q. j. partis secundæ, vbi plenè. Nec quidem poterit capitulum obtinere collationē etiam per prescriptionem quæ non currit, sed dormit sede vacante, cap. ex transmissa, de prescript. Ioann. Franc. in quæst. ix. partis primæ. d. tra. de offic. & potest. cap. sed. vac.
 104 Vndecimò alienare bona episcopatus nō poterit capitulum sede vacante, c. si qua de rebus, vij. q. ij. gl. & doct. in d. c. ij. & in c. his quæ. & d. ca. cum olim, de maior. licet possit capitulum cōsentire alienationi, & interponere autoritatem ex legitima causa, si inferiores ecclesiæ alienent ex causa, & in his casibus, quibus Episcopus possit: quia aliud est alienare, aliud consentire: & cōsensus in alienatione non est prohibitus, c. sine exceptione, vbi scripsi, xij. q. ij. vide per Io. Fran. q. viij. partis ij. in d. tra. & plenius. q. ij. & Fed. in tra. permutat. q. xxxvj. hoc teneatis quidquid doct. dicit in cōtrariū. Etiā non potest capitulū sede vacante dispensare cū spurio adtōsuram, licet Episcopus possit, c. j. de fil. presb. li. vj. Fely. in c. cū olim. in viij. q. de maior. & obed. & Paul. Pari. conf. 136. stāte defectu in iij. vol.
 105 Decimonò impetrās iure deuoluto tenetur declarare modū vacationis alioqui collatio eidē non suffragabitur: vt patet in reg. Can. & ita pronūciauit Senatus anno 1528. die ij. Martij pro Ioā. Blódet, qui hoc requiserat coram Conseruatore vniuersitatis Paris. licet denegasset: tamen Senatus recredientiam huic Blódet adiudicauit: vt dixi suprã in signatura.
 106 Vigestimò impetrans iure deuoluto per incapacitatē possessoris, non debet ingredi possessionem, & fructus recipere ante sententiam aliquam possessoriā in hoc Regno, aliàs priuatur iure possessorio: nec debet sequestri beneficiū impetratū tanquā vacās per incapacitatem: vt statutum est in const. Regiis tit. de la reformation des prouisions, arti. xv. † Secus ergo erit in aliis impetrantibus iure deuoluto, aliàs quā per incapacitatem: quia hic modus est odiosus, alij verò modi non: & sic odia restringi debent: l. cum quidam, ff. de libert. & posth. & postquā vnū modum exprimit, tantū in illo intelligitur, arg. l. cum prætor, ff. de iudic.
 107



Alienare bona episcopatus non potest capitulum sede vacante.

Impetrans iure deuoluto modum vacationis declarat.

Impetrans iure deuoluto per incapacitatem ante sententiam possessoriā fructus non potest recipere.

De rescripto si neutri, si alteri, & si nulli.

ITEM alio requiritur modo beneficium, videlicet per rescriptum si neutri: vt si duo litigent super beneficio aliquo, & neutrum videam ius obrinere in eo, impetrabo illud beneficium. à Papa hac lege, vt si neuter ius habuerit in beneficio, Papa mihi conferat. Quod duobus modis fieri potest.

Duplici iure cōferri potest beneficium peruiam si neutri.

Primo Episcopo dirigendo rescriptum, qui cognoscit de causa, vel alteri cui Papa mandabit.

Quod si per euentum litis huiusmodi constiterit, neutrum dictorum litigantium in dicto beneficio ius habere, & idem beneficium (ut praemittitur) vacare: & tempore datae praesentium non sit in eo ius alicui specialiter acquisitum, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem N. autoritate nostra conferas, & assignare procures, inducens, &c. & Papa olim sic mandabat conferre.

Et vidi dubitari, si lata fuerit sententia contra quendam, à qua ille appellauit, an possit hoc rescriptum impetrare, & dirigere iudici appellationis, quia adhuc non est iudex? Respon. posse, cum ista clausula, Cum autem sicut eadē &c. Idem N. si à dicta sententia infra tempus ab ea appellandi existens appellare proponat, & à nonnullis asseratur neutri dictorum &c. ius competere, illos &c. mandamus, quatenus si dictū N. à sententia ipsa appellare & causam appellationis huiusmodi tibi committi contigerit, ac per euentum litis huiusmodi constiterit neutri, &c. conferas &c.

Secundò Papa interdum non mandat conferri, sed confert, si neutri litigantium si ius quaesitum: & hoc est tutius: & iste postea petit in iudicio recipi in partem & recipitur: & sic seruatur in Francia.

Differentiæ nunc statuendæ sunt inter hæc rescripta. Primò datur, si alteri, si duo litigant, alter litigantium impetrat illud beneficium, si alteri ius quaesitum non sit: & sic hoc rescriptum conseruandi etiam vim habet.

Item si ille, qui nullum ius habebat, fecerit committere causam contra intrusum, & postea impetret gratiam, si alteri, fatendo se nullum ius habere, an sit ei concedenda hæc gratia, si alterius non competat, quòd isti impetranti prouideatur: & vidi impetrari & obtineri: tamen quia dolosè videtur intrasse litem, & nullum ius à principio habuisse, sed quia fatetur hoc, ideo valebit prouisio illi facta de stylo curiæ Romanæ.

Item gratia, si neutri, vel si alteri, potest impetrari, si is qui mecum litigat nullum ius habeat, non quòd ego impetrè ius suum, quia dico eum nullum ius habere: sed peto, quòd si constiterit eum nullum ius habere per euentum litis, quòd mihi prouideatur: & ita fieri potest, nec ista sunt contraria: quia licet antea concessum mihi fuisset beneficium, tamen quia prius erat alteri fortè concessum, hodie video me ratione primæ concessionis ius non habere, quia non expressi exprimenda, ideo possum impetrare nunc gratiam, si alteri.

Quòd si aduersarius nullum ius habeat, & hoc constiterit: nunc Papa mihi prouidet, & hoc refertur ad finem causæ, quo constabit alterum ius non habuisse, nec habere: vel etiam potest Papa initio impetranti prouidere: ut supra dixi. † Item si inter plures est lis super beneficio, quorum vnus velit gratiam, si neutri impetrare, quoad vnum tantum, non quoad alios, an possit? Respon. sic: quia alius fortè confitebatur se nullum ius habere: ideo gratia dabitur si alteri, sed tutius est exprimere, si neutri, fortè si postea alter nollet confiteri ius se non habere.

Et si

Et licet gratia, si neutri, vel nulli, non debeat dari nisi colligant: tamen aliquando datur tertio non litiganti, qui narrabit litem inter duos esse inchoatam. Ita dicit gloss. in reg. cancella. lxij. & hoc quotidie fit in Francia.

Item impetratur gratia, si neutri, quando duo super vno beneficio contendunt, nullum tamen ius in eo obtinent: tunc tertius impetrat, si neutri ius quaesitum sit. † Si tamè ratione alicuius cõcessionis literis super ea non confectis aliquis obtinuit committi causam: & processus fuerit factus, demum fuerit impetratum rescriptum, si neutri, vel nulli, non valebit hoc rescriptum: quia non potuit esse processus literis non confectis, & sic nec lis. Ideo non potuit, si neutri vel nulli, impetrari: nec solet Cancellaria concedere hoc rescriptum literis gratiæ non confectis, nisi dicatur in commissione, non obstante quòd literæ gratiæ nõ sunt confectæ.

Sed si committeretur causa alteri, quàm illi, tunc non posset cognoscere de ista causa ratione rescripti, si neutri, quia non est eidem commissæ, nisi simul alteri committendo causam Papa committeret, & si neutri faciendo mentionem, quòd alteri iam commiserat.

Si verò sint tres vel plures nullum ius habentes, nihilominus super vno beneficio contententes, impetratur rescriptum, si nulli sit ius quaesitum, quòd isti prouideatur à Papa.

Et hæc quoque gratia non habet locum, quando beneficium non erat litigiosum, vel quando liserat extincta: ut docet gloss. in regu. can. xxxij. Ego vidi etiam impetrari antequàm esset aliqualis, & quotidie fit, hocque statuit Alex. vj. in suis regulis sic dicens. Perenti gratiam si neutri illa datur eidem, licet beneficium non sit litigiosum: sed abbreviator dabit hanc sibi gratiam, postquam causa coram iudice fuerit legitimè introducta: † vel dicitur dummodo literas primæ prouisionis expediat: ut est in reg. Alex. vj. quam non seruamus, cum sit (ut dicanici dicunt) burfalis: quas regulas, ut exofas, habent Regnicolæ: vide per Staphi. in trac. de literis iust. versic. quando aliquis, fol. 167.

Item si essent pares in data, & se impedirent per concursum: ut docto. scribunt in cap. si à sede, de præb. in vj. & sic nulli esset ius quaesitum: hæc gratia, si neutri, prodesset: ut consuluit Petr. Pau. Parisi. consi. cj. si quærimus, col. ij. in iij. volu. supra in trac. de signat. scripsi.

Nisi in gratia alterius esset clausula gratificationis, scilicet quòd Papa in casu cõcurrentiæ illum gratificat, d. c. duobus, eo. in vj. sic consuluit idem Petr. Pau. Parisi. consi. cxvij. si quærimus, in iij. volu. per glo. in ca. cum autem, de iure patro. & gloss. in l. si quis in graui. s. si cum omnes. ff. de Senat. Syllania. scripsi in trac. de pacifi. possess. limita. xvij. nu. 300. de hac clausula gratificationis scripsi in signat. gratiæ.

Item quando alterum ex istis est subreptitium, illud nõ impedit aliud bonum rescriptum: quia id quod nullum est, non potest dici primum, vel secundum, vel æquale, seu cõcurrentes, c. factus. vj. q. j. & c. non omnes, ij. quæst. vij. & quod nullum est, non potest impedire aliud, nec effectum

producere, c. ex tenore, vbi glo. & doct. de rescrip. sic consuluit Domini. Gemin. consi. xj. lite pendente. col. ij.

Ius quæsitum nõ tollitur per gratiam si neutri.

Præterea hoc rescriptum non prodest impetranti, quando ius est ali- 20 cui quæsitum: ob id solet Papa in literis exprimere, dummodò ius alteri non sit quæsitum: quod est iuri conforme, in c. quamuis, de rescript. in vj. c. super eo, de offic. dele. & super hoc extat regula cancell. Paul. iij. xvj. Cuius tenor cum nostra elucidatione subiicietur infra. nec tollit Papa ius quæsitum etiam ad rem, teste Aegi. Bella. consi. xxxiiij. supposito, vers. ad septimum dubium, & Petr. Paris. consi. cj. si quærimus, in fin. vol. iij. & consi. cxvij. ibid. nu. 26. cum seq.

In gratia, si neutri, si lis in curia, datur illa clausula, vitæ ac morum ho- 21 nestas &c. quia verisimile est, quòd cognitus sit is qui litigat in illo loco, & quòd fuerit ibi præsens: sed quando litigat alibi extra curiam, olim non dabatur illa claus. de stylo curiæ Roma. sed hodie non solet denegari ferè in omnibus gratiis: vt dixi superius in bulla.

Post tres sententias iudicio non datur si neutri.

Ista gratia, si neutri, non datur victo post tres sententias, quia benefi- 22 cium est adiudicatum alteri: Ideoque ius ei competit. & illæ sententiæ debent mandari executioni, postquam pars est exclusa per tres sententias conformes. cle. j. de re iud. non poterit ergo victus impetrare nunc de nouo per rescriptum, si neutri, quia iam apparet vni ius competere: † sed poterit dari rescriptum, si alteri collitigantium, videlicet victori ius non competit. eidem conferatur; quo casu iste impetrans non poterit ius antiquum deducere, sed nouum tantum, vt pote hæresium, in quam victor incidit, quàm nesciebat victus: & si illam probet, vel simoniam, valebit impetratio: & ipse obtinebit: aliàs opponetur exceptio rei iudicatæ: vt per totum tit. ff. de excep. rei iud.

Oppositionis fit mentio in gratia si neutri.

In hoc rescripto non est facienda mentio oppositionis, quia per oppo- 24 sitionem solam non est lis: doct. in cle. fin. vt lit. pen. ideo opus est quòd sit lis: nec ista sola oppositio sufficeret, sed sicut in electis & presentatis quilibet petit admitti, & se opponit, ne pars aduersa admittatur, c. fi. de ele. in vj. & super hoc litigatur, & tunc potest impetrare rescriptum hoc, si neutri, sed hodie vt supra dixi, etiam impetraretur statim post oppositionem etiam si nulla sit lis.

In hac gratia si neutri, subrogationis, & in nouis prouisionibus cū ad- 25 uocatione causæ, & extinctione litis semper iustificatur titulus illius pro quo sumus: & suppletur modus vacationis, & titulus illius, pro quo fit bulla: non autem iustificatur titulus aduersarij. † Et si in supplicatione 26 titulus exprimeretur aduersarij, omitti debet in bulla, & non scribi: ideo si in signatura exprimeretur presentatio aduersarij, in bulla debet omit- ti ex stylo cancellariæ Rom. † Notandum quòd interdum in signatura 27 ponitur clausula, fiat sine præiudicio, quomodò intelligatur? Resp. hanc clausulam intelligendam sine præiudicio alio non expresso: sed si detur facultas constituendi capellam, & elemosinas retinendi: poterit is cui concessum est construere, & eas retinere: quamuis Papa dixerit, fiat sine præiu

Clausula sine præiudicio, quid prodest.

præiudicio, scilicet alio quàm expresso: sed non videtur derogatum iuri rectoris curiæ, nec iuri episcopi in aliis: alioqui si in expressis non esset derogatum, nihil prodesset Papæ cōcessio, contra l. quoties. ij. ff. de reb. dub.

28 Item si tertius non litigans cesserit alteri collitiganti, poterit eidem à Papa prouideri per hoc rescriptum, Si neutri: nec habebit locum ca. fin. vt lite penden. in vj. sed poterit conscribi quòd pendente lite inter duos lis tertius resignauit.

29 Post sententiã verò, quæ transiit in rem iudicatã, nõ solet impetrari rescriptum si neutri: quia amplius non est processus, sed finitus est per sententiam: & iste literæ super lite fundantur, nisi quis esset restitutus, & penderet processus restitutionis. † Vel si appellatum esset sententia, quia pendente appellatione, Si neutri, rite impetrari poterit, & tam si lis sit super possessorio, quàm super petitorio, vtroque casu hæc gratia impetrari solet, non tamen si agatur de crimine ad priuationem, impetratur hoc rescriptum, nec subrogationis: vt voluit Alex. vj. in tit. de signat. gra.

Post rem iudicatã si neutri non habet locum.

30 Item si duo fuerint presentari à diuersis patronis, & is, qui à maiori parte est presentatus, impetrat rescriptum, si neutri, in hoc rescripto non debet annullari altera presentatio à minore parte facta: quia ex eo quod patroni presentant vt singuli, valet presentatio cuiuslibet. c. j. & ij. de iure patronat. clem. fi. illo tit. supra dixi in materia deuolutionum, an vt singuli presentent.

Presentatus à maiori parte hoc rescriptum impetrat.

31 Sed in hoc casu non est opus derogatione iuris patronatus, quia omnes presentauerunt, & functi sunt officio suo licet diuersos presentauerint: vt supra in signatura scripsi, in derogatione iuris patronatus.

32 Si in signatura sit, Quòd literæ in forma, si neutri, si nulli, subrogationis, &c. expediri valeant, nulla alia litis mentione facta, bulla poterit expediri in forma si neutri: quia faciendo mentionem de si neutri, vel nulli, satis exprimebat litem, maximè si in signatura sit hæc clausula, litigiosum, &c. Cuius litis statum, quæ clausula solet poni: vt superius in signatura scripsi.

33 Item si in signatura est, quòd nomina & cognomina collitigantium exprimi possint: poterunt exprimi, & nomina collitigantis cum aduersario meo, tam in hoc rescripte, quàm in rescripto subrogationis.

34 Si in signatura dispositiuè beneficium dicatur reseruaturn, non est opus apponere clausulam deuolutionis: si verò non dicatur dispositiuè reseruaturn, sed conditionaliter, quia forsan est reseruaturn: tunc deuolutio dispositiuè exprimeretur, quia dum est reseruaturn, non est deuolutum: quia collatio fuit semper apud Papam.

35 Addendum est quòd in hac gratia, si neutri, si vnus tacita lite pendente inter duos resignet in curia in fauorem tertij, & illi prouideatur: si postea collitigans impetret non facta mentione prouisionis illi tertio factæ, literæ tanquàm subreptitiæ non valebunt: quia Papa non concessisset secundo, si fuisset expressa prima prouisio. c. cum nostris. de concessio. præb.

In gratia si neutri, mentio fiet prouisionis alteri factæ.

36 Et in gratia ista, si neutri, dantur omnes derogationes priuilegiorum & indultorum, etiam iuris patronatus laicorum: quia iam patroni

Derogationes dantur in gratia si neutri.

consenserant in illa vacatione, Necnon Principum & Regum iuri patronatus derogatur, si antea semel fuisset derogatum: vt est in reg. Alex. vj. in hoc tit. & titul. de signat. grat. quando patroni præsentassent, vt dictum fuit.

Et aduerte lector beneuole, iustum ferè volumen absoluerem, dum in lucem prodierunt Commentaria Do. Gome. in regulas Cancellariæ, quibus visis, ne vel eadem me repetere, vel nimium operi meo detrahere contingeret, institui ne repetendo tædio forem diuturnum hunc meum laborem paucis perstringere: & prout hîc quisque locus desideraret, seligere notabilissima, in supplementum videlicet eorum, quæ bona venia doctissimus ille Gome. omisi. Quamobrem boni consules, hoc loco regulam xvj. interfero, & postea alias, quæ in forensi iudicio frequentes sunt in Francia.

De non tollendo ius quæsitum, regul. xvj.

Item ne per varias, quæ pro cõmissionibus, seu mandatis & declarationibus habendis, in causis plerumque fiunt, suggestiones iustitia postponatur: idem Dominus noster decreuit, & declarauit suæ intentionis fore, quòd deinceps.

GLOSSA PRIMA.

De iure diuino non debet tolli ius alterius.



N D V B I O Papæ intentio non est, vt velit ius quæsitum alicui tollere. Ratio ponitur in principio, ne per varias suggestiones iustitia postponatur, quæ plerumque fiunt pro cõmissionibus, seu mandatis & declarationibus habendis in causis, & ista regula est iuri diuino conformis & conueniens. Nam Achab Rex, qui vineam Naboth accepit, volens illi etiam meliorem dare pro ea, vel argenti pretium, audiuit à Domino, *in loco in quo capes linxerant sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum*, iij. Reg. c. xxj. Dixi in tract. congruæ portionis, in fin. est etiam iuri humano consentanea: vt inferius multis probabo exemplis.

Declaratio non tollit ius quæsitum.

Et sic per istum text. iudices debent securè procedere, quòd non obstante rescripto Papæ non dubitent ius partibus reddere: quia si Papa contulerit beneficium duobus, & declaret postea quòd intendit, & intendebat isti secundo conferre, & nõ primo: ea declaratione non obstante, iudicabitur pro primo. Et ita iudicauit magnum consilium super prioratu Sancti Martini de Campis Paris. quia per importunitatem, & suggestionem impetrantur plerumque istæ declarationes, sic consuluic Francisqui. consi. cxlij. habita. col. j.

Item

Item Papa declarat suam intentionem tendere ad hoc, vt à nullo tollatur ius suum: sic dicit Papa intentionis suæ esse, in c. Ad aures, & c. mandatum, de rescrip. c. Cum in illis, in prin. de præb. li. vj. ergo non valebit rescriptum, in quo iuri alterius detrahitur, quia est cõtra cõcedentis intentionem.

Ratio huius regulæ ponitur hîc in prin. ne iustitia postponatur per varias suggestiones, quæ fiunt in gratiis, cõmissionibus & aliis: vt in reg. & sic quoquomodò ius tollatur, siue ius excipiendi habeam, siue agendi, hæc regul. illud comprehendit: & hoc dicitur in si. i. ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur. not. in l. quoties, C. de precib. Imper. offe. & vide per Gome. decem casus, in quibus ius quæsitum tollitur. q. xx. sed casus alij sunt, ideo ne numerandi, sicut nec guttæ maris: ita sunt quidam, qui casus recensent, in quibus princeps supremus habet potestatem: hoc curiosum est, quia in omnibus, nisi repugnet iuri naturali, Diuino, & gentium, vt alibi dixi, & vbi est regula, non sunt constituendi certi casus.

Per quancunque signaturam, seu concessionem aut gratiam, vel literas Apostolicas.

GLOSSA SECUNDA.



S E C V N D O hîc statuitur, quòd per quancunque signaturam, seu aliam concessionem, siue in literis iustitiæ, siue gratiæ, non intendit Papa ius tertij tollere: tum ne vnde iura nascuntur, iniuriæ nasci videantur. l. meminerint, C. vnde vi. tum quia omnibus æqualis defensio iuris est debita. l. capitalium §. ad status. ff. de pœnis: & quia apud eum non debet esse acceptio personarum. c. Nouit, de iud. & illam semper solius est reseruare cautelam, vt. de illis ita proueniat commodum, quòd aliis non inueniat detrimentum. Extrauag. vna, de cõcess. præb. in extrauag. Joan. xxij. & dicit diuus Ambr. in lib. de offic. si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur: cõmodius est neutrum iuari, quàm grauari alterum. cap. denique. xiiij. quæst. v.

Papa per literas suas ius alterius nõ tollit, & quæ obrem.

Interdum prouisio Papæ vocatur concessio, vt in cap. vno, vt eccles. benefi. ca. quanto de his quæ fiunt à præla, hîc verò generaliter pro quancunque gratia & præstatione facta à summo Pontifice accipitur.

Aut gratiam, vel literas Apostolicas.

GLOSSA TERTIA.



N E R T I O non intendit Papa ius quæsitum tollere per quancunque literas Apostolicas: siue gratias: vnde si conferat, non obstante quancunque collatione, intelligitur de inualida, non de valida, ne ius quæsitum tollat. Felin. & alij in cap. causam, de rescrip. & sic per hoc verbum literas, habet locum hæc regula, tam ante litem exceptam, quàm postea, & tam in

collatione facta non tollitur ius nec possessio.

iudicialibus, quam extraiudicialibus, teste Cassado. decis. xxxix. super hac reg. cancel. ita vt nec etiam videatur tollere possessionē acquiritam, sicut nec ius quæsitum: tum quòd possessio iuris sit. l. j. vbi Bart. definit esse ius insistendi &c. de acquit. possess. Fel. in rubr. de rescrip. col. iij. Pan. in c. Dudum, no. j. de priuileg. tum etiam quia princeps non intendit possessio-ribus præiudicare. l. fin. C. si per vim vel alio modo. c. cum nostris. de concess. præb. Oldra. consil. cclxviiij. quæstio, & Soci. in cons. xv. in caussa, nu. 4. in iij. vol. col. pen. & consil. cxx. memini, col. vj. num. 8. ibidem.

Pro commissiõibus: seu mandatis.

GLOSSA QVARTA.

Secundum man-
datum non tollit
primum.



QVARTO vult hîc Papa, quòd per quascunq; commissiões, vel mandata, aut per declarationes non tollatur ius tertij: vnde mandatum secundum non tollit primum, etiam si in eo sit apposta clausula, Anteferri, nisi Papa derogauit huic regulæ, text. in cap. penul. de concess. præb. in vj. & cap. quodam, de præbend. ibidem, quæ clausula in Francia vix reciperetur, quia habemus formam præstitutam. facit quod consuluit Card. consil. cxxxvj. factum sic se habet, vacantibus, col. j.

Aut declarationibus huiusmodi.

GLOSSA QVINTA.

Per Papæ decla-
rationem nõ tol-
litur ius quæsitum.



QVINTO per istum text. patet, quòd Papa non intendit tollere ius quæsitum, etiam per suam declarationem, cum qui declarat, nil det, sed datum significat. l. hæredes palam. §. j. ff. de testam. vnde testis qui declarat dictum suum non est opus, quòd iterum iuret. Bald. & Pau. in authen. hodie. C. de iurament. calum. Socin. consil. ccxiiij. in caussa, col. pen. in ij. vollum.

Tamen quando Papa declarat ea, quæ non continentur in bulla, seu gratia, tunc illa declaratio non tollit ius quæsitum, nec recipi debet: quia non est propriè declaratio, sed noua concessio, quæ in præiudicium tertij non valet. l. qui ex liberis §. fi. & ibi glo. & Bart. ff. de secund. tab. glo. & doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & doct. in l. ædita. C. de æden. etiam qui addit, ius nouum afficit. l. ius autem. ff. de iustit. & iure.

Imò quando declaratio Papæ non consonat verbis declaratis, habendus est pro circumuento: vt docet Calderin. consil. vij. titul. de rescriptis, & Felin. in cap. ex parte Decani, versiculo & ob illusionem, ibi dem. & in capitulo, cum olim, per illum textum, columna quarta, de re

re. iudic. text. in c. Constitutus, de rescrip. nam statuere super iam confirmatis non est proponere remedium æquitaris, sed calumniam præteritis inuenire: dicit Anch. consil. cccxcviiij. permitto, in fi. Fel. in c. si quando, col. j. de rescrip. & quando Papæ declaratio est iniqua, est ipso iure nulla, & attribuenda est circumuentioni, importunitati, aut errori: vt pulchrè tradit Aegid. Bel. decis. dccxxiiij. Etiam. vers. Sexta ratio. & Soc. consil. cclx. in caussa, col. ix. vers. ex quibus infero, in ij. vol.

Vnde si Papa declarauit aliquem fuisse familiarem, qui re vera non erat, illa declaratio non præiudicat: vt pulchrè consuluit Paul. Paris. consil. 50. Domine. col. iij. vol. iij. post Arch. d. consil. cccxcviiij. præmitto, in fi.

Limitatur, quando Papa declararet ea, quæ in scriptura prima tacitè continebantur: tunc declaratio illa præiudicat, & fieri potest, etiam si tollat ius quæsitum: quia sua declaratio non tollit ius, sed excutit, & aperit, quod latebat, nullam constituendò nouam speciem. l. adeò. §. cum quis. ff. de acqui. rer. domi. ideo hæc declaratio semper trahitur retro ad tempus primæ dispositionis. d. l. hæredes palam. vbi Paul. dicit declarationes Papæ circa gratias ab eo factas præiudicare eis, quibus ius erat iam quæsitum, quasi illud quod declaratur, à principio dictum fuisset: & illa declaratio fingitur eodem tempore emanasse, quo actus declaratus: vt consuluit Roma. con. xlv. super eo. Dec. consil. ccxxix. stante constitutione. in fin. nam quod tacitè inerat, si expressum sit, nihil debet operari. l. iij. ff. de leg. j. cap. ij. de ele. lib. vj. planè Ias. in l. non dubium. in vj. no. C. de legib.

Secundò limitatur, quando declaratio fieret circa circumstantiam, vel qualitatem actus, tunc esset licita, & nihil adhæret: secus si circa substantiam: tunc enim in declaratione requiretur eadem solennitas, quæ in actu primo, & personæ præsentia contra quam fit: vt docet Ioan. de Ana. consil. liij. Videndum est, col. j. sequitur Ias. consil. lvj. viso, col. vlt. in iij. vol.

Etiam si motu proprio, & ex certa scientia.

GLOSSA SEXTA.

1



SEXTO per clausulam motu proprio, vel per clausulam, ex certa scientia, non intendit Papa ius tertij tollere, etiam per vtranque: nec per eas clausulas dicitur apparere demerente principis, quòd illud ius vellent tollere, Cle. Per literas, de præb. Card. consil. xcvi. Papa, in fine. & consil. cxxxvj. præmitto, col. vlt. num. 24. ac consil. cxlij. videtur, col. penult. num. 9. & vltim. vbi dicit verba rescripti potius improprie sumenda esse, quam tertio præiudicare. Deci. consil. cccclxviiij. Superiori anno, 20. & seq. ac consil. cxlij. Senerisimus, colum. vltim. † Vbi concludit feudi concessiõem ab Imperatore factam non valere in præiudicium agnatorum, quibus iam erat ius quæsitum: nam ea importunitate qua concessio fuit obtenta, illa quoque clausula adhibita præsumitur: ideo non valet, vt dicunt in simili Doct. de renunc

Per clausulam,
motu proprio,
& ex certa scientia,
non tollitur
ius quæsitum.

renunciante exceptioni non numeratæ pecuniæ, in l. si ex cautione, C. de non numer. pecun. Felin. in c. si cautio, de fid. instrum. Dec. consil. dxx. in causa. Quamuis hæc clausula motus proprii, plures alios habeat effectus, quos abundè scripsi in gl. concord. in forma man. in verb. motu proprio. Idem dicerem, si apponeretur clausula ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, per rationes prædictas. Etiam si diceret, quòd vult retrahi per prædicta.

Donatio principis intelligitur sine præiudicio. Septimò, donatio facta à principe intelligitur sine præiudicio tertij: unde si ipse donauerit terras alicui, ille tenebitur soluere collectas ciuitati dari solitas: vt consuluit Alex. consil. cxxv. viso titul. in ij. vol. & consil. xxxv. Viso processu, col. ij. in iij. vol. & consil. xxij. Viso, col. penul. in v. volum. nec censetur princeps velle tollere gratias, quæ suum sortitæ sunt effectum, c. si. de concess. præben. in vj. Paul. Castren. consil. cccxl. præmissis, col. j. in j. vol.

Vicerex non potest ius quæsitum tollere. Octauò, in commissiõne quantumcunque generali nunquam censetur concessum, quòd possit tolli ius tertij: & ideo vacarius imperialis, vel vicerex quacunque generali potestate hoc non potest: quòd si attentaret. cum in hoc sit priuata persona. l. iij. ff. de offic. præ. poterit illi resisti, arg. l. defensionis facultas, & l. prohibitum, C. de iur. fisci, lib. x. Cuma. conf. clvij. visis, in j. q. & hoc aliquando allegauit contra quendam pro regem qui me grauatè postea respexit: ob id potest ab eo tunc appellari ad parlamentum, imò non valet declaratio Papæ, vel Regis in præiudicium tertij. Ancha. consil. cccxcvij. præmitto, in fi. & Dec. in cap. Pastoralis, in fin. de except.

Gratia non remittit poenam parti applicatam nec interesse. Nonò, remissiones dictorum, quas gratias vacamus, quæ fiunt à principe nunquam trahuntur ad remittendam poenam parti applicatam, vel applicandam. arg. c. quamuis, de rescriptis in vj. Fel. in c. super eo. de offi. deleg. Ias. in l. Venia. C. de in ius voc. Dec. conf. dxx. in causa. ob id solet princeps in gratia exprimere ista verba, *Quittons, remettons & pardonnons le fait & cas de l'udict, avec toute peine, amende & offense corporelle, criminelle & civile, en quoy pour occasion d'udict car il pourroit estre encouru enuers nous, & enuers Iustice &c. satisfaction faicte à partie civilement tant seulement, si faicte n'est &c.* De hoc scripsi in ordinat. reg. rubr. de gratiis, & in interpretation. l. vnic in præfation. nume. 35. & sequent. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.

Legitimat⁹ post mortem patris illi non succedit. Decimò, legitimatus à principe quæuis possit succedere patri, tamen si legitimetur post mortem patris, illi non succedit, quia ius quæsitum agnatis princeps non intendit tollere. Bartol. Ias. & alij, in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. Francif. consil. cxxvij. habita, Cuma. consilio. clxvij. Reuerendus, col. ij.

Negans feudum illud perdit, nec literis inuatur. Vndecimò, vassallus negans feudum, & (vt dicunt) *desauouant son seigneur*, perdit feudum. §. vassallus, in ij. si de feudo defuncti contentio fuerit inter domin. & agnat. vassa. nisi in quibusdam casibus descriptis per Boër. in §. xij. & seq. de consuet. feud. in consuet. Bitur. & si impetrauerit literas

literas Regias, vt eo non obstante, non priuetur feudo: illæ literæ non comprobabuntur, nec interinabuntur quia inciuiles. † Nam Rex non videtur velle tollere ius quæsitum, per inficiationem, & vt vulgò dicam, *par le des auen cap. j.* de rebus ecclæ. non alienand. in vj. quòd est norandum: quia vidi in causa ardua dubitari: & dicunt quidam interuenisse Arestum in rem domi. Ioan. Berthon doctoris in Medicina contra Sanguin. præpositum Siluanecten.

Præiudicium motu proprio concessum ad litem pendentem extenditur. Duodecimò præiudicium motu proprio concessum extenditur ad litem pendentem, etiam si de ea non fuerit habita mentio. gl. singul. in l. Qui autem. ff. si quis cautio. Quod est verum, si nulli afferat præiudicium, aliàs contra, per dictam regulam, quòd iuri tertij non videtur princeps derogare, vt hic: & hoc dicit Specul. in tit. de lapsis & dispensa. §. qualiter, vers. diximus ergo. Refert Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de effectu & vi clausularum. fo. 85. ver. secundò principaliter.

Concessio facta minori militi, vel pie causa intelligitur sine præiudicio. Decimotertiò hæc clausula etiam intelligitur in concessione facta minori vel militi. l. impuberi. ff. de administra. tutor. Ias. in l. beneficium, col. iij. nu. 20. de consti. princip. etiam si concessio fuerit facta intuitu piæ causæ. Alex. in l. pactum quod dotali, col. ij. C. de pac. Gomez. in hac reg. quæstione prima.

Fallit quando de voluntate concedentis constaret, quòd vellet præiudicare tertio, l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fiat: vbi princeps non solet concedere, sed si concesserit, valet: sed hoc facillè non concedit princeps. l. ij. de natal. restituend. ergo si concedat, videtur valere, & hoc consuluit Paul. Castren. consil. clxxvij. donatio, col. ij. in prima parte.

Et tunc tertio præiudicabitur in illis casibus, in quibus de iure potest, de quibus scribitur, in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & maxime in beneficialibus, in quibus Papa habet plenariam potestatem: c. ij. de præb. in vj. & gl. singul. in c. cum dilectus, in verb. nec iuri, de consuetud. & glo. regul. huius Cancel. ita firmat.

Ego tamen putarem contra, quia licet Papa in illis beneficialibus plenariam habeat potestatem conferendi, vniendi diuidendi, & aliàs iure disponendi, tamen ius parti quæsitum tollere non intendit, nec potest.

In beneficialibus Papa ius parti quæsitum tollere non potest. test sine peccato, vt plenè scripsi in tract. nomina. q. xxj. † Nam quæ iustitia potest esse, vt alicui tollatur beneficium tot laboribus acquisitum sine causa. c. super hoc, de renuncia. Sic decidit Card. Zabar. consil. cxlij. punctus quæstionis, col. ij. nu. 3. & seq. & hoc esset exercere potestatem ad destructionem, non ad ædificationem: quæ tamen ædificatio Papæ incumbit: vt diuus testatur Paul. in suis Epistolis, alioqui species esset tyrannidis, quæ procul à summo Pontifice debet esse.

In leuibus fortè & paruis tolleratur talis derogatio in præiudicium tertij in magnis verò nequaquam, per glo. in d. §. si quis à principe. l. scio, de integr. resti. ff. & in l. sed cum ab hærede. ff. ad Trebell. quam notat additio ad Panor. in c. suggestum, de decimis, & Ias. in l. beneficium, col. iij. ff. de consti. princip. facit gloss. in c. cum olim, in verb. præiudicium, de

consuetud. Card. in c. mandatum. vij. no. de rescrip. sed nec in hoc etiam alteri praedudicare honestum est, nec secundum Lucam.

Quando prin-
ceps aufert rem,
nisi compensare de
aquiualenti te-
netur.

Imò quando Papa vel princeps tollit ius quaesitum alteri, de plenitu-
dine potestatis, tenetur illi de simili beneficio prouidere, vel de re aequi-
ualentij. l. ij. C. quib. ex caus. ferui. pro praemio liberta. accip. glo. & ibi Bal.
in c. vno, de alaudis, col. v. nu. 21. in feud. glo. in l. si locus. §. fin. ff. quemad-
mod. seruit. amittan. alioqui iniuste agit, & tenebitur reddere rationem
Deo op. Maximo.

Secundò non procedit, quando Papa contraxisset cum parte recipien-
do multam pecuniam pro bulla, seu compositione, tunc poterit addere
clausulam in signatura placet, quatenus tollatur ius quaesitum: & tunc si
fuerit ius quaesitum per ius positium, Papa derogabit, secus si per ius gen-
tium, glo. singul. in l. ij. C. de precib. Imperat. offerend. l. item verberatum,
de rei vendicat. quod intelligerem verum de iure, quaesito pontifici, sed
alteri tertio, vix in Francia ex hac causa in forensi iudicio sustineretur:
quamuis hoc expresse scribat Io. Staphil. in tract. de literis iustit. fol. 162.
versu. in super inter alias. rub. de literis iustit. per ea quae supra scripsi in pri-
ma limita.

Ius quaerendum
princeps tollit.

Tertio limitatur quo ad ius quaerendum spe non approbata: quia iste
tex. dicit ius quaesitum, ergo quaerendum potest sumendo argumentum à
contrario. c. cum Apostolica, de his quae fiunt à praela. l. prima. ff. de offic.
eius. hoc docet Angel. consil. cclxiiij. do. Papa. † Vnde potest derogare
Regulae de xx. diebus, quamuis possit venire in praedudicium illius, qui
habebit collationem per obitum, arg. l. qui autem. ff. quae in fraud. creditor.

Et idem de legato conclusi in glossa concordat. in §. praefat. que
graduati, in verbo vacare, de colla. itaque Papa tunc à iure quaerendo
potest etiam sine causa excludere, quia hoc facit iure suo. Bal. in l. ij. C. de
iuris & facti ignoran. Et refert Carol. Ruinus consil. lxx. quia id, in v. vol.
† Vbi dicit quod si spes esset approbata, ut pote quia aliquis est proximus
alicuius, non poterit Papa auferre successione illi, quominus tanquam
proximus succedat: ut dicam inferius in rescripto legitimationis. & con-
sultuit Petr. Parisi. consil. v. vnio. nu. 96. in iij. vol.

Construendo mo-
lendini ualet, li-
cet alteri praeiu-
dicetur.

Item valet concessio principis, ut quis possit molendinum construere
in flumine publico, licet alteri molendino praedudicetur. Bald. consil. lxxj.
casus talis est, in j. vol. doct. in l. quominus. ff. de fluminibus.

Gratia delinquen-
ti dari potest, li-
cet bona essent
baroni vel alij
acquirenda.

Valer etiam gratia facta delinquenti, licet bona fuissent acquirenda
alicui Baroni, vel duci ut tenet Io. Gallus in quaestio. per arrepta. q. ccliiij.
Sed ego non inueni in libro meo: licet hoc referat Imbert. in insti. Foren.
pag. lxxij. lib. j. sed pro hac sententia est text. in c. cum secundum leges, de
haeretic. in vj. doct. plenè in l. seruus, vbi etiam addidi. C. de pact.

Quarto limita quando alias concessio nihil operaretur. Cald. in di-
spura. incipien. Dominus Papa, col. xij. vnde si Papa mandat duas eccle-
sias vniri, intelligitur etiam cum praedudicio tertij, sequitur Felin. in c. Su-
per eo, de offi. dele. Paul. Parisi. consil. lxx. in haerendo, col. j. & seq. in j. vol.

Intellige

28 Intellige in his quae arbitraria sunt principi, & manualia: secus in aliis: *Rescriptum con-
firmans donatio-
nem non infirma-
tam non ualet.*
ut not. Alciat. in tract. de praesump. reg. iij. praesumptio. xj. per illud quod
not. Abbas. Panor. consil. lxxxiiij. illud in summa. volum. primo, vbi valet
rescriptum principis ex certa scientia confirmans donationem non infi-
nuatam: & tenet etiam in praedudicium filiorum, quibus erat ius quaesi-
tum spe probabili: quia ista solennitas est introducta de mero iure posi-
tuo, quod est principi arbitrarium. † Et istud est notandum pro ordina-
tione nouissima, que vult non valere donationes sine infinnatione, sed
vix in regno Franciae reciperetur: quia non est aequum, ut donatio non
infinnata valeat contra legem regiam & iura: ideo non comprobaretur
rescriptum.

27 Quintò ius ad tempus duraturum tollere potest. ideo non obstante
commenda sex mensium facta per ordinarium illi derogando, conferet
alteri nemo deinceps, de elec. lib. vj. facit l. pro parte. §. versum. ff. de in-
rem verso. vbi gl. allegat alia iura similia, ibi licet ea videre.

Ius ad tempus
duraturum Pa-
pa tollit.

28 Sextò etiam iuri secundario, & quadam occasione competenti deroga-
re potest, sed nõ tollit ius principaliter quaesitum: l. si quis nec causam.
ff. si cert. per. vbi plenè doct. & Gomes. q. iij. distinguit etiam moratoriam
cautionem concedere potest. l. quoties. C. de precib. Imperat. offeren. ple-
nè scripsi in tract. de liter. dilator. in ij. tomo constit. Regiar.

Iuri secundario
an princeps de
rogare possit.

29 Septimò ex causa publicae vtilitatis etiam non procedit: multa enim
pro hac vtilitate indroducta sunt quae de iure communi non procedunt:
l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendic. l. Lucius. de euct. Bar. in l. si. C. si
contra ius. Paul. Castren. consil. clxxvij. donat. col. j. in j. part. facit l. si quis
in graui. §. vtrum. ff. de senatusconsult. Sallani. doct. in l. conuentionum, ff.
de pact.

Vtilitatis publi-
cae gratia potest
princeps ius qua-
esitum tollere.

30 Octauò quando ex voluntate principis res fuit alicui quaesita, & ipse
fuit causa quaerendi, tunc sola voluntate potest auferre, sicut sola volun-
tate illi voluit acquirere: quia omnis res per quascunque causas nascitur,
per eas & dissoluitur, reg. j. de reg. iuris in Decretal.

31 Vnde inferunt doct. quod dominium acquisitum ex praescriptione au-
ferre potest. Angel. in d. l. Lucius. ff. de euct. Bal. in l. si. col. ij. C. sent. res-
cindi non posse. Sic consultuit Francisc. consil. cxxxvij. habita, col. ij. num.
5. quod tamen parum congruere videtur principis humanitati, nec ego
huic sententiae acquiesco: ut alibi scripsi de hoc.

32 Nonò potest reseruare beneficium, vel vnire viuente adhuc posses-
sore, & illi facultatem resignandi auferre, sed non fructus beneficij cle-
vna, de reb. eccles. non alienand. scripsi in materia vnio. infra, quamuis
Gomes. videatur huc tenere contra. q. ix.

Vnire potest Prin-
ceps beneficium vi-
uente possessore.

33 Decimò princeps de potestate absoluta ius tertij tollere potest: etiam
sine causa, etiam si agatur de graui praedudicio. glo. & doc. in l. si. C. si con-
tra ius. & doct. in l. quoties, de precib. Impera. offeren. Innoc. & alij in ca-
quae in ecclesiarum, de consti. refert Francisc. consil. clxxiiij. in causa, col.
ij. num. 9. † Sed ista potestas absoluta, est potestas quae verius diabolica di-

De absoluta po-
testate an prin-
ceps ius quaesi-
tum tollat.

34 Intellige

ci potest: procedit enim à potestate iniuriosa, & est contra legem diuinam de qua superius dixi de Naboth, estque contra legem naturalem, civilem & canonicam: ideo qui illa vtuntur inæffrenata dominatione, nec non consultores eorum, qui hæc suggerunt, & actus eorum diabolici sunt: quos nisi respuerint, possidebit infernus vbi erit fletus & stridor dentium. intelligite hæc, qui consulitis principibus placencia, & vobis in futurum plurimum horrenda præparatis.

Ius conditionale princeps tollit.

Vndecimò ius quæsitum purè Papa hîc tollere non intendit: secus 36 de iure conditionali, & in peditenti existente. l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. hoc expressim tradit Ludouic. Roma. confi. cclvj. approbo, in fin. quem sequitur Felin. in c. Super literis, col. vij. nume. 11. in v. reg. de rescrip. quia est ius quærendum non verè quæsitum, & potest quæri & non quæri, argu. l. cum ad præsens. ff. si certum petat. sic consuluit Paul. Paris. confi. v. vnio, nu. 96. in iij. volu.

Ius ad rem Papa tollere potest.

Duodecimò limitatur in iure ad rem, quod Papa tollere potest: c. fin. 37 de concessi. præbend. libr. vj. vt fortè si quis requisisset sibi conferri vi mandati aut nominationis, & illud acceptasset: secus si competeret ei ius ex collatione absentis facta. c. si tibi absentis, de præbend. libr. vj. vel ex electione vel præsentatione: quia licet ante acceptationem non sit ius in re quæsitum, vt suum dici debeat beneficium: vt d. c. si tibi, tamen Papa non intendit illud ius tollere. hoc docet Gomef. q. j. per decisionem Ro-

Ius in re vel ad rem quando quæritur.

tæ, quam allegat, sed eam non reperio. † Et ius dicitur quæri ad rem per 38 mandatum, nominationes, collationem nõdum acceptatam, optionem, præsentationem electionem: & in decem casibus conscriptis per Gomef. in d. j. q. huius regulæ, ius in re per collationem, vel aliam prouisionem acceptatam, d. c. si. de concessi. præbend. in vj.

Ac etiã ante motã litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

GLOSSA SEPTIMA.



VLTIMO hîc ampliat Papa, quòd etiam siue ipse concesserit literas ante litem motam, siue postea ab eo emanauerint, siue ab altero, de mandato tamen eius, quia postquam ipse non vult ius quæsitum tollere, ipse videlicet magister & dominus, multò minùs vult concedere, vt alius tollat suo mandato: non enim dat pleniorè potestatem, quàm habeat, & sibi retineat: c. Dudum, de præbend. in vj.

Regula quòd nõ sufficit repellere aduersariũ probando ius non habere.

Addere hîc operæpretiũ arbitror regulã hanc, videlicet quòd non sufficit repellere aduersariũ probando eũ non habere ius, sed oportet quoq; probare se ius habere in beneficio, quòd aliquis petit. c. olim, in fin. de rescrip

scrip. nam is qui hæreditatem vel partem hæreditatis petit. ius suum ex eo non meretur, quòd possessor occupauit, sed suo iure. l. j. §. j. ff. si pars hæredit. petat. tum quia beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione. c. j. de reg. iuris, in vj. tum quia missio in possessionem sine titulo in beneficialibus non fit: ne ad ea vitiosus detur ingressus. c. vno; de eo qui mittitur in possess. libr. vj. glo. in c. si. in verb. debeat, de iureiurand. in vj. Bertrand. consil. cxxxij. viso processu, nu. 25. in ij. vol. ex prima edicione.

3 Vnde dicit Inno. in c. Abbate, col. j. de verbo. significa. quòd si fuero in possessione beneficij, & dubitem in eo molestari ab aduersario, qui nullum ius habet: non tamen possum agere, vt declaretur ipsum nullum ius habere, etiam si hoc verum sit, si ego non habeam ius: quòd est notandum secundum Alexand. in l. si finita. §. eleganter, col. xv. ff. de damno infecto vt refert Feli. in d. c. olim, col. vj. nu. 10. de rescrip.

4 Imò in beneficiis aduersarij confessio non dat titulum alteri aduersario, etiam si is aduersarius confiteatur me ius habere, & se nullum habere, verum coadiuuat, per gl. singul. in c. duobus, in verb. Non appareat, de rescri. in vj. vbi addidi: & hoc docet Aufrer. in decis. Tolos. q. cccclxxij. quia titulus ab aduersario non datur, sed à superiore collatore. c. j. de regul. iuris in vj. no. c. dilecto, de præb. scripsi in tract. nomina. quæstione j. numero 13. & seq.

Confessio aduersarij in beneficiis non dat titulum.

5 Sic nec statur confessioni coniugis confidentis impedimentum. c. super eo, de eo qui cogno. consangu. vxor. suæ: tamen confessio beneficiati bene nocet confidenti, licet non det alteri ius. c. ex ore, de his que fiunt à maior. parte Capitul. c. j. & ij. de confess. Domi. in d. c. vno, de eo qui mittitur in possess. libr. vj.

6 Limitatur primò in possessorio: nã partis confessio sufficit ad obtinendum possessorium. teste Anto. Butr. in c. in literis, col. viij. nu. 24. ver. nunc quid ante coloratur, de resti. spolia. probat de Ripa. in lib. respon. ij. de rescrip. confi. xxxv. in hoc iudicio. tamen quia hoc possessorium habet mistam causam proprietatis glo. in verb. de liberis. l. ij. §. quædam. ff. de interd. ob id sine titulo non adiudicaretur possessio alicui per confessionem aduersarij, sed sequestraretur, donec aliquis produceret verum, vel coloratum titulum. docet Boër. in decis. Burdegal. q. lxxxix. moto.

Confessio partis sufficit ad obtinendum possessorium.

7 Secundò non procedit in hoc rescripto si neutri, Si enim neutri ius est acquisitum, tunc impetranti adiudicabitur beneficium, vt dicit Feli. in d. c. Olim, col. penult. & sufficit ad repellendum aduersarium probare eum ius non habere: nam si ius non hebeat, ego habebò per impetrationem.

Impetrante gratiam si neutri sufficit repellere aduersarium.

8 Quòd est verum, si illud rescriptum Si neutri, validum esset, secus si inutile, fortè quia subrepticium: tunc non auferetur possessio ei, qui est in possessione.

9 Ideo quando constat de non iure agentis, licet reus ius non obtineat, tamen absoluetur ab actoris impetratione, per l. si. C. de rei vend. vbi non curamus de iure possessoris, si non constet de mente petitoris: Actore absoluitur.

Actore non probante reus etiam in beneficialibus absoluitur.

enim non probante reus absolui debet. l. qui accusare. C. de eden. etiam in beneficialibus, quia melius est istum remanere in possessione, quam si alter vitiosè ingrederetur eandem, vt decidunt do. de Ro. decis. ccccix. nota an reus, in antiq.

Intelligendum est quando ageretur possessorio retinendæ, vt in hoc Regno regulariter, & ad hoc edita lex Regia, quæ est in rubr. *Des causes possesseurs beneficiales*, articul. ix. vbi alia scripsi. † Et quamuis in hoc inter dicto retinendæ quilibet sit actor & reus. l. in tribus. ff. de iudic. tamen is dicitur actor, qui literas in casu falsinæ impetrauit, & petit, vt ibidē scribitur: & sic is qui non impetrauit, erit absoluendus, quod est notandum.

Sed si ageretur possessorio adipiscendæ, vel restituendæ, non daretur possessio, nisi habenti titulum, ne vitiosus pateat ingressus, per c. vnum. de eo qui mittitur in possess. lib. vj. sed sequestraretur beneficium, donec veniret aliquis verum habens titulum.

Item renuncians liti non dat iur aduersario, licet non possit ampliùs agere. l. postquam liti. C. de pact. vide Bertran. confi. cxxxiij. col. penul. vol. ij. ex prima editione. Et per hoc intelligitur renunciare instantiæ, non autem iuri quod debet renunciari in manibus collatoris. c. Admonet, & per totum. de renuncia. Imol. in c. Veniens, ibidem. Iacob. in d. l. postquam liti. Alia breuitatis gratia præmittam. Et quia plurima scripsit Gomef. ad eum nunc te reiicio, gratias Deo immortalis perpetuas agens.

De Commenda.



SUPERIVS diximus varios modos, quibus in titulum Papa providere solet, nunc dicamus quomodo provideat per commendam.

Beneficium in commendam quando concedi censetur.

In commendam tunc concedi beneficium dicitur, quando in custodiam, seu custodiæ causa datur. c. nemo, de electio. in vj. & sicut is, qui rem habet custodiæ causa, non facit fructus suos, ita nec is qui in commendam habet, sed rationem de illis reddere debet. c. placuit. x. q. iij. nisi Papa dixerit, quod fructus possit in suos usus conuertere vt inferius dicitur: & hoc solet Papa dando in commendam exprimere.

Commenda non omnino depositi naturam sequitur.

Notandum est quod commenda non in totum depositi naturam sequitur: nempe commendatarius potest expensas facere ex redditibus beneficii commendati, sumere ex eo alimenta, & debita persolvere, sicut is qui titulum habet. c. j. de solutio. hoc asserit Archidia. in c. qui plures. xxj. quæstione prima.

Quot modis in commendam provideatur.

Sciendum est Papam variis modis per commendam providere: primo habenti vnum beneficium in titulum, si de alio provideat, in commendam solet dare, c. dudum, ij. de electio. quia non potest vnus vtrique ecclesiæ providere, tanquam titulata, sed vni tanquam commendata, alteri verò tanquam titulata præesse valet. c. si. xxj. q. prima.

Nam

5 Nam sicut quis duas non potest habere vxores, quia dicitur Genes. ij. *Et adharebit uxori*. Ita non potest quis habere titulum duorum beneficiorum: ideo Papa vnum dat in sponsam, & alterius curam concedit, id est commendat: nam commendare nihil aliud est quam deponere, vt curam rei habeat depositarius. l. commendare. ff. de verb. signific. l. Lucius, de pos. glo. in c. qui plures. xxj. q. j. & in d. c. nemo, de electio. lib. vj.

6 Sed si à Papa fiat, habetur loco tituli: vt inferius dicitur. & hanc commendam à Leone quarto inuentam asserit Ruze. in tracta. commendæ. q. j. eò quod sicut apud Deum non est acceptio personarum: nec apud illum est distinctio Græci, Iudæi, aut Gentilis: sed qui Dei facit voluntatem, hic acceptus est. Nec considerat Deus vestem, sed mentem, merita, non colorem: vt diuus etiam testatur Bernardus. & facit c. sicut, xxiiij. q. iij. & c. multi, & c. non loca. xl. dist. ita Papa passim commendat. & vtinam non tam facilis esset, & melius esset ecclesiæ: vt statim scribam.

A Leone summo Pontifice commendam inuentam esse.

7 Alquando Papa seculari de regulari provideat, vel econtrario: & illud regulare si regulari de beneficio seculari provideat in commendam, dari solet: vt plenè dicam inferius, in dispensatio. regula.

Papa seculari regulare vel econtrario in commendam concedit.

8 Idem si Papa velit minori xvij. annis provideat de beneficio curato, tunc illi in commendam concedit, & vsque ad decem & octo annos, & postea in titulum, vt inferius dicitur in dispensatio. ratione ætatis.

9 Et vt summatim dicam, vbi est in recipiente beneficium aliquis iuris defectus, Papa frequentius commendam concedet, quam in titulum: vt ex stylo curiæ Romanæ est cunctis obuium: ideo hanc materiam prosequamur frequentem & vtilem.

10 Vnde hæc commendarum nimia indulgentia est princeps, & exitium rorioris Reipub. Christianæ, maximè perque eis hodie abutitur penè omnes: nam mendicus quidam habens episcopatum sexaginta mille librarum deglutiet, velut charibdis permultos alios, & episcopatus, & abbatias: & ferè videmus omnes episcopos nostros insatiabiles in explebili libidine plurium beneficiorum, & tantis oneratos bonis, vt vix suis pedibus ambulare possint grauante podagra, quæ ex ingluvie ciborum eis

Insatiabilis episcoporum ambitio.

11 prouenit. c. legimus, cum præced. de consecr. distinct. v. † Et vtinam nunquam abuteremur his commendis, quæ sine causa factæ damnant, & concedentem, & accipientem. Vnde Clemens quintus omnes huiusmodi provisiones de Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & monasteriis reuocauit.

12 Et plurima incommoda, maximè quinque oriri ex hac Commendarum concessione ait. Imprimis Diuinus minuitur cultus: nam commendatarij Abbates vix aut nunquam sunt in seruitio Dei, sed alludendo ad suam concessionem comedunt in culina, quia ad comedendam habere censentur.

Mala quæ ex commendis proueniunt.

13 Et sicut bona pauperum deuorant: ita demones deuorabunt illos comeftores, nisi respiscant. text. in Extrauagant. secundo, de præbend. in comminibus ibi, ecclesiarum & monasteriorum cura negligitur: bona & iura dissipantur ipsarum, ac subiectis eis personis, &

z iij

populis spiritualiter plurimum, & temporaliter derogatur: eisque redun-
dant ad noxam, quæ dicentur cedere ad profectum: & Rufæus in præfa.
ad tract. commend. dicit fuisse extrauag. Innocen. vj. ex qua quinque, vt
verbis suis vtar, inconuenientia resultant.

Secundum inconueniens, animarum cura negligitur: nempe intenti 14
sunt ad venationem multi commendatarij, animas commendatas negli-
gendo: vide in tit. de clerico venatore, & in c. Esau. lxxxvj. distinct.

Tertium hospitalitas debita non seruatur, sed tota omittitur: nam 15
quotu quisque commendatarius in hoc regno hospitalem se exhibet: alio-
rum sit iudicium: quæ tamen est tam commendata: vt glo. & doc. scribunt
in c. de monachis, de præb. † Hodie quidam nostri commēdatarij tantum 16
absunt ab hac hospitalitate, vt quæ possunt à pauperibus eripiant: vnde
quia hospitalitas discessit, successit indictio fisci, decimarum, & aliorum
onerum præstatio: vt habetur in cap. Maiores. xvj. q. vij. hoc tollit fiscus,
quod non accipit Christus.

*Clausula in com-
mendis monaste-
riorum ponti so-
lita.* Quamuis in commendis Abbatiarum, & monasteriorum dici solet, 17
volumus autem quod propter huiusmodi commendam diuinus cultus, ac
solutus monachorum, & ministrorum numerus in dicto monasterio N.
nullatenus minuatur: sed illius ac dilectorum filiorum conuentus eiusdem
congruè supportentur onera consueta, & quod tu oneribus huiusmodi
debitè supportatis, nec non quarta, si Abbatia sit separata, & seorsum à
conuentuali: si verò communis mensa inibi existat, tertia parte omnium
fructuum, reddituum, & prouentuum monasterij N. huiusmodi in restau-
rationem illius fabricæ, seu ornamentorum emptionem, vel fulcimētum,
aut pauperum alimoniam, prout maior exegerit, & suaserit necessitas,
omnibus alijs deductis oneribus omnis singulis impartita de residuis, de
monasterij fructibus, redditibus, & prouentibus disponere, & ordinare li-
berè & licitè valeas, sicuti, &c. † Ex his constat Papam velle, vt cultus diui- 18
nus non diminuatur: & onera cōsueta soluantur: vt patet in literis Com-
mendæ: sed nil fit à multis, † Quarū quod ruinis ædificia patent: quia non 19
resident cōmendatarij in tot episcopatibus, & abbatias, quæ habent: imò
verius in nullo, sed curias multi persequuntur, in quibus diuus Petrus sta-
tim peccauit: & ipsi quid? † Quintò omnia iura tam spiritualia quàm tem- 20
poralia ex ministrorum defectu collabuntur, & ferè læduntur: quia ex-
tranei, qui istas abbatias, vel episcopatus possident, nil nisi lac, & lamas
quærunt, id est vtilitatem, vt dicit glo. in cle. dudum, de sepultur.

*Commendatarij
omnia ligna cō-
burit, aliq. bo-
na destrunt, et
uastant.* Sextum addendum est: nam omnia iura monasteriorum & eccle- 21
siæ destruuntur, deuantantur, & deglutiuntur ab istis commestoribus:
& hoc probat experientia, tam in lignis nemorum, quàm in omni-
bus alijs rebus monasteriorum, quas vendunt: nam currus, æquos,
boues vaccas, & in subsidium calices, & reliquias multos accepimus ven-
didisse pro annata: ecce commestores quid profunt ecclesijs, & lumi-
na ecclesiæ tollunt, claudendo fenestras, quia vitra nolunt adhibere: vnde
de hodie ecclesiæ regni ad cæcitatem inducuntur: & licet latroni mul-
tas

tas possideant, eas tamen non reædificant, sed in ædificationibus priua-
tarum domorum etiam suis impensis insunt.

22 Septimò bigamia contrahitur in ecclesia, quam semper odio habuit, *Bigamia ex plu-
& prohibuit diuus Ioannes Baptista: Non licet tibi habere uxorem fratris.* *raltate benefi-
ciorum contra-*

23 Et Deus. *Veh qui cumulatis agrum agro.* † Et cum Papa Paulus rogaretur, *litur.*
vt filio Regis episcopatum iam habenti alium episcopatum concederet,
vel abbatiam, dixit, Absit vt in ecclesia Dei ponam bigamiam: & cum
olim cuidam sancto episcopo Paris. oblata esset abbatia, respondit, absit,
vt cum sponsa habeam concubinam: sed hodie pauci viuentes ambien-
tes hoc facerent: totus enim mundus in maligno positus est: & non est
qui subleuet: & mirandum est, quod si quis haberet ex suis bonis legiti-
mam, & fortè ex omnibus patris bonis non haberet mille libras, & tamen
si ecclesia det ei legitimam viginti mille librarum, non erit is contentus,
imò si posset, cumlaret episcopatus non dicam regni Franciæ, sed totius
mundi. O ambitio, ò auaritia, ò homines perdit, *quoties voluit olim Deus*

illos congregare sub alas, & noluerunt? sed finamus eos, *Cæci enim sunt &*
24 *cæcorum duces.* † O cædè decoloratur vniuersalis ecclesiæ status, quia non *Status uniuersa-
lis ecclesia dea-*
est secularis Abbas, qui regulam seruet, vel disciplinam, nec qui præcipiat *struitur per com-
mendas.*
seruari: & quomodo seruarent, cum non sint regulares? vix quidem cle-
rici, saltem non diaconi, nec sacerdotes: & incongruum videtur, vt regu-
lares secularibus supponantur. c. ij. de capel. monacho. Ideo futurum est,
vt alia quamplurima nobis eueniant mala, si hæ Commendæ non cessent,
nisi quando causa vtilitatis vel necessitatis aderit: sicut dicam inferiùs
de alijs dispensationibus.

25 Notandum est tamen, quod quis petat sibi beneficium commenda- *Commendatarius
quando lucratur
fructus.*
ri, & eidem à Papa commendetur, ipse erit tanquam depositarius, & te-
nebitur reddere rationem fructuum beneficij, si quos perceperit, nec il-
los lucratur, per gl. & doc. in d. c. nemo, de electio. per c. placuit. x. q. iij.

26 Cautela ergo est, quod quis faciat apponere hanc clausulam, scilicet
quod liceat de fructibus disponere: & tunc impetrans lucrabitur fructus,
nec tenebitur de illis rationem reddere, quemadmodum si haberet in ti-
tulum, postquam Papa permittit ei, vt de fructibus disponat, sicut alius,
27 qui titulum habet. † Et si non habeas illam clausulam in bulla, fac vt re-
formetur, & transferatur cum ista clausula: & hodie cauti mensularij
solent apponere in signatura, & quod liceat de fructibus disponere, &c.
& postea in bulla extendetur.

28 Vnde in commēda solet Papa sicut in bulla prouisionis ferè procede- *Clausula in com-
mendis ponēda.*
re, de qua inferiùs scribemus: sed in hac dicitur, vt commodiùs onera su-
stentare valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes,
tale monasterium, vel beneficium autoritate Apostolica concedimus
& commendamus, ac prouidemus, per te quamdiu vixeris, &c. tenēdum
& possidendum, ita quod durante commenda huiusmodi de fructibus,
reditibus, & prouentibus ipsius N. disponere & ordinare valeas, sicut ve-
ri priores ipsius prioratus, qui fuerunt pro tempore, ordinare & dispone-
re potue-

re potuerunt, & etiam debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium ipsius prioratus N. tibi penitus interdicta, decernentes &c.

Impetratio beneficii durante commenda ordinarij an valeat.

Et si commenda sit facta ab ordinario, qua durante quis impetret illud beneficium à Papa, non facta mentione illius commendæ, non valebit impetratio tanquam subreptitia: vt docent Archidia. Domi. & Philippus Perusi. in d.c. nemo, de electio. lib. vj. quia de colorata possessione commendatarij non est facta mentio vt oportebat, per c. cum nostris, de concessio. præb. & quia Papa non videtur voluisse derogare iuri alicuius. cap. super eo, de offic. dele. c. quamuis, de rescrip. lib. vj. sic consuluit Bertrand. consi. ccxxxv. etiam si commenda, col. j. in iij. vol. ex antiq. editio. † Et quia id temporis quo Papa contulit non vacabat, & beneficium non vacans non solet conferri. c. j. & per totum de concess. præb. Cal. consi. vj. de præb.

Durante commenda semestri poterit ad vitam extensio fieri.

Commendauit ordinarius beneficiū ad sex menses, iuxta c. nemo deinceps, de electio. in vj. an ipse commendatarius interim à Papa possit impetrare extensionem istius commendæ ad vitam? respon. posse, vt tradunt doct. in c. si constiterit, de accusa. dummodo hanc exprimat commendam temporariam, alias subreptitia erit impetratio.

Vel potest peti concessio noua & liceat ad vitam illud beneficium habere: & hoc est tutius, quia dubitatur an valeat commenda per ordinarium: & quia finito tēpore non valebit, ideo non potest extēdi, quod non valet. l. decē. ff. de ver. obli. ideo petatur à Papa, vt ad vitam retinere liceat.

Minori non datur alia dispensatio quando beneficium eidem commendatur secus si illegitimo.

Minori quando datur à Papa beneficium in commendam quoad vixerit tenendum, non datur alia dispensatio: quia nihil aliud obstat, nisi ætas: ergo commendando illi satis dispensat super ætate, secus si commendatur bastardo, vt inferius dicitur in dispensationibus.

Minori xvij. annorum parrochialis ecclesia in titulum non datur.

De stylo non datur parrochialis ecclesia minori xvij. annorum in titulum, sed in commendam vsque ad decimum octauum, & deinde in titulum: vt docet Staphile. in tracta. de literis gratiæ, rub. de qualita. & statu beneficiorum, versi. hinc est quod de stylo.

Duo non debent commendari beneficia regulari.

Vbi plus dicit parrochialis ecclesia non commendari, nisi Episcopus episcopis vel prælatis, aut valde qualificatis: sed hodie pecus Melibœi vix reicitur: & sperandum est in nostro summo pontifice Iulio iij. qui non tam facile se in his concedendis exhibebit, sicut prædecessores sui.

Cedere & commenda cedere differunt.

Aliquando tamen cōmendatur regularibus personis, sed vna tantum, non duæ, similiter nec locus, aut canonicalis portio, hæc ille. quod vtinā verum esset, sed statuit Alex. vj. in tit. de signa. gratiæ, beneficia ecclesiæ cathedralis secularis non dari regulari in commendam, nec dignitates regularis ecclesiæ seculari, ibid. † Quando Papa dat alicui facultatē resignandi simpliciter, vel ex causa permutationis corā ordinario, non solet dari facultas cedēdi cōmendæ, adeò quod is qui facultatē habet resignādi, non habet facultatē cedēdi cōmendæ, quia aliud est: ideo hoc solet in concessione exprimi: nec solet à cancellaria cōcedi, sed à camera. sed in hoc regno non fit ista differētia, quia cōmendam pro vero tit. habemus.

In

38 In commendis monasteriorum non solent poni illa verba: præmissorumque meritorum suorum intuitu specialem gratiam facere volen. sed dicitur de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes, ipsum à quibusuis &c. si tamen apponeretur, non vitiarentur literæ: sed quod dixi, de stylo est.

In commendis monasteriorum clausula.

39 Et in his monasteriorum commendis pro absente præstatio iuramenti in fine ponitur: volumus autem vt onera antedicta, quodque antequam regimini, &c. vt supra dictam fuit.

40 Secus in commendis dignitatum maiorum principalium, & conuentualium: quia ponitur ibi, inducentes eundem N. recepto prius ab eo iuramento, &c. † Nota quod beneficia Sancti Spiritus in Sicilia, nec sancti Ioannis Hierosolymitani, minus sancti Antonij, cum beneficiis beatæ Mariæ Theutonicorum non dantur in commendam: vt statuit Alex. vj. in tit. de sig. grat. quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum.

Beneficia quæ non commendantur.

42 Quando obtinenti parrochialem in titulum, & petenti aliam parrochialem in commendam, Papa in supplicatione dicit, fiat vt petitur in titulum: tunc non intelligitur secum dispensatum, vt duas simul teneat, sed vltimam habebit, & dimittet primam: & in bulla dicitur, volumus quod primam dimittat, &c. † Et super hoc vidi maximam controuersiam, quia is qui ignorat Papam non dare regulariter duas in titulum, non intelliget Papæ voluntatem. vide doct. in c. de multa, de præb.

Papa si dicat habenti parrochialem & alteram petenti, fiat ut petitur in titulum, an uideatur dispensasse.

44 Si regulari commendetur beneficium seculare vel contra, clausula ad partem esse debet ista, & in commendam, & ad vitam propter regulam cancellariæ xxxj. alioqui non proderit, quod est norandum.

Clausula ponenda in signatura regularis.

45 Tamen si regulare commendetur mendicanti regulari, non erit opus ad partem apponere clausulam prædictam de stylo curiæ Romanæ: & officium claustrale non datur in commendam: vt statuit Alex. vj. in tit. de signa. gratiæ. † Idem in seculari petente dispensationem ad regularia cum dicta clausula vt debeat esse ad partem, & sic in dispositione: nec sufficeret, quod esset in partis petitione: nam pars multa petit, quæ Papa non concedit, postquam non expressit in clausulis, & in dispositione vt in

Officium claustrale non datur in commendam.

47 tract. de signatura dictū fuit. † Item si dispensetur cum regulari ad beneficium seculare cum cura, vel sine cura: nisi ad partem sit repetitum illud verbū, sine cura, non venit: sed dabitur tantum cum cura seculare, secus in monacho dispensato ad regularia alterius monasterij, quia siue sine cura sint, siue cum cura, ei debentur: nam ex persona sua est illorum capax, & dispensatio non extenditur: vt inferius in trac. de dispen. annotabo.


Quando regularis consecratur dispensatus ad curatum & ad nō curatum.

48 Si dispensetur cum eo, qui tenet beneficium in titulum, vt illud de cætero teneat in commendam: hoc expeditur per cancellariam sine aliqua resignatione, de stylo curiæ.

Is qui habet in titulum potest habere in commendam sine resignatione, secus e contrario.

49 Idem si tenens beneficium in commendam, cui aliud est ad vitam vnitum, velit in titulum vtrunque retinere absque noua cessione & prouisione per cameram expeditur, sed non per cancellariam: & ista sunt nota Pragmaticis curiæ Roma. à quibus dependent.

Sed



Sed si tenens in commendam velit habere in titulum, hoc non expe- 50
dierit sine cessione & prouisione.

*per mortem com-
mendatarij uacat
commendanda.*

Item doct. dicunt, quod sublata & finita commenda remanet vaca- 51
tio antiqua: quod non est verum in Francia, imò per mortem commen-
datarij impetratur beneficium vacans per eius mortem, sicut si tenuis-
set illud in titulum: & ita seruetur, quicquid dicant docto. vltromon-
ta. Imò commendatarius poterit cedere huic commendæ coram ordi-
nario, qui alteri conferet in titulum: cum iste differentia in regno non
recipiantur.

Item impetrans beneficium debet facere mentionem de commenda: 52
vt docet Calder. consi. vj. & xxx. de præbend. Ruze. in tractat. commend.
quæst. vij.

*Beneficium com-
mendatarij potest
cum alio in titu-
lum permutari.*

Et quamuis secundum Ioan. Francisc. in tract. de offi. & potestat. cap. 53
sede vacante, in q. iij. partis ij. col. ij. commenda nõ possit permutari cum
titulo, tamen in Francia seruamus contrarium: quia reputamus commen-
dam verum titulum, & sic permutari potest: & idem tenet Fede. in tract.
de permuta. benefi. q. xv. quem sequitur Ruze. in suo tract. commend. q.
vj. vnde sepius vidi beneficium commendatum permutari cum alio in ti-
tulum, etiam coram ordinario.

*Parrochialis ec-
clesia quado ul-
tra sex menses
possit commenda-
ri.*

Ordinarius non potest commendare ecclesiam parrochiam vltra 54
sex menses. cap. nemo, de electio. in vj. tamen capitulum sede vacante
poterit vltra, si intra ses menses non fuerit prouisum à prælato illi eccle-
siæ, ne detrimentum patiat: vt docet Ioan. Francisc. in iij. q. ij. partis dic.
tract. quia necessitas facit licitum, quod aliàs non erat licitum. c. si quis
propter, de furt. l. ij. §. j. ff. ad legem Rhodiam, de iactu. † Quod verum 55
existimarem, quando non esset aliquis prælatus, qui posset prouidere: tunc
capitulum sede vacante potestatem habet, sed si prælatus adesset, expira-
ta est capituli potestas illo adueniente: quia amplius non vacat sedes: er-
go non posset capitulum postea prouidere: vt patet in c. j. ne sede vacan-
te, & superius dictum fuit in tract. deuolutio.

Item qui non potest conferre, commendare poterit, vt pote si collatio 56
ad Papam sit deuoluta, c. ij. de concessio. præbend.

Idem in capitulo sede vacante, vt supra dixi, & in materia deuolutio- 57
nis infra, Archidia. & alij. in c. j. de institu. lib. vj.

*Commenda sex
mensium an pos-
sit reuocari ante
tempus finitum.*

Qui autem beneficium in commendam concedit ad tempus, non po- 58
test ante tempus ipse reuocare, cum non dicatur vacare, & titulus com-
mendæ sit canonicus. c. dudum ij. de electio. libr. vj. tamen si capitulum
fecerit commendam, statim episcopus poterit reuocare illam, & confer-
re, & idem quando est facta donec superior prouiderit: vt docet Ioan.
Francisc. vbi supra. q. iij. partis ij. col. iij. quia hæc commenda à capitulo fit
sede vacante instante necessitate, quia non est qui conferat: ideo adue-
niente prælato cessat necessitas, & sic commenda, per c. cum cessante, de
appellation.

*Post commenda-
riam*

Quamuis post commendam Papæ finitam dicant doc. ordinarium 59
non

non posse prouidere, hodie in Francia potest, sicut quado vacat ex vaca-
tione alia, nec inspicitur reseruatio vel affectio quã dicunt Vltra monta-
ni esse, quado beneficium per Papam commendatum est: vt dictum fuit in
tract. de refer. supra. quia istæ reseruaciones sunt in Gallia sublata: vt pa-
60 ret in cõcor. in ti. de referua. † Commendatarius potest præsentare, sicut
alius qui titulum, habet, quia fructus recipit. Arch. in c. nemo, de elect. li. vj.
& præsentatio est in fructus, consultoribus, de iurep. gl. in c. cum olim, de
61 maio. † Potest etiam eligere & conferre beneficia: quia eligere & confer-
re est etiam fructus beneficij: vt docet Io. Fran. in tract. de of. & potest. c.
sede vac. in iij. parte ij. partis, col. iij. per gl. in d. c. cum olim. Locare po-
62 test fructus & possessiones sicut habens titulum, c. vltra, de loc. c. fi. de
pre. vic. suas. quia liberam habet administrationem, c. relatio, & c. qui plu-
res. xxj. q. j. cum nobis olim, de elec. Cal. con. iij. ri. de loc. & viij. Lud. con.
63 cccl. Old. con. cxxx. vtrum extrauagans. † Item sicut illegitimo & incapa-
ci non potest conferri beneficium, ita nec commendari: & si fuerit dispõ-
64 ra commendari, c. j. de fil. presb. in vj. † Non possunt duæ commenda fieri
vni, sicut nec duo conferri beneficia, licet vnum in titulum conferri à
Papa possit, aliud in commendam, c. dudum, in ij. de elect. c. qui plures,
xxj. q. j. Io. Fran. in tract. de offi. & potest. q. iij. partis ij. col. iij.

65 Commanda finitis sex mensibus nõ potest. ab episco. ad alios sex mē-
ses renouari, ne fiat fraus, ca. omiffa, de elect. libr. vj. c. quanto, de diuor.
Io. Frã vbi supra, fallit in capitulo sede vacante, quod potest si non fue-
rit adhuc episcopus, qui aliquem præficiat: vt dixi in materia deuolut.

66 alia de hac materia tractaui in tract. de pac. poss. in v. amplia. nu. 35. cum
seq. † & videre quisque poterit per Ruzem in tract. commend. q. iij. con-
tra commendatarios frigidus, qui tantam lignorum congeriem in suis
beneficijs vt in alio seculo calefieri possent, sibi struxerunt, vt potius com-
buri quàm calefieri quisque eos vellet existimet. Et maxime qui lignis
omnia loca eis commissa denudarunt, quò videlicet omnia forent ocu-
lis eorum aperta: & hi tamen pauperes in eorum paupertate mortui sunt,

67 vel morientur. † Nec approbo distinctionem Lud. Ro. con. cccl. in casu,
licet eã doc. sequantur, in c. si constituerit, de ac. vbi dicunt Papã posse re-
uocare commendam in ecclesiæ vtilitatem factam, secus si personæ per-
tex. in c. constitutum, vij. q. j. & c. obitum, & seq. lxxj. dist. quæ iura non lo-
quuntur in commendatario sed in visitatore, qui ecclesiæ solet dari, do-
68 nec illi prouisum fuerit, c. pe. & seq. de sup. negl. præl. li. vj. † Secus in com-
mendatario, qui à Papa solet constitui ad vitam, ergo vita durante sine
noua causa non debet destitui, c. satis peruersum, lxxj. distinct.

69 Præterea magis est fauendum ecclesiæ, quàm personæ. vt notorium
est. quia summa ratio est, quæ facit pro ecclesia, l. sunt personæ, in fin.
ff. de religiof. & sumpt. funer. Et doctores fatentur commendam non
posse reuocari, si in vtilitatem personæ facta sit, per l. cum multa, C.
70 de bonis quæ liberis. † multò minus si facta sit pro ecclesiæ vtilitate,

*per finitam or-
dinarius prouide-
re potest.*

*Commendatari-
us fructus re-
cipit, eliget, con-
feret, locat, &
alia facit sicut
habens titulum.*

*Commendari be-
neficium illegi-
timo nõ potest.*

*Duæ commenda-
ri fieri non
possunt.*

*Post sex men-
ses non potest
commendam re-
nouari.*

*Commendatari-
us ignoris de-
noraciones.*

*Commendatari-
us ad vitam an
possit destitui.*

nisi cessaret vtilitas illa: nam cessante causa cessaret effectus, per c. cum cessante, de appella. aliàs Papa tolleret ecclesie vtilitatē, & sic non esset prudens, nec fidelis administrator, quem constituit dominus super familiam. vt est in euangelio, & quis deciperetur beneficio Papæ, contra l. j. C. de his qui veniam æta. impetrat. † vnde tenendum est commendam ad vitam alicuius factam, siue sit ad ecclesie siue ad persone vtilitatem, non posse sine causa reuocari, sicut nec collatio facta in titulum: quia ista sunt paria, vt supra dictum fuit: quamuis Ruze. multa adducat in suo tractat. q. v. Alia multa de commenda hinc traderem, sed ista sunt præcipua: quæ in vsu forensi quotidie agitantur alia non frequenter, ob id ea misa facio: quia multa traddidi in tract. de pacifi. posses. in v. empla. quæ hinc tibi commendo.

De vnionibus beneficiorum.

Vnio quid sit.



SAEPIVS vniones perperam esse factas inueni, & in his ritè faciendis opus est ferè Delio natatore: nam multa ex vsu & praxi habemus, quæ interpretibus fuerunt incognita: ideo materiam istam paucis pertractare intendo, à diffinitione seu descriptione incipiens. Vnio est beneficiorum seu ecclesiarum ab episcopo, vel ab alio superiore facta annexio. & quando fit vnio, ecclesia proprietatem concedi solet: vt in c. cura, de iure patro. vbi scripsi: vnde superius dixi beneficia concedi à Papa in titulum, commendam vel in proprietatem.

Plura beneficia vni possunt vni.

Primò dico in descriptione beneficiorum, quia non fit vnio nisi sint plura beneficia, sicut nec optio. l. j. & per totum. ff. de optio. lega. ideo in plurali dico beneficiorum: quia pluralis numerus duo ad minus requirit. l. vbi numerus. ff. de testib. regula pluralis. de regul. iur. in vj. itaque siue duo annectantur simul. siue duo vel plura vni, hinc comprehenduntur: vt in c. exposuisti, de præb. vbi plures capellæ vniuntur vni ecclesie.

Episcopatus & alia beneficia annecti possunt.

Etiam dico beneficiorum seu ecclesiarum: quia beneficium est terminus generalis omnia comprehendens beneficia, maiora vel minora, regularia & secularia, dignitates & personatus, ac officia. c. j. de reg. iur. in vj. c. extirpandæ. §. qui verò, de præb. supra dictum fuit in princ. huius libri.

Verùm quia nomine beneficij non venit regulariter culmen dignitatis id est episcopatus. c. pe. de præb. gl. in c. ij. illo ti. in vj. & tamen duo episcopatus vni possunt. c. decimas, & seq. xvj. q. j. ideo ad tollendum dubium dixi ecclesiarum, quæ dictio comprehendit etiam quamlibet ecclesiam. c. si. ne præla. vices suas, sic fuerunt vniti in Delphinatu duo episcopatus Dien. & Valentinen. & Feltien. & Belnen. in c. exposita. de ar.

Qua beneficia vni possunt.

Et sic sublata est difficultas, quæ beneficia vni possunt: nam omnia regulariter, & episcopatus, & archiepiscopatus, si ratio subsit, vt inferius dicitur.

Ad

6 Ad tempus dico, seu in perpetuum: quia vnio & ad tempus & in perpetuum fieri potest. c. j. ne sede vacan. Petr. Paris. consi. v. vnio, in iij. volu.

7 Et sic duplex est vnio, perpetua & temporalis: perpetua est, quado ex primitur, vt perpetuò duret. c. exposuisti. ibi, de cappellis in perpetuum annectendis, de præb. vel quando dicitur ad perpetuam memoriam aut quado fit ad beneplacitum sedis. c. si gratiosæ. de rescrip. lib. vj. vel si fiat contemplatione ecclesie. c. j. ne sede vacan. quæ non morietur. c. si gratiosæ. de rescrip. lib. vj.

8 Et sic videmus quomodo cognoscatur vnio, an sit perpetua, vel ad tempus, maximè solet dici in vnione, in perpetuū vniimus, &c. & ideo ipsa vnio est videnda antequam iudicetur de ea. l. vt respōsum. C. de tractatio.

9 Temporalis quando ad tempus fit, vt pote ad vitam eius, cui conceditur, & sic fit contemplatione persone. d. c. j. ne sede vacan. & per eius mortem expirat. c. quoniam Abbas, de off. deleg. & hodie istæ non recipiuntur in Francia: vt inferius dicitur: & hoc docet glo. in cap. fin. de refer. in prag. quia sapiunt reservationes: nam reseruat beneficium illi, in fauorem cuius fit vnio ad vitam: & dicit glo. ibi, pro hoc fuisse prolatum Arrestum pro curia. S. Ioan. in Grauia Parisi.

10 Et in dubio præsumitur facta contemplatione ecclesie: quia ecclesie magis fauendū est, quam persone. d. c. j. & c. requisisti, de testi. vbi legatū præsumitur contemplatione ecclesie potius factum, quam persone, si contrarium non appareat. Oldra. consi. cclvj. factum tale. col. ij.

11 Aduertendum est, quòd vnio tribus modis potissimè fit. primo vt ex duobus beneficiis vnum fiat: vt d. c. decimas, in fi. xvj. q. j. ibi, sicut enim Papa duos episcopatus in vnum potest reducere glo. in d. ca. j. vt pote si sint duæ parochiales proximæ vicinæ destructæ per bellum, vni poterrūt, vt vna fiat ex duabus: & priuilegia data vni cōpetēt & alteri, & quado sunt plura, honestiora & fauorabiliora seruabūtur: vt dicit ibi glo.

12 Secundò fit vnio, vt ecclesia vna alteri subiiciatur: & tunc illa ecclesia, cui fit vnio, erit superior & principalis vnita verò erit inferior & accessoria, habebit tamē ecclesie priuilegia, cui vnitur. c. recoleres, in fi. de statu monach. & postea si quis velit impetrare hæc duo beneficia, oportet quòd exprimat principale, aliàs si accessoriū non valeret impetratio: quia illud nō vacat, cū sit alteri vnitū. † Nec in vim illius clausulæ, quòd maior expressio fieri possit, hoc corrigi poterit, ideo noua impetratione opus erit: sic vidi in praxi & de stylo curiæ Romanæ, per ea quæ not. in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & in regula Accessorium, illo tit. lib. vj.

14 Nec est opus in impetratione principalis ecclesie exprimere vnitum accessoriæ, secus si æquè principaliter. glo. & doc. in c. gratia, de rescri. in primere teneatur. vj. doc. in c. super eo, de præb. eodem lib. & Ancha. in dict. regula accessorium, de reg. iur. ibidē. de Rota dec. xlvj. not. quòd vbi de rescri. in anti.

15 Tertiò fit vnio duarum ecclesiarum, vt vtraque remaneat episcopatus vel parochialis, sicut erat: & tunc dicitur æquè principalis vtraque ecclesia, sed vnus erit episcopus vel rector vtriusque ecclesie: & tunc quæ

A ij

libet sua habeat privilegia, & statuta. gl. & doc. in cap. & temporis. xvj. q. j. Bart. & alij in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. † Et tunc 16 nominatio à digniori fieri debet. l. quæritur. ff. de stat. homi. cap. ex literis, de iurepatr. & eo casu Episcopus in vno degens episcopatu, poterit expedire negotia etiam alterius: vt no. Inno. in c. nouit, de offi. lega. Rebus. in l. vnam. C. de Metropol. Berito. libr. xj.

Parochialis ecclesia capella vniri non potest sed canonicatus ecclesie cathedrales sic.

Et sic non potest vniri dignius minus digno. vnde parochialis ecclesia non debet vniri cappellaniæ: sed è contrario sic: c. exposuisti, de præb. c. super eo, illo tit. lib. vj. facit iustissimè. ff. de ædilit. edict. ibi, Ridiculis namque esset fundum inuicæ accedere, & hominè ei rei quæ minoris esset. de autoritate tamen Papæ si fieret, valida esset, per. §. si tamen, de rerum diuision. in Instit. & cap. ij. de præb. in vj.

Ecclesia tamen parochialis potest vniri canonicatus ecclesie cathedralis, quia ille canonicatus dicitur dignior. ca. extirpandæ. §. qui verò. de præb. nam canonici illius ecclesie dicuntur pars ecclesie. c. requisisti, de testa. & hi cum episcopo tractant negotia totius episcopatus. c. j. & c. nouit, & per totum, de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap.

Principaliter vel accessorie vnio quomodo cognoscatur.

Sed quomodo cognoscatur an accessorie, an æquè principaliter fit vnita? Respon. è quòd minus dignum est digniori annexum, illud dicitur accessorium. c. quod in dubiis, de consecr. ecclesie. vel quando hoc factum est, vt accessoria ecclesia illa sit. §. si tamen, de rer. diuision. in inst.

Si verò non appareat quòd vnum sit altero dignius, tunc dicitur vtrūque beneficium æquè principale, teste Panor. & alijs in c. extirpandæ. §. qui verò, de præb. nisi ex consuetudine aliud seruarietur: quia optima interpretis est consuetudo, l. si de interpretatione ff. de legib.

Et tunc vbi commodius erit, habitare debet habens vtrunque. c. & temporis. xvj. q. j. c. dilectus. ij. vbi Fel. de rescrip. alioqui in maiori. glo. & doct. in c. non potest, de præb. lib. vj.

Quis vnire beneficia possit.

Prætereà in definitione dicitur ab episcopo, quia sicut vnire episcopatus atque subijcere potestati alienæ ad summum Pontificem pertinere dignoscitur: ita Episcopi est ecclesiarum suæ diocesis vnio, & subiectio earundem: c. sicut vnire, de excess. præl. c. quod translationem, de offi. leg. vnde patet à quo possit vnio fieri, videlicet ab episcopo, dummodo beneficia non sint exempta, quia tunc ad Papam vnio pertinet: c. fin. vbi no. de confir. vtil.

Item ab alio superiore, ideo in definitione dicitur: nã Papa potest vnire tam episcopatus, quàm alia omnia beneficia, tam maiora, quàm minora. c. decimas, in fi. & c. & temporis qualitas, & seq. xvj. q. j. quia ipse habet plenariam potestatem in beneficialibus. c. ij. de præb. in vj. & cle. j. vt lit. pè.

Legatus vnire potest.

Item Legatus de latere vnire potest, quia omnia pòt, quæ episcopus in sua diocesi. Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, vers. lxxxix. ibi, legatus igitur: & quia est maior episcopo in prouincia sibi decreta. c. j. de offi. lega. lib. vj. do. de Rota decis. j. secundum maiorem. & dec. ij. Legatus de latere de off. lex. in nouis, & deci. iij. nota quòd secundum maiorem. eo. ti. in ant.

Guido

Guido Pape i cõf. cxxxiiij. circa processum, in ij. q. doc. in c. fi. de cõfir. vtil. & Brunel. in tract. de dignitate leg. cõclusio. xij. & debet seruari illa solennia, quæ episcopi saltè in hoc regno: alioqui nõ recipietur vnio legati. 25 Fallit in episcopatibus, quos non pòt venire legatus c. nisi, & c. quod translationem, de offi. lega. nec alius extra Papam, in d. c. sicut vnire.

26 Non potest etiam vnire in præiudicium episcopi, videlicet in totum eximendo à iurisdictione & subiectione episcopi: sed licet collationem auferat ab episcopo vniedo, tamen vnio valebit, dummodo non auferat subiectionem, obedientiam: correctionem, vel alias à iurisdictione episcopi non eximat, c. fi. de confir. vtil. vbi Decius dicit hanc esse magis communem opinionem: & secundum istam collegium Papiense consuluisse. sic tenent Dom. de Rota, decis. iij. nota secundum maiorem de off. leg. in anti. † Alia tamen opinio, quòd sine cõsensu episcopi vnionem facere non possit, & cum illius præiudicio dicitur magis æqua, cui potius assentirem, si esset præiudicium maius collatione, vt supra.

In præiudicium episcopi legatus vnire nõ potest.

28 Item hoc non potest vnire legatus, quando ecclesia esset sub iure patronatus laici, gl. & doct. in c. nobis, & c. cum dilectus, de iure patrona. sine consensu patroni. si ne consensu patroni: sicut dixi si legatus vellet vnire beneficiu in regno fitu abbatia, vel episcopatu existenti in alio regno, vel principatu, quod facere non posset sine Regis consensu: & vidi appellari rãquam ab abusu ab illis vnionibus sic factis, etiam post longissimum tempus centum annorum, à procuratore Regio, qui ista Regni cõmenda prosequitur: & quia hæ vniones semper & quotidie grauãt ideo semper appellatur. Bald. in l. ij. col. ij. C. de episcop. audien. facit. l. j. §. si. ff. de vsufu. accresc. ibi, vsusfructus quotidie constituitur, & legatur & c.

Beneficium sub patronatu laici legatus nõ vnire potest sine consensu patroni.

Vniri beneficia regni an extra regnum possint.

29 Archiepiscopus etiam in sua diocesi potest vnire, cum in ea tantam potestatem habeat, sicut episcopus in sua, teste Speculat. in d. titu. de legat. §. nunc ostendendum. vers. legatus igitur, quem refert & seq. Ioan. Caccialup. in suo trac. de vnio, artic. iij. q. iij. & iura episcopalia exercet in suo archiepiscopatu. & ad illu appellatur iure episcopi, & Metropolitico: c. Romana, de app. in vj. c. referente, de præb. secundum nouum intellectum, quem dedi ibid.

Archiepiscopus ubi vnire possit.

30 Sed beneficia pertinentia ad collationem sui suffraganei vnire non potest. tex. in c. sicut vnire, in fi. de excess. præl. quia in casibus à iure expressis habet iurisdictionem in suffraganeos, sed non liberam: ideo in alijs casibus ei non licet auferre episcoporum autoritatem, c. j. de for. cõp. in. vj.

31 Itè beneficiu expressè referuatu vniri in præiudicium expectantis non potest: sed si fuerit facta vnio valebit, sed nõ habebit effectum, nisi post mortem expectantis: vel postquam possessor suo beneficio priuatus fuerit, de Rot. dec. v. nota quòd beneficiu ad quod generaliter. & dec. vj. dic quòd vnio. de rebus eccl. non alie. in antiq. & decis. iij. nota quòd beneficiu vnium. de rei. permut. in antiq. sed generalis referuatio vel mandata, seu nominationes nõ impediunt vnionem, per gl. in cle. fi. de rescri. quia beneficium per vnionem dicitur suppressum ob id non dicitur amplius. c.

In præiudicium mandatarij vel expectantis an beneficium vniri possit.

Abbatēs & in-
feriores episco-
po vnire nō pos-
sunt.

cūm accessissent, de constitu. nisi in fraudem vellent illud vnire iuxta mortem vnus: vt in c. si. de renun. lib. vj. vel post vocationem. vide Parisi. consil. cxliij. cūm reseruatione, in iij. volu. † Item in definitione etiam dicitur ab episcopo. ad exclusionem inferioris à quo vnio fieri non potest: vnde priores vel abbates non possunt vnire. d. c. sicut vnire, & glo. in d. cle. fin. de rebus ecclē. non alienan. Perusi. in c. cūm singula, col. j. de præb. in vj. & text. iuncta glo. in verb. ordinarios, cle. ne in agro. §. adhæc, de statu monach. vbi dicit glos. non procedere quando hoc præscripserunt. † Iura enim episcopalia inferiores præscribere non prohibentur. cap. auditis, de præscriptio. sed titulus requiritur, vel tempus immemoriale: vt probat Pet. Perus. in d. tract. de vnio. ecclē. c. quarto vers. sed circa hoc Roma. consil. cclxxv. quoad primum. Alex. consil. lxx. in causa, col. j. vol. iij. & consil. cj. circa, col. j. vol. vj.

Vna ecclē. a-
liā per quadra-
ginta annos præ-
scribit tanquam
vniū.

Sed vna ecclē. potest præscribere alteram tanquam vnitam, si eam ita tenuerit etiam per quadraginta annos, cle. vna, de excessib. prælat. c. cūm de beneficio, de præb. lib. vj. quia tunc ecclē. præscribitur quoad proprietatem, & nō quoad titulum. quod potest fieri. c. auditis, de præscr. & c. cura. vbi scripsi de iurepāt. Ioā. And. in regula, qui contra iura de re. iur. in vj. Cacial. in trac. vnio. art. iij. in fi. Oldr. conf. ccxcvj. Fel. in c. causam, col. ij. de præscr. & c. cūm contingat, col. iij. de foro competent. & ita fuit Burdeg. iudicatum, teste Boer. q. ccclv. an vnio. do. de Rota. de. r. ix. de reb. ecclē. non alien. in antiq.

Et tunc sufficit probare illud tempus legitimum præscriptionis etiam si non probetur causa vnionis. do. de Rota dec. x. nota quod vbi allegatur. de reb. ecclē. non alien. in antiq. quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solemniter acta. l. quæcunque. ff. de publicia. l. sciendum, de verb. oblig. non potest tamen præscribere quis vnionem per xl. annos, si alligauerit simpliciter vnionē, & probauerit diuturnā possessionē: quia hoc casu requiritur tempus immemoriale, per c. primū, de præsc. lib. vj. scilicet si quis allegauerit vnionem esse factam, & se possessisse per xl. annos: hoc enim casu sufficit probare titulum vnionis etiam per publicam famam, vel per notorium: ideo sufficit testes deponere ecclē. esse possessam tanquam vnitam: & hoc probat Bart. & Io. Fran. in l. Celsus, ff. de præscr. hoc abundē tradit Fel. in consil. ij. excellens doctor. vbi alia videri poterunt. & sic conciliantur sententię contrarię: quod centum anni requirantur ad præscriptionem vnionis quando non est nisi sola possessio: sed si cum possessione concurrat titulus vel fama tituli, tunc quadraginta sufficiunt anni. vide Parisi. xxxvj. quod prætensa, in iij. vol.

Capitulum auto-
ritatem vnioni
præstare potest.

Poterit etiam capitulum sede vacante, autoritatem vnioni præstare, dummodo per eam iuri episcopali nihil detrahatur, aliās secus: quia ea quæ sunt iurisdictionis ad capitulum sede vacante transeunt. c. vno, de maior. & obe. lib. vj. Io. Franc. de Paninis, in tract. de off. & potest. c. sede vacante, in ij. parte q. iij. col. pe. nam qui ecclē. suæ ius detrahit, iniustitiam facit. c. j. v. dist. xxij. & superius in materia deuolutionis scripsi.

Idem

- 37 Idem in vicario episcopi, si hoc illi commissum fuerit ab episcopo, vt vnire possit, teste Perus. in prædic. tract. c. iij. in fi. & superius dixi in materia vicariorum. ex his apparet à quibus vnio fieri possit. Vicarius episcopi vnire an possit.
- 38 Sed videndum est, ex quibus causis vnio fiat? respon. duabus, videlicet si euidēs sit necessitas vel vtilitas, c. exposuisti, de præb. Gui. Pa. cōf. cxxx iij. circa q. j. & facta sine causa nō valet, quia est contra ius volens quod quælibet ecclē. suū rectorē habere debeat. c. cūm nō ignores. de præb. Quibus ex causis vnio fiat.
- 39 Necessitas est, vt si duæ ecclē. sint pauperes, quæ ad victū duorum non sufficiunt, ca. vnio, x. q. iij. c. postquā, xvj. q. cle. ne in agro. §. adhæc, de statu monachor. Vnde Romana ecclē. sua auctoritate congregata valet disungere, & disiuncta cōgregare rationis tamen æquitate cōsiderata: vnde vel pietatis vel necessitatis intuitu semel à se concessa valet vel in totum, vel in partē cōmutare. cau. postea §. fi. xxv. quæst. ij. & quando dicatur ecclē. pauper declarat. gl. in c. clericus, xxj. q. j. dicens eam esse pauperem, quæ non potest aliquem honestē & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes non recipere, & quando sibi & suis nō sufficit, ibi. vide fusiū, & per gl. in authēti. præterea, C. vnde vir & vxor, iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur pauper. Necessitas qua sit uniuersi ecclē. fias.
- 40 Idē si sit destructa per hostes, vel desolata ecclē. c. ij. de religiof. do. mi. vel propter populi decrementū. ca. ad audientia, ij. & c. si. de ec. ædific. & quādo ecclē. sunt vicinæ, & populus mortuus est, & nūc sunt pauci, c. & tēporis, xvj. q. j. vnde apparet hostilitatis vel paupertatis necessitate sedes episcopales in vnam redigi, c. si. vers. hostilitatis. xxv. q. vlt.
- 41 Vtilitas est quando propter tenuitatem fructuū nō inueniuntur idonei ad deseruendū illi beneficio, vel ecclē. cathedrali. d. c. exposuisti, vbi Panormi. & alij. & c. j. ibi, ne plus fauissē personæ, quā ecclē. videremur, ne sede vacan. Vtilitas uniuersi ecclē. quando sit.
- 42 Ergo cū causa tenetur episcopus hanc vnionē facere, & si recusaret, posset adiri superior, cap. nullus, de iure patro. Petrus de Perus. expressē ita tradit in dicto tract. c. tertio vnio & decimo, & Cacialup. articul. v.
- 43 Et sic requiritur causæ cognitio in vnione faciendā, cū causa in ea requiratur: in qua causæ cognitione vocandi sunt quorum interest, coram ordinario loci, qui vnionem facit. clementi. fina. de rebus ecclē. non alienand. † Et si Papa illam faciat, requiritur quod etiam de causa inquiratur in partibus, aliās non valebit vnio: vt est in regul. cancel. xxj. & ibi dicam, saltem annullabitur: vt est in concilio Constan. verba ipsius hæc sunt. Vniones & incorporationes à tempore obitus Grego. xj. factas seu concessas, eum certa regula dari nō possit, ad querelas eorum quorū interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic vnita personæ, si nō ex rationabilibus causis & veris factæ fuerint, licet Apostolicæ sedis auctoritas interuenierit, reuocabimus iustitia mediante: ergo conciliū reuocabit per iustitiā. † Praxis Gallorū est, vt soleāt appellare tāquam ab abusu, vt inferius dicā: & istæ vniones sine causa factæ præsumuntur subreptitiæ: vt fuit in concilio nouissimo Tridenti. in vij. sessione dictum. Causæ cognitio in vnione requiritur. Disposita in concilio Constan. & Tridentino.

A iij

Appellatur ab abusu unionis perperam facta. Hodie ergo in hoc regno Franciæ post concilium illud Constã. nul- 46
læ recipiuntur vniones factæ in fauorẽ personarũ, sed si sint factæ, ab eis
appellatur tanquã ab abusu: & senatus eas abusuas & irritas pronũciat.

Item appellatur tanquã ab abusu in hoc regno ab vnionibus fa- 47
ctis sine causæ cognitione, à quocunque factæ fuerint: & nullæ solent
pronuntari & irritæ per curia supremas: nec habetur ratio temporis.
quia abusus non potest præscribi: & ista est praxis regni.

Vniones non fortitæ effectum reuocantur. Insuper omnes vniones, quæ non fuerunt fortitæ effectum, reuocan 48
tur, in regul. cancel. xj. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint for-
titæ siue non, si à quadraginta annis factæ fuerint: quod statutum si ser-
uetur, videbimus multos seculares apostatas, qui olim erant ordinis. S.
Augustini, vel sancti Benedicti, nunc verò sunt ordinis mendicantium,
bonis nudi & destituti beneficijs: quia in his vnionibus fuerunt multæ
ecclesiæ regulares in seculares redactæ, & beneficia vnita.

Effectus unio- nis. Effectus vnionis est, vt ille episcopus vel curatus vnus loci sit epif- 49
copus, vel curatus loci vniti, & sic vtriusque. c. j. ne sede vacan.

Episcopus iuris dictionem habet in loco vnito & visitationem. Secundò vt deinceps iurisdictionem habeat episcopus, etiam contra 50
habitantes in loco vnito, cum iurisdictionem in quolibet loco sui epi-
scopatus habeat, c. cum episcopus, de offi. ordi. in. vj.

Tertiò poterit visitare etiã locũ de nouo vnitũ, sicut aliũ quem prius 51
habeat, & procuratorẽ ab istis vnitis in episcopatu existẽtibus accipere,
c. cum Apostolus, de cõsib. & per totũ, & tradit Soci. suo tract. de visit.

Quartò conueniri poterunt isti vniti coram magistratibus illius ciui 52
tatis cui vniti sunt, si ibidem degant. doct. in l. ff. de iurisd. omn. iud. c.
fi. de const. lib. vj. clem. j. de refer.

Vniti coram ma- gistratibus loci ubi vniti sunt, conueniuntur. Quintò isti vniti, si non erant regnicolæ post vnionem erunt, nec in 53
digeant literis naturalitatis, sicut veri filij regni: vt scripsi in tract. de
literis naturali, in ij. tomo constit. Regia.

Sextò isti vniti poterunt munera obtinere in loco, cui vniti sunt, & 54
sic poterunt ibi esse assessores, & alio fungi munere, l. si eadem, ff. de ass.

Septimò in synodo tenebuntur comparere coram episcopo, cuius 55
episcopatus vniti sunt, & ad iura quæ alij primi episcopo tenentur, & ipsi
inuiti præstare debebunt, c. conquerente, de offi. ordi.

Octauò negotia istius loci vniti tractari poterunt in ciuitate & loco 56
cui vniti sunt, c. nouit, vbi dog. de offi. leg. doc. in d. l. vna, C. de Metrop.
Berito. lib. xj.

Præuilegia eccle- siæ principalis vniti habebunt. Nonò vt semel dicam, omnia priuilegia isti vniti accessoriè habebũt 57
quæ alijs dantur: vt docet Barto. in l. si conuenerit §. si nuda, ff. de pigno.
act. quem sequitur Curt. consi. lvij. & Alber. in tract. de augmento, in ix.
cõclusio. vbi alia videri poterunt: quia hoc limitat ibidẽ. & alij effectus
ex præmissis hinc addi poterunt. doct. in l. j. ff. de leg. j. Differentiam inter
vnionem & incorporationẽ scribit Angel. consi. ccxlvij. vnitorũ. col. ij.

Præterea quæ in vnionibus requirantur, exprimitur in regul. cancell. 58
xxj. Inno. quam inferiùs describam, vt sequitur.

Regulæ

Regula Cancellar. xxj. de vnionibus, explicatio.

Item voluit quòd petentes.

GLOSSA PRIMA.

REQVISITA ad ritè conficiendam vnionem in hac re- *Motu proprio & ad petiti- nẽ vnio fit.*
gula scribuntur. Et primò requiritur, quòd quis petat vnio-
nem fieri, ibi, Petentes: potest tamen fieri ex certa scientia
& motu proprio: & tunc non habebit locum hæc regula, su-
mendo argumentum à contrario: quod est in iure validum, l. j. ff. de offi.
eius, capit. cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat. in Francia tamen
quomodocunque fiat, requiruntur solennia, quæ inferiùs dicentur.

Beneficia.

GLOSSA SECUNDA.

QVORVM appellatione veniunt omnia beneficia, tam *Beneficia maio- ra & minora vniri possunt.*
maiora, quàm minora, glossa in capitulo primo de regulis
iur. in vj. cum hinc simpliciter loquatur & vniones sint odio-
sæ, doctores in clementi. fina. de reb. eccle. non alienandis,
& superiùs in definitione scripti: ideo non extendendæ. regula odia, de
regulis iur. in vj. tamen de omnibus intelligitur hinc propter indefini-
tam elocutionem, quæ æquipollet vniuersali, capitu. vt circa, de electio,
in vj. & quia verbum beneficium, est generale: vt superiùs scripsi in prin-
cip. huius libri.

Ecclesiastica.

GLOSSA TERTIA.

ET SIC non habet locum in temporalibus, vt in Feudis, *Imperator & Rex aliquando vnionem faciunt.*
capitul. felicitis, de pœnis, in vj. scripsi in tracta. nomina-
tio. quæstio. xxj. & iure Canonico regulariter nomine be-
nificij venit ecclesiasticum, licet aliquando exprimat: in
titul. vt ecclesiastica benefic. & in regula j. de regul. iur. in vj.
quamuis Imperator aliquando vniat duas dignitates: vt in §. illud,
in authenti. vt iudices sine quoquo suffrag. collatio. secunda, tamen
non seruantur requisita in hoc text. sed facta vnione per Regem vel
Imperatorem, tunc illi habitantes in ciuitate vnita, habent priuilegia
etiam ciuitatis, cui vniti sunt, & ibi conueniri poterunt, & subiicien-
tur magistratibus illius loci: vt patet in l. vna, C. de Metrop. Berito, lib.
xj. & ibi iurium interpretes.

Aliis

GLOSSA QUARTA.

*Ecclesiastica ec-
clesiasticis vniri
nuntur.*



ET SIC Ecclesiastica ecclesiasticis vniri debent, & temporalia temporalibus non mistim, c. fina. de rer. permur. probat dictio alijs, quæ similitudinem denotat, c. sedes, de rescript, clemen. j. illo tit. glo. in authent. sed nouo iure, C.

de feruis fug.

Teneantur exprimere verum.

GLOSSA QUINTA.

*Verus valor in
vnionibus est
exprimendus
etiam in Fran-
cia.*



ET SIC aliud est requisitū, quod in vnionibus verus valor exprimatur: nec in Francia sufficeret exprimere cuius fructus xxiiij. ducatorum auri & c. quoniam ille non esset verus valor, licet in impetrationibus regulariter hæc expressio valeat: vt superius dictū fuit in tract. de signatura, non tamen in vnionibus.

*Surruptio vi-
tiat vnionē, &
que in ea sint
exprimenda.*

Notandum est, quod ea quæ exprimenda sunt in prouisionibus, & ferè in vnionibus, quæ scribit Fel. c. in nostra, de rescrip. & ego in concor. Franciæ in form. mandat. in verb. pro expressis, & subreptio vitiat ipso iure vnionem, teste Panor. consil. c. j. in quaestione. col. iij. vol. j. quem sequitur de Ripa, in libro secundo responsor. capit. decimo incipiente. Et si vnionis, & Nicolaus Mil. in verb. vnio primo, & Felinus in capitulo postulasti, col. vij. vers. potest etiam inferri, de rescriptis. quando fit à Papa secus si ab alio, quia tunc erit annullanda. arg. cap. fin. de offi. lega. in vj. & clem. fin. illo titulo. quia in rescripto Papæ intelligitur clausula, si preces veritate nitantur c. ij. de rescrip. Cardi. consil. xcvi. Papa vniuit.

Annum valorem.

GLOSSA SEXTA.



ET SIC non tenetur exprimere valorem vnus diei, vel mensis vel duorum, sed annum valorem, id est cuiuslibet anni quantum in anno quolibet valet. & si pluris sit vno anno quam alio debet exprimere: vt sequitur. vide quæ doc. dicunt in rub. ff. de ann. leg.

Secundum communem æstimationem.

GLOSSA SEPTIMA.

*Communis æsti-
matio astēdēda*



VL T hæc regula quod exprimatur secundum communem æstimationem, & non secundum sterilitatem vel vbertatem: l. pretia rerum §. fina. ff. ad leg. Falci. plenè scripti in interpret. lege vnica, C. de senten. quæ pro eo quod inter est profer. & quamuis consuetudinarius valor xxiiij. ducat

catorum soleat exprimi in Francia in omnibus beneficiis, tamen in vnione verus valor est exprimendus, vt hîc: quia non agitur de annata, ideo non est hodie huic expressioni veri valoris in vnionibus derogatum, quominus verus valor exprimi debeat, & idem in nominationibus: vt scripsi per illum text. in §. volumus, de coll. in Concord.

Tam beneficia vniendi, quam illius,
cui vniri petitus.

GLOSSA OCTAVA.



TEM debet exprimi valor tam beneficij vniendi, quam eius, ad quod vnio fieri debet: vt docet Felin. in cap. ad au- res. col. vlt. in xv. conclu. de rescri. nam cum vnio fiat ex causa necessitatis vel vtilitatis, vt superius dictum fuit, si non sit necessitas, fieri non debet, vel ex alijs causis expressis ibi: quamobrem vt hoc sciatur, vult quod fiat hæc expressio: quamuis in impetrationibus non soleat valor beneficij iam obtenti exprimi, sed valor illius tantum quod impetratur. Et quando fit vnio mensæ non requiritur bonorum seu beneficiorum mensæ vnitorum expressio: vt decidunt dom. de Rota decis. viij. nota quod vbi beneficio. & decis. xij. nota vtrū vnio de reb. eccle. non alienand. in antiq.

*valor vtriusq;
beneficij expri-
mi debet.*

Imò quamuis signatura expediatur cum derogatione huius regulæ, tamen non valebit quoad fructus, adeò quod bulla non expedietur sine fructuum expressione: & ita ob hoc sæpius vidi bullam recusari Romæ.

*Fructus sunt
exprimendi, id
est verus valor*

Adhæc si in signatura fuerit conscripta clausula, quod obstantiæ oratoris habeantur pro expressis: tunc poterit bulla expediri sine fructuum expressione, derogando huic regulæ cancellariæ: & sic valebit, sed in Francia vix reciperetur ratione consuetudinis contrariæ.

Idem si fructus habeantur pro expressis, tunc etiam dabitur derogatio regulæ huius, sed non quod fructus possint exprimi in bulla: quia illa clausula non obstante, ad hoc non tendit, ideo verus valor exprimetur.

Alioquin vnio non valeat.

GLOSSA NONA.



PSO Iure quia forma data est, quæ si non feruetur, actus est nullus, capitul. cum dilecta, de rescript. & beneficium sic vnitū potest impetrari: licet contrarium teneat Oldra. consil. cclxij. in fi. quem sequitur Boët. in dec. Bur. q. ccciv.

*Vnio ipso iure
est nulla, si non
sit solēnitas ser-
uata.*

an vnio. q. ij. dicens ante declarationem non posse impetrari, & multos allegat pro sua sententia comites, maximè Decif. consil. ccxxxij. viso col. ij. Ego verò hos duos semper constituerem casus primus est, vnio facta non vocatis vocandis, & sine causæ cognitione est ipso iure nulla: vt hîc: quia actus omiffa forma conceptus non valet, capi. cum dilecta, de rescrip.

*Vnitum benefi-
cium an ante de-
clarationem im-
petrari possit.*

rescriptis, l. cum hi. §. si prator, ff. de transatio. vnde hoc casu poterit beneficium impetrari etiam ante declarationem & appellari ab vnione abusiua. vt scripsi superius.

Secundus casus est, vnio facta ex falsa causa, seruata tamen iuris forma & solennitate, valet: sed venit reuocanda, glo. in summa, & in c. sine exceptione, xij. q. ij. de Rota decis. j. vnio ex falsa causa. de excessib. praelat. in nouis. & decis. viij. nota quod vbi beneficio. & deci. xij. nota quod vnio ex falsa causa. de reb. eccles. non alienand. in antiq. & sic debet intelligi sententia aliorum, contrariam opinionem docentium, facit §. semel, quib. ex caus. manumitt. licet, nisi subreptum esse Papae. Cassado. decis. j. in reg. cancell. rubr. de vnio. vnde. si vnio facta fuerit propter vicinitatem & paupertatem ambarum ecclesiarum, si haec causa fuerit falsa, dissoluetur vnio: sed ante dissolutionem vnionem non impetrabitur beneficium, si solennitates interuenerint.

Instrumento an credatur quoad solennitatem.

Nec credetur instrumento vnionis dicentis solennitatem interuenisse, nisi illae solennitates appareant: quia instrumentum non debet continere verba iuris, sed facti: vt not. Innocentius in c. quoniam, de probationibus. hoc nominatim probat Oldrad. conf. cclxij. in quaestione, nu. 4.

Vnio an prescribatur, & per quam tempus.

Imo facta sine hac forma non posset prescribi, nisi per tempus, cuius memoria non est in contrarium. Oldrad. confil. ccxcvj. de iure. vide Maleretum in tractatu de election. folio 25. dicentem, quod licet nullo spacio temporum possit induci vnio ecclesiarum secundum Hostiensem, in c. quoniam, de vit. & honestate clericor. & in summa, de vita & honestate cleri.

Tamen si probetur quod ecclesia sic fuerit diu possessa, tanquam vnita, probata erit vnio praesumptiue, Ioan. Andr. in regul. qui contra iura. in fin. in Meurial. Cardina. in clementi. j. in princi. in xx. q. de suppl. neglig. praelat. Ancha. confil. cclxij. in quaestione ecclesiae, in fin. refert Fel. in c. causam. col. ij. de prescrip. vt superius dictum fuit.

Et semper in vnionibus commissio
fiat partes.

GLOSSA DECIMA.

Commissio fit & inquisitio in locis vnionis faciendis.



TEM requiritur quod commissio & causae verificatio fiat in illis partibus, vbi vnio fieri debet: & ista est practica vniones faciendi: nam veritas melius scitur per vicinos, quam alios: l. j. ibi, aestimatione circumcolentium, ff. de fluminib. Ancha. in cle. vna. nota. j. de concess. praeb. bonus tex. in c. quanto, extra de praesumpt.

Si tamen fiat per Papam in forma gratiosa, non requiritur clausula vocatis vocandis: sed derogatur huic regulae de vnionibus committendis ad partes, & ipse Papa facit vnionem: sed hoc non recipitur in Francia, propter concilium generale, quod disposuit non valere vniones, nisi sint factae

factae cum causae cognitione: vt superius scripsi.

Item in vnionibus consistorialibus non derogatur huic regulae: quia haec fiunt cum causae cognitione, nisi separatim detur bulla super derogatione: vt interdum vidi: sed tu, si sapias, adhibeas semper solennitatem hic requisitam.

Vocatis quorum interest.

GLOSSA VNDECIMA.



ET SIC in vnione requiritur, vt vocentur hi, quorum interest, vt episcopus, quia sua interest, eo quod collationem admittet ratione vnionis: quia amplius beneficium non vacabit. d. c. sicut vnire, & doct. in c. j. ne sede vacan.

Hi quorum interest in vnione uocandi.

Episcopus & capitulum in vnione consentire debent.

2 Etiam requiritur consensus capituli ecclesiae cathedralis, quia vnio alienatio est, in qua consensus capituli interuenire debet. tex. in clem. vlt. de rebus ecclesiae non alienan. & cle. ne in agro. §. adhuc, de statu monacho. c. sine exceptione. xij. q. ij. Bal. conf. j. vol. j. Dom. conf. lxxxvij. apparet, in j. quaestione, & in ij. dicit, an interuenisse praesumatur, & cui incumbat onus probandi: vide Alex. confil. ccxix. ponderatis, col. j. & seq. in vj. vol. & poterunt consentire etiam si aliquod commodum sentiant. de Rota decis. dccclix. praepositorum, in antiq. & decisio. iij. rubr. de rerum permuta. Oldra. confil. clxx xij. licet non requiritur tamen tractatus, sicut in vera alienatione. d. c. sine exceptione. vbi scripsi xij. q. ij. & quia in d. cle. fin. de rebus eccles. non alienan. non exprimitur de tractatu, sed de consensu: hoc tenet Rota decis. clxvj. no. quod vbi est vnio, in antiq. Boer. decisio. Burdegal. cccxxxv. an vnio.

3 Et si nolent hi, quorum interest, consentire: causa existente, possent compelli: imo ipsis inuitis a Papa fieri posset, per cap. cum dilectus, & ibi nota de his quae vi metusve causa fiunt. Inno. in c. in Lateranen. de praebend. Panor. & alij in c. nullus, de iure patro.

Consentire nolentes vnioni coguntur.

4 Alias si causa non subesset, vnus contradictio illam vitaret, teste Cialup. in d. tract. vnio. art. vj. in princ.

5 Ista etiam causa est probanda. Oldra. confil. cclx. quod vnio. & conf. seq. & Cardin. conf. xcvi. Papa vnuit. & de Ripa lib. ij. respon. c. x. si vnio: nis: quomodo haec sit probanda docet Oldra. conf. cclxvj. & seq. de iure. & Alex. conf. lxx. in causa, col. j. vol. iij. & confil. c. circa. in vj. vol. & Dec. confil. cccxxij. viso tenore, col. ij.

Causa in vnione probanda est quomodo.

6 Item requiritur consensus patroni, & ideo vocandus est, c. suggestum, de iure patro. Cardin. d. confil. xcvi. Papa, in ij. q. & Rota decisio. ccxxix. in dimembratione, in antiq. & in ij. causa. in vltimis Thomae fastoli decis. & lxxx. causa. ij. dubio ibidem. & Cassador. decisio. iij. de iure patro. Soci. conf. j. nu. 6. in iij. vol. Deci. conf. cccxxvij. reuerende colum. j. Petr. Paul. Paris. conf. cxxvij. in capella, col. pen. in iij. vol.

Consensus patroni in vnione expectandus.

B

Et citandi sunt alij omnes, quorum interest. & quod illis vocatis fiat. **7**
 d. cle. ne in agro. §. adhuc, & doc. tradunt in d. c. sicut vnire. & Petr. de Pe-
 rus. in d. vnionis, tract. c. v. quod est verum si non fiat à Papa: quia ille hoc
 potest facere etiam inuito episcopo. c. ij. de religio. domin. de Ripa in lib.
 ij. respon. c. xvij. nihil proponitur. hodie in Francia solennitas inquisitio-
 nis causæ est facienda etiam à Papa, sicut ab inferiore, aliàs facile rejicitur:
 sed Papa solet committere in partibus vt inquisitio fiat de causa, &
 de commodo vel incommodo: & postea istæ inquisitiones ad eum mit-
 tuntur: & iste vnionem probat si causa fuerit, aliàs rejicit.

*Reactoris vel cu-
rati consensu non
requiritur.* Non requiritur tamen consensus rectoris, sed ei ad suam vitam non **8**
 præiudicatur, ideo non vocatur, cle. vlt. de rebus eccles. non alien. nec est
 eidem insinuanda dicta vnio, postquam illi non præiudicat, nisi vt igno-
 rantiam non possit prætere ad hoc, vt permutare, vel aliàs resignare
 istud beneficium non possit. c. ad hoc. de postula. prelat. Ioan. Gallus in q.
 pcr Aresta. q. cxxxiii. & seq. de Rota decis. clx. nota quod beneficium, in
 antiq. & decisio. j. rubr. de rerum permuta. Oldra. consil. cclvij. factum, &
 Paul. Castren. consil. ccccxxxvij. in quaestione, vol. j.

*Vnitum benefi-
cium non potest
resignari etiam
causa permuta-
tionis.* Nec consideratur quod rector potuisset illud beneficium resignare **9**
 in fauorem nepotis, quia hoc non est considerabile: cum beneficia con-
 sanguineis non deferantur consanguinitatis iure. c. j. de præb. & illa resi-
 gnatio pendet à superioris facilitate, qui per vnionem iam declarauit nolle
 illum rectorem resignare posse: vt in c. ex parte, j. de offic. deleg.

Et quia multi affectu carnis solent suis providere cum præiudicio a- **10**
 nimæ. c. j. ne sede vac. c. graue, de præb. ideo ille rector non poterit etiam
 permutare illam ecclesiam sic vnitam: & consuluit Oldra. consil. clvij. fa-
 ctum tale, col. v. nu. 16. & 20. & seq.

*Plebs in unione
facienda non vo-
catur.* Plebs etiam ad vnionem non debet vocari, licet videatur quodam- **11**
 modo sua interesse: sed episcopus proteget plebem. Cardinal. consil. lxxv.
 Pro decisione. & Boër. dict. decis. ccccxxxv. quia plebs interdum laborat
 contra sua propria commoda, sicut mulieres. l. penultim. C. de sponsal. &
 nescirent quid peterent, sicut mater filiorum Zebedei.

Audirentur tamen, si causam rationabilem allegarent impediendam **12**
 vnionem fieri, per tex. in capit. q. quis presbyterorum, vbi doct. de rebus
 eccles. non alien. scripsi in glos. à die recufationis, in §. j. de nomina. reg. in
 concordia.

*Legatus non po-
test in præiudi-
cium episcopi uni-
re.* Etiam notandum est, quod per vnionem factam per Papam vel lega- **13**
 tum non præiudicatur episcopo in iuribus suis, videlicet in visitatione,
 subiectione, & alijs iuribus. c. cum dilectus. vbi glo. quod met. caus. glo. in
 cle. fin. de rebus eccles. non alien. secus in collatione, & alijs iuribus, quæ
 salua esse non possunt valida existente vnione: quia illis censetur deroga-
 tum propter repugnantiam. l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur. Cacialup.
 in d. tract. vnio. art. viij. q. xvj.

Sed si fieret vnio ab episcopo, tunc videretur tantum sua iura re- **14**
 mittere. cap. Pastoralis, de donat. Cardinal. in dict. clement. vlti. Perus. in
 dict.

dicto tract. de vnio. c. x. vbi dicit quod episcopus in cuius diocesi est ec-
 clesia vnita adhuc iurisdictionem in illa habebit, & iura episcopalia de
 quibus in capitul. Conquerente, de officio ordinar. nisi ea ipse remi-
 ferit.

15 Solet itaque Papa in hoc rescripto post narrationem sic scribere; Nos *Forma unionis
à Papa facta.*
 igitur super hoc providere volentes, huiusmodi supplicationibus incli-
 nati, dictam parrochiam ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinen-
 tijs suis eidem monasterio autoritate Apostolica imperpetuum incor-
 porauimus, anneximus, & vniuimus.

16 Ita quod cedente vel decedente rectore dictæ ecclesiæ, qui nunc est,
 vel aliàs ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, liceat abbatibus pro
 tempore existenti, & dilectis in Christo filiabus conuentui dicti mona-
 rij, per se, vel alium, seu alios corporalem possessionem ecclesiæ parro-
 chialis, iuriumque & pertinentiarum prædictorum propria autoritate ap-
 prehendere, & tenere, fructusque, redditus, & proventus, ac iura vniuersa
 eiusdem ecclesiæ in monasterij & ecclesiæ prædictorum vtilitatem con-
 uertere, reseruata tamen de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus,
 & obuentionibus huiusmodi pro vicario perpetuo in ea instituendo con-
 grua portione, ex qua idem vicarius commodè sustentari valeat, iura
 episcopalia soluere, & alia sibi incumbètia onera supportare, dispositioni
 Apostolicæ reseruamus, districtius inhibentes fratri nostro episcopo N.
 ac illi, vel illis ad quæ, vel quos collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis
 alia dispositio pertinet communiter, vel diuisim, ne de huiusmodi parro-
 chiali ecclesia disponere quoquomodo præsumant, ac decernentes ex
 nunc irritum & inane, si secus super his à quoquam *quavis* autoritate
 scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstant. &c.

17 Hic concedit Papa, quod autoritate propria possint possessionem re- *possessio appren-
hendi autorita-
te propria potest
in unione.
Lite pendente
non fit unio.*
 cipere, alioqui non possent, nisi concederetur, per tex. in c. pastoralis, de
 priuileg. l. si ex stipulatione. ff. de acquiren. possessio. docto. in c. cum ve-
 nissent, de resti. spolia. de Ripa lib. ij. respon. c. xvij. nihil. Boër. q. cccxlvi.
 queritur in decisio. Burdegal.

18 Item vnio fieri non potest lite pendente, & si vnus colligans petat
 illud vniri suo beneficio: nec valebit illa vnio, nisi in euentum, quando
 videlicet euincet, & sententiam pro se obtinebit: & tunc Papa vniet, sed
 dicet quod in euentum euictionis liceat possessionem &c. vnionis vigo-
 re apprehendere.

19 Vel alij dicunt, quod Papa non vniet in euentum euictionis, sed melius
 est quod vniat, & possessionem differat ad euentum euictionis: & ita solet
 fieri, & est melior praxis, vel mandet Episcopo seu iudici, & de causa
 cognoscenti, vt lata sententia in vtilitatem consentientis vnioni eam fa-
 ciat. De clausula cedente vel decedente, scribit Paul. Castr. conf. cclxxj.
 viso tenore, in primo volu.

20 Iste consensus potest interuenire ab his quorum interest, & ante *Consensus et
ante unionem et
post, interuenire
potest.*
 vnionem, & post eam, etiam ex interuallo. capitul. cum nos, & capitul.

cura, de iure patro. A Egd. Bella mera decis. diiij. & Alex. cōsi. ccxix. in vj. volu. ac Socin. consil. xv. col. xij. versic. demum supponendo, in primo volum. & Boer. in decisio. cccxxxv. an vnio, col. ij. refert. † Vnde si vnio fuerit facta non vocato episcopo, si postea consentiat, valebit, si solennitates fuerint adhibitæ: vt supra dixi.

Et idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum.

GLOSSA VLTIMA.

In confirmationibus unionū solennitas requiritur.

Idem quomodo accipiat.

IT SIC non valet confirmatio vnionum, nisi supradicta interueniant: quod est not. & intellige nullam esse confirmationem vnionis: quamuis gloss. in hac regula teneat contrarium: tum quia text. idem esse voluit in confirmationibus, & non esset idem, per l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitu. yrb. præb. quia dictio idem, significat eandem in pluribus censuram. gloss. in l. cum hi. §. si vni. ff. de transactio. iuncta glo. idem scilicet per omnia, §. sed si ex testamento, in fin. de satisfat. tuto. in institut. l. si ante. ff. soluto matrimonio, & hic vers. ad omnia referri debet, prout plenè scripsi in interpreta. l. vnica. in glo. & non ex quibusdam. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Suppressio unionis solennitatem requirit.

Idem potest tripliciter dici, in genere, in specie, & in numero: vt per doct. in l. j. ff. de vulgar. & maximè quia hæc confirmatio solet à Papa fieri, & subreptio vitaret hanc confirmationem, sicut annulat vnionem: vt supra dictū fuit: & sic eadem solennitas requiritur in confirmatione vnionum quæ in vnione, quam superius vidimus.

Idem dicunt in suppressione, seu dissolutione vnionis, & applicatione fructuum: vt si fructus vnus beneficij alteri applicentur, derogandum sit isti regulæ, vel faciendum secundum regulam, ne alicui fiat iniuria: & in præiudicium alicuius nihil fieri debet sine vacatione. l. de vno. ff. de re iudic.

De vicarijs perpetuis.

Inuito vicario perpetuo nõ potest prior, vel curatus beneficio deferri.



IN HIS vnionibus etiam considerandum est, quòd quando vnio sit accessoriè, in beneficio vnito relinqui solet vicarius perpetuus, qui illi deferret beneficio: & is qui habet beneficium vnitum, non poterit illi deferri per se inuito vicario perpetuo, per textum in capit. extirpandæ. §. qui vero, de præpend. capit. j. illo tit. in vj. & cap. vnic. de capell. monacho. illo lib. Panor. in

in capitul. ix. perpetuus, de fide instrument. doct. in cle. vnic. de offic. vicar. † Nisi in vnione fuerit dictum, quòd non constituatur vicarius perpetuus, sed per se deferri is, qui vnitum habet, possit: nam fundationes & constitutiones in vnione appositæ seruandæ sunt: & hoc decidit Bonifac. in d. cle. vnic. col. vlt.

3 Si verò fuerint duæ parrochiales ecclesiæ vnitæ æquè principaliter, tunc vnus est curatus vtriusque, & non tenetur constituere vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse illi non feruierit. capit. & temporis. xvj. quæstione prima, capit. primo. vbi doct. ne sede vacan.

In ecclesijs principaliter æquè unitis non constituitur vicarius perpetuus.

4 Et interdum Papa dispensat, vt habes istas duas ecclesias tenues diebus dominicis & festis duas dicat missas, vnā in vna, & alterā in altera: vt docet Hosti. & alij in cap. consuluiti, de celebrat. missa. licet aliās regulariter presbyter non possit duas celebrare eodem die missas, quia Christus semel passus est. cap. sufficit, de consecra. distin. j. d. c. consuluiti, de celebra. missa. vbi scripsi.

Duas missas quis interdū dicere potest.

5 Etiam non constituitur vicarius perpetuus, quando vnitur beneficium simplex, sed tantum quando ecclesia parrochialis. gloss. & doct. in clem. vnic. de offic. vicar. & Gemi. consil. lxxxvj. in causa Traiecten.

Quando vicarius perpetuus constituitur vel temporalis.

6 Item quando beneficium est vnitum mensæ capituli, vel episcopi, potest deferri per temporalem vicarium. glo. in verb. ad mensam, clem. prima, de excessib. prælat. glo. & doct. in clement. prima, de rescript. & in clement. vnic. de supplend. neglig. prælat. domi. de Rota decisio. cclx. nota glo. in antiquis. & nisi in vnione fuerit creatus vicarius perpetuus poterit constitui temporalis, ideo vnio vidēda erit, & deferriendi consuetudo.

Si sit vnus in mensa prima, de excessib. prælat. glo. & doct. in clement. prima, de rescript. & in clement. vnic. de supplend. neglig. prælat. domi. de Rota decisio. cclx. nota glo. in antiquis. & nisi in vnione fuerit creatus vicarius perpetuus poterit constitui temporalis, ideo vnio vidēda erit, & deferriendi consuetudo.

7 Ad mensam censetur vnitum beneficium, quando spiritualia & temporalia sunt annexa. gloss. in dict. verbo ad mensam. & doctor. in cap. vt super, de rebus eccles. non alienan. vel quando hoc exprimitur in vnione, vel ex obseruantia, & consuetudine longissimi temporis, scilicet per quadraginta annos. c. cum de beneficio, de præbend. in vj. cap. de quarta, vbi doct. de præscript. glo. in clement. per literas, de præb. & superius dictum fuit.

Ad mensam quando vnitum censetur.

8 Vide an possit dici vnitum beneficium ad mensam prælat. quando concessum fuit, vt is viuere cum suis possit: olim pauperes erant abbates & prælati, qui cum suis religiosi non poterant in monasterio sustentari: ob id procurauerunt boni viri, vt ecclesiæ vnirentur mensæ illorum, vt ex fructibus viuere possent: quòd hodie trahunt quidam scelerati ad canes, vt maiorem numerum canum & falconum alant, quàm pauperum: sed postquam ad mensam est vnitum, ad hominum mensam vnitum censetur, non canum, quibus mensa non est necessaria: & ob eam causam alimentorum quando beneficium vniebatur, & spiritualia & temporalia concedebantur: ideo declarat gloss. spiritualia & temporalia esse annexa.

Vnio deductis impensis fit.

Et sic quando fit vnio, debet intelligi deductis impensis necessarijs 9
tam in vicario, quam pro alijs: c. presentis, de offic. ordi. in vj. c. si propter,
de rescrip. ibid. & c. si tibi concessio, de præben. illo lib. quia fructus intel-
liguntur deductis impensis. l. fructus. & ibi doct. ff. solut. matrim. l. prima,
C. de fruct. & litium expen. scripsi in glo. fructus. §. volumus, de collat. in
concorda.

Nisi in vnione esset reseruata tertia pars: vel quarta fructuum vicario 10
tunc intelligitur non facta expensarum deductione, sed de integris fru-
ctibus illius tertia, vel quartam partem habebit vicarius, instar decime,
in c. tua, & c. pastoralis, de deci. & scripsi in tracta. meo de deci. & in tract.
de congrua portio.

Vicarius perpetuus constituitur in prioratibus curatis regularibus debet.

Prior an habeat curam seu vicarium.

Quis constituitur vicarius perpetuus.

Vicarius ad curam non recipitur sine episcopi autoritate.

Iura que loquuntur in beneficijs habent locum in vicarijs.

Vicarius non remouetur per rectoris mortem.

Vicarius gaudet privilegijs ecclesie.

Item debet constitui vicarius perpetuus, quando religiosi vel secula- 11
res ex dispensatione habent prioratus regulares, quibus est annexa cura
animarum: cle. vnic. de supplen. negli. præla. cle. ne in agro. §. cæterum, de
statu monach. do. de Rota decif. ccxxviiij. nota quod vbi, in antiq. vbi di-
cit priorem habere curam, quod verum dicunt habitur vicarius verò ha-
bet curam actu & exercitio: vt in cle. vna, de offic. vica.

Et hic vicarius perpetuus interdum ad præsentationem prioris con- 12
stituitur. d. cle. ne in agro. §. cæterum, & cle. j. de iure patro.

Et aliquando pleno iure vicariam Episcopus confert, per c. omnes ba 13
filicæ. xvj. q. ij. & quandoque in fundatione reseruatur collatio priori: sed
tamen non debet recipi vicarius ad curam, nisi de Episcopi autoritate. c.
cum satis, de offi. archidia. c. adhæc, de offic. vic. c. ex tua, de filijs presby-
ter. Imol. in rub. de institu.

Item iura loquentia in beneficijs habent locum in vicarijs perpetuis. 14
capit. postulastis, de rescrip. etiam illa quæ in parochialibus loquuntur,
habent etiam locum in his vicarijs, cle. vnic. de offi. vicar. facit c. Michaël
de filijs presbyter. vbi filius presbyteri non potest ordinari ad vicariam
perpetuam, in qua pater ministrat, sicut non potest ad illud beneficium
in quo pater ministrat, præfici.

Adhæc vicarius perpetuus non potest remoueri, etiam si rector prin- 15
cipalis moriatur. c. adhæc, de offi. vica. Panor. & alij in c. extirpandæ. §. qui
verò, de præben. quia vicaria est beneficium. d. cle. vnica: & beneficia per-
petua esse debent. c. sanctorum. lxx. distinct. glo. & doct. in c. fin. de tem-
po. ordin. in vj. & datur vicario in titulum: vt dicunt docto. in d. c. ad hæc.
quicquid dicat glo. ibi, potest etiam Papa illam vicariam dare in com-
mendam, sicut alia beneficia.

Et vicarius iste perpetuus debet gaudere privilegijs, quibus gaudet 16
monasterium & ecclesia, cui est beneficium vnitum: quia qui adhæret
Deo, vnus spiritus est cum illo: capitulum. damnatus, de summa trinita. &
quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. l. quæ religiosis. ff. de rei vendica.
& locum tenens deputatus ab eo qui posuit rectorem, vel iudicem, eo-
dem gaudet privilegio, quo rector. l. sed si hac, in fine. vbi Iason. ff. de
in ius vacand. Bartol. & alij in l. si filius, de legatio. & si ecclesia sit exem-
pra

pra, & vicarius erit, capitulum. per exemptionem, de priuileg. libro
sexto.

17 Si præstimonium vnatur alteri beneficio, non est opus deroga-
re statutis de obseruandis præstimonijs, quia per vnionem desijt ef-
se beneficium, vt membrum tenebitur, nec illud obtinebit tan-
quam præstimonium, sed tanquam vnitum: ideo non est opus in v-
nionem de eo facere mentionem: quod est notandum, vt superius dixi de
bonis.

18 Si vnitum sit beneficium, non poterit is, qui illud possidet, permutare: 18
quia postquam vnitum est, non est amplius beneficium, sed membrum
eius, cui est vnitum, nec dicitur vacare, teste Feder. in tracta. permuta. be-
nific. q. xxxiiij. & supra dictum fuit. *Permutari non potest beneficium etiam illud resignatum repeti possit.*

19 Sed an possit is qui resignauit illud beneficium, postea ad illud redi-
re, postquam permutatio non potest fortiri effectum: respond. posse, si
fuerit ignarus illius vnionis per c. si beneficia, de præben. lib. vj. Panor.
& Feli. c. cum venerabilis, de rerum permuta.

20 Si verò sciuerit vnitum, & instrumento vnionis fuerit scriptum, quod
per cessum & decessum vnio fortiretur effectum, tunc non poterit ad
suum redire beneficium, quia non est vsus concessione iuris, cle. vna, de
rerum permuta.

21 Clausula bullæ vnionis hæc addi solet, quando fit vnio parochialis 21
ecclesie, congrua portione ex fructibus & c. eiusdem ecclesie parochialis
pro perpetuo inibi vicario per loci ordinariū instituendo, ex qua se com-
modè sustentare, episcopalia iura soluere, & alia eidem ecclesie incum-
bentia onera supportare valeat, reseruata. *Clausula congrua portio reseruata quid significet.*

22 Nisi in ea adsit clausula, quod per presbyterum ad nutum amobilem
deferuire possit: & regulariter siue sit prioratus, cui imminet cura anima-
rum, vltra curam conuentus, vel aliud beneficium curatum, semper so-
let illa clausula congrua portione reseruata describi: de qua plenè tracta-
ui in tracta. meo de congrua portio.

23 Sed si vnatur beneficium non curatum, non solet poni ista clausula,
nec affirmatiuè, nec conditionaliter: quod est notandum pro vnio-
nibus.

24 Et quando vnio fit capitulo retenta pensione alicui, tunc debet 24
poni in bulla clausula: quod si per sex menses cessauerint à solutione
pensionis, tunc rectores ecclesie, ac singulares personæ capituli senten-
tiam excommunicationis incurrant, elapsis dictis sex mensibus: &
vnio, annexis, & incorporatio prædictæ dissolutæ sint, & esse cen-
seatur, dictaque parochialis ecclesia in pristinum statum reuertatur,
& per dissolutionem eandem vacare censeatur eo ipso, ac rectores
præfati, eidem parochiali ecclesia perpetuò priuati existant, &
similiter illa vacare censeatur, eo ipso & cætera. Et eo casu metu amif-
sionis, & excommunicationis solutio pensionis non differetur, quia
B iij

Oderunt peccare mali formidine pœna. c. eum qui vbi glos. de præben. lib. vj. & l. j. in fi. ff. de iustit. & iure.

De vnionis reuocatione.

*Ex quibus cau-
sis vnio reuoca-
ri possit.*



RO complemento huius materiæ videndum est, quibus ex causis vnio reuocetur? Respon. quando est facta ob certam causam, belli fortè destructionis, paupertatis, vel aliam finalem: tunc cessante ista causa cessabit vnio, cle. ne in agro. §. ad hæc, de statu monacho. vbi si facta sit propter paupertatem, si cesset, dissoluetur vnio superexcrecentibus fructibus. capitu. cum N. d. constituto.

Vel quando fuit facta ob bellum, & deficiente populo, postea reuerso populo cessabit. c. quia, de religio. domi. c. fi. de parroch. & c. j. de verb. sig. lib. vj. quod enim atrocitas seu calamitas belli introduxit, pacis læntas sopire debet. l. vna, in princ. C. de caduc. tollend. & sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficijs renunciare coguntur, quæ eis miserationis includit intuitus. c. fi. xxv. q. vlt. vers. sed obijcitur.

*Reuocata vnio,
si in ruinam eccle-
siae & hospitali-
tatis cedat.*

Secundò dissoluitur vnio, quando redundat in præiudicium ecclesiae, & eius ruinam. c. j. ibi, ecclesiae vestrae ruina poterat releuari, ne sede vacan. vt si dissoluatur religio, vt ibi. consuetudines enim, quæ in ecclesiarum vergunt grauamen, reuocantur. c. j. de consuetud. c. fi. de reb. eccles. non alienan.

Si fraudentur eleemosynæ. d. c. j. nam peccata eleemosinis sunt redimenda. c. quamobrem, de pœni. dist. j. & duæ sunt eleemosinæ, videlicet cordis, alia pecuniæ. c. duæ. xlv. dist.

Et si tollatur hospitalitas. c. de monachis, de præben. ad quam præcipuè clerici tenentur, in summa, & per totum xlij. distinctione capit. Florentinum. lxxxv. dist.

*Ex causa neces-
sitis & utilita-
tis vnio reuoca-
tur.*

Tertiò reuocari vnio potest ex causa necessitatis, & vtilitatis, sicut facta est. c. exposuisti, & c. vacante, de præb. nam omnis res per quascunque nascitur, per easdem & dissoluitur. c. j. de regul. iur. c. cum accessissent, de constit. & alij casus ferè comprehenduntur sub istis. c. j. de reb. eccle. non alien. lib. vj. Petr. de Perus. in tract. de reuoca. vnio. c. j.

Quartò adde posse reuocari, quando scandalum immineret d. c. j. quia nihil cum scandalo faciendum est: c. nihil, de præscript. vbi plenè Felin. c. cum teneamur, de prædend.

*Vnio per simo-
niam facta reuo-
catur.*

Quintò reuocatur, si fuerit facta per simoniam, etiam si iusta & legitima causa fuerit vniendi: vnde si fuerit per pecuniam datam vniendi facta, illa simonia vitiat actum in spiritualibus. c. fin. de rerum permuta. & per totum titul. de simo. & hoc expressè asserit Oldr. consil. cclxij. in quaestione, in fine. cogitate an aliqua facta sint in Francia vniones, & reductiones in secularitatem per pecuniam datam Episcopo procuranti, & alijs

alijs vnde reuocari poterunt, nec perpetuò durabunt illæ: difficile enim est, vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. c. principatus, j. q. j.

9 Et breui dicendum est, quòd ex quibus causis vnio fieri potest, & dissolui: nihil enim tã naturale est, quàm dissoluere eo genere, quò ligatum est: nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. j. illo tit. Cacialup. in tract. de vnio. artic. ix. & Dec. consil. ccxxxij. viso, col. iij. & consil. cclxxv. viso.

10 Et causa debet allegari, & probari, vt docet Petr. de Perus. vbi supra cap. ij. ac Oldrad. consil. cclxj. nec crederetur episcopo, vel alteri facienti vnionem, vel illius reuocationem de causa vnionis, si non exprimatur. c. nuper, & c. licet, de testi. sic consuluit Paul. Paris. consil. xxxvj. quod pretenfa, in iij. volu.

11 Quis istam vnionum reuocationem petere possit? respon. is cuius interest, videlicet Episcopus: vt docet Perus. in tracta. de reuoca. vnio. c. j. & monasterium vnitum. c. j. ne sede vacan.

*Reuocationem
unionis quis pe-
tere possit.*

12 Capitulum etiam ecclesiae cathedralis. c. j. circa finem, ne sede vacan. vbi dicit posse reuocari etiam ad petitionem Episcoporum, & Abbatum prouinciæ, in qua sita est ecclesia, etiam ad petitionem Regis, & patroni vt in d. c. j.

13 Quæro, quando hæc reuocatio vnionis possit peti? respon. quando in præiudicium ecclesiae tendit, etiam vacante ecclesia, tamen defensore illi dato, cle. fi. vbi glo. & doct. de rebus eccle. non alie. sumendo à contrario: quia si vacante ecclesia fieri vnio possit, multò fortius & eius dissoluitur: cum omnis res per quascunque causas nascatur, per easdem & dissoluitur. c. j. de reg. iur.

*Reuocationem
unionis quis pe-
tere possit.*

14 Quod non procedit in ecclesijs cathedralibus, quia eis vacantibus non est, qui eas teneatur: ideo non potest reuocari vnio sede vacante. d. c. j. ne sede vacan. secus in ecclesijs inferioribus, quarum est tutor & defensor generalis prælatus & Episcopus: at tamen dabitur adhuc specialis defensor ecclesiae, qui rectè poterit eam defendere, secus in cathedrali. doct. in dicta cle. fin.

15 Dicamus nunc quis vnionem factam reuocare possit? respon. certum est Episcopum posse illam causa existente dissoluere, quia quòd iussit, vetuitve prætor, contrario imperio tollere potest. l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi scripsi: & qui potest condemnare, potest absoluere. l. iij. ibid. & is potest repudiare, qui & adire: l. is potest. ff. de acquir. hæredit. sic & qui vnire potest, & vnionem dissoluere, qui potest instituere & destituere: cum ex iniuncto, de hæretic.

*Quis vnionem
factam reuocare
possit.*

16 Potest inquam, Episcopus vnionem non solum à se factam, sed etiam à Papa vel legato reuocare causa subsistente, teste Petr. de Perus. in dict. tract. cap. iij. nam Papa vniendo noluit tollere potestatem ordinarij. c. ij. de relig. domi. Feder. consil. cclxij. præsupposito: & Episcopus vnionem factam à priore, vel aliàs male factam reuocabit. tex. in d. cap. sicut vnire, de excessib. prælat.

Etiam

Etiam si esset facta suæ mensæ: quia non est in proprio facto autor: vt in d. cle. fi. dicitur. & non est verisimile, quod eam reuocare sit paratus, sed vnire sic: quia in suum commodum tendit: & nemo suum præsumitur iactare, l. cum de indebito. ff. de proba.

Episcopus in cuius diocesi situm est beneficium sicut unit, sic unionem reuocat.

Item hoc poterit facere episcopus in cuius diocesi situm est beneficium, quia omnia beneficia sunt sub eius potestate. c. nouerint, & c. regenda. x. q. j. c. omnes basilicæ. vxj. q. vij. facit l. si prædium. C. de præd. minor. & si ecclesiæ sitæ sint in diuersis diocesisibus, vterque episcopus hoc facere debet, vel potestatem vni dare, qui nomine vtriusque hoc faciat, glo. & doct. in d. c. sicut vnire.

Poterit etiam capitulum sede vacante reuocare vnionem cum causa, quia succedit episcopo in iurisdictione: & illa iurisdictione, quæ est apud episcopum vnientem, est apud capitulum sede vacante. c. cum olim, de maio. & obedien. & c. j. eo. lib. vj.

Inferior tamen licet præscripserit vniendi potestatem, non tamen reuocandi vnionem, quia sunt diuersa. c. auditis, de præscrip. & sic vnionem reuocare non poterit, nisi præscripserit: & reuocandæ vnionis potestatem, quod est difficile.

Limitatur in cathedralibus, d. c. j. ne sede vac. vbi Papa solus reuocat vnionem, sicut eam facere potest. d. c. sicut vnire, de excessib. præla.

Beneficia exempta Papa unit, et unionem reuocat.

Secundò si beneficia erant exempta, tunc ad solum Papam pertinet vnio, & reuocatio illorum. c. autoritate, de priuileg. lib. vj. quia Papa est ordinarius exemptorum, cle. vna, de supplend. negli. præla. scripsi in §. si quis verò, de colla. in concordia.

Vnio à Papa nõ reuocatur sine episcopi consensu.

Tertiò quando essent specialiter reseruata à Papa, non impediatur reseruatio: vt inferiùs dicam.

Quartò sine capituli consensu non poterit episcopus vnionem reuocare, sicut nec facere. c. ij. de religiof. domi. cle. fi. de reb. eccles. non alienand. quia non potest sine capitulo ardua, vt alienationes facere. c. nouit, & per totum de his quæ fiunt à præla. & solennitas quæ in cõstruendo requiritur, & in destruendo, authent. contra. C. de repud. multa allegat Petr. Gerard. sing. iij. ibid. vide & c.

Causæ cognitio in reuocanda vnione.

Et in reuocanda vnione requiritur causæ cognitio, sicut in faciendâ: de qua supra dictum fuit, per tex. in dict. c. j. in fine, ne sede vacante ibi, ius vestrum apud sedem Apostolicam prosequendi liberam facultatem habeatis.

Vocandi in reuocatione vnionis, hi quorum interest.

Vnde citari debent illi, quorum interest vnionem non reuocari, capitulo finali, de electione libro sexto. Et primò prælatus vtriusque diocesis, si beneficia sint in diuersis diocesisibus, quia de eorum præiudicio agitur dicto capit. primo, ne sede vacante, & capitulo sicut vnire, de excessib. prælat.

Patronus etiam est vocandus, quia sua interest cum ad eum redeat ius patronatus. c. pia menti, & c. fili, s. xvj. q. vij. collegiati, & bursarij, de cuius collegio agitur, glo. in c. & temporis. xvj. q. j. & tam is qui ecclesiam possidet

possidet vniam, quàm etiam vicarius in ea residens, quia vtriusque interest: doct. in c. super eo. de præben. lib. vj. & generaliter alij omnes.

28 Sed hi citandi sunt nominatim & alij per proclama. Authen. si omnes, C. si minor se ab heredi. absti. d. c. fi. de electio. in vj. quia eadem solennitas requiritur in destruendo vt diximus, quæ in construendo. authent. e contra. C. de repud. ideo in bulla reuocationis vnionis debet conscribi illa clausula, vocatis his, qui fuerant euocandi & c. sicut poni solet in vnione faciendâ.

29 Si tamen Papa vnionem parochialium ecclesiarum dissoluat, solet adijcere clausulam, dummodo quælibet earum sit sufficiens ad sustentandum sacerdotes: per ea quæ no. doct. per illos tex. in c. vacante, & c. ex posuisti, de præb. & in c. cum M. de constit. & statuit Alex. vj. in ti. de reserua. iurispatro.

30 Nos tamen solemus in praxi, quando vnio non valet, impetrare beneficium vnium, & postea agere super possessorio: & si opponatur esse vnium, replicatur non valere vnionem: & ab illa vnione appellatur tanquam ab abusu, & pronuntiabitur irrita: & demum si vnio non valeat, possessorium adiudicabitur impetranti.

31 Si verò valeat, sed debeat reuocari ex causa, seruabitur praxis superiùs scripta coram Episcopo, vt petatur reuocari: & ante reuocationem non valebit beneficij vniti impetratio: vt supra scripsi in regula cõcella. quando vnio ipso iure valeat, vel ne, in glo. ix. ibi vide.

32 Potest tamen Papa beneficium vnium non obstante vnione conferre, suspendendo vnionem ad vitam eius, cui confert illud beneficium vnium, non verò dissoluit: licet in vnione dictum fuerit, quod vnio fiat cedente vel decedente eo, qui possidebat beneficium, & hoc de plenitudine potestatis, quã in his beneficijs habet. c. ij. de præb. lib. vj. vel causa permutationis conferre, licet episcopus hoc nõ posset: vt docet Oldra. confi. clvij. factum, vt superiùs dictum fuit: Papa tamen non solet cõferre, aliàs vniones essent inutiles, quia semper posset ita conferre: ideo solet cassari illa clausula, quæ in signatura impetrationis poni solet, & cum suspensione quaruncunque reseruationum, vnionum, & c.

Papa vnium beneficium an cõferre possit.

33 Quia ius acquisitum per vnionem non vult tollere, sed vult vt vnio fortiatum effectum: & illa verba cedente vel decedente important conditionem, quia ablatiui sunt absoluti. l. ab emptione. ff. de pactis. l. à testatore de conditio. & demonstra. intelliguntur enim quod cedente illo, qui possidet beneficium, id est, si cedat & resignet, quod vnio fortiatum effectum: vel decedente, id est, si decedat, ante quàm resignauerit, quod vnio obtineat per decessum.

34 Quamuis Staphil. in secunda forma manda. in tracta. de literis gratiæ dicat contrarium, versiculo dubitatur: nam licet certum sit possessorem cessurum, vel decessurum, tamen incertum est, si cedat ante mortem, ob id conditio fit: vt scripsi in tractatu de pacificis possessoribus.

Item

Canonici con-
fentiens dissolu-
tioni vnionis po-
test sibi pensio-
nem referuare.

Item si canonicus consentiret dissolutioni vnionis ecclesie parro-
chialis ad vitam Titij, quæ erat vnica suæ præbendæ, potest sibi referuare
pensionem, & regressum de iure, si altero cederet, vel decedat, aut aliter di-
mittat: sed tutius est, quod in bulla prouisionis ponatur, quod cedente
vel decedente eo, cui est prouisio ecclesie parochialis facta, quod vnio
iam facta teneat, & eo ipso facta censeatur: & quod retineatur ecclesia
parochialis vigore vnionis, quam Papa dicat eo casu probamus, & ro-
bur habere volumus.

In Francia periculosum esset consentire isti dissolutioni ad vitam,
quia sapit reservationem & regressum, qui sunt in Francia reprobati, &
vniones ad vitam, & sic dissolutiones, vt superius dixi. Sed vidi aliud fie-
ri, vt is canonicus det fructus ecclesie parochialis vnica loco pensionis
perpetuæ titio: sed adhuc non reciperetur in Francia, cum in tribus tan-
tum casibus pensio probetur: vt scripsi in tract. de pacifi. possessio. in xvij.
amplia. & timeda esset hoc casu appellatio tanquam ab abusu, qui abu-
sum retractaret: vt scripsi in tit. de referua in cõcorda. sed si partes essent
concordes, nil ad iudicem.

Effectus reuo-
cata vnionis.

Vltimo vnione reuocata effectus est, quia ecclesia vnita remanebit
in illo statu antiquo, in quo erat antequam vnita fuisset. c. j. ne sede vacã.
& ideo si erat monasterium sub abbatis regimine, postea etiam erit: vel
si erat parochialis, postea etiam erit.

Vnionem reuoca-
ta an patrona-
tus habeat ius pa-
tronatus pristi-
num.

Item si collatio spectabat ad prælatum, reuocata vnione etiam ad
eum spectabit, & ad patronum præsentatio, si antea patronus præsentati-
onem habebat. doct. in d. c. j. nec videtur patronus ex simplici consen-
su vnionis remisisse ius patronatus: nisi illud expressè remiserit vnien-
do. c. pastoralis, de donatio. & quando expressè in vnione remisit, facta
dissolutione remanebit ecclesia vnita libera à patrono: quia ius semel ex-
tinctum non reuiuisset. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. Petr. de Perus. in c.
fi. tracta. de reuoca. vnio. in prima regul. Cautius est, quod quando pa-
tronus cõsentit vnioni, consentiat quandiu vnita permanebit: sed si vnio
dissoluatur, reseruat sibi ius patronatus, quod nunc habet: & sic cessa-
bit dubium.

Reuocata vnio-
ne res redibunt
ad pristinum do-
minium.

Et si dissoluatur vnio facta de monasterio ecclesie seculari, illi qui
erant monachi monasterij permanebunt illius ordinis monachi, & bo-
na ad pristinum redibunt monasterium, & idem si erant seculares, &
postea erunt seculares. c. cum de beneficio, de præb. in vj.

Quia hæc reuocatio habet se sicut in integrum restitutio: nam si
cut per in integrum restitutionem res reponitur in pristinum statum: l.
quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. ita per hanc vnionis reuocatio-
nem: vt dicit glo. in d. c. primo, quæ est vera, licet de Perus. eam repre-
hendat, dicens non esse veram: quia in integrum restitutio concedi-
tur, quando quis læditur: sed per vnionem ecclesia non erat læsa er-
go dico non peti restitutionem in integrum: sed per reuocationem
vnionis res reducitur in pristinum statum, sicut per in integrum re-
stitutio

stitutionem: & hoc non habet dubium, licet ecclesia non petat in in-
tegrum restitutionem: sed causa cessante reuocabitur vnio: vt supra di-
ctum fuit.

44 Ille tamen prælatus, durante vita sua post dissolutionem vnionis erit
prælatus vtriusque ecclesie, & curatus vtriusque parochie: etiam ille vi-
carius erit quandiu viuet vicarius, sicut dicitur de vnione, quæ fit sine ali-
cuius præiudicio, textus in clementina finali, de rebus ecclesie non alie-
nand: sic reuocatio fiet sine illorum præiudicio, qui res vnitas possident:
non enim debet illi tolli titulus, qui est perpetuus, c. si gratiosa, de rescri-
lib. vj. c. satis peruersum, l. vj. distinct.

Post reuocationem
vnionis prior præ-
latus possidebit
illam ecclesiam quan-
diu uiuet.

45 Si tamen quedam reuocatio fuerit iuste facta vnione consistente à
prælato, non reuocabitur per vnionis dissolutionem, per regul. factum
legitimè non retractatur, licet peruenerit ad casum à quo incipere non
potuit: & quia ille prælatus seu curatus erat legitimè præfectus, & habe-
bat legitimam administrationem, c. & temporis. xvj. questione j. ergo po-
tuit iuste alienare vniam rem, & sic alienatio non poterat reuocari eo ca-
su, nempe si nõ fuisset vnita nõ fuisset reuocata: & hoc iustum & æquum
46 est: ¶ alioqui omnes actus facti durante vnione reuocarentur, quod est
absurdum: vt scripsi in compendio alienatio rerum ecclesie. Hactenus de
vnione, & de ipsius reuocatione.

Res alienate du-
rante vnione an
reuocari possint

De Ereptione ecclesie in cathedralem,
secularem, vel in alium statum.

1 **S**CIENDVM est quod ereptiones in cathedralem fieri non
debet, nisi à Papa. capitulo primo ne sede vacante, capitu-
lo, quod translationem, iuncta glossa, de officio legati, vbi
etiam legato prohibetur.


Ereptiones in ca-
thedralem à Pa-
pa fiunt.

2 Et ex causa facienda est erectio, primò vt seruitium diuinum au-
geatur, non autem vt diminuatur. cap. ex parte, de constitution. & vbi
necessitas, vel utilitas inest, sicut de mutatione dicitur, in cap. mutatio-
nes, vij. quæstione prima, & vbi fidelium multitudo excreuit, cap. præci-
pimus, xvj. quæstio. j.

Ex causa ere-
ctio ista fieri de-
bet.

3 Aliquando erigitur episcopalis in Metropolita-
nam: vt habetur in Extrauagan. saluator, in Extrauagan. communibus,
de præbend. de ecclesia Tholosana, vbi Papa Io. xxij. dicit se hoc facere
propter populi multitudinem, qui vno pastore regi non poterat: & quia
erat durum & difficile ad vnum recursum habere, etiam quod nullum
augmētum diuini cultus prouenerat ex tam immensis redditibus, quibus
abundabat ecclesia Tholosana, sed ex adipe prodibat iniquitas: vt mul-
to tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas
clientelæ, immoderata diffusio in parentes, sumptus enormes, aut vsus
extraordinarij sibi vendicassent, quasi totum patrimonium Crucifixi:

Episcopalis quæ-
do in Metropoli
tanam erigatur.



*Multi prelati
ex reddituum lu-
crum pereunt.*

& verendum erat, ne præful in crassatus, & dilatatus, & excessiuis opibus aliàs superbus periculosè recalcitrans, Deum factorem relinqueret, & à suo salutari recedens pernicioso exemplo in subditos deriuaret: ¶ vide-
tis quòd ex immensitate reddituum multi pereunt, & maximè quidam
iuuènes clerici, & nobiles superbi, qui vix ex parentum legitima obtine-
re possent mille aureos in redditibus, & tamen de bonis ecclesiæ decem
milia librarum habentes contenti non sunt: sed hyltra Saurōmatas pel-
lendi essent, sed hodie multos expellere oporteret, cum ferè omnes no-
stra ætas sic alat: Deuseos in melliorē statum dirigere velit, & insatiabi-
litate remouere.

*Imperator an
erigat ciuitatem
in Metropolita-
nam.*

Nec obstat quòd Imperator erigat ciuitatem, Metropolitanamque
faciat, l. vna, C. de Metropol. Berito, lib. xj. quia hoc verum quo ad priui-
legia secularia: potest enim ciuitatem facere, & erigere in Metropolita-
nam, & illa habebit priuilegia alterius Metropolitanæ data ab Impera-
toribus, sed non poterit erigere episcopale, vel archiepiscopalem digni-
tatem: quia ad hoc nullus habet potestatem extra Papam, cap. clericos,
xxj. distinctio. & in dicto c. j. ¶ sicut videmus in titul. de episcopis & cleri.
Imperator dat priuilegia clericis & ecclesijs, tamen non consecrat eccle-
sias, nec creat clericos, sed temporalia dat priuilegia, Papa spiritualia. Inn.
in c. cum ab ecclesiarum, de offic. ordina. doct. in d. l. vna. Ideo si ciuitas
fuerit priuata episcopo à Papa, ciuitas non desinet esse quòd ad priuile-
gia principis secularis, sed non quòd ad episcopatum: & sic erigere potest
Papa episcopatus, & archiepiscopatus: princeps verò secularis potest ci-
uitatem cōstituere, & Metropolim, & eas priuilegijs ornare quòd ad tem-
poralia: & fuit prohibitum in concilio Calcedon. ne clericus acciperet
dignitatem Metropolitanam ab Imperatoribus, vel alijs laicis qui non
possunt episcopum vel archiepiscopum erigere, licet illis à Papa erectis
priuilegia concedere possint.

*Papa & prin-
ceps secularis
creat uniuersita-
tes.*

Sic & uniuersitatem Papa creat, & princeps secularis: & vterque pri-
uilegia illi confert, & vterque suos constituit conseruatores, & iudices.
De Papa in cap. fina. de offic. leg. in vj. De Imperatore in authenti. habi-
ta, C. ne filius pro patre, de his priuilegijs scripsi abundè in tract. de scho-
lastic. priuil. vbi etiam declarauit d. authen. habita.

*De ereptione re-
gularis in secu-
larem.*

Interdum erigitur regularis in secularem, vel è contrario secularis in
regularem: & solet in bulla Papæ dici, Ad laudem & gloriam omnipo-
tentis Dei, & exaltationē catholicæ fidei, & diuini cultus augmentum,
ac ecclesiæ Albiens. statum prosperū, honorificum, & trāquillum ad sup-
plicationē & c. & hoc fuit factū quādo ecclesia Albiens. fuit olim in secu-
larē redacta: vt vidi in bulla erectionis illius. ¶ Cum omnes ferè ecclesiæ
id temporis regni essent regulares, quia tunc feruor deuotionis magnus
aderat, sed refrigescēte capite membra etiam frigida fiunt, c. sunt pluri-
mi, vj. q. j. vnde factum est, vt pauca monasteria in Francia inueniantur,
& religionis ferè zelus extinguatur: ac de iure facile fieri potest, vt secu-
laris in regularem conuertatur, c. ad audientiam, ij. de eccles. ædificand.

c. Apo

*Secularis in re-
gularem facile
conuertitur.*

c. Apostolicæ, de don. & illa est vera & propria mutatio, vt docet Guil-
helmus de Monte laudun. in clement. j. de rescript. ¶ Et potest hoc fieri
episcopi autoritate, etiam inuitis canonicis secularibus, sed ipsis proui-
debitur alibi, quādiu superstites fuerint: vt docet Petr. de Perus. in tra-
cta. de mutat. status ecclesiæ, in principio, per gloss. in c. Possessiones, de
rebus eccles. non alienand. sed de regulari in secularem non potest fieri
sine Papæ beneplacito, per text. in c. quæ semel, xix. q. iij. vbi sic scribitur,
Quæ semel sunt dedicata monasteria, consilio episcoporum maneat
perpetuò monasteria, & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs referuari
oportet, nec posse vltra fieri secularia habitacula: qui verò permiserint
hoc fieri subiaceant his condemnationibus, quæ per canones consti-
tuta sunt.

Ego tamen putarem non licere episcopis sic mutare statum eccle-
siarum sine Papæ autoritate, & ita seruetur, & scribitur in capitu. fina.
versic. sed obijcitur, xxv. quaestio. vlti. ibi, quod religiosè viuentes, cum
à religione cessauerint, priuilegijs eximuntur, quæ religiosa conuersa-
tio meruit.

De Ereptione in curatam & parrochiale.

LI Q V A N D O simplex ecclesia erigitur in curatam & par-
rochiale, quod fieri potest etiam ab episcopo propter aug-
mentum cultus diuini, si difficile sit parrochianis adire suam
parrochiam, c. ad audientiam, primo, de eccles. ædificand. &
quæ in ea requirantur, vide sequent.

Notanda sunt sequētia antequam ædícula seu capella, vel beneficium
simplex possit erigi in parrochiale intra parrochiā alterius. Primò de-
bet inquirere episcopus, an causa adsit, videlicet an prima parrochialis
sit tam ampla vt tempore hibernali cum pluuix inundant, aut niues,
non possint parrochiani sine magna difficultate ipsam adire, & congruo
tempore ecclesiasticis interesse officijs, c. ad audientiam, primo, de eccle-
ædificand. Ideo necesse est vt hæc inquisitio prius fiat, & de ea constet si-
cut debet inquiri antequam res alienetur, c. sine exceptione, xij. q. ij. scri-
psi in compend. alien. rer. eccles.

Secundò quòd hac inquisitione facta episcopus cōsentiat cōstructioni
istius secundæ ecclesiæ, alioqui nemo ecclesiam ædificet, antequam epi-
scopus ciuitatis veniat, & ibidem crucem figat: c. nemo, de conse. dist. j.

Tertiò curatus ecclesiæ primæ debet etiam consentire ædificationi
secundæ ecclesiæ, alioqui eo inuito sine causa, si præiudicetur illi, non
posset ædificari secunda ecclesia. Panormi. in d. c. ad audientiam, primo.
col. ij. in fin. nam quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri
non potest, per reg. iur.

C ij

*Requisita ad hoc
ut ecclesia in
parrochiale erigatur.*

*Curatus consensu
debet, quan-
do intra suā par-
rochiam altera
erigitur in par-
rochiale, & de-
bet compensari.*

Quartò debet curatus compensari de eo, quod sibi detrahitur, vt commodè valeat sustentationem habere in prima ecclesia, tex. in d. c. ad audientiam, c. de monachis, de præbend. & c. j. illo titul. in vj.

Ædificans ecclesia quæ designare ad eam debet.

Quintò debet ædificans designare ea, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiant, d. c. nemo, de consecrat. dist. j. & compellendus est is, qui construxit, ad sufficientem dotem constituendam: quia ex constructione se tacitè ad hoc obligauit, c. cum sicur, de consecrat. eccles. vel alta.

Sextò fundator compensando primum curatum, debet obtinere ab eo vt consentiat ædificationi alterius ecclesiæ, & erectioni in parochialem: & quòd habita compensatione ab ædificante remittat ei omne ius, quòd in illa ecclesia posset de cætero habere. † Etiam ius patronatus, quòd in futurum fortè posset prætere: & sic euitabuntur opiniones quæ habent, quòd curatus primæ ecclesiæ acquirit ius patronatus in secunda ecclesia cum fundatore: vt in d. c. ad audientiam, probatur per Rochum de Curte, in tractat. de iure patronat. in verbo contraxit, vij. q. in verb. & dotauit, q. xv. quòd sic euitabitur, vt dixi.

Parochiani an possint impetrate & facere unum succursum.

Vltimò omnia ista approbare debet episcopus, & super his auctoritatem interponere: quibus factis, ius acquiretur patronatus constructi dictam ecclesiam: vt in d. c. nemo. tradunt doct. † vnde si parochiani à matrice distantes, non possunt propter inundationes aquarum, aut alia pericula ad dictam matricem venire: tunc Papa solet concedere, vt diuina audire, & sacramenta recipere possint in capella, etiam non sic (vt supra dictum fuit) approbata, sed sine præiudicio curati: vt statuit Alex. vj. Pontifex maximus in suis regul. titul. de reseruation. iuris patron. in hoc tamen succursu approbato iure diuina plebs vicina audire poterit, & ibi sacramenta recipere absque curati præiudicio, dum tamen quantum frequentius poterit in matrice ecclesia conuerfetur, argum. c. significatum, de præben.

De Ereptione in collegiatam.

A Papa ecclesia erigitur in collegiatam.



NON VNQVAM ecclesia erigitur in collegiatam, & hoc solet fieri Papæ auctoritate: licet quidam dicant fieri posse episcopi auctoritate, capit. nobis, de iure patronat. quòd non probat, sed quòd episcopi auctoritate ecclesiam constructuat: & in hac erectione Papa sic scribere solet. Ad omnipotentis Dei & Virginis eius gloriosæ, totiusque curiæ celestis laudem, & gloriam, ac huiusmodi diuini cultus augmentum, sub venerando ipsius beatæ Mariæ de Clariaco vocabulo, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate Apostolica in collegiatam erigimus, & ad eam collegij canonicorum secularium capitulum facientium, ac omnia

omnia & singula alia iura collegij perpetuò habiturum decernimus; ita quòd in ea sit vna dignitas, quam tempore obtinens, caput eiusdem ecclesiæ existat, &c.

Et in hac erectione aliquando statuitur certus canonicorum numerus à Papa: interdum mādāt Papa suis executoribus in hac parte, vt pro facultate rēdituum certum præscribant numerum, c. j. de institut. quem Papa approbat per suā erectionis bullam: & ita vidi fieri, & hæc erectiones fieri censentur sine præiudicio alicuius extra expressa in bulla. Extra uag. vlti. de concess. præb. in Extraua. Io. xxij. & ibi vnum debet esse caput, vt non sint acephali, c. cum non liceat, de præscript. alia in collegiatis requisita scripsi in §. volumus, in verb. collegiatis, de colla. in concor.

Numerus canonicorum interdum à Papa erigitur interdum mandat erigendum. Volens erigere dignitatē, an possit.

Interdum cupit quis erigere dignitatē in ecclesia cathedrali, vel collegiata: & tunc Papa illam non eriget sine clausula, quòd hoc fiat sine præiudicio, & de consensu illorum, quorum interest: vt statuit Alexand. vj. Pontifex maximus in suis reg. titul. de erection. vt scripsi supra in tit. de signa. grat. & in bulla nouæ prouisio.

De translationibus episcoporum, & aliorum, & quando fieri possint.

NON dicendum est, quomodo ecclesiæ de vno loco ad alium transferri possint: & primò de Metropolitana & cathedrali: Cathedralis autem non potest transferri vel mutari in alium locum sine Papæ auctoritate, per text. in c. j. ibi, ac per hoc translationes episcoporum, ac sedium mutationes ad summum de iure Antistitem pertineant, de translation. episcoporum: & hoc interueniente consilio episcopi & fratrum scilicet canonicorum ecclesiæ vtriusque, maximè eius quæ transfertur, capitul. si quis vult, xvj. quæst. vij. nec quidem hoc fieri potest à legato, cap. nisi, & seq. de offic. lega. † Imò si quis propria auctoritate ad aliam ecclesiam se transfulerit, carebit & habita & ambita, cap. si quis episcopus, vij. q. j. cap. pen. & seq. de transl. episcop.

Metropolitana non potest transferri de uno loco in alterum sine Papa auctoritate nec cathedralis.

Quæro quando hæc translatio vel mutatio fieri possit? respondeo ex causa & non aliàs: vt superius dictum fuit de vnionibus & dissolutionibus vnionum.

Translatio quando fieri possit. Sex sunt cause translationē inducentes.

Sed quæ sint istæ causæ? respond. text. in cap. tribus, de consecratione distinctio. j. sic ait. Tribus ex causis loca sanctorum sunt transmunda. Prima cum necessitas persecutorum loca eorum grauauerint, vt ibi scribitur.

Secunda cum difficultas, fortè si ad eum locum adiri non possit, vel si ibi aëris locorum intemperies fuerit. glo. ibi, & in c. quorūdam, lxxiij. distinct. vel si locus aquarum inundatione grauetur: l. ij. ff. si quis cautio.

Tertia cum malorum societate grauatur, ergo propter maliciam populi transfertur sedes, c. ita nos, xxv. q. ij. & episcopus renunciat episcopatu, c. nisi, §. propter maliciam, de renun. nam Christus ait, *Si vos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam, Matth. 10. c. & c. sicut, in secundo, vij. quæstio. ij.*

Quarta causa est mutationis ad meliorandum ecclesiam, cap. si quis vult, xvj. q. vij. vbi sic scribitur. Si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, & c. facit c. ij. in fi. de statu monach. & ista mutatio fuit facta de ecclesia Magalonæ ad Montepeffulanum, & fortè ea causa & seq.

Quinta causa quãdo locus est periculosus, quia ibi sunt prædones, qui non possunt expelli: tunc in locum congruum transferri debet, c. ecclesias, xvj. q. vij. vbi etiam glo.

Mutationes episcoporum communi utilitate, aut necessitate fiunt

Ultima causa communis utilitatis, text. in c. mutationes, vij. q. j. sic inueniens, Mutationes episcoporum scitote communi utilitate, atque necessitate fieri licere, sed non propria cuiuscunque voluntate, aut dominatione. Diuus Petrus magister noster & princeps Apostolorum de Antiochena ciuitate utilitatis causa est translatus Romam: vt ibidem plus proficere posset.

Eusebius quoque de quadam parua ciuitate Apostolica autoritate mutatus est in Alexandriam, & c. Non enim transit de ciuitate in ciuitatem, nec transfertur de minori ad maiorem: qui hoc non ambita, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede depulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, vel populi, non superbè, sed humiliter translatus est, & c. scias ibidem. Scias frater dilectissime, aliud esse causa necessitatis & utilitatis, aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis: non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non auaritiæ causa, aut dominationis aut propriæ voluntatis, vel delectationis suæ migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis & utilitatis mutat, hæc textus ibidem.

Translati ecclesie sua perdit priuilegia

Et sic plus est ecclesiam transferre, quàm vnire: quia vnire ecclesiam, vnita retinet sua priuilegia, & statum, sed quando est translata, ea perdit, nec remanet in suo statu, sicut quando est vnita: vt scribit Lappus allegatione lxxij. quæris an liceat, dicens hoc fieri posse de consensu episcopi & fratrum, capit. episcopus, vij. quæstio. j. sed cum immutetur status illius ecclesie translatae, & mutare statum non potest etiam legatus, capit. penultimo, de ecclesijs ædificandis, vbi Papa indulget episcopo, ergo sine Papæ indulto hoc non poterat. Federicus consilio cxcv. in Christi & c. factum. Ita Petrus Perus. in tracta. de vnion. cap. iij. Ioan. Brunell. in tractat. de dignita. & offic. leg. conclus. xij. † sed hoc potest intelligi in episcopatibus, secus in inferioribus beneficijs: & an translatus, si non possit obtinere illum episcopatum, possit ad primum redire: vide text. in cap. si quis, xcij. distinctio. & capit. si quis iam translatus, xxj. quæstio. ij. & plenè Panormit. consil. cj. factum, in ij. volu. vide

vide glos. in capitu. quibus, in verb. clausis, de election. in prag.

13 Et in his translationibus ecclesiarum episcopatum solet Rex consentire, quia sua interesse poscet, sicut fundatoris. cap. filijs, & seq. xvj. quæst. vij. & in c. j. ne sede vacan. vbi Rex petebat dissolutionem vnionis: ita consensit Rex translationi in translatione factæ ex insula Magalonæ ad Montepeffulanum, anno 1536.

Rex in translationibus consentire solet.

14 Reuocatur etiam translatio causa cessante, vt pote si hostilitatis necessitate fuerit facta translatio, ea cessante ad primam ecclesiam redire oportet. c. in apibus, in fin. vij. quæstio. prima. idem si metu belli, vel alio compulsus fuerit quis primam ecclesiam relinquere, illo cessante redire ad primam poterit, capit. pastoralis. vij. quæst. prima. clem. prima, de foro competen.

Translatio quando reuocatur.

15 Idem si in ruinam cederet religionis, eleemosynæ, & hospitalitatis: vt habetur in c. j. ne sede vacan.

16 Effectus translationis est, vt translatus ab vna ecclesia ad aliam desinat esse episcopus, vel prouisus illius primæ ecclesie, à qua transfertur. c. in apibus. §. ecce. vij. quæstio. prima, quod est verum, quando episcopus Montispeffulani transferretur ad episcopatum Albiensem, vel alium: secus si tantum fiat translatio sedis, vt de ecclesia Magalonæ ad ecclesiam Montispeffulani.

Effectus translationis.

17 Alius effectus est, vt prior ecclesia desinat esse cathedralis, & secunda efficiatur cathedralis: doct. in c. j. & sic ecclesia Magalonæ erat olim cathedralis, nunc simplex ecclesia: & ecclesia sancti Germani Montispeffulani nunc effecta est cathedralis, mutato nomen in sanctum Petrum, vt fit ecclesia cathedralis sancti Petri.

18 Alius vt in prima ecclesia debeant relinqui presbyteri, saltem vnus: si reditus pluribus non sufficiunt, qui ibi ministrare debeant, cap. si quis vult. xvj. q. vij. & si primum monasterium destruitur, vel ecclesia, debet poni clausula, quod ad profanos vsus non redigatur, per reg. semel. Deo dicatum, de reg. iur. lib. vj.

19 Alius vt prior ecclesia perdat priuilegia, & in aliam ecclesiam transferantur. glos. in d. c. si quis vult. quæ allegat, c. & quæ diximus. xvj. q. vij. quod est verum, quando priuilegium cõcerneret personam, secus si rem. l. ij. §. ff. de priuileg. credito. l. tempus, in fi. ff. de re iudic. Oldrad. consil. cclxvj. quod domino, nu. 2. & sic vtraque ecclesia erit immunis, sicut alia ecclesie: vt per totum titul. de immu. ecclesia. & puto etiam quod presbyteri, qui ibidem Magalonæ seruent, erunt exempti sicuti ministri ecclesie translatae, c. per exceptionem, de priuileg. lib. vj.

Duo saltem presbyteri debent demitti in ecclesia prima.

20 Vltimus effectus est, quod deinceps omnes actus concernentes ecclesiam cathedralem sicut conficere chisma, & alia, quæ fiebant in prima ecclesia: fieri debent in illa ad quam erat translata: & sicut debebat esse theologus in prima, ita & in secunda. §. j. de colla. in Concord.

C iij

De translatione monachorum.

Monachus trans-
latus an nouam
professionem face-
re teneatur.



NO T A N D V M est, quòd quando quis translatus est ad aliud monasterium, non est necesse facere nouam professionem in secundo monasterio: nam semel facta professio sufficit, capitul. nullus, & capitul. indemnitatibus, de elect. in vj. quando non sunt diuersæ regulæ. Panormitan.

in cap. Abbate sancti Siluani, not. iij. de verborum significationibus: quia profitendo vnam religionem, omnes videtur profiteri quo ad substantiam regulæ, cum ad vnum tendent, vt docet Hostien. in capir. ad Apostolicam, de regula, & abundè Federic. Senens. consil. v. quidam monachus, in j. dubio, & consil. xix. colum. ij. vbi dicit, quòd quando monachus vnus monasterij in aliud transfertur, solet de stylo poni hæc clausula, te de monasterio Furcens. cuius monachus existis, ad monasterium sanctæ Mariæ autoritate Apostolica, transferentes, ac volentes, & decernentes ex nunc eiusdem monasterij sanctæ Mariæ monachus censearis, & in eo recipiaris in monachum, &c. Decius, in cap. præterea, de præbend.

Clausula transla-
tionis Pape.

An monachus translatus in aliud monasterium autoritate Apostolica possit sine licentia Papæ redire ad primum monasterium, vide eundem Fed. conf. cclxij. Præsuppositò: & an religiosus præfectus ecclesiæ seculari nomine religiosorum comprehendatur, gloss. in clem. religiosus, de procurar. & clem. j. de deci. Felin. in c. tua, colum. ij. de iureiu. & comprehendendi asserunt ibidem.

Solus Papa com-
fert religioso al-
terius monaste-
rij ante transla-
tionem.

Etiam notandum est, quòd solus Papa potest conferre, vel commendare beneficium religioso alterius monasterij, c. cum singula, §. final. de præb. in vj. nisi in monasterio dependente, vt ibi: vel nisi fuerit translatus canonicè ibidem.

Translatio mo-
nachorum quom-
modo fiat.

Sed dicet quis, quomodo fiat canonica translatio? respond. si monachus velit ad religionem arctiorem transire: tunc sufficet consensus abbatis, vt dimittat religionem, in qua est professus, & aliam ingrediatur c. licet, de regula, c. statuimus, xix. q. iij. non tamen sufficeret licentia prioris: vt docet Roma. singul. cccclij. domini, per text. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. eccles. Etiam petita licentia & non obtenta sufficeret, in d. c. licet, & hoc asserit Anto. Butr. in c. fin. col. j. de renunc. & Soc. cõsi. cccxij. præsens consultatio, ij. volu. sed si abbas sit mortuus, tunc licentia conuentus habita episcopus facultatem dabit, teste Lappo allegation. lxi. quidam.

De translatione
ad perem Reli-
gionem.

Si autem velle transferre se ad aliam religionem parem, tunc voluntas abbatis & conuentus sufficit, nisi velit transire ad monasterium in alium dicecesim, in qua translatione & episcopi illius autoritas requiretur & causa iusta in nõ exemptis, Perus. in d. c. cum singula, §. fi. col. ij. de præbend. libr. vj. c. significatum, de regul. & c. post translationem, de renun. argum.

De translatione monachorum.

argument. cap. ij. in lxxvij. distin. & cap. qui verè purèque, xvj. quæstio. j.

8 Et his casibus nullus abbas debet licentiã præstare monacho abeundi, nisi primò religiosus inuenerit alteram religionem, quam paratus sit intrare statim: & oportet quòd ei constet de voluntate abbatis & conuentus secundæ religionis: alioqui posset religiosus fugere, & apostatare. Innoc. & alij in c. fin. de renuncia.

9 Si verò vellet adire religionem latiore, non ita strictam, hoc de Papæ solius consensu potest. gloss. & doct. in dict. capitul. cum singula, §. fin. de præbend. quia hoc est contra iura, quæ non potest inferior tollere, clement. ne Romani, de electio. & solus Papa in his habet plenitudinem potestatis, c. proposuit, de concessio. præbend. Panor. in c. non est, de regula. vbi declarat quæ regula dicatur strictior.

De uolente in-
gredi religionem
latiorem.

10 Si tamen causa exigeret celeritatem, vt pote ratione infirmitatis, vel alterius iustæ causæ: & tunc sufficeret dispensatio episcopi cum licentia abbatis. Innoc. in dict. cap. fin. & cap. dilectus, de tempor. ordina. Perus. vbi supra.

11 Sed si de facto monachus ad latiore religionem se transferret, & ibidem habitum assumeret, & deferret, non esset excommunicatus, nec apostata. cap. fin. de apost. vt docet Innoc. in cap. intelleximus, de ætate. Lappus allega. xxxiiij.

Translatus ad
aliã religionem
propria autori-
tate an sit apostata.

12 Tamen habebit locum pœna cap. eum qui, de præbend. lib. vj. facit cap. fin. de regula. hoc docet Dom. Gemina in dic. cap. cum singula, §. fi. in iij. no. ibidem de mendicantibus transeuntibus ad aliam religionem vide clementin. vt professores, de regul. & inferius in dispensa. regul. dicitur.

13 Nota tamen quòd semper religiosus de licentia sui abbatis potest mutari & transferri in alium locum, qui sub eodem abbate regitur, & sit eiusdem religionis. gloss. fin. & doc. in c. significatum, de regul. Perus. in dict. c. cum singula.

Religiosus po-
test mutari per
abbatem ad aliũ
locum eius reli-
gionis.

14 Et sic vides requisita ad translationem. primò quòd causa adsit, & legitima. doct. in dict. capitul. significatum. secundò quòd licentia interuenerit, vel saltem petatur, quo ad strictiorem religionem: nec valeret consuetudo in contrarium. capitul. cum venerabilis. de consuetu. tertio quòd licentia detur à suo superiore immediato, non ab inferioribus. Panorm. in capit. licet, de regula. Socin. consil. lxx. Viso instrumentò, col. iij. in iij. volum. quartò, quòd religiosus aliam religionem inuenerit, antequàm licentiam petat. Innoc. & alij in c. fi. de renuncia. doc. in dic. c. cum singula. Soci. d. conf. cccxij. in ij. vol.

Requisita ad bo-
nã translationem.

15 Si tamen Papa conferret beneficium religioso, vel commendaret in alio monasterio, valeret prouisio, etiam si nihil diceret de translatione: quia prouidendo videtur eum transferre, tanquàm necessarium consequens. gloss. & doc. in c. quia in tantum, de præben. & c. si quis in clero, vij. quæstio. prima, Fel. in cap. postulasti, col. vij. de rescript. licet clausula translationis non debeat omitti, si sapias.

Collatio Pape
inducit transla-
tionem.

Sed si

*In mandato de-
bet contineri trans-
latio.*

Sed si mandaret prouideri per mandatum forte, vel alias, non poterit 16
prouideri illi monacho in alio monasterio, nisi sit translatus, vel dispen-
satus, vel in mandato transferatur, vel nisi illud monasterium in quo man-
datur prouideri sit dependens ab alio. d. c. cum singula. s. fi. de præbend.
lib. vi. ideo in mandato debet esse clausula translationis, si alteri abbat, i
vel collatori dirigatur mandatum: vt ita vidi obseruari.

*Translatio quã-
do non requiritur.*

Si tamen ecclesia parrochialis, vel aliud beneficium sit solita regi per
monachos vnius monasterij per quadraginta annos, poterit conferri mo-
nachis illius monasterij sine translatione, non verò monachis alterius mo-
nasterij, per tex. in c. cum de beneficio, de præb. in vi.

*Clausula transla-
tionis ponenda.*

Notandum est, quòd quando Papa prouidet, aut prouideri mandat 17
regulari de beneficio regulari alterius monasterij depen. debet dari clau-
sula translationis: vt monachus transferatur de loco ad locum, & inibi in
monachum & fratrem recipiatur, ac sincera in domino charitate tra-
ctetur, & hoc si sit eiusdem ordinis.

Si verò sit alterius ordinis, tunc debet transferri, & recipi in mona- 18
chum & fratrem, & habitus regularis dari iuxta monasterij consuetu-
dinem.

Si autem essent diuersi ordinis, non habitus, vtpote Cluniacen. & san- 19
cti Benedicti, tunc nõ debet apponi clausula in bulla tibi, qui regularem
habitum & c. & ista de stylo sunt curiæ Roma.

Etiã si prouideatur de prioratu conuentuali à quodam monaste- 20
rio depen. monacho eiusdem monasterij, non apponetur in bullis, cum
translatione de monasterio ad prioratũ, & idem in alijs beneficijs priora-
tus, & dependentibus ab eodem monasterio: vt no. in d. c. cum singula, in
fi. de præb. lib. vi.

*In noua prouisi-
one apponi solet
translatio.*

In noua prouisione etiã apponitur translatio, sicut enim dubitatur 21
de prima collatione, & acceptatione, an viribus subsistant, ita & de trans-
latione: ideo dari solet.

Etiã translatio datur ante annum professionis, si conferatur eidem 22
beneficium alterius ordinis, quia largè frater alterius ordinis dice-
batur, vt inferius scripsi in dispensa. regula. & clausula.

volumus, & c. æquipollens est translationi. Ha-
tenus de modis acquirendi, nunc vi-
dendum est quomodo bene-
ficia conferuare pos-
simus.



PRAXIS BENEFICIARIAE SECUNDA
PARS, BENEFICIA CONSERVANDI MODOS UTILES

DOCENS.



- 1** **P**RIORI Libro modos beneficia acquirendi præmissimus, nunc ad conseruandi modos accedamus: in quibus cum non minor virtus sit quam acquirendi: & beatum eum qui tenet, dicat glos. in §. si tres, de pace tenen. & eius violat. licet paulò facilius sit retinere, quam acquirere: tamen non minor erit adhibenda opera, ne quid vtile vel necessarium huic parti omitteremus, vobisque omnibus pro virili satisfaciamus †: quare si contingat nonnullos ex his, quos describemus, modis: acquirendi quoque viam complecti, considerabitis illos etiam conseruandi non minorem commoditatem præ se ferre: sunt enim quidam communes & acquirendi, & conseruandi.
- 3** Imprimis se offert gratia seu rescriptum, perinde valere, quod tanquam vtilissimum aggrediamur, conseruat enim beneficium, si maturè impetretur: vt statim apparebit.

Conseruandi virtus non minor quam acquiradi.

De rescripto etiam, & perinde valere.

- 1** **R**ESCRIPTUM istud regulariter gratiam concernit, estque in curijs frequentissimum, sed interdum est etiam valere: nam vidi Papam concessisse literas commissionis, quæ fuerunt ab eo reuocatae, postea decreuit eas etiam valere, & perinde, ac si executio ratione illarum facta fuisset. Itaque clausula, etiam valere, communiùs datur: quando à Papa reuocatum aliquid, eratque irritum factum, si postea ex causa Papa decernat valere, ponetur claus. etiam valere.
- 2** Si verò Papa non irritauerit primam collationem, vel actum, sed ex subreptione vel alio casu est actus fortè inualidus, dabitur hoc rescriptum perinde valere: quia Papa potest fingere & statuere vt actus perinde valeat, ac si iure factus esset: vt Bar. & alij docent in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio.

Etiam valere quomodo intelligatur.

Perinde valere quando concedatur.

Noua prouisio et perinde ualere differunt. Et sic rescriptum perinde valere est, quando Papa gratiam suam alia qua ex parte inuvalidam confirmat: sed noua prouisio datur, quando collatio fuit facta ab alio, quàm à Papa: vt asserit d. Phili. Probus in c. fina. de consuetu. lib. vj. & hoc verum est.

Confirmatio differt à perinde ualere. Differt tamen hoc à confirmatione, quia hæc respicit, vt nunc actus, confirmatus valeat. l. & quia. ff. de iurisd. omnium iudic. c. j. & per totum, de cõfirma. vtili, sed perinde valere respicit sicut Argus (vt Poëtę dicunt) retrò, & valet à die primæ gratiæ, si nulli fiat præiudicium: vt inferiùs plenè dicitur.

Perinde ualere non inducit nouam prouisionem. Confirmatio in beneficialibus etiam non datur: vt suprà dixi in noua prouisione, sed perinde valere sic: quod tamen in effectu vim cõfirmationis obtinet, nec inducit tamen nouam prouisionem, teste A Egid. Bellamera in decis. dxxxij. si prouisus. & prouincial. fo. 33.

Quando perinde ualere impetrari possit. Quæro quando impetrandum sit hoc rescriptum? Respon. quando quis dubitat primam Papę prouisionem, ex aliqua causa impugnari posse, vt perinde valeat, ac si valida fuisset tempore impetrationis. facit l. ij. ff. de dona. scripsi de hoc verb. in l. porrus. ff. de verb. signific.

Perinde fictionis de notat. Et hæc dictio perinde, denorat fictionem. tex. iuncta gl. in l. j. ff. de recepta. l. ij. & l. vlt. de natal. restituen. Rota decis. ccclxxxij. si Papa, in no. Ias. in l. Titia. §. si. de verb. oblig. vbi dicit denotare omnimodam iuris similitudinem. & Paul. Paris. consil. xxxvij. licet, in iij. vol.

Perinde personam, tempus, et actum respicit. Interdum hæc dictio respicit tempus, vt si minor impetrauerit beneficium, & tacuerit se minorem, impetrabit hoc rescriptum, vt perinde valeat à tali tempore, ac si fuisset maior, vt statim subijciam. Aliquando respicit personam, vt perinde valeat ordinatio, ac si fuisset facta à proprio Episcopo, aliquando actum respicit: & de his inferiùs dicitur. & plenius tractati in d. l. portus. ff. de verb. signific.

Acta non expressa hoc rescripto potest suppleri. Et ista impetratio facit primam collationem & actum valere, ac si primò valida fuisset. Nam tantum debet operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero: l. si filio. ff. de liber. & posth. l. si filiusfamil. si certum petat. Quòd si prima valida fuisset, non esset opus hoc rescripto: sed per hanc clausulam postea validus fit actus, ac si principio integer fuisset.

Ex quibus inferitur, quòd si impetrauero beneficium, & nõ expressero ætatis defectum, non valebit impetratio. c. si eo tempore, de rescri. in vj. ex hoc tamen rescripto confirmabitur prima impetratio, ac si priùs ætatem expressisset.

Qualitas suppletur à perinde ualere. Adhæc si prouisus sim de beneficio talis N. à Papa, & non dixero esse curatum, non valet prouisio: sed ad supplendũ defectũ impetrabo, vt perinde valeat prouisio, ac si curam expressissem. c. cum in illis de præb. in vj.

Tonsura confirmatur perinde ualere. Præterea si promotus fuero ad tonsuram ab alieno Episcopo, deficit ordinario. c. j. & per totum, de tempor. ordi. lib. vj. dicam infra in materia dispensa. ideo impetrabo, vt perinde valeat tonsura, ac si à proprio Episcopo collata fuisset: vt suprà dixi in materia tonsuræ.

Insuper

13 Insuper si naturali collatum sit beneficium, & nõ expresserit natalium defectum, non valebit collatio: nisi per hanc clausulam ei succurratur, vt perinde valeat, ac sic natalium defectus expressus fuisset: vt consuluit Petrus Paris. confi. xliij. pro Do. Hieronymo, col. ij. in iij. vol. doct. in cap. j. & per totum, de fil. presbyter.

Natalium defectum suppletur per perinde ualere.

14 Nec etiam valebit beneficij impetratio facta ab extero ignorate idio- ma patriæ, nisi per hoc rescriptum sibi succurrat regul. cancel. xix. facit c. neminem. lxx. distin. gl. in c. si proponente, de rescript.

15 Notandum est, nunquam concedi quòd literę & processus valeant ab omnium eorum data, præterquàm in mutationibus collationum, & re- ualidationibus, & tunc addatur verbũ videlicet ad vacatura: alioquin quæsitum tolleretur. Et ideo debent addi verba hæc à data præsentium valeant, nisi in mutationibus & reualidationibus prædictis, vt est statutum ab Alexand. vj. Pontifice maximo in suis regul.

Literę et processus quando hoc rescripto confirmari possint.

16 Plus addens, quòd super literis per poenitentiarium expeditis, & super breuibus, non datur perinde valere, nec literæ: & si Breuia huiusmodi confirmantur, & signatura dicet de nouo, cum non sint veræ literæ Apostolicæ, secundum quosdam: sed per illas gratiæ concessæ dantur de nouo.

Super quibus nõ concedatur literæ perinde ualere. Dicens se dubitare de prima collatione non potest dicere de facto.

17 Item super literis expectatiuis in forma pauperum concessis dari literæ perinde valere non consueuerunt: quia literæ istæ sunt iustitiæ, & hoc de stylo: ego tamen dicerem dari posse, quia gratiæ sunt: vt superiùs dixi in differentijs inter literas gratiæ & iustit.

18 Adhæc si in supplicatione dictum fuerit, quòd impetrans dubitat primam collationem viribus non subsistere, non poterit postea in bulla dicere de facto dubitare, & inficere primam collationem, & ab ea recedere: quia si Papæ in supplicatione priùs narratum fuisset, quòd de facto dubitabat non concessisset, vel non ita de leui, cap. postulasti, de rescript. fortè quia de facto ingressus est beneficium, ideo intrusus. c. cum iam dudum, de præb. cui vix datur hoc rescriptum, argu. l. auctoritate. C. vnde vi.


19 Insuper etiam non valeret quis impetrare has literas super parrochiali sita in villa murata, quam non qualificatus obtinuerat hoc omisso, & postea impetrauerat, vt perinde valeat, ac si qualificatus esset: dixi non valere, per ea quæ scripsi in §. declarantes, de manda. Apostolic. nam in §. statuimus ij. in concordia. debent istæ parrochiales conferri graduatis & qualificatis: & si alijs conferantur, non valet collatio, ipse quoq; Papa vult litigari illa lege: vt patet in §. j. de firma & irreuoca. Concordia. stabili.

Non graduatus super parrochiali uille murata non impetrat, ut perinde ualeat ac si graduatus esset.

20 † Vidi tamen concedi literas perinde valere, ei qui dicebat se studere, qui studuerat antea sex annos, sed tempore impetrationis non studebat: ob id Papa ratione sui studij præteriti volebat, vt perinde valeret, quasi tempore impetrationis studisset, & tunc respicit tempus, vt dixi.

Perinde ualere in resignatione quando possit impetrari.

21 Etiam non utitur hoc rescripto resignatarius, si de nouo consensu resignantis non apparuit, quando in sua prima resignatione hoc non con-



tinebatur: vt vidi de quodam, qui resignauerat parrochiam ecclesiam, quam habebat in ecclesia sancti Stephani Bituricen. & ibidem nullam ecclesiam parrochiam habebat, sed tantum vicariam. † Vnde oportet, quod consensus resignantis habeatur de nouo, qui dicat se voluisse resignare vicariam, & eam de nouo resignat, seu constituit procuratores ad resignandum eam: & tunc Papa concedit ei, vt perinde valeat, ac si prius regnata fuisset. † Si tamen hic vicarius antea resignasset illam vicariam, quæ iamque fuerat alteri collata, non proderit hoc rescriptum, quia non valebit, nisi nunc ex nouo consensu. & ita vidi quandoque impetrari, sed quandoque fit in fraudem, quæ tamen alteri nocere non potest.

Vidi etiam concedi moniali hoc rescriptum, eò quod impetrauerat locum monachalem in monasterio vacantem per promotionem Abbatissæ, qui reseruatus erat in curia: ideo in hoc rescripto fuit dictum, quod receptio huius monialis, quæ iam erat facta in monasterio, & quæcumque inde secuta perinde data præsentium valerent, & plenam obtinerent roboris firmitatem, ac si in dicto loco nulla per sedem Apostolicam generalis, vel specialis facta foret reseruatio: ecce in quibus casibus regulariter non valet hoc rescriptum, vel valere potest. & inferius dicitur non valere contra ius naturale, vt in furioso.

Nota tamen quod gratia perinde valere si sit eiusdem date, cuius est prouisio, præsumitur tamen posterior natura, quia refert ad gratiam & eam confirmat & confirmatum prius est confirmante. cap. j. & per totum de confirma. vtili. Gemina. consil. xj. lite. colum. j. & sequen. & secunda gratia præsupponit alteram. cap. ij. de filiis presbyter. & non est mirum ex signatura duas elici bullas videlicet bullam prouisionis, perinde valere, cum hoc sit in signatura si expressum: alioqui clausulæ nihil prodesse.

Etiam differt hoc rescriptum à rescripto si neutri, quia hoc non datur nisi literis confectis & expeditis: quia non potest sine literis esse processus, secus in perinde valere: vt docent Do. de Rota decis. cccclvij. aliàs est decis. xx. de concess. præb. incip. circa secundum, in no. & Staphil. in tract. de literis iust. vers. quando aliquis petit.

Ad plenam huius materiæ prosecutionem dicendum est hoc rescriptum valere, antequam ius sit acquisitum tertio, postea verò non derogat iuri tertij: sed si de nouo posset Papa concedere, si veller, confirmat ac si prius iure concessum esset: & qui confirmat hoc casu dat: vt in l. & quia, ff. de iurisdic. omnium iudic. l. lege xij. tabularum, de verb. signific. vbi dixi.

Imò etiam si Papa apponat verba se referentia ad vitium de præterito, vt non possit obijci vitium præcedens, fortè simoniæ vel hæresis: ita tamen per hæc verba non intendit auferre ius in re, vel ad rem alteri quæsitum. c. quamuis, de rescript. lib. vj. & c. cum olim, de consuetud. Felin. in c. super, col. vij. de rescript.

Etiam

29 Etiam si duo concurrant impetrantes, & vnus non expresse quod exprimendum erat, si eodem die impetret rescriptum perinde valere, non nocebit alteri impetranti, quominus præferatur isti concurrenti: vt quia non potest dici rescriptum concurrere, quod est nullum, cap. non omnes ij. q. vij. & c. factus, vij. q. j. & hoc est valdè vtile.

Perinde valere non derogat impetranti, qui est eiusdem date.

30 Et si Papa erat aliquem Canonicum & vult vt perinde habeatur canonicus, ac si tempore datæ fuisset canonicus: hoc etiam non tollit ius quæsitum alteri canonico, licet sint æquales: quia vnus est verè canonicus, alter fictus: & si duo sint sponsi, vnus verus, alter fictus: verus ficto præfertur. c. fraternitatis, de frig. & verus administrator præfertur ficto. cap. olim, j. de resti. spol. c. cum venerabilis, de religiof. dom. & veritas præfertur fictioni. §. si quis rem, de leg. in insti. Do. consil. cxxxvij. an si quis, colum. ij.

Canonicus uerè creatus præfertur ficto perinde valere.

31 † Nam rati habitio non trahitur retro in præiudicium iuris quæsiti, l. bonorum, vbi Bart. ff. rem ratam habe. & l. si indebitum. §. si procurator, ibidem. Bald. in l. obseruare, in fi. in x. q. de offi. procōsul. Dom. consil. cxxxvij. factam, col. ij. & Soci. consil. cxxvj. in prin. in iij. volu.

32 Et hoc solet Papa exprimere, dummodò non sit ius acquisitum alteri tempore datæ præsentium. cap. si postquam, de præb. in vj. superius fuit dictum in bulla nouæ prouisionis, quia valet vt nunc, non vt tunc, quando in medio est obstaculum. Socin. consil. ccxxvj. quæstione. col. iij. in ij. volum. nam confirmatio valet vt nunc, d. l. obseruare, in fi. ff. de offi. proconsul. Panor. in c. iij. nu. 5. de his quæ fiunt à præla. sicut de legitimatione dicitur, an valeat vt nunc. doct. in capitul. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.

33 Vnde consuluit Paul. Castren. consil. clxxvij. donatio, in vj. volu. col. j. principem contractum inualidum confirmare posse ex defectu iuris communis, dum fiat sine alterius præiudicio, & antequam sit alteri ius quæsitum, per l. adoptio non iure facta. ff. de adop. l. ij. in fi. de reb. eorum.

Confirmari potest contractus si non sit alterius quæsitum.

34 Et si Papa diceret, non obstante quod sit ius alteri quæsitum, non valeret: quia præsumeretur circumueatus, postquam declarauit hoc non valere. c. si quando, eo. tit. nec istud rescriptum reciperetur: nec Papa fidelis seruus esset, nec daret cibum in tempore, sicut iussus est in Euangelio.

35 Præterea quando Papa dicit non obstante quæcūque collatione prouidemus, intelligitur de collatione inualida. c. ij. ne sede vacan. Felin. in c. causam quæ, in fi. de rescri. & Alex. consil. cxxvj. viso. tit. col. ij. in ij. vol. & consil. xxxv. viso, nu. 6. in iij. vol.

36 Et quando reuocat omnia facta in contrarium, intelligitur de his quæ non erant iure facta. c. audita, de resti. spoliat. & inferius scripsi.

37 Nunc videndum est, quæ sint in hoc rescripto exprimenda. Respond. oportet exprimere omnes defectus, alioqui expressio vnus, non supplet alios non expressos. l. j. §. si plura. ff. ad Turpillia. Domi. expressè in consil. xv. Reuerende pater, in iij. dubio, quia sublato vno iure aliud remanet.

Exprimenda quæ sunt in perinde valere.

38 c. ex tuarum, de authorita. & vsu palij. gl. in regul. Cancel. xix. in fi. † Vnde habetur in practi. Roma. quod in gratia perinde valere, non debet sup-

D iij

pleri vltra illud, quod est in supplicatione, propter iudicia, quæ super illis solent oriri: vt si personam iudicis approbo, non tamen videor approbare eius dicta. cap. super, de offi. delega. † Idem in testibus habetur. cap. 39 presentium, de testibus. itaque si illegitimus minor impetrauerit beneficium curatum non expresso defectu natalium, nec ætatis, si postea impetret hoc rescriptum, exprimendo tantum defectum natalium, & omittat defectum ætatis, non valebit hoc rescriptum, nec impetratio: quia omnes defectus non sunt expressi. ita quandoque dixi alicui, qui sic impetrauerat: nam si plura sint crimina singulorum abolitionem quis petere debet. d. §. si plura. vel enumerare ea in vna gratia, seu literis: alioqui nõ valet gratia.

Omnes defectus sunt exprimendi in perinde ualere.

Perinde ualere impetrandũ uel rescribenda gratia.

Præterea si quis resignauerit ecclesiam parochialem in fauorem Titi, & signata fuerit supplicatio cum suspensione quorumuis gratiarum expectatiuarum, specialium reservationum vnionum, &c. Sed in impetratione bullæ hæc clausul. cum suspensione non fuit conscripta: tunc utendum est his literis, vt perinde ualeat: ac si in illis de suspensione & decreto prædictis plena & expressa mentio facta fuisset, non obstan. vel rescribatur, vt supra dixi, & melius erit.

Doctois mentio omiffa quando suppleri possit ex perinde ualere.

Ad hæc si tempore prædecessoris Pauli tertij impetrauerim beneficiũ in villa murata tanquam doctor, vt hoc fuit in supplicatione expressum: si obtinuerim bullam tempore dicti Pauli in qua omiffum fuit quod eram doctor: nunc tempore Iulij uolo eam immutare & addere doctor. quidam dicebant, non licere: quia literæ prædecessoris non possunt de stylo aliquo modo alterari, nec mutari, vel aliquid in eis addi, etiam si in supplicatione hoc fuisset scriptum: nisi impetretur hoc rescriptum perinde ualere, in forma Rationi congruit, super dicta supplicatione.

Doctois iurium non dicitur qui in altero tantum est.

† Vel si dixerim me doctorem: vel baccalaureum in utroque, & sim doctor in altero, hoc rescripto opus est. Idem si dixerim me Doctorem iniurium: quia ius canonicum & ciuile dicuntur iura: ideo factus Doctor in altero, non potest se dicere Doctorem iurium. Barba. in cap. clerici. de iud. scripsi in v. quæst. tract. nom. unde hoc rescriptum impetrari poterit, vt perinde ualeat impetratio, ac si fuisset Doctor utriusque iuris.

Bulla transcribenda, si derogatio fuerit omiffa.

Idem etiam uidi impetrari, si in bulla nõ erat derogatum Regu. Cancellariæ de xx. diebus, & in supplicatione: sic vt hoc rescripto utamur, vt perinde ualeat, ac si expressè derogatio facta fuisset, vel transcribatur bulla, vt supra dixi: & hoc est melius & utilius.

Verus impetrans præfertur ei, qui impetrat perinde ualere.

Ad hæc si concurrat uerus impetrans, & impetrans perinde ualere, præferri debet uerus impetrans: quia ueritas opinioni præfertur. l. filio quem pater. ff. de liber. & posthumis. l. si pater. §. quoties. ff. de manumif. vindicta. §. si quis in rem, de leg. in instit. & uerus sponsus præfertur ficto. cap. fraternitatis, de frigidis, & causa naturali accidentali. l. qui habet. ff. de tutel. c. præfenti. §. idem, de præb. in vj. sic cõsuluit Domi. Gemini. conf. cxxxvij. an si quis, col. vlt. & Cassador. decis. vj. de concess. præb.

Præterea

45 Præterea ista gratia perinde ualere, dicitur subreptitia, nisi sint expressa illa omnia, quæ in prima gratia exprimenda forent, per glo. in ver. præferri, in c. si Apostolicæ, de præb. in vj. quia vim nouæ prouisionis habet, licet illam contineat teste Aegid. Bellamera decis. dcxxxv. supposita. sic consuluit Domi. Gemina. d. consil. cxxvij. factum tale, in secundo dubio: quia confirmatio actus præcedentis regitur ex primo actu, & requirit illam solennitatem, quam actus præcedens. d. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. & l. j. C. qui admitti. glo. in c. quamuis de rescrip. in vj.

In perinde ualere illa sunt exprimenda, quæ in prima gratia.

46 Sicut quis debet intra decem dies appellare, ita intra illud tempus ratificare appellationem, ab alio suo nomine emissam, vel illi adhærere. glo. in c. vt circa, in verb. adhæreres, de elect. in vj. & augmentum siue additamentum hisdem regi debet legibus, quibus res cui adijcitur: nam quod pignori adijcitur, pignus est. l. si conuenerit. ij. §. j. ff. de pignora. act. lo. Monach. in c. quãquam, de electio. in vj. c. si. de concess. præb. ibidem. c. quia circa, de priuileg. Bart. in d. l. si conuenerit, & abundè Albert. Brunus in tract. de augmento, in ix. conclus.

Appellare & adhærere appellationi quando sit liberum.

47 Limita quando in prima prouisione expressissimè beneficia, quæ habebam, tunc nõ teneor in rescripto perinde ualere, exprimere: quia postquam in prima prouisione Papa approbavit pluralitatem, non est opus alia approbatione: vt decidit Aegid. Bellamera decis. dcxxxv. supposita. uide glo. in c. si Apostolicæ, de præb. & Prob. in additio. ad Io. Monach. in c. si. nu. 16. de consuetud. licet quidam contrarium dicant.

Beneficia in perinde ualere, an sint exprimenda.

48 Ego has diuersas sententias sic consiliariẽ, quod beneficiorum quæ iam habeo ex iusta dispensatione, de quibus non est quæstio in hoc rescripto perinde ualere, non teneor mentionem facere, postquã sunt expressa in primo rescripto. secus de alijs quæ ad rescripti validitatem tendunt. Et ita intelligi potest opinio contraria: & tutius est quod omnia exprimantur, sicut in prima prouisione: vt scribit Felin. in c. in nostra, de rescri. & sequitur Io. de Selua in tract. de ben. in iij. part. q. xij. ver. octaua qualitas.

49 Vbi dicit, in omnibus literis, per quas ius antiquum augetur, vel per quas conseruatur, debet fieri mentio beneficiorum. allegat Roma. consil. cclxxxvij. in proposito. facit Cle. j. de præben. quia nec perfecta uideri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. c. nihil. vij. q. j.

50 Ad hæc in ista patria potest quis capere possessionem ex sola signatura gratiæ simplicis, vel nouæ prouisionis, tamen si literæ gratiæ de perinde ualere, non sint confectæ, non afferunt commodum ex sola supplicatione, vt consuluit Domi. consil. cxxvij. factum, col. iij.

Ex signatura perinde ualere capi an possit possessio.

51 Et ubi non potest capi possessio ex prima signatura, nec ex hac: nam talis solennitas requiritur in ratificatione, qualis in primo actu. l. nuptiarum inter. ff. de ritu nuptiar. & l. si vt proponis. C. de nup. sic Roma. consil. xij. uiso facto, in si. asserit.

Possessionẽ adeptus ex prima gratia inualida non tenetur aliã apprehendere.

52 Item si quis adeptus fuerit possessionem ex prima prouisione, licet inualida, non debet iterum eam ex valido titulo cadere, uidelicet ex hoc rescripto perinde ualere: quia possessio etiam ex inualido tit. potest

D iij

adipisci, l. j. §. si vir. ff. de acquir. posses. vt no. in fi. c. vt lite pend. in vj. scripsi in tract. de pacifi. possessor. in xvj. limita. & in §. declarantes, in verb. successores, de mand. Apostol. in Concord. Et opus est in hoc rescripto exprimere, tam primam prouisionem, quam alia, nec non possessionem, vt perinde valeant, ac si, & c.

*Professio ante te-
pus facta confir-
matur ex perin-
de ualere.*

Item si quis fecerit possessionem ante decimumquartum annum, illa 53 professio non valet, si demum conferatur ei beneficium à Papa, solet in fine bullæ dari indultum, quod professio per eum facta à data præsentium valeat plenamque roboris firmitatem obtineat & sibi suffragetur, etiam perinde ac si tempore statuto per eundem N. facta extitisset, dando dispensationem super ætate, & indultum circa professionem in forma perinde valere, dicendo, Nos eum cum eodem N. vt prioratum prædictum recipere & retinere, liberè & licitè valeat, quodque professio per te facta à die datæ præsentium valeat, plenumque robur, & c. vt supra. defectu prædicto, ac Lateranen. concilij, & c. dispensamus, tibi que indulgemus, & c.

*Naturalis defectus ut furor nõ
suppletur ex perinde ualere.*

Item ex hoc rescripto perinde valere, suppletur is defectus, qui potest 54 iure suppleri. l. quia. ff. de præscri. verb. l. oratio, de sponsal. c. j. in princi. de sacra vnctio. c. ij. de insti. sed non alius, vnde naturalis nõ suppletur defectus: ideo si furiosus impetraret beneficium, illius impetratio non valet, si postea concedatur rescriptum perinde valere, ac si fuisset sapiens, non valebit, etiam istud rescriptum: quia non est in potestate Papæ furiosum sapientem facere, sed Dei tantum: l. furiosum, vbi doc. C. qui testamen. facere possunt. facit pulcher tex. in l. confessionibus. ff. de interroga. actio. §. j. ibi, quia falsæ confessiones naturalibus conuenire debent.

Etiam non valet rescriptum concedens pupillo testandi facultatem, 55 si proximus infantia sit, gloss. Bart. & Ias. in l. penulti. C. de precib. Imperator. offerend. per l. fin. C. de testamen. mili. etiam ad pias causas, & pro anima etiam si esset doli capax, Bartol. & alij in repet. l. j. in ij. q. j. q. C. de summa trinita.

Etiam si adiecta sit clausula. ex certa scientia, & plenitudine potestatis: 56 quia hæc plenitudo non se extendit ad defectus naturales, teste Inno. in c. sciscitatus, de rescri. Bald. in l. Barbarius, col. xij. ff. de offi. prætor. vt refert Ias. in l. rescripta, in fi. C. de precib. Impera. offerend.

Vt signaturæ ualeat non impetratur perinde ualere.

Insuper hæc gratia perinde valere non datur super signaturâ, sed super 57 literis expeditis in literis de perinde valere narrantis: quia sola supplicatio etiam signata dicitur res informis, & imperfecta ante literarum confessionem. de Rota decis. cccclvij. aliâs decis. xx. incip. circa secundum. de concess. præb. in nouis. & Staphr. in tract. de literis gratiæ, rub. de literis iustitiæ, vers. quando aliquis petit gratiam.

Et quia signaturâ habet regulariter hanc clausulam. perinde valere, 58 ideo non possit dari aliud rescriptum, vt perinde valeat signaturâ, ac si bulla esset, sed si quis videat sibi utilius fore rescriptum perinde valere, quam nouam prouisionem, licet signaturâ sit pro prima prouisione: tamen poterit

terit rescriptum perinde valere ex signatura confici, & hoc est practicus notissimum: vel vtraque prouisio expediri etiam poterit.

59 Et quando ponitur illa clausula. generalis, vt perinde in omnibus & per omnia acta & gesta valeant, ac si de his expressa mentio facta fuisset: tunc hoc valebit, per tex. in l. i. §. furiosus. ff. de iure codicil. nã Papa potest fingere expressum, quod in primis non est expressum literis: vt not. Ant. Butri. consil. ij. refert Paul. Paris. consil. xliij. pro do. Hieronymo, col. 60 ij. in iij. vol. † Limitatur gratia contrarietatis vitandæ. nam non quoad omnia erit idem, vt Bar. dicit in extrauag. ad reprimendum, in verb. perinde. in extrauag. quomodo in lætæ maiesta. crimi. procedatur. & gloss. in l. sacrilegij, ff. ad legem Iul. pecula. ait quod vbi contrarietas non resultaret, perinde est quoad omnia: & veritas & fictio valet quoad tempus, modum, & quoad cæteras qualitates.

61 Interdum concedit Papa collationem beneficij talis curati, etiam si fit parrochialis ecclesia, & hoc in signatura est expressum, in bulla vero non, quid sit tunc faciendum? Resp. non est opus rescripto perinde valere: sed transcribere bullam oportet, in qua illud addetur, quod fuerat in signatura expressum: sed aliud non addetur, nec mutabitur: sed 62 tantum describetur cum illa qualitate. † Et hoc suis impensis tenetur mensularius facere, cum ad eum spectet veras & integras præstare bullas: & edere non videtur, qui totam non edidit, l. j. in fine. ff. de edendo. & sic vidi condemnari mensularium seu Bancquerium, vt supra dixi in noua prouisione.

Transcribere bullam quando opus sit, uel gratiam perinde ualere impetrare.

63 Item quando minori est prouisum de beneficio, vel patenti defectum natalium, & nõ est expressum in impetratione, nulla erit impetratio. ideo impetrari poterit per hoc, rescriptum perinde valere, vt dictum fuit, sed si iam perceptio fructuum facta sit, non valebit prouisio ista perinde ualere, nisi quoque sit expressa fructuum perceptio. † Quia ex ipsa perceptione resultat inhabilitas, quæ annullat gratiam istam perinde valere & aliam: & si Papa sciuisset istum inhabilem, ei non concessisset: vt patet in decisio. Rotæ, ideo oportebat istum habitare, secus si nullos percepisset fructus, vel conuersi sint in ecclesiæ utilitatem, tunc enim nulla est inhabilitas: vt infra dicam in dispen. materia.

Perceptio fructuum perinde ualere exprimeat.

65 Si tamen in supplicatione fuerit habita mētio fructuum, licet in bulla nulla fiat rehabilitatio, tamen valebit gratia: quia sciētia Papæ cum prouisione videtur habilem facere impetrantem. l. quidam. ff. de re iudi. & l. Barbarius, de offi. prætor.

66 Ad hæc si quis, vt gratis expediretur bulla, dixerit in ea se familiarem Card. aut nepotē, cum non sit, nulla est impetratio: & impetrans est ipso iure excommunicatus, secundum decretum Innocen. & Alexand. & carere debet concessione, vt ibidem: & hoc docet Petrus Paul. Paris. 67 consil. lxxvij. in causa, col. secunda, in iij. volum. † Ideo si velit impetrare literas perinde valere, oportet quod hoc exprimat & soluat pro prima gratia, & quo absoluitur: & postea dabitur ei hæc gratia si non sit alius cui

Dicens se familiarem uel nepotem cardinalis qui non est, quomodo sibi prouidere debeat.

cui prædicetur, ut scilicet perinde valeat, ac si non se dixisset familiarem Card. & sic tantum solet taxari perinde valere in hoc casu, quantum prima gratia, quam gratis eo prætextu habuerat, & hoc factum est, ut obviatur fraudibus & malitijs hominum. l. in fundo. ff. de rei vendicat. c. sedes, de rescrip.

Rescribenda bulla quando fit, vel gratia perinde valere impetranda.

Ultimò si quis impetrauerit parrochiam ecclesiam iniuste per alium detentatam, cum clausula quòd possit exprimi, si sit beneficium simplex: expedita fuerunt bulla super parrochiali occupata, & diu litigatū: nunc apparet eam non esse parrochiam, sed simplex beneficium, quomodo prouidebitur? Resp. Quidam per rescriptum si neutri, vel si alteri dicunt.

Sed puto tutius & melius esse, ut impetretur hoc rescriptum perinde valere, ac si simplex beneficium in bulla expressum fuisset, vel quòd transcribatur bulla iuxta formam signaturæ, ut supra dixi: hoc tamen rescriptum perinde valere, esset tutius post litem inchoatam, quidam asserunt: sed ego bullam transcribendam consulerem, alia quæ tangunt huius gratiæ materiam, per prædictam paruo negotio intelligi poterunt: ideo his contentus nunc ero, de his Deo agens gratias perperuas.

De Subrogationibus.

Subrogatio quid.



SUBROGATIO quantum ad istam materiam attinet nihil aliud est quàm in locum alterius litigantis successio, seu subiectio: l. proponatur. ff. de iudic. vnde per rescriptum subrogationis quis in beneficiū, seu ius beneficii collitigantis sufficitur, seu subrogari mandatur. c. j. & ij. vt lite pendet. in vj. & sic conseruatur beneficium.

Subrogatio duobus modis fiebat.

Et duobus modis subrogatio fiebat, nam aut Papa subrogari mandabat, aut ipse subrogabat. Papa interdum mandabat Episcopo, vel alteri, quod si constaret talem mortuum, & litigasset cum impetrante: ob id subroget impetrantē auctoritate Apostolica in omne ius, quod defuncto competebat, seu cōpetere poterat, sibiq; dictum ius conferas & de eo prouideas, decernens irritum & c. de hac loquitur Cassador. decis. j. rubr. vt lite pendet. † Verum quia Papa interdum alteri hoc ius postea conferebat illius concessiois immemor, & ob hoc lites erant immortales: ideo hodie Papa ipse subrogat, & confert ius quod defunctus habebat: vt inferius apparebit: & probatur in d. c. fi. vt lite pendet. in vj.

Morte aut resignatione subrogatio fit.

Duobus etiam potissimè modis fit hodie subrogatio. primò aut per mortem, aut per resignationem, per tex. in c. j. vt lite pendet. in vj. vbi mori, aut suo iure renunciare, & c. ij. ibidem. per mortem autem si collitigans moriatur, tunc ne nouus aduersarius subrogetur, Papa facillè subrogat collitigantem. Et is præfertur alijs, si intra mensem subrogationem petat, vt est in regul. Cancel. xxvij. quam statim subiiciam.

Fit etiam subrogatio per cessionem alterius collitigantis, & ista etiam quotidie fieri solet, & aliquando fit in fauorem collitigantis: & tunc

& tunc non derogatur huic regulæ de subrogandis collitigantibus: nec eius fit mentio, quia iuxta eam fit: fit verò in tertij fauorem resignatio fiat lite pendente, tunc derogatur huic regulæ, & additur clausula in supplicatione, dummodo non cedat in potentiolem, & quatenus fit vera lis. Gomes. in prin. regul. in j. q.

6 Et quamuis regulariter inter collitigantes detur subrogatio, Alex. tamen sextus statuit in suis regul. rubr. de subroga. dari etiam pro non collitigante cum derogatione regulæ, vel absq; derogatione, quando collitigans extra curiam decessit. Subrogatio pro non litigante etiam fit.

7 Si verò apud sedem non nisi elapso tempore duorum vel trium mensium, & sic appareat de negligentia collitigantis: & si primus subrogatus habeat ius cedentis & consensum, & demum ipse resignauerit, non est necesse quòd secundus subrogatus habeat nouum consensum: nam postquam est in prima subrogatione iam præstitus, non requiritur alius: nam actus intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de rebor. significatione.

8 Interdum petitur subrogatio in ius collitigantis, qui violauit sequestrum, iuxta clem. vnam, de sequestra. possess. & nisi fiat expressa mentio non valebit subrogatio: vt ibidem dicitur.

9 Notandum est, quòd hoc subrogationis rescriptum solet regulariter concipi, sicut noua prouisio, vbi sequentia interuenire solent. Primò post salutationem Papa narrat processum, & causæ statum inter partes, & coram quibus iudicibus, ac obitum, aut cessionem alterius ex collitigantibus: alioqui non valeret subrogatio non facta litis mentione. c. inter, de re iudica. Do. de Rota decis. cclxxiij. licet, in nouis, vbi limitat. & vide eos decis. ccx. si reus, ibidem. Et solet inchoari narratio huius rescripti regulariter sic. Orta inter dilectos & c. & solet subreptio hanc vitare gratiam: vt expressè consuluit Petr. Paris. consil. xlix. ad primum. col. pen. nu. 33. in iij. vol. Requisita in subrogatione.

10 Secundò Papa, ne nouus aduersarius subrogetur, cupit prouidere isti impetranti, quod exprimit in c. ij. vt lite pendet. in vj. ibi, ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè petitoribus interdum subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contigat. Subreptio vitat subrogationem.

11 Et sic quando collitigans renunciat, requiritur derogatio regulæ: secus si tertius non citatus resignet: quia tunc non requiritur aliqua derogatio, cum non sit collitigans: nec impetratur ius litigiosum, tamen si is qui impetrauerit commissionem cedat, is dicitur collitigans, quia iam commissum est negotium: vt est decisum. in c. fi. vt lite pendet. in vj. doct. in cle. fi. illo titul. Derogatio regulæ fit quando renunciat. collitigans secus si tertius.

12 Tertiò Papa pro expresso habet causæ statum: si enim pars abundè non expresserat processum, & causæ statum, rescriptum annullabatur. Ob id prouidet Papa habendo pro expresso: de qua clausul. plenè scripsi in forma mand. in verb. pro expressis habentes, in concord. & superius in signatura, & bulla nouæ prouisionis.

Quartò

Subrogatur hodie etiam quis in ius petitoris.

Quartò Papa subrogat impetranter in omnè ius, quod competebat Titio tempore obitus vel cessionis: & quamuis prohibeatur. cap. ij. vt litem pendens. in vj. ne in ius petitoris quis subrogetur, sed in ius defensoris sic. Tamen hodie per consuetudinem derogatum est illi text. Nempe mortuo petitore vel reo, statim confertur ius illius, etiam ab ordinario: & postea subrogatur is in locum & instantiam alterius defuncti: vt inferius dicitur.

Subrogatus nouo titulo non iuuatur, sed iure tantum cedentis, nisi in duobus casibus.

Quintò limitat Papa, si quod ius eidem tempore sui obitus, vel cessionis in prædicta ecclesia quomodolibet competebat, seu competere poterat: nam Papa non confert ius de nouo subrogato, sed illud demum ius, quod competebat cedenti, vel quondam Titio. † Nec poterit subrogatus iuuari nouo titulo ratione huiusmodi rescripti subrogationis: quia Papa non intendit conferre per istam clausulam, si alius, ius non obtinebat, & ex intentione Papæ ius metimur. c. ad aures, & c. mādatur, de rescript. † Vnde solent pragmatici Roma. dicere in subrogatione protertio non suppleri titulum, nec modum vacandi, per què fuit prouisum illi, in cuius ius fit subrogatio: nisi in signatura dicatur, quod suppleri possit, & quando Cardinalis proprio motu subrogatur: quo etiam casu in fauorem eius hoc suppleri poterit de stylo curiæ Romanæ.

Subrogatio fit non obstante reservatione.

Sextò addit etiā, si ipsa ecclesia generaliter vel specialiter dispositioni sedis Apostolicæ reseruata sit, vel eius collatio iuxta Lateranen. statuta concilij apud sedem eandem deuoluta existat, auctoritate Apostolica subrogamus. Et sic Papa intendit plenè subrogare, etiam non obstante quacunque reservatione speciali vel generali: & subrogatus debet gaudere eodem iure, quo alius eius autor gaudebat: vt docet Paul. Paris. cōf. xlvij. videtur, col. ij. nu. 14. in iij. vol. post do. de Rota decis. ccccxi. si lite pendentem, in nouis. Bertrand. consil. lxxij. legatus, in j. vol. ex noua editione.

Subrogatio quoad ad nouum ius proficit.

Septimò confert ius adhuc sic dicens, dictumque ius tibi conferimus, & de illo etiam prouidemus. Sic Papa confert ius cedentis vel decedentis, non tamen de nouo, vt dixi: quod probatur ibi, dictumque ius tibi conferimus, ergo non ius nouum, sed ius dictum scilicet subrogationis. Et de illo iure prouidemus, non de alio nouo: iure ideo bonum esset addere clausulam & de nouo, si opus sit, etiam prouidemus, quæ vix obtineri potest sed tunc prodesset etiam ad nouum ius.

Possessio vitiosa debet exprimi et beneficia in subrogatione.

Vnde in subrogatione faciendā est mentio de vitiosa possessione sui autoris, alioqui non valet subrogatio, teste Calder. consil. xj. & xij. rub. de rescript. vt refert & sequitur Paul. Paris. consil. xlvij. videtur, in fine. volum. quarto.

Etiā in subrogatione à Papa debet fieri mentio de beneficijs obtentis: quia hæc subrogatio habet vim collationis: vt firmant dom. de Rota decis. cclxxij. licet in subrogatione, in no. Philip. Perus. in d. c. fi. in ij. not.

Subrogatus in eo statu recipitur, quo erat processus.

Octauò decernit Papa impetranter in eodem statu ad causæ prosecutionem recipiendum, in quo deberet admitti resignans, aut alter si vniret. Vnde sic solet Papa scribere, Decernentes te ad huiusmodi iuris profectum

prosecutionem admittendum fore in eo statu, in quo dictus N. si viueret, posset & deberet admitti: quod probatur in d. c. ij. in fi. ibi, in illo statu, quo ipsam inuenerint decernimus admittendum. † Et hoc facit Papa, quo lites citius terminentur: ideo si erat conclusum & renunciatum in causa, non debet recipi subrogatus: vt docent Ancha. Gemini. & Peru. in d. c. ij. † Ego tamen etiam vidi recipi in possessorio antequam sententia sit prolata: & facit text. in Clemen. ij. §. porro, de elect. vbi Cardinales intrantes conclauem post Papæ electionem inchoatam debent recipi in eo statu, in quo inueniunt causam electionis, ante tamen conclusam electionem, maxime in materia beneficiaria, in qua sententia non transit in rem iudicatam. gloss. & doct. in c. j. de concess. præb.

Nonò Papa decernit irritum & inane, quicquid in contrarium contigerit attentari. De hac clausula scripsi in rubrica de firma & irreuoca. concord. stabili. in concor. vide Domi. de Rota, decis. ccccxi. in no. & sic colligās præfertur non solum primo impetranti, verum etiam aliis, cum derogatione regul. nisi secundus impetrans hoc expresserit: vt docet Gomez. q. xvij.

Decimò Papa tollit obstantia: & ista sunt quæ communiter in subrogationis rescripto solent inseri, per quæ facile, bone lector, cognoscere poteris rescriptum hoc an valeat, necne. Alia scripsi superius in bulla, & alias quasdam clausulas subiiciam inferius prosequens reg. Cancell.

Vnde omnimò aduertendū est, quod licet subrogatus per Papam in omnè ius, quod quomodolibet competebat defuncto, acquirat etiam possessionem, quia possessio quæ sita & apprehensa est iuris, per l. si quis ad se fundum. ibi, possessionis iura reparantur, C. ad legem Iul. de vi public. & ibi ponderat Bald. & Do. de Rot. decis. lxxij. subrogatus, in nouis: & probat Fel. in rub. de resc. col. iij. nu. 6. † Tamen hoc non probare: quia possessio etiam apprehensa non continuatur, per l. cum hæredes, ff. de acq. possess. quia est facti, l. denique, ff. ex quib. caus. maior. nec obest illa l. si quis ad se fundum. nam debet intelligi, amissæ possessionis iura reparantur, id est, illa quæ sunt propria possessionis reparari debent spoliato, vt pote fructus, & alia iura, quæ ex possessione proueniunt: quæ no. in rub. de caus. poss. & in §. commodum, de interd. sub. §. retinenda. & sic nil probat. ideo subrogatus in ius defuncti necesse habet accipere possessionem si eam non habeat, & ipse ex alio titulo non sit adeptus.

Etiā in hoc Franciæ regno praxis est, vt postquam aliquis subrogatus fuerit in ius alicuius à Papa, is accipiat possessionem in vim subrogationis Papæ, & postea impetret literas Regias, quibus petat subrogari in ius & possessionem, & instantiam mortui: quod est verum, si ipse non erat in possessione: nam tunc alia non est accipienda possessio.

Duodecimò subrogatio dicitur odiosa, ideo nec facile concedenda: c. fi. vt lit. pendens. in vj. vnde si moriatur alter colligens, non debet beneficium litigiosum alteri conferri, nec de isto prouideri, d. c. fina. Domi. de Rota decis. cccvij. nota. quod secundum, & decis. ccccxxxix. no. nun-

Subrogatio est odiosa.

quid, in antiq. & Paul. Paris. consil. xlvij. videtur, in fi. vol. iij. quod verum putarem quoad tertium, & subrogetur secus quoad litigantem.

Quæ iura tamen hodie in hoc non seruantur regno: nam siue actor, siue reus moriatur, statim beneficium confertur alteri per ordinarium, vel per Papam: & sic lis protelatur per novos aduersarios: & is subrogatus potest dare obiectis contra alterum collitigantem: licet Rota teneat cōtra in tit. vt lite penden. de dis. j. † Sed dicunt beneficium non esse litigiosum, quando de eo agitur super possessione. Et ita conclusit maior pars Domi. de Rota vt refert Cassador. in decis. iij. rubr. vt lite penden. & vide decisionem seq. quando neglecta est lis, quod ordinarius conferre poterit.

Beneficium an dicatur litigiosum, si lis sit super possessione.

Ego tamen putarem non valere Papæ collationem, nec subrogationem, nisi fieret mentio litis etiā motæ super possessorio tantum: quia hoc est quod fortè retraxisset Papam à concedendo, vel non tam de facili, si hoc expressisset: ideo hoc quoque exprimi debet. c. postulasti, in fin. de rescrip. licet do. Philip. Præbus teneat contra in additio. ad Ioan. Monach. in c. præfenti, de offi. lega. & vide quæ scripsi in tract. de pacifi. possessor. nu. 166. vbi respon. his qui contrarium tenent.

Litigiosus an possit permutare.

Decimotertiò si lite pendente super beneficio reus permutet cum alio, & interim moriatur: huiusmodi permutatio reuocabitur per viam attemptati, etiam contra illum superstitem, eo tamen vocato. de Rota decis. lvi. si lite, in no. allegant not. per Inn. in c. cum M. de const. vide eos decis. cccc. xj. si lite, in nouis. & decis. cccc. nota. si lite, in antiq. & decis. xliij. nota. nunquid, in antiq. & decis. iij. de resti. spoliat.

Ego tamen vidi seruari contrarium in forēsi iudicio: nam liberum est litiganti permutare suum beneficium cum iure, quod alius habet, & is subrogatur in locum sui autoris, dummodo subrogatus nō sit in fraudem vel potentior. Et ita seruatur: & si appareat litigantem in fraudem fecisse permutationem vel cessionem, condemnari debet ad expensas, & ad multam, si opus sit.

Subrogatus procuratorem de nouo constituere debet.

Decimoquartò subrogatus debet de nouo constituere procuratorem vel hunc eundem quem constituerat eius author, vel alium. Aliàs si procurator constitutus per quondam Titium continuet processum subrogari sine nouo mandato, non valebit processus: quia lis erat finita quoad eum, quia non transit ad singularem successorem. cap. quia v. de iudi. vbi doct. & do. de Rot. decisio. clxxj. Si A. constituat, in not. † Maxime quia mandatum procuratoris est strictè interpretandum, nec extenditur ad personam, vel causam non expressam. c. qui ad agendum, de procurator. in vj. & mutata persona, mutata est causa. l. nulla. C. de procurator. c. cum super, de re iudica. Guido Papæ in decisio. Delphin. quæst. lxxxvj. procurator.

Poterit tamen iste subrogatus continuare causam cum procuratore collitigantis superstitis, quia adhuc causa pendet: & ille procurator ad totam causam constitutus censetur: & si viueret Titius procurator, tenere

neretur cum eo continuare, ergo & cum isto. Et sic fuit conclusum in Rota decis. cccc. xxx. si agens in no. & Fel. in d. c. quia V. col. vlt. Intimatio tamen domino fieri debet, & terminus illi dari ad opponendum contra subrogationem: vel terminus debet concedi procuratori superstitis ad consulendum dominum, si petat. per c. dilectus, de procurator. Perus. c. vlt. no. fin. vt lite pend. in vj.

38 Decimoquintò mortuo vno ex collitigantibus petitio dirigi potest contra interesse putantes. d. c. fin. & hoc probat Aegid. in decis. clvj. mortuo quem sequitur Cassad. decis. vj. rub. vt lit. penden. per tex. in c. fin. de electio. in vj.

39 In hoc regno mortuo actore vel reo litigante superstes petit, quando possessorio agitur, manum regiam leuari: & vulgò dicunt, *la main leuée*, quæ solet illi concedi, requisitis tamen decem, quæ scripsi in tract. de senten. exec. artic. primo, glos. iij.

40 Decimosexto subrogatus in ius alterius potest petere sententiam sui prædecessoris recedentia, vel aliam executioni mandari in suam utilitatem, per l. cum quasi, in princip. ff. de fideicommiss. libert. Et ibi Boer. in additio. ad Bened. de plumbi. & Bal. ac Iacob. in l. vna. §. j. in fi. C. de caduc. tollen. & pronūciabitur istum subrogatum debere gaudere sententia iacta in utilitatem resignantis, vel prædecessoris lata, non quod detur alia recedentia.

Subrogatus in ius recedentia-rij iuuari illius sententia debet.

41 Decimosextimò subrogatus in locum alterius non potest nouum iudicium possessorium inchoare, sed tenebitur per viam subrogationis petere se subrogari coram eo iudice, coram quo lis pendet, ne diuersa sequantur iudicia, & contraria sententia. l. nulli. C. de iudic. Sic pronūciavit Paris. Senatus anno 1525. die ij. Maij.

Subrogatus non potest nouum iudicium inchoare.

42 Decimo octauò licet quidam fuerit in locum alicuius subrogatus, tamen alter in eiusdem locum se subrogari petere potest: quia primus fortè est inhabilis, vel nullum habet titulum, ob id non impediatur secundus, ita cēfuit Senatus pro do. Adriano Gemoly doctore Theologo contra Ioannem Hays subrogatum, anno 1526. die 9. Februarij, & anno 1527. die xvij. Martij, pro quodam alio.

Duo in locum unius an subrogari possint.

43 Decimononò postquam Papa subrogauit aliquem, & eidem ius defuncti consuluit, si is petat coram iudice laico subrogari in possessionem defuncti, & instantiam, non poterit prohiberi, etiam si allegetur vitium personæ non notorium, quod postea probabitur in processu: vt censuit Senatus anno 1514. & condemnabitur ad expensas, damna & interesse: ideo non debet quis insistere, ne quis subrogetur, si vitium non sit notorium.

Arestum.

Inhabilis non notorius debet subrogari.

Arestum.

44 Vigesimo interdum vidi subrogari in locum illius possessoris, quem pars dixerat nullum ius habere, sed fortè ab initio processus, vel postea potuerant acquisisse ius: etiam in subrogationibus solet narrari contra iusticiam, & contra ius se opponere & impedire: & tamen petimus subrogationem, sed dicatur conditionaliter, in ius talis petit. subrogari, si

Subrogatur quis in locum alterius partis quæ impugnavit.

quod ius habebat: quia conditio nihil poterit, & ad maiorem cautelam multiplicatur titulus. c. post electionem, de concess. præb.

Subrogatus debita prædecessoris solvere non tenetur.

Vigesimo primò subrogatus non tenetur solvere debita prædecessoris: cap. j. de solutio. quia ius ab eo non obtinet: & filius, qui non obtinet bona paterna à patre, sed alio iure non tenetur ad debita patris, sic nec vxor ad debita mariti, quando nullos habet conquestus, l. j. & ij. C. de repud. hæredit. vbi doct. Aufrer. in decis. Tholos. q. lxx. doct. in c. j. de solutio. per illum tex.

Subrogatus non restituit fructus prædecessoris nec expens.

Vigesimo secundò non tenetur subrogatus restituere fructus, quos prædecessor percepit, quia nil iuris habet ab eo: vt docet Perus. in c. præfenti, de offic. ordin. lib. vj. & d. Probus, in c. præfenti, de offic. leg. ibidem. facit l. j. C. de administra. tutor. Et ita visum fuit Senatui, anno 1536. in mense Februario.

Arrestum.

Nec quidem ad expensas tenetur, nisi à die subrogationis: quia impensæ sunt personales, vt abundè scripsi in tract. de expens. in tertio tomo ordin. reg. & sic censuit Senatus, anno 1508. die vij. Aprilis ante Pascha, facit quod no. Ioan. monach. in d. c. fina. de lite pend. lib. vj. & in c. si tibi absenti, de præb. ibidem.

Arrestum.

Limita nisi purè & simpliciter reciperet processum, & remèta causæ: vt fuit decisum in hoc Senatu, anno 1516. die vij. Aprilis post Pascha, & in conuentibus iuridicis apud Picto. habitis, anno 1541. die 17. Octobris pro magistro Ioan. Fontenay contra Anto. Peletam.

Arrestum.

Secundò non procedit, quando quis vellet subrogari post sententiã recedentiã, & primi capitis possessorij: eo enim casu non recipietur, nisi fructus, & impensas omnes pendat & restituat, vt sanctè pronunciauit Senatus, anno 1542. die 11. Maij, pro magistro Aegid. Durand. contra Petrum Combaulr: quia res transit cum suo onere. l. alienario. ff. de contrahen. emptio. postquam igitur sententia prolata erat, onus inhærere videbatur rei, quod non est ante sententiam. † Ideo non recipietur volens postea prosequi processum, nisi ita restituat: & quia rem litigiosam assumit, videtur velle calumniari, ideo sic puniendus est: nisi curia dicat, quòd resignans remanebit in processu pro fructibus & expensis: & tunc resignans teneretur: & hoc bonum est petere, antequàm quis petat se subrogari.

Resignans in processu remanere debet pro fructibus & expens.

Subrogatio post annum peti non potest.

Arrestum.

Vigesimo tertio petere subrogationem quis debet, quando possessorio agitur intra annum, alioqui postea non recipitur, quia interdicta sunt annalia. l. j. ff. de interdi. nec releuatur quis etiam per literas Regias post annum: vt censuit Senatus Paris. pro Ioan. du Drac, Canonico Carnoten. contra Iacobum de Polinhes, & quendam abbatem de Vaudalle. vide rex. in c. j. & ij. de eo qui mittitur in possessio. † Et hic annus à die collationis & possessionis aduersarij computatur, quia non potuit petere subrogari antequàm collationem haberet: hoc limitauit, quando is qui petit subrogationem possedisset, vel literas impetrasset intra annũ, & eas executioni non demandasset: & in alijs casibus, quos conscripsi in Concord.

Annus quomodo computatur.

in

in s. declarantes, in gloss. successores, ibidem quilibet videre poterit.

53 Vigesimo quarto petens subrogari, debet incontinenti suum exhibere titulum, per quem appareat an intra annum veniat necne, vel vexandi aduersarij gratia: hoc petat glo. & doct. in c. ij. vt lite penden. lib. vj. & ibi Gemjn. vnde non solet dari dilatio isti, qui non exhibet titulum, quia in sua potestate fuit experiri: vt not. in l. inter stipulantem, s. si Stichum, ff. de verb. oblig. hodie datur modica dilatio.

Subrogari petens statum suum exhibere debet titulum.

54 Vigesimo quinto non requiritur quòd dominus citetur, si reliquerit procuratorem ad causam talis beneficij: si peram subrogationem in illo beneficio: sed citabitur procurator causæ, & coram eo subrogatio petitionem ad consulendum dominum, ei vix denegaretur.

Procurator causa ad subrogationem citari potest.

55 Vigesimo sexto subrogatus iustificare tenetur titulum, & ius illius, in cuius locum subrogatur, quia suo autore plus iuris non potest habere, teste Aegid. Bellame. in decis. cxij. subrogatus, & decis. cxvj. si petens, vnde probare debet omnia expressa in bulla sui autoris, quia eodem iure vti

Subrogatus titulum sui autoris iustificare tenetur.

debet eum autore, regul. cum quis in ius, de regul. iur. lib. vj. licet regulariter quis non debeat ostendere titulum sui prædecessoris, quado is fuit habitus & reputatus verus rector ecclesiæ: vt docent Panor. & alij in c. illud, de præsumpt. & Aufrer. q. cccclxvij. secus quando lis fuit semper cum autore, & ita debet intelligi Rotæ decis. cix. agenti in no.

57 Vigesimo septimo iure illius, qui mihi cessit pendente lite vti potero etiam sine subrogatione, si eram prius in instantia & lite ante cessionem: nec est opus noua possessione: secus si non eram in lite, quia tunc & noua possessione, & subrogatione opus erit. Nã si in possessione sim, aliam non debeo petere possessionem, licet ex pluribus causis possidere possim, l. iij. s. ex pluribus, ff. de acquir. possess. tamen vna possessio mihi sufficit, vt ibi, & hoc iure vtimur.

Vna possessio sufficit nec est opus ex diuersis titulis aliam apprehendere.

58 Vigesimo octauo subrogatus non prosequens litem in causa nouitatis, & super possessorio motam per duos annos, postea eam prosequi non poterit, etiam si per literas Regias releuaretur, quia perempta est instantia vt iudicauit Senatus Paris. anno 1528. die 14. Decēbris: quia in hac materia non fit litis contestatio: nec perpetuatur actio vsque ad xxx. vel xl. annos. sicut in petitorio, l. nam postea, s. si is qui tēporali, ff. de iureiur.

Subrogatus post duos annos non potest prosequi litem desertam.

59 Nempe vtendo per annum acquiritur possessio: ita quoque per annum interdictum perditur, l. j. ff. de interdi. & annus quo lis cœpra fuit, non computatur, quia est integer, sed sequens: sic faciunt no. in l. properandum, C. de iudic. & l. fin. C. vt intra certum tempus, tamen iste exclusus si ius optimum habeat, petitorio agere non prohibetur: vt not. doctor. in l. nulli, C. de iud.

Valet subrogatio etiam si non fuerit expressum, an in ius possessoris vel petitoris quis subrogatur.

60 Vigesimo nono subrogatio facta à Papa in ius defuncti valet, licet non fuerit expressum in bulla, an defunctus esset petitor, vel possessor, ex quo semper quæritur de iure defuncti, vt sciamus de iure superstitis: ex par-

E iij

te, de arbitr. Etiam valebit subrogatio, licet non dicas defunctum fuisse possessorem: verum subrogatus non admittetur ad defuncti possessionem, ad quam non censetur subrogatus. Bonifac. in clem. j. in ix. conclus. vt lite pend. cautius est tamen exprimere.

Vltimò hinc multò plura scriberem de subrogationibus actionum, videlicet an actio subrogata sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, & alia quæ ad ius civile pertinent: verum quia tantum ea prosequor, quæ respiciunt ad materiam beneficiaria, civiles materias alibi scribam: ideo de hoc rejiciam te ad Bart. in l. j. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. ad doct. in §. fuerat, de actio. in Instit. & in l. certi conditio, in princ. ff. si certum pet. & doc. in l. inter stipulantem. §. sacram, de verbor. oblig. l. si eum. §. qui iniuriarum, si quis cautio.

Regula, De subrogandis collitigantibus.

Item dominus noster litium succindere cupiens anfractus.

GLOSSA PRIMA.



Lites flagella hominum durissima: ideo non est litigandum.

HÆC regula abundè per Gomef. dotata est per quæstiones quæ inter regulas Innocen. viij. est xxvij. & duæ rationes ponuntur in initio: prima est vt litium anfractus succindantur, qui anfractus maximi, & tanti sunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues esse possit. Crede mihi, vt si possis componere, nūquàm litiges, & puto quòd Deus optimus maximus permittit lites, vt flagella durissima contra magnates, & vt torqueantur. Nam per pestem, cum fugiant, vix torqueri possunt, per bellum minus: per famem nequaquam, cum semper habeant frumenta, sed lites euitare vix possunt, quæ valde torquent, maximè quando agitur de capite. Et quamuis lites sint procuratoribus & aduocatis cibaria dulcissima, tamen ipsis partibus sunt valde amaræ. Et sacerdotes cum partibus solènt dicere, extingue flammam litium: sed nostrum erit orare Christum, vt nobis pacem temporis, pacem pectoris, & pacem æternitatis concedat. Amen.

Et ne noui collitigantibus aduersarij dentur, prouidere voluit, statuit, & ordinauit, quòd quoties deinceps aliquem super quouis ecclesiastico beneficio collitigantem.

GLOS

GLOSSA SECVNDA.



SECUNDA est ratio huius regulæ, quæ elicitur ex c. fi. vt lite pend. in vj. vbi si vnus collitigans moriebatur, non poterat beneficium, conferri, nec de eo per electionem, aut aliàs prouideri: nisi lis finita fuisset, & de iure defuncti apparuisset, c. j. & ij. ibidem. vbi sunt hæc verba, si hi, contra quos super dignitatibus, personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident, litigatur lite pendente, cedant, vel fortè decedant: ne propter novos aduersarios, qui malitiosè interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, statuimus, vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi &c. hinc non requiritur finis litium, sed impetratio collitigantis valet, si intra mensem à die celsionis, vel obitus impetrauerit: ita quòd collitigans præfertur alteri cuiuscunque impetranti, dummodo impetrauerit intra mensem: & sic omnes aliæ impetrationes factæ etiam antea non valebunt per prædictas rationes. Et loquitur de impetratione facta à Papa: & sic habes hinc vnum casum mirabilem, in quo vltimus impetrans præfertur priori, contra c. si eo tempore, & c. duobus, de rescript. in vj. c. eum cui. de præbend. ibidem. vide alios casus per gloss. in c. quia sæpe, de præb. libr. vj.

Vltimus impetrans priori præfertur.

In iure vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, subrogari concesserit.

GLOSSA TERTIA.



ET sic habet locum hæc regula, siue quis subrogetur ad ius, siue in iure, dummodo is, qui obiit, acceptauerit: nam si nominatus antequàm beneficium acceptet moriatur, vel mandatarius: non poterit alius ad ius istius subrogari, quòd extinguitur per istius obitum: sicut dicitur de canonicatu, in c. dilect. de præb. c. quodam, illo tit. in vj. Ego intelligerem hanc regulam, quòd si collitigans intra mensem à die quo litigans celsit, vel decessit, petierit in ius defuncti, vel cedentis subrogari, quòd omnibus præferatur, etiam si alij impetrantes fuerint in data priores, ne noui aduersarij collitigantibus dentur & impetrationes aliorum nullius sint momenti, dummodo intra mensem collitigans impetrauerit, quòd si postea, non. & idem vult dicere hic text. dum dicit, in iure vel ad ius: quia ius ad rem non potest impetrari, cum extinguatur per mortem: c. fi. de concess. præb. Bonif. in clem. j. in iij. conclus. vt lite penden. Non tamen est absurdum quem subrogari ad ius mortui, vt pote si mandatarius post beneficium vacans acceptatum moriatur: rem.

Collitigans intra mensem subrogatione petere debet.

Ius in re vel ad rem.

E iij

ad illud enim ius quis poterit subrogari, quia non est simplex ius ad rem, sed est iam radicatum in persona morientis: & hoc docet hic Gomef. q. vj. Et potest quis etiam lite pendente cedere, c. per tuas, j. in fi. de simon. sic & appellatione pendente, tamen si postea pronuncietur bene iudicatum, reuocatur illa renunciatio tanquam attentatum, glos. in verbo interponi, rubric. de caus. in Pragmatic. sanction. doctores in l. qua à latronibus, §. fin. ff. de testam.

Dummodo praefatus colligans in dicto beneficio intrusus non fuerit.

GLOSSA QUARTA.

Intellectus duplex ad text.

DUO BVS modis potest iste textus intelligi. primò quòd impetrans colligans intra praefatum mensem omnibus praefertur, vt gratia aliorum nullius sit momenti: nisi si colligans fuerit intrusus, vt pote quia videns quandam capularem senem citò moriturum, mouit ei litem, & possessionem beneficij de facto, praetextu tamen cuiusdam friuolae collationis accepit, vt post ipsius senis obitum, beneficium impetraret: certè sua impetratio sic fraudulosa nullius erit momenti: & glo. dicit in hac regul. saepe fraudem huic regulae fieri, quia impetrans est intrusus.

Secundò potest intelligi, quòd colligans preferatur alteri impetranti: dummodo is cuius beneficium impetrauit, non fuerit intrusus, quia non poterit ius aliud habere, quàm haberet is, in cuius locum subrogatus fuerat, sed intrusus nil iuris habebat, c. cum iam dudum, de praeben. ergo nec iste subrogatus in locum suum: prior tamen magis conuenit.

Limita nisi purgatum fuerit vitium, quia non dicitur amplius intrusus, licet à principio fuisset. d. c. eum qui, de praebend. libr. vj. Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxal. actio.

Intrusus quis dicitur.

Intrusus autem dicitur, qui sine autoritate illius, ad quem collatio beneficij spectat, illud accipit propria autoritate, c. ad aures, de excessib. praetorum, & qui nullum habet titulum, c. quia diuersitatem, de concessio. praebend. gloss. in verbo metuebant, c. bonae, j. de electio. & c. nisi. de renunciatio. idem in officio, l. non aliter, C. de palat. sacra. largit. lib. xij. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Pan. in c. cum iam dudum, de praebend. per c. auaritia, de elect. in vj.

Vel qui sine canonico titulo beneficium occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonicum ingressum, c. relatum, de iure patronat. Bal. in c. nihil, col. ij. de electionib. Et qui sine titulo sedem inuadit, intrusus est, & falsi crimine tenetur. eos, §. qui se pro, ff. de fals. Bald. in c. patoralis, col. j. de except.

Ex

6 Ex quo inferitur, quòd qui per vim occupat beneficium, dicitur intrusus, c. eum qui, de praebend. in vj. gloss. in verb. violentus, de pacific. poss. in pragma. nec valebit collatio, etiam si postea impetrauerit non facta mentione illius intrusionis, d. c. iam dudum. Panor. in d. c. j. de concessio. praebend. quia non videtur Papa remittere intrusionem quam nescit, l. mater, ff. de inoffic. test. tex. aureus in l. autoritate, C. vnde vi, quem notat Anch. consil. xcij. & Fel. in c. postulasti, col. xvij. de rescrip. & Barb. consil. lxij. col. x. in j. vol.

Intrusus impetrans beneficiū intrusionis mentionē facere debet.

7 Secundò etiam vocant intrusum, qui post electionem, & ante confirmationem administrat, quia ipso iure est priuatus sic administrando, c. auaritia, de election. in vj. nisi esset alius actus à superiore procedens, & hunc repraesentans, Oldrad. consil. cxlvj. factum est tale, in fin. vel nisi administrauerit ob necessitatem ecclesiae, vel vtilitatem, Oldrad. consil. ix. posito.

Administrans ante confirmatio nem est intrusus.

8 Nec valet consuetudo, vt quis ante confirmationem administret, vel ante prouisionem, quia est contra bonos mores: nam hoc modo posset haereticus, excommunicatus, & incapax praesse ecclesiae, Oldrad. cxcj. nullo modo, col. j. per text. in auth. vt nulli iudic. §. j. coll. ix. & c. vltim. de consuet. quae videtur esse corruptela, ac sacris canonibus inimica, c. cum venerabilis, de consuetudin. Sic consuluit Petrus Anchar. consil. lj. consuetudo, vbi tamen dicit administrantem ratione consuetudinis antiquae non priuatum, nec vllam pati debere poenam, per gloss. in d. c. cum venerabilis, quia non debet puniri, qui communi iudicio non peccat, c. inter corporalia, §. sanè ibi, quamuis, & c. de translation. Episcopi, idem est priuatus, qui lite pendente administrat, cap. ij. de in integr. restit.

9 Idem si post praesentationem, & ante institutionem quis administrauerit: vt firmat Roch. de Curte in tractat. iuris patronat. in verb. honorificum, quæst. xxxix. Et his casibus ipso iure priuatus est, qui sic prope ad ministrat.

Administrans ante institutionē est intrusus.

10 Tertio qui beneficium post priuationem, & depositionis sententiam adhuc retinet, à qua non appellauit, secus si appellauerit. Innocentius in c. qualiter. ij. col. ij. num. 10. de accus. Maleret. in tract. de elect. in fi. quæstio. xvij. Praepositus in c. fi. xix. dist.

11 Quarto qui beneficium iniuste alteri ablatum, & omisso iuris ordine detinet, quamuis habuerit collationem, c. tanta, de excess. praetorum. Domini. & Praepos. in c. propter. in fi. xix. dist.

12 Quinto qui à superiore excommunicato, vel suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non habet potestatem conferendi. cap. finali, de excessib. praetorum. & ideo is qui accipit per deuolutionem, aut aliam collationem ab eo, quem scit non posse conferre, est intrusus. Domin. in capit. finali, in fine, xix. distinctione, & saepius videmus istos deuolutarios volantes ad infinitas lites, & malignitates, qui grauissimis poenis, & temere litigantes multis plectendi essent, vt dixi inferius de deuolution.

Intrusus qui collationē à non habente.

Sexto

Sexto dicunt illum, qui commisit crimen dignum depositione, dici largè intrusum, vel qui habet vitium, ob quod priuatus esset beneficio, licet gloss. in c. cum super, de causa possess. dicant eos quasi intrusos, Io. de Selua in tract. de benef. quæst. xj. nu. 9. in iij. parte. Felin. in c. veniens, ij. not. de accu. extra.

Quod mihi parum probabile videtur, quia interim habet titulum, 14 antequàm priuetur. Ergo intrusus non dicitur, nisi commisisset crimen, per quod fuisset ipso iure priuatus, veluti hæresim, vel simoniam: de quibus scribit Felinus in capitulo ij. de rescript. extra. Casus autem quibus ipso iure quis priuetur, conscripsi in tractatu de pacific. possessor. in iij. limitatione, in fine, & inferius in iij. parte, super iure amittendi.

*Possessionē cum
signatura acci-
piens non est in-
trusus.*

Septimò dicunt intrusum eum, qui cum simplici signatura beneficii possessionem adipiscitur, allegatur Extrauagant. iniunctæ, de election. in communib. quæ loquitur in dignitatibus maioribus: sed hoc asserit Felinus in c. nostra, correlario ij. de rescript. Sed ultra eum facit l. finalis, C. de officio magistri officiorum, versiculo sed sciat, ibi, is qui sine sacro rescripto peruenit ad militiam, ea priuatur: † Sic & qui sine literis Papæ, sed habendo signaturam non videtur omnino capere sine literis Papæ, quamobrem nec priuandus: imò ex consuetudine Franciæ nullus priuatur ob adeptionem possessionis cum simplici signatura; sed in instrumento solet dici, in vim certæ prouisionis Apostolicæ: † verum idem si diceretur, in vim signaturæ: qui dum aliquis violentiam non commiserit, licet propria autoritate ingrederetur beneficium, non tamen ideo priuatur suo iure, teste Nicol. de Milis, in repertor. in verb. beneficium, q. lviij. incip. Beneficij possessionem. Dom. & Franc. in c. eum qui, de præb. in vj. imò in curia Romana non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusit, sunt verba Ioann. Staphil. in tract. de literis gratiæ, titul. de rescript. in forma breuium, versicul. consuevit. † Et hoc statuit, Alexand. vj. in titul. de signat. gratiæ: multò minùs debent iudices Franciæ de possessorio beneficiorum cognoscentes priuare eum possessione, qui eam adeptus est vi simplicis signaturæ, dum aliàs canonicum habeat titulum, vnde in patria obedientiæ cautela est, vt non tenearis leuare bullam, sed impetres breue supplicatione inclusa, per quod mandetur executori, vt mittat te in possessionem, & tunc omnia cessabunt: de quo breui inferius circa finē scribam, sed interdum recusat: ideo iudices sequentes constitutionem Alex. vj. non debent timere. † Item si quis receperit indebitè fructus, videlicet cum simplici signatura est intrusus & priuatus iure, quod habet, c. avaritiæ, de elect. in vj. & hoc quoad illud beneficium, cuius fructus percepit, non quoad alia, e. si compromissarius, de elect. in vj. quia poena non debet egredi mensuram delicti. l. sanemus. C. de poenis.

*Constitutio Alex-
an. vj. de signa-
tura gratiæ.*

*Fructus benefi-
cij recipiens cū
signatura est pri-
uatus.*

Si tamen modicè tantum fructus essent percepti, non fit priuatio, teste Gundifalido, in tractatu de legatis. car. xxx. licet Cancellaria

cellaria etiam in modicis feruet priuationem per dictam decisionem, videlicet vt vacet.

21 Sed si quis recepisset fructus, quos conuertisset in ecclesiæ vtilitatem, quia illos non videtur percepisse, non erit iure beneficii priuatus: nec quidem erit facienda mentio illius perceptionis: vt docet Gundifal. in d. tract. quod est notandum.

22 Octauò intrusus dicitur, qui cū simplici nominatione sine Papæ prouisione administrat: & ob id est iure, quod habet in episcopatu, prioratu, vel beneficio priuatus, d. c. avaritiæ, de elec. in vj. quia nominatio nullum ius tribuit, c. quod sicut, de elect. hoc expressè docet Ioan. Boteus in tract. de Synod. episcopi, in j. parte, nu. 36. † Et tenetur tanquàm prædo restituere illos fructus, quos ex re non sua recepit: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare, c. quod autem. in fi. de iure pat. siue per se receperit, siue per interpositam personam, forte per commissarios, vel alios, in d. c. avaritiæ. imò prouisio postea facta isti non facta expressione fructuum, quos recepit, nullius est momenti: vt inferius dicam in mater. dispensa.

*Nominatus re-
cipiens fructus
ante bullas est in-
trusus.*

23 Limita non procedere in eo, qui petit subrogari in locum eius, qui beneficium reseruatum per regulas Cancellariæ, obtinuerat à Papa: nam is non erat intrusus, quia iustè hanc reseruationem ignorare poterat: sed si reseruatum fuisset de iure communi, vt in c. ij. de præb. in vj. tunc is, qui ab ordinario obtineret, esset intrusus, & alius non posset in eius locum subrogari: nam iura communia omnes scire tenentur, non iura singularia, l. leges, C. de legib. gl. singularis, in l. quod te, vbi doctor. ff. si certum petatur.

25 Intrusus etiam non potest subrogari in ius alterius habentis ius bonū in beneficio, c. cum iam dudum, vbi doct. de præbend. sed aduertendum est, quod si quis dubitat se intrusum, debet possessionem quam habet dimittere, antequàm se in ius alterius petat subrogari, sicut olim quilibet dimittebat possessionem in manibus iudicum, vt nunc agunt resignantes beneficia in manibus collatorum: c. admonet, & per totum de renunciationibus: & sic dimittendo possessionem, purgatur intrusio: quod est notandum.

*Intrusus nō sub-
rogatur in locū
alterius. Cautela
pro intruso.*

26 Quæro, an intrusus sit inhabilis duntaxat ad illud beneficium, in quod se intrusit, an ad omnia alia? respond. quoad illud tantum, in quo est intrusus, c. si compromissarius, de elect. lib. vj. imò si impetrauerit illud non facta mentione intrusionis, non valebit impetratio: vt firmat Felin. in c. postulasti, in fin. de rescrip. quem sequitur Io. de Selua in tract. de benef. in iij. parte. q. xj. in v. qualitate. & Maleret. in tracta. de elect. in fin. quia non incurritur inhabilitatis poena, nisi à iure exprimatur, c. fin. vbi gl. de iure patro.

*Intrusus an ad
omnia beneficia
sit inhabilis.*

27 Fallit quando esset iure ipso factus inhabilis, vt in capit. quisquis, de electio. & in extraua. execrabilis, de præbend. Ioan. xxij. dicam inferius in materia dispensationis. An verò gesta per intrusum valeant vide per

per Panormita. & alios in c. nihil, de elect. Gemin. & præpos. in c. fin. xix. distinct. & per doct. in c. ad probandum, de re iudic. ac in l. Babarius, ff. de offic. prætor.

Nec super eo contra dictum aduersarium, postquam illud per triennium pacificè possederit, lis tunc mota fuerit.

GLOSSA QUINTA.

Subrogatio non fit contra eum qui possedit pacificè triennio beneficium.

SECUNDVS casus, in quo denegatur subrogatio scilicet quando mota fuerit lis illi, qui iam possederat beneficium pacificè per triennium: quia non debet quis molestari post triennium, vt infra reg. xxxvj. ergo lis non est, vel esse non debet, & sic nec subrogatio; alioqui molesteret quis possessorem, etiam post decem annos, vt postea subrogationem impetraret mota lite: quibus hominum malitiis est obuiandum, c. sedes, de rescrip. Ergo lis iusta esse debet, id est iuste & rectè mota: aliàs repelli debet iste subrogatus, nisi in subrogatione fuerit facta huius iniustæ litis mentio: quod vix faciet cauta vulpes beneficia impetrans.

Litem iniuste prosequens an possit subrogari.

Et per hoc ponderatur iste text. vt non procedat, quando lis esset nomine meo mota, per aliquem non habentem mandatum, etiam si esset ratificata per me ante obitum collitigantis: tamen ego non debeo præferri postea, tum quod non dicor aduersarius, nec collitigans: de quo loquitur iste text. quia non moui litem: tum quod text. requirit veram litem, non fictam, & ne detur anfa fraudandi, super hoc. Gomef. q. iij. in fi. idem, quando lis esset mota in vim rescripti inualidi, Gomef. q. xj. Ego verò dicerem vtroque casu præfatam regulam habere locum: quia aduersarius siue collitigans dicitur, qui mihi aduersatur, & mecum litigat siue iure siue iniuria, l. cum aduersarius, C. de pact. c. j. vbi plenè de Ripa de iudic. Nam cum tanta sit hominum *φιλανθρία*, vt cuncti ius optimum sese fouere dicant: nec contrarium suaderi possit, quousque miserrimè succumbunt: ideo putarem hinc debere solum excipi eos, qui scienter mala fide & sine iuris vllò prætextu litigant: hi enim non debent subrogari: alij verò sic, & aliis præferuntur: vt dicit iste text.

Aliorum quorumlibet de præmissio iure, siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes vel concessiones, etiam motu proprio infra mensam ante concessionem huiusmodi factæ nullius sint roboris, vel momenti.

glo



MPETRATIONES aliorum ante mensam factæ nullius sunt roboris, quādo collitigans impetrauit: secus ergo si non impetrauerit: & hinc mensam computandum à die obitus, vel à die quo sciri potuit, conclusit Gomef. q. x. cui in non hoc consentio, quia hinc non agitur siue scierit, siue non. Nam sufficit beneficium esse impetratum ante mensam à die obitus postquam annullatur, & sciētia requiritur in eo, qui impetrat per obitum: vt c. ij. & c. quia, de concessio. præb. Sed nō quantū ad regulā, quæ annullat impetrationes ante mensam: ergo nō requiritur sciētia, cum lex operetur sicut scripsi. in tit. de nomina. Regia. in §. j. gl. à die vacationē. in cōcor. & tēpus nō fuit hinc statutū in odiū, sed in fauorē collitigantis & sic currit ignorantis, c. oblat. de app. mens quomodo computetur.

Et sic postquam sunt nullæ aliorum impetrationes, si iste collitigans subrogatus fuerit, vel eidem data subrogatio fuerit nō conualefcit, licet hic collitigās moriatur, vel nō prosequatur, per regu. quod in initio. ff. de reg. iur. & in regul. nō firmatur, illo tit. in vj. sed noua impetratione opus est: vt dicitur de eo cui facta fuit collatio ante mensam Papæ datā in beneficiis vacantibus in curia. c. ij. de præb. lib. vj. & in c. auditis, in fi. de præscri.

Et nihilominus felix recordationis Pauli ij. Innoc. viij. Adriani vj. & Pauli iij. Romanorū Pontifici prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentiū beneficia, illorum præsertim quibus aut propter senium, aut propter infirmitatē imminet vitæ periculū, impetrāt, vt illis decedentibus tantā collitigantes in illorū iuribus facilius subrogentur, voluit vt deinceps nullus iniure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis vel similibus impetrauit, alio modo subrogetur: ac subrogatio & gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur.


GLOSSA SEPTIMA.



TERTIVS hinc casus ponitur, & est additio Pauli ij. Quod nullus subrogetur in ius illius defuncti, cuius beneficium in vita impetrauerit, maximè propter senium aut infirmitatem, vt eo mor-

Impetrans beneficium uiuentis eo mortuo ad ius illius subrogari non potest.

F



ruo in ius illius subrogaretur, tunc vt fraudibus obuietur: & vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta. c. ij. & iij. de concef. præb. libr. vj. non proderit huic subrogatio, nec alia prouifio.

Sed quomodò hoc feiri poteft, cum folus Deus fit cordium scrutator? **2** Respon. fi appareat de prima impetratione beneficij viuentis, fenis vel infirmi, & poftcà de ipfa subrogatione in ius illius mortui: tunc probatum erit quod hîc dicitur: quia ex prima prouifione & ij. præfumendum est impetranter habuiffe illum animum: cum ex præteritis præfumamus ad præfens. l. fi qui adulterij. C. de adulter.

*Requifita ante-
quàm aliquis
subrogetur.*

3 Et fic ex hoc text. patet, quòd fi quis vult in alterius locum subroga-
ri, oportet quod iuste aut faltem coloratè cœperit litigare, alioqui fi iniuste & incoloratè, non poterit subrogari, per istum text. & ideo dixi oportere eum bona fide, vel iuris aliquo prætextu mouere processum.

4 Secundò requiritur, quòd defunctis potuerit inquietari, aliàs si possedisset triennium, non possit molestari, per regul. & decretum, de pacific. possessor. de quo plenè scripsi in tract. meo de pacifi. possess. in Concord. Franc.

5 Tertio, status litis & causæ exprimi debet, vt hîc, & c. inter, de re iudica. dixi superiùs in signatura gratiæ.

6 Quarto coram quo lis pendeat, & introducta fit, an coram iudicibus laicis super possessorio, an coram ecclesiasticis super petitorio exprimendum est.

7 Quintò requiritur quòd hæc in signatura expressa sint, aliàs non supplebuntur in bulla: nisi in signatura esset claus. Statum causæ pro expresso habentes, vel vt exprimi possit, non obstante regul. cancella.

8 Sextò quia multi alienum fati munus optantes impetrant beneficia viuentium, vt demum subrogari possint. Et quia ista materia est frequens, (quæ vtinam dormiret) ideo eam per regul. cum amplia. & limitat. tractabimus.

De reprobata beneficij viuentis impetratione.

Regula quòd beneficium uiuentis nemo impetret.



RE G V L A itaque est, quòd non debet quis impetrare beneficium viuentis, nec in illius locum substitui, alioqui est ab ecclesiastica communionem pellendus. capitul. j. de concess. præbend. Communionem dicit ibi text. ecclesiasticam, id est sacramentorum perceptionem, quia horum communionem in ecclesia habemus, c. sicut alterius. vij. quæst. j. & tex. in capitul. si episcopus. xvij. distinctio. & c. sequen. dicit cunctorum episcoporum charitatis communionem priuetur. facit capit. fin. de clerico excommunicat. ministr. alibi sacris altaribus est admouendus. capit. sicut. j. quæst. vj. dixi in gloss. fati, in proce. Concordat.

Communitio ecclesiastica que dicitur.

San

2 Sanctam communionem ergo sacrosanctum Christi corpus vocat *Sanctacommunio*.
tex. in c. ad eius, in fi. v. distinctio. ibi sanctæ quoque communionis misterium in eiusdem diebus percipere non debet prohiberi.

3 Item quando Papa communionem fidelium quem priuat, tunc censetur *Communitio fidelium*.
ille excommunicatus. c. ij. de excep. c. illud. §. licet, de clerico excommunicat. ministr. ibi, communionem fidelium se ingessit.

4 Secus quando priuatur communionem etiam totius ecclesiæ. c. fin. xc. *distinctio*: quia tunc intelligitur de perceptione sacramentorum, vt dictum fuit.

5 Interdum Papa simpliciter communionem restituit, vel ad communionem. id est communicationem & societatem, siue consuetudinem, quam habebat, quia fuit priuatus per inobedientiam, vt in c. ex literis, de consti. c. cognouimus. xvj. q. vj.

6 Ratio prædictæ regulæ multiplex est, tum quia beneficia perpetua esse debent. c. satis. lvj. distinctio. & beneficiis non est quis priuandus sine *Rationes prohibite impetrationis beneficij uiuentis*.
caussa. c. inuentum. xvj. q. vij. ideo illa quis impetrare non debet viuentem possessore, alioqui perpetuò non essent apud illum.

7 Secunda, Quod ius in alienare dari non potest, l. ij. ff. de pignor. actio. gl. in l. j. ff. de pigno. & in l. ij. C. si res aliena pignori data sit. sed istud beneficium est eius cui collatum primò fuit. c. si tibi absenti, de præb. in vj. ob id nec alteri concedi poterit. Non refragatur, quòd res aliena potest vendi. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. quia tunc per venditionem non transfertur ius in re. sicut per beneficij collationem. glo. in d. l. rem c. fi. de concess. præb. in vj.

8 Ad hæc quia votum captandæ mortis inducitur, exorsum etiam ipsis *Pœna impetrationis beneficij uiuentis*.
gentilibus. c. ij. de concess. præb. glo. in regul. cancella. xx.

9 Item ad tollendum ambitionem illius, qui sic petit prouideri sibi de beneficio non vacante. c. quia intantum, de præben. facit c. sicut. j. q. vj. sic dicens, Sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est remouendus, sic qui vltro ambit, vel importunus se ingerit, est proculdubio repellendus: nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius interiorius in profundum descendat, hæc igitur est prima pœna, vt communionem ecclesiastica priuetur.

10 Secunda pœna est, quia isti in locum viuentium substituti sunt fures *Impetrans uiuentis beneficium est fur, latro, & infamis*.
& latrones. c. non furem & latronem, qualem Gillandum esse sentimus in Namnetica fede, qui viuentis, quod non licuit, locum non timuit vsurpare. vij. q. j. quia furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. l. j. ff. de furtis, & §. j. de oblig. quæ ex delict. nascuntur in Insti.

11 Tertia pœna est, vt sit infamis. c. audiuius. iij. q. ij. & c. infames. vj. q. j. ibi, qui indigna sibi petunt loca: & infamibus portæ dignitatis clausæ sunt regu. infamibus, de reg. iuris, in vj. l. ij. C. de dignita. lib. xij.

12 Quarta, sunt deponendi. c. imprimis. ij. q. j. vers. de episcopi persona: ibi *Deponitur qui uiuentis beneficium impetrat*.
is episcopus, qui eo superstitite peruersè, & contra canones in ecclesia eius

ordinari præsumperit, sacerdotio priuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur: intellige deponendum ab eo honore & beneficio, in quo fuit præfectus. c. eum qui, vij. q. j. ibi, ab Archidiaconatus honore deponimus, non officio: vt declarat d. Bernard. de Luco in sua præct. criminali, c. xlv. in verb. viuis possessoribus.

Qui beneficium uiuentis impetrauit, eo mortuo, illud habere non potest.

Quinta est, quia non potest habere illud beneficium amplius propter iniuriam & culpam suam, quod uiuentis impetrauit beneficium. Ancha. & Panor. in c. j. de concess. præben. facit c. nullus Pontifice, lxxix. distinctio. vbi si duo fuerint electi in vita, nullus illorum habebit. capitulo sequent. vbi noua ordinatione vtendum est: quia bonum est argumentum de matrimonio ad beneficia. c. inter, de translatio. episcop. sic arguit c. sicut, vij. q. j. & c. sicut. xxj. q. ij.

Sicut non potest quis habere eam uxorem, cum qua uiuo marito contraxit: capitulo ij. & fin. de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter. sic nec beneficium, quod altero uiuente obrinuit. Et ista est communis & vrgens ratio, teste d. Philip. Probo in additio. ad Ioan. Monach. in c. fin. de constit.

Secunda prouiso non facta mentione collationis beneficii uiuentis non ualet.

Ideo si is, qui beneficium uiuentis impetrauit, postea impetret etiam a Papa rursus beneficium istud, non facta expressione collationis sibi prius factæ de beneficio uiuentis, non valebit secunda prouiso: tum quia subreptitia: & quia iam est infamis & inhabilis, ad illud per supradicta.

Nec etiam valebit collatio ab ordinario facta, per text. expressum in c. post electionem, de concess. præben. vbi Panor. in iij. no. hoc asserit: quia hoc Papa declarauit in regul. xx. & quod ignorat non videtur Papa remittere. l. mater, ff. de in officio. testament. & sic non potest subrogari postea in locum illius cuius beneficium impetrauit: vt supra dictum fuit: & videtur alia poena. Deci. in l. si. nu. 17. C. de pact.

Cum impetrante beneficium uiuentis solus Papa dispensat.

Sexta poena, quod nullus potest dispensare cum isto cui collatum est uiuentis beneficium, præterquam Papa: vt docent Panor. & alij in d. c. j. & sic collatio ab ordinario, vel legato illi facta non valebit: vt firmat do. de luco venerand. & admirabile, ac vitæ intemeratæ Episcopus in d. c. xxx. in sua praxi criminali: nisi legatus à Papa haberet hanc potestatem.

Septima poena est, quod collatio illi facta nullius est momenti. c. consultationibus, de dona. & nullitas actus plerumque inducitur ad poenam. glo. & doc. in c. translato, de constit. scripti. in §. monemus, de coll. in Cõcord.

Conferens beneficium uiuentis priuatur collatione.

Octaua poena est, quoad collatorem, vt si scienter contulerit beneficium uiuentis, dum vacabit, non poterit illud amplius conferre, quia deliquit: & delinquens priuatur collatione. c. cum in cunctis, in fi. & c. super eo, de elect. tex. in l. quidam, in fi. cum seq. ff. de dona. vbi donans bona proximi uiuentis priuatur illius bonis tanquam indignus. Idem in l. ij. §. fin. ff. de his quib. vt indig. vt puniatur in quo deliquit. cap. postulatistis. de cleri. excommuni. minist. & ibi dixi in interpreta. ad illum text.

Hoc tamen egeret declaratione, quia non est à iure expressum: & 20 poena priuationis non imponitur nisi exprimat. glof. & doct. in capit. fina.

fin. de iure patro. & quamuis videatur expressa in iuribus præallegatis superius: tamen Innocen. & Panor. tenent illos non priuari, in d. cap. bona. ij. circa fi. de electio. quod fortè verius est.

21 Excusatur veruntamen episcopus, si contulerit beneficium absentis qui longa fuit absentia detentus, vt ignoraret, an binus esset, an mortuus. glo. in c. non oportet primo, de consecra. distinct. v. & Corset. in singul. incipien. vagabundus. si tamen is reuertatur, recuperabit suum beneficium etiam absque alia collatione & solennitate.

Episcopus absentis beneficium confert.

22 Item non procedit in Papa, qui poterit iterum eidem conferre, dum tamen hoc ei fuerit expressum, quia in beneficiis habet plenissimam potestatem. c. ij. de præben. in vj. non valeret tamen collatio beneficii uiuentis facta à Papa sine causa, sine qua nec solet quem deponere & priuare, cum sit *fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam*: vt plenè scripti in tract. nomina. quæstione xxj. nu. 54. cum seq. & est verisimile: quod fuit circumuentus: vt dicit Bald. & alij in cap. cum olim, de re iudicat.

Papa facta expressione impetrationis primæ secundam cõcedere potest.

23 Iam verò ad ampliaciones vniendo, primùm extenditur hæc regula, vt non possit etiam quis constituere procuratorem, vel vicarium ad conferendum beneficium certum, vel ad acceptandum, nisi ipius interueniat uiuentis consensus. vt quia fortè per permutationem, aut resignationem est aliud beneficium habiturus: vt in c. cum vniuersorum, de rerum permuta. c. licet, illo tit. in vj. & inferius dicitur ne captandæ mortis occasio detur. c. detestanda, & c. ne captandæ, illo tit. in vj.

Vicarius non potest constitui ad conferendum beneficium certum.

24 Quandoquidem non potest quis iubere seruo, vt hæreditatem certi uiuentis adeat. l. si quis mihi. §. sed vtrum. ff. de acquir. hæredita. si nec constituere procuratorem, vt acceptet beneficium nondum vacans, & illud resignet, sic vt docet Ioan. Diama. in procem. Concorda. in verbo adiunctum, fol. 105. ver. sed forsan formidares: ideo debet constitui procurator generalis ad acceptandum quæcunque beneficia, ne possit infidari vitæ alicuius. gloss. in §. statuit, in verb. procuratorem, de collat. in Pragmati.

Acceptatio beneficii nondum vacantis non ualet.

25 Secundo non valet constitutio procuratoris facta de præsentando ad beneficium, quod non vacat. Guido Papæ consil. clxxxix. circa. & deci. consil. clxxij. nec dari potest facultas conferendi certum beneficium. capitul. constitutus. vbi docto. de concess. præben. nisi fiat generaliter: vt per Panormi. in cap. fin. eod.

Constitutio procuratoris de præsentando ad beneficium non vacans non ualet.

26 Per quem text. probetur, non valere etiam præsentationem de beneficio uiuentis: & per cap. illud, de iure patro. docet Ludo. Roma. consil. cccclxv. in re præsentati, & Roch. de Curte in tract. de iure patro. in verb. honorificum, quæstione liij. & Paul. de Citad. in eo. tract. in vj. parte, articul. iij. q. xxxj. quia rationes supradictæ habent etiam locum in præsentatione. glo. in c. fin. de elect. in vj. Petr. Paris. consil. cxij. in hac materia, col. j. in iij. vol.

Præsentatio de beneficio uiuentis non ualet.

27 Itaque si tempore præsentationis non vacabat beneficium, sed rem-

Institutio an valet.

*Facta ad præsen-
tationem benefi-
cij non uacantis,
licet uacaret: tẽ-
pore institutio-
nis.*

pore institutionis sic, an valeat prouisio? Respon. fac casus sequentes. Pri-
mum si institutio facta si, ad solam præsentationem patroni, tunc non
ualebit institutio. tum quia fundamentum deficit: c. cum Paulus. j. q. j. tum
voluntas collatoris, quia noluit conferre, nisi ad præsentationem: ideo
non valet sua collatio, nec firmatur tractatu temporis, quod de iure nul-
lum est. regul. quod in initio. ff. de reg. iur. & regu. non firmatur: & quod
potuit. noluit, & quod voluit, implere nequiuit. l. multum. C. si quis alte-
ri. c. cum super, de offic. delega.

Secundus casus est, si patronus præsentauerit ad beneficium viuentis 28
vel constituerit procuratorem ad præsentandum, si ordinarius tempo-
re institutionis (quo quidem tempore mortuus fuerat beneficiatus) ad præ-
sentationem instituat, & alias quomodocunque vacet, provideat, vale-
bit sua collatio: vt consuluat Deci. conf. clxxij. quandoquidem hic: nec
voluntas deficit, nec potestas, quæ in literis institutionis declaratur, quip-
pe iure pleno & deuoluto conferre potest. gl. & doct. in cle. vna. de sup-
plen. neglig. præla. etiam alteri, quam præsentato: multo magis ei qui
fuerit præsentatus. Conferre enim hic poterat absque præsentatione:
hoc igitur casu præsentatio quamuis vitiosa non vitiat collationem or-
dinarij, gl. & doct. in l. vinum. ff. si certum. per. Adhuc quod non conque-
rente patrono collatio est valida. c. illud, de iure patro.

Tertio non valet etiam tractatus habitus de conferendo beneficio vi- 29
uentis, vel de eligendo ad illud. c. bonæ. ij. vbi Innoc. & Panor. de elect.
Bertach. in tract. de episcopo. in j. q. ij. part. is.

Quarto non valet acceptatio beneficij antequam vacet, ne captandæ 30
mortis inducatur occasio. c. ne captandæ, cle. concess. præb. in vj. Cle. vna,
de cõces. præb. Domi. de Rota decis. ccccxxxj. alias est decis. xiiij. de con-
cess. præb. incip. si impetrans, in no. & Guido Papæ consil. cvij. ex facto,
quia in hoc casu est eadem ratio, vt sequitur.

*Non potest quis
constituere pro-
curatorem ad ac-
ceptandam & re-
signandam incer-
tum beneficium.*

Quinto eidem dicemus in nominato constituyente procuratorem ad 31
acceptandum & resignandum, vt in vim illius procuratorij, procura-
tor non possit resignare, quod constituens non habet, & sic non potest
constituere huiusmodi procuratores. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæ-
redi. abundè scripsi in tract. nominat. q. xiiij. nu. 112. & hodie extat super
hoc lex Regia.

*Citatio ad eligẽ-
dum ante mortẽ
non ualeat.*

Sexto non valet citatio facta viuentis beneficiato de eligendo post il- 32
lius mortem. capitul. bonæ. ij. de electio. quia postquam initium est in-
habile, non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non substi-
stit, per regul. iuris. Et citatio facta tempore feriato ad diem non feria-
tam non valet, teste Bartol. in l. j. §. nunciatio. ff. de noui oper. nuncia. fa-
cit l. si minor. ff. de seruis exportan. l. quod sponsa. C. de dona. ante nu-
ptias, & c. si eo tempore, de rescript. in vj.

*Electus ad bene-
ficium non uac-
ans puniatur.*

Septimo eidem in electione, vt electus ad beneficium non vacans pu- 33
niatur, vt hic cum tex. in d. c. j. dicat generaliter in locum viuentis nullum
ponendum, & eadem rationes in electo habeant locum. capitul. bonæ.
secun

secundo, de electio. vbi citationem ante mortem factam temerariam
vocat.

34 Octauo idem in nominatione Regia, vt non possit fieri de beneficio *Nominatio ante
nondum vacante, siue sit Episcopatus, siue quæuis alia dignitas. §. j. in uacationem non
verb. occurrente huiusmodi vacatione, vbi scripsi, de nominat. Reg. in ualeat.*
Concorda.

35 Nonò etiam beneficium non vacans, nec quidem promitti potest. c. ij.
de concess. præbend. abundè scripsi in gloss. fati, in procemi. Concorda.
Franciæ.

36 Decimò quamuis hic tex. dicat ponantur, & sic videtur, quod debeat *Collatio sine pos-
in possessione esse: contrarium tamen dicerem: quia per solam colla- sessione beneficij
tionem ponitur quis in locum alterius: & hic tex. dicit, in verbis finali- uiuentis an fiat
bus, qui passi sunt se adhiberi successores viuis sacerdotibus: & sic suffi- inhabilem.*
cit sola patientia illius, cui est collatio facta, licet non sit missus in pos-
sessionem.

37 Et iura alia dicunt, ne obrepat in locum viuentis, id est, per obreptio-
nem habeat locum viuentis, dicens illum fortè mortuum. c. sicut, in fine
vij. q. j. Sed in cap. seq. ibidem dicitur se prouehi consensit, & in c. post ele-
ctionem, de concess. præben. & in c. in apibus, & c. sequen. ibidem. vij. q. j.
substitui scribitur.

38 Et sic requiritur tantum collatio: imò dicit tex. in cap. infames. sexta
quæstione j. qui indigna sibi petit loca: ergo sufficit sola petitio, per cap.
sicut vir. septima quæstione j. nam si non peteretur, Episcopus non con-
ferret: & prohibito vno, prohibetur omne, per quod peruenitur ad illud.
l. Oratio. ff. de sponsa. & quia per eum non obstat, cum id procuret pe-
tendo, quominus habeat.

39 Undecimò procedit etiam in officijs Regijs, vt conferri non debeant, *Officiũ uiuentis
antequam vacent: vt est in rubri. De ne donner benefice ou office ne confiscation auant la vacation, ou declaration, vbi scripsi in ij. tomo in ordinatio. Regijs.*
Regijs.

40 Et idem statuitur in stylo Parlamen. rubr. de concessio. beneficij, vel
officij non vacantis: vt pœnæ etiam habeant locum in prouisio à Re-
ge: cum bonum sit argumentum de beneficijs ad officia. Bartol. in l. se-
cunda. §. data. ff. de opinione lega. Lucas in l. annonas. C. de erog. mi-
litar. annonæ libro xij. refert Ioan. Lupus in decretal. per vestras, in prin-
cipio, columna secunda, de donatione inter virum & vxorem, quod non
probo in pœnis, quæ non sunt extendendæ. l. interpretatione. ff. de pœn.
saltem omnes.

41 Duodecimò procedit etiam, si de proximo beneficium esset vacatu- *Ante uacationẽ
rum, putà per non promotionem, vel alias. c. licet canon, & c. commissi, non debet benefi-
de electio. in vj. vel esset in fine temporis de non consecrandis in c. cum cium impetrari.*
in cunctis. §. oim verò, de electio. vel esset morti proximus. capitul. bo-
næ. ij. vbi doct. Sic consulit Ancha. consil. cccxcvij. apparet, columna j.

facit l. non ideo. ff. de rei vendica. & d. c. commissa. vbi. totum tempus elapsum esse debet, antequam beneficium vacet: alioqui beneficium viuentis impetrare quis dicitur.

Consuetudo impetrandi beneficium viuentium non valet.

Decimotertio amplia, etiam si consuetudo esset in contrarium, quia non valet, cum sit contra bonos mores. Imol. in c. ij. de concess. præbend. Gomez. in regul. Cancell. xx. q. iij. in fi. Curtius in c. fi. de consuetud. vnde mirum est hodie tot homines sic beneficia viuentium ambire, & maxime curiales.

Subrogari non debet quis in locum viuentis.

Decimoquarto extende quoque in subrogatione: nam si quis petat subrogari in locum viuentis, his poenis puniri debet. Imol. in d. c. j. not. j. quia patitur se successorem dari viuo sacerdote: quod prohibet ibidem rex. & ista regul. Cancell. quod est verum inuito eo, qui beneficium possidet, secus eo consentiente & resignante vt supra dictum fuit.

Episcopatum viuentis vel aliud beneficium quis obtinere non potest.

Decimoquinto habet locum etiam iste tex. in quocunque beneficio, siue sit Episcopatus. c. presentium. vij. q. j. siue sit beneficium curatum, vel aliud simplex, regulare vel seculare, per c. sicut alterius, in fin. vij. q. j. ibi, hæc non solum de episcopis, verum etiam de quibuslibet ecclesie ministris in locum viuentis alter obrepat. Nec obest verbum sacerdotibus quod est appositum in dicto capitulo primo gratia frequentioris vsus, sed ob hoc non excludit alios, per tex. in capitul. quamuis, de dec. & textus in authen. c. de sacrosancta eccles. gloss. in clementi. prim. in verb. præfidentes, de rescript. quam ibi nota, & scripsi in tracta. nomina. quæst. v.

Viuentis beneficium non debet alicui commendari.

Decimosexto extenditur ad commendam, vt beneficium viuentis alteri commendari non possit, quando commenda facta erat à Papa, Cassador. decis. iij. rub. de præben. secus si ab ordinario facta esset ad sex menses: quia nihilominus conferre poterit ordinarius illud beneficium sic commendatum. c. nemo deinceps, de electio. in vj.

Nec dicitur ordinarius tunc conferre beneficium viuentis, cum post tempus præfatum sex mensium ille commendatarius nihil iuris in eo habeat: secus in commenda Papæ, quæ sit ad vitam, & habetur pro titulo. glo. in pragma. rub. de pacific. possessor. in verb. titu. facit. c. dudum. ij. de elect. scripsi in tract. de pacific. possessor. in concordia. in v. amplia. nu. 35. & seq. & superius in tract. de commenda.

Ex iusta causa beneficium viuentis impetratur.

Limita quando quis impetraret beneficium viuentis ex iusta causa, vt pote quia vacat per non promotionem: c. licet canon. de electio. in vj. vel si per hæresim, aut per simoniam vacet, vel alio modo: vt per totum tit. de simo. & c. ad abolendam, de hæreticis, & c. beneficium, de regular. in vj. vel si impetretur post professionem.

Et his casibus non videtur conferri beneficium viuentis, quia iam est priuatus iure, quod habebat in eo: & sic vacabat beneficium, & licet haberet ius retinendi ex aliqua causa, tamen collatio valeret. c. licet episcopus, de præben. in vj. capit. j. in fine. de homicid. ibidem. Panormitan. in c.

in capit. de multa, de præbend. facit capit. post electionem, de concessio. præbend.

49 Secundò non procedit, quando motu proprio conferretur. glo. in regul. Cancell. xx. per tex. in l. j. C. de petitio. bonor. subl. lib. x. Anch. consil. cccxcvij. quia non impetrauit, tamen Gomez. in d. reg. tenet contra, tum quòd motus proprius soleat impetrari, & quia fieret fraus regulæ, etiam quia de stylo debet expressè derogari. d. regula Cancellaria, quod non fit per clausulam motu proprio.

Motu proprio non potest conferri viuentis beneficium.

50 Sed ego dicerem poenas non habere locum quoad illud, cui sic fuit collatum. Si illud non acceptauit, quia non videtur esse passus non acceptando: de quo loquitur d. c. j. alioqui contra: nempe si viuentis beneficium etiam motu proprio collatum acceptauerit, poenis superius cõentris saltem multis tenetur: quia conueniunt verba, ergo & dispositio. l. iij. §. totiens, ff. de damno infect. c. indemnitatibus. §. supradicta, de election. lib. vj.

51 Tertio non habet locum, quando probabiliter ignorans eum viuere illud impetrauit, vel ei collatum fuit, gloss. & doct. hic, quia ignorantiam nolumus obligare. l. generali. C. de Tabular. lib. x. l. fin. ff. de decretis ab ord. facien. ibi, huiusmodi poenas aduersus scientes paratas. & Oldrad. consil. ccciiij. infra scriptæ, nu. 7. & Iaf. consil. lxxiij. in causa. col. v. in iij. vol. quo prætextu ignorantia voluit omnes se excusare.

Ignorantia excusat impetrationem beneficij viuentis.

52 Quamobrem intellige iustam credulitatem excusare à poena: vt si fama publica fuerit illum esse mortuum. l. cum quidem. §. quod dicitur. & l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acquir. hæred. l. si quidem, & ibi glo. & doct. C. soluto matrimo. l. fin. ff. de hæred. insti. l. ij. quis ordo in bonor. posses. feruet. vt consuluit Deci. consil. cccxcviiij. in causa. & Ioan. de Selua in tracta. de benef. in iij. parte q. xj. & Siluester in verb. beneficium, in iij. q. xvij. in sua summa.

Iusta credulitas à poena excusat.

53 Quia sicut is, qui vult hæreditatem adire, & succedere alicui, debet esse certus de morte, & causa aditionis, nec debet de his dubitare. l. nec nos de captiuis. C. & l. quòd si dubitet. ff. de acquir. hæred. sic impetrans debet esse certus de morte, priusquam perat, vel impetret sicut adire volens. Iaf. in d. consil. lxxiij. col. vj. in iij. vol. & consil. cxxvij. in causa, col. iij. volum. iij.

54 Et licet ignorantia non debeat puniri, intelligit glo. quando nihil egit, in l. ex maleficijs. ff. de actio. & obligat. secus si aliquid egit, vt pote quia impetrauit viuentis beneficium: nam ista impetratio facit, vt debeat exprimere, & exprimendo sibi prouidet: nec ignorantia punitur, sed oneratur ad collationem beneficij viuentis exprimendam, vt Papa videat, an illi conferre debeat: & an inueniatur magna vel parua ambitio: & sic non est poena, sed onus: † debet etiam collator esse certus de vacatione & morte, antequam iure conferat, licet possit conferre, si vacat glo. in c. ij. de electio. in vj. argumen. authen. hodie. C. de repud. capit. in præsentia, de sponsa. Aegid. Bellamera, decis. xvj. & Cardinal. consil. xcix. dico quòd accep

Leges ad tollendam ambitionem.

acceptatio: & optarem legem fieri, vt si collator (nisi iusta crudelitate ductus esset) conferret ante mortem, vt suspenderetur à conferendo per mensem vel annum, quæ collatio capit. daretur illius ecclesiæ, in qua est episcopus, & quod impetrans beneficium viuentis esset perpetuò inhabilis ad illud, & ad alia quæcunque beneficia, priuatus etiam esset ipso iure beneficijs, si quæ habet, vt ambito & habito careret. capitulo penultimo, de translatio. episcop. alioqui facillè ambitio sedari non poterit.

Vniri potest beneficium viuentis.

Quartò quando expressit in supplicatione, quod iam fuerat ei collatum beneficium viuentis, quia Papa huic tex. derogare potest, compenitudinem habeat potestatis. c. proposuit, de concess. præb. clausulam apponendam describit d. Philippus Probus in additio. ad Io. monac. in d. c. fin. col. ij. de consti. lib. vj.

Quintò limita per vnionem, quia beneficium viuentis vniri potest ecclesiæ, sed absque præiudicio possidentis. c. consultationibus, de dona. clem. vlt. de reb. eccles. non alienan. nam quod datur collegio, nemini datur. c. Episcopus. §. qui manumittitur. xij. q. ij. & sic nullus viuentis mortem desiderabit, gloss. not. in capitul. cum venisset, in glossa prima, de restit. spoliat.

Sed fortè omnes de collegio id desiderabunt: ob id melior videtur ratio, quia per vnionem non fit præiudicium viuenti, ideo vnio valet, sed impetratio non potest ab alio fieri, vt collatio sine viuentis præiudicio: ideo prouiso prohibetur, non vnio: vt plenè scripsi in tracta. de vnionibus.

Ex consensu viuentis suum potest conferri beneficium.

Sextò non procedit, quando ista collatio beneficij viuentis fieret ex consensu illius, cuius est beneficium, tex. in c. beneficium, de regular. in vj. quia volenti non fit iniuria, nec dolus. l. j. ff. de iure iur. tex. in c. sicut alterius, vij. q. j. & sic non haberet locum, quando is primò in infirmitate constitutus resignasset, & mortuus fuisset intra viginti dies, quia tunc per obitum impetrari poterit.

Coadiutor viuenti dari potest vicarius vel administrator.

Septimò quando esset senectute vel morbo perpetuo detentus, fortè seipræ: quia tunc ei potest dari coadiutor, vel administrator. c. de rectoribus, & c. penult. & c. fi. de clerico egrotan. c. qualiter, & seq. & c. nihil, in fi. & c. seq. vij. q. j.

Item præfati ab hostibus capto datur à Papa vicarius in temporalibus & spiritualibus, quousque durabit impedimentum. c. si Episcopus, de supplenda neglig. præla. in vj. facit cle. j. de foro compe. & de hoc scripsi in tract. nomina. q. vij. nu. 27. sed eo reuerso, cessabit potestas huius vicarij.

Transferri potest vnus in aliud beneficium.

Octauò non procedit in translatione: nam Papa ex causa necessitatis, vel vtilitatis transferre aliquem potest. c. in apibus, in fi. vij. quæstione prima. Sed secundum rei veritatem non viuenti, sed defuncto quodammodo Episcopo probatur quem substitui. tex. ibi, & superius scripsi, de transla.

Nonò

62 Nonò cum aliquis relicta priori Cathedra sua autoritate ad aliam transferit, & alius ei substitutus fuerit: licet illi priori Ecclesiæ Episcopus esse non desierit, substitutus tamen Episcopatum habebit quia deliquit qui sua autoritate & transtulit. cap. Pastoralis, in fine, vij. q. j. & c. sequen. & c. penult. de transla. Episc.

63 Item beneficium viuentis impetrasse censetur, quando tantum tempus non erit lapsum, intra quod potuerit verisimilis notitia mortis haberi: vt per regul. xxvij. de qua inferius scribam in tract. renuncia.

64 Item collatio facta de beneficio non vacante non conualecit, si post eam moriatur is, cuius collatum fuit beneficium: quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio de iure non subsistit. regul. non firmatur, de regul. iuris, in vj. l. quod in initio, illo titu. ff. & sic docet Barba. in c. consultationibus, not. j. per illum tex. de dona. facit quod no. in c. fin. de iure patronatus.

Impetratio beneficij non conualecit, etiã si statim moriatur viuentis.

65 Decimò non procedit in beneficio vacante, non tamen libero, vt potest, quia est collatum absenti, si is non acceptet, vel moriatur, mihi conferri potest etiam ab ordinario: quia rationes regulæ locum non habent: vt docet Ancha. in c. si tibi absenti, col. ij. de præb. in vj.

Beneficium non acceptatum conferri potest.

66 Vndecimò limitatur in eo qui conuertit ad fidei vnitatem aliquem locum, quem si postea tenuerit per triennium, nemine ab eo illum repetente, vltèrius ab illo non repetetur. c. j. de præscrip. sed ibi hoc est in fidei fauorem: vt ibi scripsi. in meis interpretationibus ad ius cano.

Conuertens ad fidei unitatem locum lucratur.

67 Vltimò non obtinet locum præfata regula, quando collatio fuerit facta procuratori meo, & ego non acceptauerim: tunc nullam poenam patiar ante ratihabitione, quia nullum præbui offendiculum, nec culpam. ergo sine causa puniri non debeo, regul. sine culpa, de regul. iur. in vj. Ancha. consil. cccxcvij. apparet, col. j. & quia non videor passus me substitui, postquam non acceptaui.

Poenam non incurrit dominus per collationem procuratori factam.

68 An verò sufficiat derogatio generalis? Respon. putarem non sufficere, tum quia ex stylo apponi solet: & iste casus est ignotus Pontifici, ergo non videtur illi derogare, nec tollere, quod ignorat. l. mater. ff. de inoffic. testam. & quia non recipitur derogatio regularum, nisi expressæ fuerint. Gomez. in proce. regul. Cancell.

Derogatio specialis est facienda, nec generalis sufficit.

69 Alioquin nihil prodesset ius, nec regula: quia semper derogatio generalis apponi solet, & sic nunquam procederent istæ poenæ, contra beneficia viuentis impetrantes: quod nequaquam est dicendum: ob id sentirem hodie etiam hoc obseruari in hac poena, vt non valeat collatio facta ab ordinario ei, cui semel collatum fuit beneficium viuentis, nec quidem si à Papa, nisi fuerit expressè derogatum, quia subreptitia dicitur huiusmodi prouiso, teste Petro de viaxio, in tracta. de election. j. parte capit. x.

70 Et an supplicatio Papæ probet interpretationem? probari decidit Gomez. in d. reg. xx. q. v. & si pars neget eam impetrasse, quis habeat probare, ibidem vide.

Sed

Sed subrogato & gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur.

G L O S S A O C T A V A.

Potentior nō de-
bet subrogari.

INTELLIGE non valere subrogationem, nisi sit regulæ isti derogatum: & Papa solet derogare potentibus, quasi indifferenter, vt vidi, quod potentiori denegare deberet, per rubri. C. ne liceat potentiori: & lege vnam. C. si quacunq̃ p̃edit. potesta. hocq̃ue fuit denegatum tempore Innocentij octauī Cardinali sancti Petri ad vincula, teste Ioanne Staphil. in tract. de literis gratiæ, fol. 165. de literis iustitiæ.

Vnde dicit in supplicatione debere apponi ista verba, Attento quòd Orator non est cedente potentior, &c. licet derogetur, etiam pro potentiore, & fauorabilius: tamen si non sit expressum in supplicatione, quòd est potentior, non valet derogatio, per not. in c. j. de alienatio. iudic. mutan. causa facta, & l. j. & per totum. ff. illo titu. plenè scripsi in scholasticor. priuileg. clxxvij. & in constitutio. Reg. tract. de accessio. in ij. tomo. Gomef. q. xv. dicit hodie indifferenter Cardinalibus concedi derogationem ideoque p̃elati per saxa, & per ignes ad Cardinalatus apicem aspirant, & quandoque pecunia: quod est detestabilius: & hīc est quartus casus, in quo regula flectitur.

Si tamen vnus collitigans obtinuerit sententiam in sui fauorem, quæ in rem transuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulæ: tunc enim omnis p̃sumptio malitiæ cessat: nam tunc non videtur inductus, quòd de iure suo diffideret: vt doctores norant in c. ij. de aliena. iudic. mutandi, sed hoc casu requiritur, quòd sententia lata fuerit contra omnes collitigantes: nec sufficeret contra vnum latam esse, quia cum illo collusio posset esse, teste Gomef. in quæstione prima super hac regula.

Subrogari po-
test sine derogati-
one quis in lo-
cū eius qui tres
obtinuit senten-
tias.

Quintus casus quando quis petit subrogari in locum illius, qui tres sententias conformes obtinuerat, & antequam executioni demandante essent, mortuus fuerit: tunc ei qui in locum talis petit subrogari necesse non est, quòd petat derogari isti regulæ: quia hīc casus in ea non comprehenditur, cum lis iam sit finita, per clementinam j. de re iudica.

Et idem sit finita erat per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam per tex. in capitu. primo, de litis contestatio. in vj. Et sic, cum lis sit finita, non p̃fertur collitigans impetrans, etiam si huic non sit derogatum regulæ. Gomef. quæstione xiiij. glossa, & doctores in capitulo fina. vt lite pendente in vj.

Sextus casus quando duo super beneficio litigabant, ambobus mortuus

mortuis non potest subrogari tertius, quia lis est iam finita: ideoque p̃secutio litis finita fieri non potest, l. cum lite mortua, ff. iudic. soluit. Bonifa. vital. in clem. j. in iiij. conclus. vt lite pendente. non prohibetur tamen hic tertius beneficium illud de nouo impetrare, cum vacet.

7 Septimus casus quando lis esset iniuste mota contra mortuum fortè triduo antequam decederet, tunc illa motio litis non inducit vitium litigiosi. l. j. s. j. ff. de litigios. plenè scribit Cassado. decif. vlti. de dolo, superior dictum fuit.

Quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad definitiuam sententiā quæ tamen in rem non transferit iudicatam processum foret.

G L O S S A N O N A E T V L T I M A.

CTAVVS casus est in quo non potest subrogari, is qui beneficium impetrauit tanquam vacans per crimen: nam si postea is moriatur, etiam si post sententiam priuationis, non poterit iste impetrans subrogari: nisi sententia priuationis transisset in rem iudicatam, ad hoc vt fraudibus obuietur: quia posset aliquis accusare senem aut valetudinarium, vt cum p̃dente processu contingeret eum mori, collitigans iste fraudulentus subrogaretur: quamobrem secundum hunc tex. non valebit subrogatio, nec prouisio noua, nec gratia si neutri, aut si nulli.

2 Idem statuit Alex. vj. in suis regulis, tit. de sign. grat. videlicet non dari subrogationem vbi lis est super priuatione: quia tunc beneficium nō est litigiosum, sed persona: videlicet quia non differitur de titulo beneficij, sed de personæ: & quia nisi principaliter agatur de beneficio, impeditur subrogatio. Dominic. & Franc. in d. c. fi. vt lite pendente. in vj. † Et eidem Alexan. statuit in tit. derog. iurispa. nisi obtineatur à Papa rescriptum in quo mandetur iudicibus de causa cognoscentibus, quòd adueniente priuatione prouideatur dicto impetranti, adiecta clausula Decreti. & postea scribatur sic, quòd si d. talis delinquens metu priuationis interim beneficia in fauorem alterius etiam in manibus nostris cesserit, resignatio huiusmodi in fauorem Oratoris sit, & esse censetur post priuationis sententiam. docet Do. Probus in c. p̃senti, de offic. lega. libr. vj. Gomef. q. 4 vij. † Sed hoc in regno parum prodesset hoc rescriptum, quia inducit

G

reseruationem, quæ omnino prohibita est in regno Franciæ: ideo iste vix prohiberetur à resignatione coram Papa, si faceret mentionem istius reseruationis.

*Accusatus pen-
dente accusatio
necedere potest.*

Et sic nota quòd non datur subrogatio, nec gratia si neutri, vel si nullo perinde valere, vel noua prouisio, ybi contra aliquem agitur de crimine, & is moritur: tunc antequàm priuetur, non subrogatur alius in locum illius: quia beneficium non est litigiosum, sed persona accusata: & ideo pendente processu accusatus poterit cedere ante sententiam priuationis. glo. in dicto verb. finita, capitul. vltimo, vt lite pendente. in vj. cap. per tuas, in fin. de simon. nec poterit eo mortuo processus profequi contra mortuum ad effectum priuationis, quia crimen extinctum fuit morte, l. defuncto. ff. de publi. iudic. Aufrer. in decif. Tholos. quæst. ccccxxxvj. Non ¶ potest tamen ille accusatus lite pendente permutare: vt abundè tradit Boër, in decif. Burdegalen. quæstione ccv. Tractatus, alibi tamen dicam.

*In beneficijs con-
sistorialibus non
datur subrogatio.*

Item non datur subrogatio in beneficijs consistorialibus, hoc est in monasterijs virorum valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentium; quia talia sunt reseruata suprà in regul. cancellariæ. ¶ Et de illis solet Papa prouidere consistorialiter: ideo in illis non datur subrogatio, nisi præcesserit alia prouisio, vel commenda consistorialis. & ita seruat stylus curiæ Romanæ, teste Staphil. in tract. de liter. grat. titul. de liter. iustitiæ, super commissionibus. Est & alius casus plus dicens, videlicet non admitti resignationes talium: sed in hoc regno Franciæ istæ reseruaciones sunt sublata, & sic subrogationes non prohibita.

Supereft alia regula pulchrè huic materiæ consentanea, & quæ seruatur, ob id eam hîc inserere non erit extraneum.

Regula XXXV. De impetrando beneficiũ etiam per annum pacificè possessum, aliàs de annali possessore.

Item sanctissimus dominus noster.

GLOSSA PRIMA.



ISTA regula est utilis, & seruatur in Francia: vnde impetratio iudicatur subreptitia & nulla: nisi exprimantur sequentia, quæ sunt de forma propter clausulam Decreti: vt notat Felinus in c. cum dilecta, de rescriptis. Scripsi in forma mandari. in Concordatis, quando aliquid de forma censeatur: & hoc est introductum ratione sequenti.

Vt

Vt improbi lites exquirētũ motus reprimantur, voluit, statuit & ordinauit quod quicumq;

GLOSSA SECUNDA.



RATIONEM & causam statuti hîc adijcit, videlicet vt motus improbi eorum, qui lites exquirunt reprimantur. reprimantur autem, quandoquidem non valebit impetratio: & cum impetrantes condemnabuntur ad expensas, damna, & ad multã: non quod exquirentes lites tam latè sint improbandi, quemadmodum nititur Gomef. q. j. & ij. sed eorum motus improbi potiùs arceudi. Ratio quoq; potest esse, vt certa & indubitata sit impetratio, quòd faciliùs Papæ voluntas verè possit elici, ac ne sub inuolucro verborum decipi valeat: vt dicunt Bald. & alij in c. cum olim, de re iudic.

*Ratio huius re-
gule de annali
possessore.*

Beneficium ecclesiasticum.

GLOSSA TERTIA.




COMPREHENDIT officium & dignitatem ecclesiasticum, glo. in Clem. auditor, de rescr. & quæcunque alia beneficia: vt superiùs scripsi. & ex ratione regulæ comprehenditur etiam beneficium, quod est sub patronatu laicorum, & in casibus, quibus valet impetratio. nempe quo certa sit impetratio. Cum igitur conueniant verba sit, quoque dispositio. l. iij. §. toties, ff. de damno infecto, c. indemnitate. §. supra dicta, de elect. lib. vj.

*Beneficij nomine
et officia, et
alia beneficia cõ-
prehenduntur.*

Et intellige quicumque beneficium impetrauerit, siue per se siue per alium, comprehenditur sub hac regula, vt est infra: potest enim alius in amici sui fauorem beneficium impetrare, glof. in c. nonnulli, in fi. de rescript. per hoc verbum, quicumque inhabiles non sunt capaces ad impetranda beneficia, quia inducã ad vnum effectum, non debent contrarium operari effectum, l. legata inutiliter, ff. de leg. j. licet Gomef. q. ly. & sequen. dicat istam regulam defendere inhabiles, dummodò non sint execrabiles, quod est mirum: quia hæc regula non solùm est in fauorem possessorum inducã, sed vt certior reddatur Papa de beneficij vacatione, & à quo detineatur. & hîc ponitur forma expressiõis, qua omittens obseruare nequaquam iuuabitur huius beneficij regulæ: quia contemnere videtur, non exprimendo quod debet. Ideo si etiam hæreticus vel simoniacus possederit beneficium per annum, quod ego velim impetrare, oportet exprimere nomen possessoris, gradum, nobilitatem, & quot annis ipse possedit, alioqui impetratio nulla erit. sic loquitur iste tex. generaliter loquens, quicquid iacet Gomef. multa profun-

*Amicus potest
impetrare bene-
ficiũ amico.*

*Inhabiles bene-
ficia non impe-
trant.*



G ij

dens hinc, quæ parum textui conferunt: quandoquidem non tuetur inhabiles, sed repellit impetrandem à sua inepta impetratione, qua videlicet non expressit hinc statuta, & per hoc cessant omnes rationes Gomez. in quibus valde laboravit, sed frustra.

Si tamen inhabilis de facto impetrauerit beneficium puniendus est ad damna, interesse & ad multam, vt statuit hæc regul. in fine: stultus enim & inhabilis nõ debet esse melioris conditionis, quàm habilis, c. eum qui, de præb. in vj. & quia lites exquirunt: & motus exquirentium lites reprimendi sunt per hanc regulam,

Tunc per annum.

GLOSSA QUARTA.

Annus possessoris debet esse completus.



NOTA sequentia requiri, antequàm hæc regula locum habere possit. Primò quòd beneficium fuerit ab aliquo possessum per annum integrum & completum, vel vltra, per hoc verbum tunc, scilicet impetrationis tempore: nec haberet locum huius regulæ decisio, si possessum fuisset tantum per decem, vel vndecim menses cum dimidio, nisi fuerit annus completus. l. iij. §. j. de minorib. nisi in deuolutione: vt infra dicitur. Et pro decisio. huius regulæ facit tex. not. in §. fin. si de inuesti. inter Dom. & vasal. lis oriatur, vbi possessio annalis inducit præsumptionem pro vasallo, quando sciente domino & non contradicente possedit per annum: ius quoque retrahendi feudum illicitè alienatum præscribitur anno computando à die scientie contra agnatum non proximum, in §. Titius filios, si de feudo defuncti cõren. sit inter dom. agna. & vasal. §. porro, qualiter olim feudum poterat alienari. Et vide quæ scripsi in art. ij. de mate. possessor. in iij. Tomo ordinat. Reg. vbi post annum non auditur quis in interdico, vti possidetis.

Annus à quo tempore computetur.

Et computatur hinc annus à die quo adeptus est beneficij possessionem, is, cuius beneficium impetratur, & postea per annum pacificè possedit: & cum hinc non agatur de iure secundi impetrantis, sicut in iuribus supra adductis pro vasallo, dicerem in anno isto non requiri scientiam vltimi impetrantis: aded quòd si possederim beneficium per vnum annum te ignorante: adhuc habet locum ista regula, vt debeas exprimere in tua impetratione, quæ hinc requiruntur: alioqui nullus momenti erit impetratio, cum iste tex. non exigat scientiam, sed possessionem, alià infra descripta.

Immediatè præcedentem.

GLOSSA QUINTA.



SECVNDO requiritur quòd possessum fuerit per annum immediatè præcedentem impetrationem: vnde si nunc possederit per sex menses, & postea alius, demum primus per alios sex menses, non habebit locum hæc regula, per hoc

hoc verbum, immediatè præcedentem facit, l. si idem cum eodem, ff. de iurisd. omn. iudic.

Et sic non habebit locum in celsionario, vnde si post annum resignauerim minori curatum beneficium: & alius impetrauerit, antequàm hinc minor possederit per annum, non habebit locum hæc regula, quia non possedit immediatè: vt requirit iste tex. nec ipse, sed alius: & iste tex. non loquitur, quòd quis possit iuari possessione alterius quæ est facti, l. denique. ff. ex quib. causis. maior. l. Pompo. de acquir. posses. scripsi in tract. de pacific. possessio. nu. 267. quicquid dicat Gomez. q. xxxiiij. quia hinc intelligitur de proprio possessore, nõ decedente: alioqui ista regula semper procederet, quia præcessoris semper allegaretur annalis possessio & hoc clarum est, ob id alia non adducā: licet hoc Gomez. firmet, q. lxiiij. cui respon. in tract. de pacific. posses.

Annus cõtinuus requiritur, & ab uno nõ à duobus.

Pacificè possessum.

GLOSSA SEXTA.



TERTIO requiritur, quòd quis pacificè per annum illud beneficium possederit, id est sine lite & cõtrouersia: ideòque citatus etiam nulliter, dummodò processus sit introductus, non dicitur pacificè possidere: quia non sine lite & cõtrouersia possedit. Clem. gratiæ. de rescript. plenè scripsi in tract. de pacific. posses. in iij. limit. nu. 164. & seq.

Pacificè quando dicatur.

Verum torquet animum suum hinc Gomez. an pacifica possessio interrumpatur per citationem nullam, vel sequestrum. Sed quorsum hæc cum iste dicat impetrandem debere exprimere eum, qui pacificè possedit per annum, si beneficium sit sequestratum: si processus sit introductus, siue iure, siue iniuria, non dicitur pacificè possedisse: ergo non habet locum regula, aliàs non probo, quia hæc sunt plana.

Pacifica possessio an per citationem inuvalidam interrumpatur.

Asserit etiã idem Gomez. q. xlvij. eum qui non recipit fructus, non dici pacificum quoad istam regulam. Cuius tamen sententiæ non essem, quia is qui sine cõtrouersia possidet beneficium, dicitur illud pacificè possidere: nam licet non recipiat fructus ratione priuilegij, c. si propter, de rescript. lib. vj. c. si tibi, de præb. tamen non minùs dicitur pacificè possidere titulum beneficij: & ideo impetrans tenetur exprimere ea, quæ hinc statuuntur, pluribus hoc probarem: ni tam facile videretur & clarum, quòd Soli facem esset ad mouere. Annus etiam computatur à die litis finitæ, cum cepta semel esset lis: & intellige hinc possessum, siue cum titulo, siue non: vt docet Gomez. q. xxxiiij. & sic habet secundum eum locum etiam in minore, qui possedit beneficium curatum sine dispensatione: quia hoc est introductum, vt certior Papa reddatur de possessore beneficij, & sic non in fauorem possessoris simpliciter: vt in ij. glo. dixi. Ideo habebit etiam locum contra simplicem possessorem sine titulo pacificum annalem: aliàs si voluisset, dixisset habentem titulum: c. ad audientiam, decimis.

Non recipient fructus an pacificè dicatur possidere.

Regula de impetrand. benefic. &c.
Et quod certo modo vacare prætenditur.

GLOSSA SEPTIMA.

Vacandi modus
certus exprima-
tur.



QUARTO quod beneficium prætendatur certo modo vacare, aliàs diceretur quis beneficiũ viuentis impetrare, quod est prohibitum, vt supra dixi in regu. proxima: & tenetur hęc impetrans certum modum vacandi exprimere: c. susceptum, de rescr. lib. vj. aliàs non valebit impetratio, etiam si diceret vacare per modum in Cancellaria exprimendum, vt in reg. Cancel. xl. sed potest exprimi quilibet vacationis modus, etiam per resignationem: vt docet Casador. in decis. xv. super hac reg.

Reformatio pri-
ma gratie anua-
leat.

Nec habet locum, si reformetur prima gratia, quæ erat nulla, eò quòd non faceret mentionem istius regulæ: quia licet prima sit nulla, reformatio tendit ad hoc, vt det illi spiritum vitæ, & quod in prima gratia fuit omissum, per hanc secundam gratiam suppletur omissum in alia. glo. in c. si Apostolicæ, de præb. lib. vj. Gomef. q. xxix. quod mihi parũ arridet: nam aut est derogatum in secunda gratia huic regulæ: & tunc propter derogationem non est dubium regulam non habere locum.

Si autem secunda gratia, quæ est reformatio primæ non derogat regulæ, oportet quòd causa exprimat, cui prima gratia non valuit: ergo debent exprimi ea, quæ hęc continentur, aliàs non valeret reformatio: vt de his plenè scripsi superiùs in bulla: & hoc docet expressè glo. quam allegat Gomef. & dicit ita curiam seruare: & illam glo. probant ibi docto. & Feli. in c. in nostra, correla. xvj. de rescript.

Deinceps impetrauerit.

GLOSSA OCTAUA.

Impetrans motu
proprio, siue in
commendam ex-
primere debet
qua hic statuitur.



QUINTO requiritur, quòd illud beneficium impetratur & cum effectu, l. j. ff. quod quisque iuris: non enim habet locum in volente impetrare, nec in impetrante quidem, sed non prosequente, nec etiam procedit in eo, qui impetrauerat tempore huius regulæ, cum tex. dicat deinceps: & sic istæ tex. futura respicit, non præterita, sicut de natura legis est, capitul. fina. de const. Ideo si quis impetratione sua velit vri, locum habet iste tex. oportet ergo quòd possessor excipiat de regula: alioqui non procedet: vt docet Gomef. q. iij. habet quoque locum & si motu proprio concedatur: quia hic impetrans dicitur, & eadem est ratio: vt plenè scripsi in forma manda. in ver. motu proprio, idque siue impetrauerit in titulum, siue in commendam, cum non possit diuersa ratio assignari: vt etiam docet Gomef. q. xxvj. etiam siue in vim nouæ prouisionis, si neutri, vel alterius gratiæ

gratiæ ex identitate rationis: vt docet idem Gomef. q. xxvij. & putarem habere locum tam in impetratione à Papa facta, quàm à legato, quæ ferè æquiparantur. c. fi. & cle. fi. de offi. legat. in vj. & cle. sed non in ordinario, in quo ista non exprimuntur. d. cle. vltim.

Nomen.

GLOSSA NONA.



SEPTIMO in impetratione requiritur nomen, & sic nominis expressio illius, qui possedat beneficium pacificè per annum: & quamuis iste tex. nihil exprimat de cognomine, tamen illud etiam debet exprimi, quòd videlicet certior impetratio reddatur: imò etiam si plura haberet nomina: nam quod de vno dicitur, & in duobus procedit. l. singularia. & l. certum. ff. si cert. peta. scripsi in §. teneantur, de collat. in Concord. nec sufficeret exprimere tale beneficium sancti Seuerini Paris. indebitè possessum, non exprimendo nomen possessoris, cognomen & ista quæ tex. hic requirit.

Nomē & cogno-
men possessoris
in impetratione
exprimendum.

Gradum.

GLOSSA DECIMA.



SEPTIMO debet exprimi gradus possessoris beneficij, si quem habeat: vt si possessum fuerit beneficium à doctore, etiam si illud fuisset vnitum, veruntamen per annum ab eo possessum: oportet enim illius nomen & gradum exprimere: & tunc habebit locum hæc regula, cum impetrans asserit non esse vnitum. & ita iudicauit Rota, teste Casador. in decis. xij. vtrum obtinens, super hac regula. Et Gomef. q. xxv. refert gradum quoque hęc accipi pro dignitate, vt impetrans dignitatem possessoris exprimat, si fortè sit prõthonotarius, aut alia præditus dignitate, vel gradu doctoratus, seu licentiæ: vt in reg. prærog. Iulij iij. & in §. teneantur. de colla. in Concord. ideo qui talium possessorum beneficia vult impetrare, debet hoc conditionaliter exprimere, siue is occultè, siue palàm doctor effectus sit, quia fama debet inspici: & si videat istum iura, vt Theologiam interpretari, dicat eum doctorem: quia tales sic consueuerunt esse: & dicat forsan, vt supra scripsi. Panor. in c. j. de fer. scripsi in Scholast. priuile. quòd possit quis profiteri, etiam si verè non sit doctor.

Gradus posses-
oris est exprimen-
dus ab impetra-
te.

Et nobilitatem possessoris eiusdem.

GLOSSA VNDECIMA.



SEXTIMO nobilitas possessoris beneficij est exprimenda, in hoc casu, si fuerit nobilis: & sic consideratur hęc nobilitas, vt in c. de multa, de præbend. gloss. in capitul. constitutis, de appellat.

Nobilitas posses-
soris annalis ex-
primenda.

Licet regulariter impetrans beneficium non teneatur exprimere nobilitatem: quia nobilitas non est causa retrahendi concedentem, sed in ducendi, cum non sit apud Papam acceptio personarum, c. venerabilis. de præben. doct. in c. ad aures, de rescrip. Ioan. de Selua in tracta. de benefi. in iij. parte q. xij. & intelligo hinc nobilitatem siue ex utroque parente, de qua in d. c. venerabilis, siue ex patre tantum, quia nobilitas non procedit à sola matre: l. nullus, C. de decur. lib. x. scripsi in. §. cum verò, de colla. in Concor. & sufficit quoad nobilitatem exprimendam, istum cuius beneficium impetratur, reputatum esse nobilem: argum. l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & si ignoret an sit nobilis, poterit in signatura apponere, à tali N. &c. qui forsitan nobilis existit &c.

Et quot annis ipse possedit.

GLOSSA DUODECIMA.

Beneficium hæretici impetrari potest: & requisiti sunt exprimenda.

NONO exprimi debet, quot annis possederit beneficium: quia post tres annos, Papa nollet conferre si cum colorato titulo possideret: vt in re. seq. & abundè scripsi in tract. de pacifi. possess. non tamen haberet locum ista reg. si beneficium hæretici impetraretur: cum si ipso iure priuatus. text. in c. quo iure, vbi Dom. & Alex. viij. distinct. hoc expressè fuit decifum in Rota, vt refert Cassad. decif. xiiij. super reg. Cancell. sed tutius esset exprimere, vt superius scripsi: nam postquam hic hæreticus vel simoniacus tenet, pro possessore habetur, c. eum qui, & c. si beneficia, de præb. lib. vj. scripsi in tract. nominatio. q. ix. nu. ii. & quamuis Gomes. hinc q. xxxviiij. dicat, quado impetrans petit in sua impetratione derogari regulæ, ista expressione opus est, aliàs non. Ego dicerem impetrentem in distincte teneri exprimere supradicta, & quot annis ipse possessor tenuit: vt Papa videat an triennium sit elapsum, vt non molestetur possessor triennalis: iuxta reg. Cancel. in tract. de pacifi. possess.

Ac specificam & determinatam, ex qua clarè poterit constare, quòd nullum ipsi possessori in beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere.

GLOSSA DECIMATERTIA.

Causa specificam exprimenda in impetratione beneficii annalis possessoris.

DECIMO oportet causam exprimere specificam non in genere, vt si diceret vacans: nam expressionem in indiuiduo requirit hic text. ibi, & determinatam: ex qua expressione clarè pateat summo Pontifici, quòd possessor nullum ius in beneficio

beneficio habet, vt pote quia erat excommunicatus tempore collationis sibi factæ ab ordinario: vel alia causa exprimat, ac modus vacandi, alioqui impetratio non valet. quia Papa non intendit derogare iuri alterius, vt supra dictum extitit, nec beneficium nondum vacans conferre intendit, c. j. & per totum, de concess. præb.

Si tamen quis diceret detentorem nulli ius habere, nulloque titulo, nullove iuris adminiculo iuari, sed temerè & de facto per annum detinuisse beneficium tale: horum verborum expressio sufficit, licet nulla alia causa exprimat: nam illa verba, nullo iuris adminiculo, operantur, vt possit dici illum possedisse de facto, & temerè postquam iuris non habebat adminiculum: nec aliter hoc casu fit derogatio, vel mentio istius regulæ, cum clarè sit expressum, eò quòd de facto, & sine titulo dictum fuit.

Si verò dicatur partem nullum habere titulum, saltem canonicum, quia non exprimitur specifica causa, quare ius illi non competat: ideo derogandum est isti regulæ in hoc, & quoad hanc partem, quia non expressa causa: & iste est stylus curiæ Roma.

Et sic ista regula non habet locum, quando illi est derogatum. Item quando in signatura est apposta illa clausula. Quod maior specificatio fieri possit nominis, gradus, nobilitatis & temporis possessionis, &c. vt scripsi supra in signatura: vide etiam alios casus, quos in proxima regula scripsi. Et hinc requiritur clara expressio, non amphibologica, nec incerta. aliàs impetratio confusa non valeret. gl. & doct. in c. ij. de elect. in vj. nec etiam resignatio, & in eo qui possedit in proprietatem, videlicet tanquam vnitum: vt Gomes. hinc plenè explicat.

Casus in quibus valet impetratio, siue expressio.

Et infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere.

GLOSSA DECIMAQUARTA.

VND ECIMO oportet impetrantem curare, vt possessor euocetur intra sex menses computandos à die, quo hic impetravit beneficium à Papa, aliàs impetratio nullius est momenti: vt in hac regula habetur, quia interdum impetrans non agebat per annum: ideo statuitur vt intra sex menses quis agat: vt vult in simili. l. diffamari. C. de ingen. & manumissis.

Possessor intra sex menses est ad iudicium uocandus.

Fallit si propter bellum, vel aliud iustum impedimentum non potuisset habere literas: vt scripsi in §. j. in verbo impediendo, de collatio. in Concord. & in tractat. de excusa. & exoniis, in iij. tomo constituit. Regiar. Gomes. q. xiiij.

Idem si possessor vel impetrans mortuus fuerit ciuilitè, aut naturaliter, vt excusetur, si non fecerit intra sex menses euocari facere posses

possessorem, quia per eum non stetit: cum igitur per eum non stet, ei non est imputandum. l. in iure civili. ff. de regul. iur. & idem si conuentus cedat, vel decedat ante annum: ut etiam excusetur impetrans, si non fuerit hoc profectus usque ad sententiam. ut docet Cassa. in decis. xvj. idem quod super hac regul. Cancell.

Veruntamen istud tempus solet per Papam prorogari, antequam sit elapsus, quia post lapsum prorogari non potest. l. sed si manente. ff. de precar. testis est nobis Staphil. in tract. de literis gratia, fol. penu. sed iterum poterit beneficium impetrari. & in hoc Franciæ regno sufficit intra annum agere possessorio coram iudicibus Regiis: & sic non seruatur hæc regula quoad hoc.

Causamque ex tunc, de super infra annum usque ad sententiam definitiuam inclusiuè prosequi debeat, & teneatur.

GLOSSA DECIMAQUINTA.

Intra annū bē-
benda sentētia.

DODECIMO debet causam inchoatam intra sex menses prosequi, ita ut sententiam intra annum à die uocationis in ius computandum consequatur: per hoc uerbum Ex tunc, prosequi debeat, non dicit finiri: quia hoc non est in partis potestate semper, sed interdum iudicis, ut in l. properandum. C. de iudic. & sufficit quod non stet per partem. non uidi tamen ob hoc beneficium amitti in Francia, ubi processus sunt longissimi. Solent tamen impetrantes quandoque à Papa prorogationem impetrare: ut supra dixi in patria obedientiæ, quod rarum est in hac patria, cum in hoc non seruetur.

Idem si mortuus fuerit impetrans intra annū, ut non imputetur, si non fuerit profectus ad sententiam, vel si cesserit: potest enim cedere in quolibet parte anni ante finem. per text. in c. commissa. de electio. in vj. Sic concludit Cassador. decis. xxvij. quoad dictam in hac reg. Cancell.

Alioqui impetratio prædicta & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Oppinio etiam
in causa appel-
lationis potest
contra impetratio-
nem inualem.

NEC hæc decretum annullans, ut non ualeant impetrationes factæ, nisi seruata forma hæc posita, nec inde secuta: & sic in secunda instantia poterit opponi ad annullandum primam sententiam: ut dicit Cassador. decis. xij. obtinuit, super regul. Cancell.

In

Intellige quod is qui possedit per annum, potest se iuuare possessione annali ad excludendum impetrantem, eò quod non expressit ea, quæ hæc statuta sunt, sed non ratione suæ possessionis annalis, sed subreptionis: quicquid dicat hæc Gomef. q. xliij. ubi multa scribit super hoc. Sed ut arbitror, extra oleas, ut quilibet uidere poterit per istum text. sed tamen pulchrè elucidat ista uerba & inde secuta, quæstio. lxxvij. uide ibi, si non graueris.


Et idem impetrans de dānis & interesse possessorem prædictum propterea cōtingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniuste friuole & indebitè molestasse repertus extiterit.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

CONDEMNARI ergo debet is impetrans, qui ad iudicium uocauit temerè possessorem beneficii, in damnis interesse & expensis: ut scripsi in constituto. Regiis in titulo. de mater. possessor. articulo. xij. & in titulo. de expens. dam. & interesse, ij. tomo Commentar. faci. l. eum quem temerè. ff. de iudic. & hæc non exprimit condemnandum in expens. quia satis à iure. expressum est, ut uictus uictori in expens. condemnari debeat l. properandum. §. si nautem alterutra. C. de iudic. ideo condemnabitur iste impetrans iniuste etiam de expensas. intellige si perantur à parte: ut dicit gl. in c. fin. de rescri. ideo pars potest impetrationi renūciare, & possessor etiam petitioni expensarum, sed quoad multam nō poterit sine Papæ procuratoris uel domini assensu: quia hæc multa ad eum pertinet. quamuis prolixè distinguat hæc Gomef. q. vij. putans etiam hæc. q. xl. hodie non esse in usu, ut quis ad interesse condemnatur: quia interesse & damnum idem uidetur. Sed aliter responderem damnum dici à diminutione. l. ij. ff. de damno infecto. Secus in interesse, ut scripsi in interpretatione l. vni. C. de senten. que pro eo quod interest: ideo etiam hodie interesse debetur. & iudices quotidie condemnant ad interesse in beneficialibus: ut scripsi in tertio Commentar. tomo constituto. Regia. Et sic nota hæc, quod si quis impetrauerit beneficium pacificè possessum per annum, non exprimendo quæ hic statuuntur, impetratio erit nulla.

Si autem post impetrationem non uocauerit in ius possessorem, non condemnabitur: ut dicit hæc text. sed si uocauerit in ius post sex menses, & usque ad sententiam perseuerauerit & profectus fuerit ad damna, interesse & expensas condemnandus erit: & hoc uidetur decidere Gomef. quæstione lxxij.

Quin



Quinquaginta florenos auri persolvere cameræ Apostolicæ sit astrictus.

GLOSSA DECIMOCTAVA.

iniuste litigans etiam ad multam condemnatur et cui applicatur.

ET SIC patet multam Apostolicæ cameræ esse solvendam: quod est verum in terris Papæ subiectis quoad temporalem iurisdictionem, aliâs applicaretur illi fisco, qui habet temporalem iurisdictionem in loco: vt scripsi in l. si qua poena, ff. de verb. signific. Et sic iniuste litigans non solum condemnatur ad expensas, damna & interesse, sed etiam ad multam, vt hîc facit. §. statui-mus, de friuol. appella. in concord.

Verum iudices Regij in hoc Regno de possessoris beneficiorum cognoscentes non seruant hanc multam, sed ad damna, interesse & expensas temerè impetransem condemnant, ratione legis Regiæ, de qua ibidem in d. constitutione Reg.

Nec alius quàm præmissæ vacationis modus etiam per literas si neutri, aut subrogationis, vel aliâs sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice cõsequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur.

GLOSSA DECIMANOVA.

Literæ si neutri subrogatiõis, et perinde nature, quando impetrari non possint.

STATUIT Papa, quod non liceat impetranti processu durante alium vacandi modum exprimere, nec per literas si neutri, si nulli, subrogationis, perinde valere, aut aliâs: quia esset tollere ius possessori quæsitum: ideo prohibet, ne alius modus in præiudicium possessoris exprimat: sed absoluetur eo casu possessor, nec beneficium dicetur litigiosum, de quo superius dixi: ideo fortè de nouo impetrari posset ante triennium exprimendo possessoris nomen, gradum & nobilitatem, & quod annis ipse possedit, seruando istam regulam, quam prius neglexerat.

Quod etiã extēdi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscūq; qualitatis per priuationem & amotionē, vel alias propter comissa, excessus, & crimina vacantia vel vacatura.

Glossa

GLOSSA VIGESIMA.



ISTA VERBA sunt addita à sanctissimo Papa Iulio tertio, & verba sequentia, ex quibus patet, quod impetrans beneficium vacans, ve vacaturum propter crimen, debet seruare ea, quæ in hac regula superius expressa sunt, & illa quæ scripsi in regul. præceden. gloss. vltim. quoad impetrationem beneficiorum, quæ prætenduntur vacare per crimen: ideo hîc nihil repetam ex superius dictis.

Expressio superior habet locum in uacantibus per crimen.

Et similiter ad impetrantes beneficia tanquàm vacantia per deuolutionem.

GLOSSA VIGESIMAPRIMA.



IMPESTRANTES vacantia beneficia per deuolutionem debent ea exprimere quæ superius expressa sunt, aliâs non valebit impetratio: nisi sit huic regulæ derogatum, vel in signatura fuerit adiecta clausula. Quod maior expressio fieri possit, & c. vt in signatura scripsi supra: etiam regulariter procedit iste text. in omni vacatione, quæ certa esse debet, ideo ista exprimenda, vt superius in bulla no. prouiso. dixi in claus. pro expressis.

Iure deuoluto impetrans exprime ea quæ supra statuta sunt.

Et non solum hæc clausula vltima extenditur, vt impetrantes beneficia per deuolutionem exprimere debeant, quæ supra dicta fuerant, sed etiam vt intra sex menses debeant in ius vocare possessorem, & sententiam proficere intra annum. Quia clausula in si. posita refertur ad omnia præcedentia. l. talis scriptura, de leg. j. ff. scripsi in l. vna. C. de senten. quæ pro eo quod interest profert. Verum quoad hoc vltimum, vt videlicet intra sex menses vocare in ius possessorem debeat impetrans iure deuoluto, non seruatur in Francia, sed sufficit intra annum literas saisinæ impetrare, arti. ij. de carl. benefic. in consti. reg. & in ius vocare possessorem, etiam quoad prosecutionem vsque ad sententiam intra annum, non seruatur praxis Franciæ. Alia licet hîc amplè videre per Gomez. ne plura.

Vltimo notandum est, quod si quis impetrauerit beneficium vacans per incapacitatem possessoris pacifici, & eum non inquietauerit in vita, non poterit postea illius incapacitatem allegare, si diu steterit post impetrationem, quia fortè dispensationem illius subripuit: sed si non longo tempore possederit, tunc poterit impetrans probare illius incapacitatem & prouis. per obitum non tenetur: vt docent do. de Rota decis. iiii. de rer. permutat. inci. agēti, in no. & Pan. in c. illud, de præsump. & Aufre. in decis. Tholo. conf. cccclxvij. Rom. conf. cccclxv. in re præfenti. aliâs daretur materia calumniandi & probandi mortuum non fuisse dispensatum, qui erat: & sic dicunt fuisse iudicatum pro fratre Ioan. de Neufbourg, super prioratu sancti Desiderij. sed si is, per cuius mortem habeo ius, non fuit

Incapacitas post mortem nõ probatur.

H

pacificus possessor, debeo ostendere titulum illius: vt supra probatum fuit. & sic consuluit Bertrand. consi. cxxxij. dubitatur, in fin. volu. ij. ex. j. editione, alia videre cui libet est liberum per Gomef.

De gratia, Rationi congruit.

Formula ratio-
ni congruit.



LI V D rescriptum dicitur Rationi congruit, vt si prouidus à Papa Clemente fuero de beneficio, & habuerim tantum signaturam: postea eo mortuo Paulus Pontifex immediatus expediet bullas sic. Paulus & c. rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de Roma. Pontificis gratia, seu benignitate in prosequendo iusta desideria petentium processerunt, licet eius superueniente obitu Apostolicæ super illis literæ confectæ non fuerint, suum plenum consequatur effectum, & c. & de hoc loquitur regula cancella. & istud tendit ad conseruandum ius, quod habeo ex prima impetratione.

Gratia facta per
mortem Papæ non
extinguitur, sed
à successore ex-
pediuntur.

Notandum est quod vbi Papa, aut alius confert alicui abeneficiū, aut aliam gratiam facit, si Papa moriatur, gratia tamen nō est extincta: quia solo verbo gratia perficitur. cap. institutionis. xxv. q. ij. cle. dudum. in fin. de sepultū. Archi. & alij. in. §. vniuersitati, in procemi. vj. † vbi dicit Ioan. And. ius quæsitum parti per concessionem factam non expirare per mortem concedentis, dummodò hoc probari successori possit: quæ probatio si illi fiat, literas expedire habet sub hac forma rationi congruit. hoc dicit Petrus de Biasio in directo. electio. iij. parte. c. xxvij.

Et ista habent etiam locum in principe seculari, vt si gratia probari etiam per testes possit, debeat à successore expediri: vt firmat Bonifa. in procemi. Clem. §. nunc igitur, colla. iij. nu. 16.

Gratia si neutri
non datur si gra-
tia sit extincta.

Si tamen gratia esset extincta, non daretur hoc rescriptū, vt in vniuersibus, quæ non sunt fortitæ effectū, & in expectatiuis: vnde dicunt quod prærogatiuæ, vt graduatus non graduato præferatur, nō dantur per formā rationi cōgruit, quia tolluntur per mortē Papæ: ideo per aliū concedi non solent. nā per reg. Cancelli. tolluntur hæ prærogatiuæ, reg. x. Innoc.

Requisita in lite-
ris rationi con-
gruit.

Ex his literis colligamus, quod primo Papa salutatur, vt moris est in aliis: demum narrat congruere rationi & honestati, vt illa quæ ex gratia concessit eius prædecessor sortiantur effectum, licet non fuerint confectæ literæ propter Papæ obitum, & hoc rationi congruū esse dicit: quia inquit diuus Grego. si ea destruerent quæ ante cessores nostri statuerunt, nō fructor sed euerfor esse iustè probaret, c. si ea. xxv. q. ij. † Secundo Papa dicit, quod si literæ confectæ non fuerint, de bulla intelligit: nam cum signatura regulariter non probet, vt superius dixi, quamuis sit confectæ, tamen successor bullas cōficiet: nā ista clausula rationi congruit, non solet in signatura apponi, sed in bulla. † Ideo siue Papa viua voce prouiderit, siue per signaturā, hoc rescriptū impetrari solet: & vide vnā expeditionem Clementis septimi super prouisione viua voce facta, iure tamen probata.

Tertiò

De gratia Rationi congruit.

Tertiò dicit conuenire honestati, ergo ea implenda sunt, quæ honestati conueniunt: quia iuris præcepta sunt, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicique tribuere. l. iustitia. §. j. ff. de iusti. & iure. §. iuris præcepta. illo tit. in instit. & multa dixi in gl. Concordatorum, in verbo, inducūt, in forma mada. facit quod dicit Bal. l. quod ex libert. C. de ope. liberto. † Vbi dicit dominum non posse cogere suas subditas ad saltandum & tripudiandum in castro suo: quia ius honestatis semper censetur exceptum: ideo à liberto turpes operæ non debentur, sed tantum quæ honestè præstari, & sine turpitudine possunt. l. eius, & l. hæc demum. ff. de oper. liber. Deci. in l. semper in contractibus. ff. de reg. iu. † Et sic inferitur quod ius erat iam quæsitū & concessum impetrati, aliās nō esset cōgruū & honestum: vt dicit gl. in cle. dudū, in gl. incip. verbo, de sepul. nec hoc Papa denegare debet, alioqui malè faceret, & cōtra rationē & honestatem, & sic peccaret, per l. vnā C. ne fis. rem quā vendi. euin. li. x. vbi sunt ista verba retractare fiscum, quod semel vendidit, æquitatis honestatisq; ratio nō patitur, vbi dicit Lucas de penna legem fundari super ratione, æquitate, & honestate. c. erit autem lex. iij. dist. scrip. in proce. ord. reg. in j. tomo.

Honesta Papa
non debet recusa-
re, & hoc faci-
ciat, peccat.

Quartò interdum solet Papa addere hæc verba, rationi congruit, vt ea quæ de Roma Pontificis gratia in prosequendo desideria iusta petentium processerunt, & c. sic per hæc verba patet, quod Papa nollet expedire dispensationem ad quatuor beneficia, vel ad aliud, quod iustum non habet desiderium: nam iustum tantum vult expedire desiderium petentium, non iniustum, arg. l. iustum desiderium, de eden. C. † Et quamuis, prædecessor concesserit tam stultam dispensationem, successor non expediet eam: quia non rationis congruit: & si prædecessor erat Domino Deo infidelis, successor fidelis esse vult: & iusta patientibus non est denegandus accessus: sed e contrario sic, l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie iur.

Iniuste à præde-
cessore concessa
Papa successor
non debet expe-
dire.

Quintò Papa narrat prouisionem factam per prædecessorem, vel reseruatum ecclesiam isti impetranti, & Pontificis obitum: ob id vult, vt prædecessoris gratia plenum sortiatur effectum: plenum dicemus effectum integrum, in quo nihil deerit, per l. si arborem. ff. de seruitute. vrbano. prædio. abundè scripsi in l. Herennius. ff. de verb. signifi. & sic integræ gratia executioni mandabitur.

Integra execu-
tionem debet mit-
ti gratia præde-
cessoris.

Sextò in his literis omnia exprimenda sunt, quæ in noua impetratione: quia in his continetur noua prouisio prædecessoris, ergo omnia exprimenda sunt, quæ in bulla nouæ prouisionis, quæ scribunt Feli. & doc. in c. ad aures, & c. in nostra, de rescr. in gl. Concord. in verb. pro expressis, in

In gratia ratio-
ni congruit, om-
nia exprimenda
que in noua pro-
uisione.

forma mada. † Quod est verū, si fiat pro noua prouisione, alioqui pro qualitate illius rescripti, pro quo cōcipitur, formari debet hoc rescriptum: & superius vide quæ in bulla scripsi nouæ prouisionis. † Septimo addit, ne autē pro eo quod super collatione & prouisione de beneficij superueniente obitu Apostolicæ literæ confectæ non fuerint, collationis & prouisionis huiusmodi frustreris effectu, volumus, & autoritate Apostolica decernimus, quod collatio & prouisio prædictæ perinde à dicta die valeant & c.

Gratia rationi
cōgruit, vim per
inde ualere ha-
bet, ut ualeat, ac
si expedita à præ-
decessore fuisset,
sed non quò ad
alia.

Et sic hæ literæ vim perinde valere, habent, quod est verum quantum ad effectum & executionem, non quoad prouisionem, ideo si prior collatio subreptitia esset, per has literas non fit confirmatio, nisi quoad probationem: & hoc patet ibi, suum sortiantur effectum: ac si sub ipsius diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur: quodq; præsentis literæ 18 ad probandum plenè collationem & prouisionem ante dictas ubique sufficientiant: nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Ecce concedi istas ad probationem, & non vt de nouo ius concedatur vel confirmetur: quia non potest confirmari defectus non expressus vt proximè dixi: & sic datur ad conseruandum ius, non verò ad quærendum de nouo.

Differentia inter perinde uale, et si neutri.

Octauò magna est differentia inter istas literas, & perinde ualere: quia hæ confirmant inutile, vt supra dictum fuit, in materia perinde ualere: illæ verò quæ rationi congruit, vocantur, expediuntur ratione probationis & executionis: sed Papa non vult confirmare primam prouisionem si fit inualida, quod est notandum, sed vult vt valeant ac si expeditæ fuissent à prædecessore: at si à prædecessore factæ non valuissent, nec nunc quidem ualebunt: nec intendit hęc Papa cõfirmare ius inutile: nisi quoad probationem.

Item hæ literæ ualent à data primæ signaturæ, literæ verò de perinde ualere, à data istarum literarum non primæ concessiois, si alius sit interim impetrans: vt supra dictum fuit, & literæ istę perinde ualere, ab eo qui primam concessit gratiam, dantur istæ à successore: vt ex ipsis literis cõstat.

Bulla secunda per rationi congruit, non potest expediti.

Nonò si expedita fuit mihi bulla à Papa prædecessore, quæ tamē mihi non placet, quia noluit mihi amplam facere gratiam, ideo mortuo illo Pontifice, ego facio expedire aliam sub forma rationi cõgruit, ampliorum. hæc secunda non ualebit: quia non congruit rationi, vt iterum expeditur, & aliquid addatur. nam omnis actus intelligitur de primo. l. boues. §. hoc fermone. ff. de verb. sig. c. non põt, de præb. † Et ista est subreptitia: nam si papa sciisset bullam prius expeditam, nõ hanc concessisset, vel non tam facilè, c. p. ostulasti, in fi. de rescript. & hoc sæpius uidi fieri.

Reformari potest bulla per rationi congruit.

Et quia ista uerba rationi congruit, denotant causam finalē. l. fi. ff. de hæredi. insti. gl. in reg. viij. cancellariæ, & causa cessante cessat effectus: l. quod dictu. ff. de pac. c. cum cessante, de appel. quod est uerū, quando ista bulla erat ualida, secus si nulla: quia literæ nullæ nõ impediunt alias. c. extenore, de rescript. nã quoties uitiõsè cautu est, pro nõ cauto habendum est. l. quoties. ff. qui satisfda. cogantur, ideo si prima bulla erat trãscribēda & reformāda iuxta signaturā, poterit sic reformari per rationi congruit, mortuo j. concedente: prout superius in bulla nouæ prouisionis scripsi.

Literæ rationi cõgruit etiam à mediato successore expediti possunt.

Decimò istæ literæ expediuntur siue ab immediato. j. à Clemēte viij. siue ab alio. licet contrariu teneat gl. in re. vj. Inn. viij. & hoc statuerat Alex. sextus: sed hodie contrarium statuit Paul. in reg. viij. quia ea. uidetur ratio, quando non potuit bulla expediti, nec à mediato, nec ab immediato: ideo rationi congruit, quod expeditur, postquam erat ius impetranti quæsi

quæsitum: ob id non debet fieri differentia inter istas: sed Iulius papa tertius statuit quod concessa à Clemente septimo mediato expeditur usque ad sex menses duntaxat à die coronationis computandos, postea non.


26 Undecimò, si bullæ in uita alterius Pontificis potuerint expediti, & non debent postea istæ literæ concedi, per argu. à contrario: tamen hodie si expediuntur, ualebunt: quia non inuenio quod annullentur hæ, si fuerint expeditæ intra sex menses, per regulam cæcellariæ, cui facilè derogatur, & eam in Francia non uidi seruari.

27 Vnde si quis fuit pauper, & non potuit bullas habere à concedente, nec ab immediato, poterit consequi ab alio mediato, quia rationi congruit: nec debent hoc casu recusari, sicut de appellante dicitur, quod post annum potest prosequi causam appellationis. in c. cum sit Romana, de appella.

28 Vltimò hæ literæ rationi congruit, conceduntur, non solum in prouisionibus factis à Pontifice prædecessore, sed etiam in aliis gratiis, & dispensationibus. super literis uerò iustitiæ non solent dari, & non debent concedi, nisi priores iustę fuerint: aliàs iste cõcedēs secūdas tenetur Deo reddere rationē, quia iuuat ad malum faciendum: ad quod summi Pontifices aduertere debent, quia exactam de his & omnibus reddent rationem Deo optimo Maximo, cui laus & gloria sit perpetua, Amen.

Gratia rationi congruit, quando expediti possit.

De dispensationibus.

1 ONSERVANTUR nobis beneficia, ac retinentur per dispensationes, ideo de illis nunc uideamus. & imprimis hæc dispensationis definitio seu descriptio tradi solet ab interpretibus: sic est prouida iuris communis relaxatio, utilitate seu necessitate pensata, vel est rigoris iuris cõmunis relaxatio facta cum causæ cognitione. gl. & doct. in c. requiritis. §. nisi rigor, j. q. vij. Spec. in tit. de lapsis & dispensa. §. j. in j. parte. Panor. in c. cum in cunctis, col. j. de elect. & in c. dudum ij. col. antepenul. de electio. ac in c. de multa, & c. extirpendę. §. qui uerò, de præb. & dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito rigore quosdam exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant. c. dispensationis. j. q. vij.

Dispensatio quid sit.

2 Budæus in annota. prioribus ad pandec, dicit latinè loquendo soluere legibus & canonibus significare, quod diximus dispensare: at iure consuetudinis ait gratiam iuramenti facere, quod est dispensare super iuramento, seu iuramentum remittere. l. iurifurandi. ff. de iureiur. indulgentiam dispensationem esse dicit Bal. & Dec. in c. at si clerici, in fi. de iudic. ego tamen explico in l. solutionis. ff. de uerbo, signi. † Sed hęc ego utar uerbo, dispensare, quo iuris Canonici interpretes usi sunt, & quod olim fuit ad iuris rigorem temperandū inuentum, hodie cedit ad iuris iniqui cõpendium: vt inferius apparebit, & quomodò accipiatur in iure ciuili. dixi in l. urbana familia. ff. de uer. sig. † Et ista dispensatio propria de qua loquimur, habet

originem à iure, licet Spe. in tit. de lapsis & dispen. §. dicat à Deo originem traxisse, utpote quia Deus dispensauit cum Adam, Noe, Loth, & ceteris, sed ibi non est propriè dispensatio, de qua loquimur.

Dispensatio duplex tacita & expressa.

Duplex est dispensatio, tacita & expressa. Tacita est, quando princeps concessit officium alicui inhabili, vel Papa beneficium. videtur enim dispensare tacitè super illius inhabilitate: nam princeps qui magistratum ei concessit, omnia agere decreuit. l. quidam, in fi. ff. de re iudica. l. Barbarius. ff. de offi. prator. & ibi las. col. iij.

Intellige quando Papa & princeps sciebat conditione illius, cui concessit beneficium, vel officium, alioqui cōtra. l. idem Vlpianus, in fi. ff. de excusa. tutor. ibi, ex rescripto Imperatoris scientis quidem tutorem eum esse. gl. in l. vniuersis. C. de precib. Imperat. offeren. l. si seruus, ad decurio. aspira. lib. x. quia vitium ignoratū nequaquam remittit princeps. l. mater. ff. de inoff. test. c. si eo tempore, de rescrip. in vj. vnde ordinans aliquem scienter, videtur eum restituere famæ. glo. in summa. xliiij. distinct.

Et Papa promouens Spurium ad episcopatum, videtur secum tacitè dispensare, & eum restituere natalibus. Bal. in l. imperialis. §. si miles. C. de nup. & in l. vniuersa, col. iij. de precib. Impera. offeren. sequitur Anto. Tremol. in add. ad Vbertum de bona cursu, in titul. quibus modis examen ordi. iudic. decli. in verb. minor.

Sufficit dispensationem in minimo prodesse.

Quod non procedit, quando rescriptum alia in re prodesse. posset etiam si in minimo, tunc aliud tollere non videretur: quia sufficit dispensationem etiam in minimo prodesse. c. non potest, in fi. de præb. lib. vj.

Et nisi causæ cognitio interuenerit, non valet ut plenè scribit Barba. consil. xxvij. scripsit, col. ij. in ij. vol. quod non probe: quia in concedenda dispensatione à Papa non solet interuenire causæ cognitio, sed princeps credit parti, donec contrarium probetur: ut inferiùs dicitur.

Princeps an uideatur cum impubere dispensare.

Etiam limitat Paul. in impubere, cū sit defectus naturæ: nam illi conferendo Papa nullatenùs videtur secum dispensare, in d. l. quidam. ff. de re iudica. sequitur Panor. & Feli. in c. cum vigesimum, de off. delega. tum quòd gratia sit odiosa, & strictè interpretanda tam propter naturam gratiæ, quàm inhabilitatem personæ. c. ij. de rescrip. in vj. Old. consil. cccxxv. thema quæstionis, col. j. & ij.

Contrarium communiter tenetur, quia ex certa Papæ scientia causa potest delegari canonico maiori infante. gl. in c. statutū, in verb. canonicis, de resc. lib. vj. facit l. si. C. de test. mil. & Bal. in c. j. per quos fiat inuesti. Quod intelligit quidā verū, quādo verbū dispensamus ad effectum, & causa in dispensatione expressa: aliàs Papa nō censeretur cum minore de stylo curiæ Romanæ dispensare, nec aliàs recipitur dispensatio, teste Oldr. consil. cccxxvj. quod articuli, col. ij. ac rescriptum tale tanquā non secundum stylum reiciendū esset. c. quàm graui, de crimi. falsi. quod est verum maximè si in non obstā. nulla esse ætatis habita mentio. Ideo si ex dispositione rescripti & nō obstā. appareat de voluntate principis conferentis minori, valebit principis concessio, & censeretur secum dispensatum, aliàs cōtra.

cōtra, utpote si ætatis mentio facta nō esset: ut docet Feli. in c. nonnulli, co. xv. ver. fallit. iij. de resc. Io. Crot. in rep. c. j. in gl. noscatur, de cōst. in vj.

13 Nec refragatur, quòd clausula ex certa scientia, & suppletes omnem defectum, non extendatur ad defectum iuris diuini vel naturalis, cle. pastoralis, de re iudica. Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, versi. xvij.

Clausula ex certa scientia, & suppletes omnem defectum.

Bal. & Alex. in l. si filius à patre. §. si. ff. de libe. & posth. quia Respon. aliud esse in claus. ex certa scientia, vel suppletes, & c. quàm si Papæ ipsi narratum est factum: quia clausulæ illæ possunt apponi, & tamè Papa ignorabit factum, ideoq; non videtur super illo facto ignorato dispensare. allegatur c. ex rescripto, de iure iur. Verū si Papa conferat alicui afferenti se esse minorem xxv. annis, valebit tunc collatio, ut secum dispensatum esse censeatur: quia hoc Papa vult, cū eidem cōfert, & potest, ut nil sit quod repugnet, & ita conciliarem: vide Bald. in l. impetrata. C. senten. rescind. non posse. Et Feli. in c. nonnulli, versi. confirmatur, de rescripto.

15 Et hoc non procedit in inferiore à Papa vel Principe, qui nisi expressè dispenfet, non intelligitur dispensatum. no. gl. vlt. in c. literas, de concess. præb. Panor. in c. diuersis, de cler. coniuga. c. fin. de coniugio seruo. c. ij. de schisma. Henric. Boic. in c. veniens, de fil. presbyt. gl. in c. j. de ætate & qual. lib. vj. Panor. in c. innotuit, col. j. de elect. Fel. in c. cū in iur. in gl. de offi. dele.

Inferior dispensationem exprime re debet.

16 Et sic tam de iure quàm de stylo curiæ Roma. in inferiore requiritur verbum dispensamus, alioqui non valet dispensatio. Calder. conf. viij. an existens. tit. de rescri. gl. in d. c. literas, de cōces. præb. & in c. ij. de schisma. nisi in foro conscientie. Siluest. de Prierio in sua summa, in verb. dispensatio, in fi. & episcopus vni conferendo non videtur secum dispensare, ut docet Spec. in tit. de lapsis. §. dicendum. versi. item licet episcopus, col. iij.

17 In Papa verò & Principe non recognoscente superiorem non requiritur verbum dispensamus, sed ut stylus seruetur: cū voluntas & potestas in eo concurrant, secundum Bonifac. in cle. j. col. ij. de præb. gl. & doct. in d. c. literas, & Perusi. in d. c. j. de ætate & qual. lib. vj. Panor. & alij. in d. c. ij. de schisma. c. quia, de concess. præb.

18 Item maximè quando Papa concedit beneficium minori in commendam, non solet dicere, dispensamus: nec alia requiritur dispensatio: sed sola commenda vim dispensationis obtineret: ut docet Calder. conf. viij. tit. de rescrip. & refert Philip. Prob. in addit. ad Io. Monac. in c. super eo, nu. 15. de præb. lib. vj.

Commenda inducit dispensationem in minore.

19 Expressa est, in qua verbum dispensamus, appositum est. c. de multa, in fi. de præb. c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic. & quando est à parte postulata, c. innotuit, in fi. de elect. de qua sequentia dicenda sunt.

Expressa dispensatio qua sit.

20 Primò videndū est super quibus potest dispensari? Respo. super prohibitis: quia permissa iure cōmuni expediuntur, prohibita verò dispensatione egent. d. §. de adulteriis. vnde Hiero. Paul. in sua praxi curiæ Roma. in no. tam circa beneficia reseruata, quàm non reseruata sic ait: in his quæ contra dispensationem iuris communis sunt, datur dispensatio in aliis, utputa contra statuta foundationis vel regulas datur indultum, nec dicitur

Super quibus dispensare possit.

Dispensatio & indultum differunt.

ius solui, si sit secundum ius. l. princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. illo tit.

Ideo Papa super quibuscunque generaliter dispensat, nisi iure diuino prohibearur. cap. proposuit, vbi glos. de concess. præben. Specul. in ritu. de lapsis & dispensat. §. nunc breuiter, vbi ponit casus, in quibus Papa non potest dispensare.

Legatus & episcopus in casibus permissis dispensat.

Legatus verò & episcopus in casibus à iure permissis possunt dispensare, quos casus solent doct. numerare in c. quod translationem, de offic. lega. & in c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudi. & Spec. in d. rit. de lapsis & dispensat. §. nunc de episcoporum, & §. seq.

Animaduertendum est, quòd ad impetrandum dispensationem requiri speciale mandatum quidam asserunt, per tex. in c. innotuit, vbi Panor. no. penult. de elect. quia hoc est odiosum, secus in beneficij impetratione, glo. & doct. in c. ad aures, & c. nonnulli, in fi. de rescript. quod non vidi in praxi feruari: nec d. cap. nonnulli. §. fin. habet locum in Francia. vt alibi scripsi.

Secunda dispensatio primæ mentione facere debet. Gratia secunda non exprimit primam non ualet. In executione dispensationis non fit mentio illius.

Item in secunda dispensatione debet haberi mentio primæ. c. ij. de filiis presbyter. in vj. sicut in secunda gratia, de homicidij remissione debet fieri mentio de prima. las. in l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offeren. alioqui gratia non proderit delinquenti. Barba. in c. super literis, de rescript. † Nec sufficeret dicere non obstante prima dispensatione, vel prima gratia, nisi quoque in dispensatione illius mentio haberetur. clemen. prima. §. j. de elect. intellige, quando dispensatio additur dispensationi. † Diuersum est, si esset executio dispensationis iam factæ, vnde de si cum homicidia, vel alio inhabili sit dispensatum, vt non obstante dicto defectu, possit beneficium consequi, si is postea impetret beneficium non facta illius dispensationis mentione, valebit impetratio, vt asserunt Ioan. And. Perus. & alij in d. c. fi. de filiis presbyter. lib. vj. quia vltima impetratio est executio primæ dispensationi.

De dispensatione ad plura beneficia.



Rationes cur plura beneficia habere reprobatur.

PRIMUM certum est, neminem plura beneficia obtinere posse vt puta curata, dignitates vel personatus, seu alia incompatibilia, c. quia nonnulli, de cleri. non residen. cum aliis iuribus, quæ inferius adducentur.

Rationes pluralitatis reprobatae quatuor ponit text. in c. quia intantum, de præben. prima est, quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. sanctorum. lxx. distinct. clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis: negociationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum. c. clericus. xxj. quæst. j. & beatus Gregor. sic scribit in c. j. lxxxix. distinct. singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis sigillatim committi iubemus.

Sicut

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt secundum veridicam Pauli sententiam: in vno eodemque spiritali corpore conferendum est hoc officium vni, alij committendum est illud, neque enim quantumlibet exercitatae vni personæ vno tempore duorum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat: ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem & venustatem sanctæ ecclesiæ Dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa. Etiam nullus presbyter duas habeat ecclesias. c. per laicos in fi. xvj. q. vij. Et sic videmus hoc esse turpissimum quod vix potest sine magna causa honestatum fieri.

4 Item est inimica iuri diuino, & reprobata. Nam dicitur, *ua qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terra.* Esaiæ v. c. † Et ad Titum primo diuus Paulus ait. *Episcopum debere esse vnius uxoris virum.* Idem in sacerdote scribit tex. in c. cum non ignores, de præb. & c. acutius. xxvj. distinct. & sicut non licet iure diuino duas vxores habere, ita nec duas ecclesias: nam bonum est argumētum de matrimonio carnali ad spirituale. c. inter corporalia, de translat. episc. *Nec potest quis duobus dominis seruire:* vt est in Euangel. & in c. j. xxj. q. j.

6 Necnon iuri Cæsareo inimica est hæc pluralitas, quod maxime improbat quem habere duas militias. l. his quidem. C. qui militat. non possunt, lib. xij. & duo quidem collegia. l. j. ff. de colleg. illicitis, nec alij duo honores iure haberi possunt. l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municip. nec duo officia. l. hac parte, in fi. C. de prox. sacro. scrinio. lib. xij. ibi, nullo modo duplici fungatur officio, nec geminis chartis irrepserint: vt non occupentur, plura in vnum se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturn. signo. consil. cxij. thema. & super hoc dispensat Rex in hoc regno, vt quis duo obtineat officia: vt dicam in tit. *des offices de iudicature,* ordinat. reg.

Due militiae & duo honores ac collegia teneri non possunt.

7 Nec potest quis simul esse iudex & testis. cap. j. in iij. q. iij. c. forus. de verbor. signific. nec quidem iudex & notarius. Bar. in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles.

Iudex & testis & notarius quis esse non potest nec duo habere officia.

8 Imò si quis acceptet secundum officium, caret acceptato, & priuatur salario primi. casus sing. in l. quisquis. C. de cohortal. li. xij. Corze. in verb. priuilegium. iij. in sing. & Bened. in repet. c. Rainutius, in verb. duas. num. 63. de testamen.

9 Hoc etiam est inimicum ordinationibus Regis Franciæ, maxime Regis Philippi, qui prohibuit omnibus & singulis, ne duo sibi vendicarent officia: vt est in ordin. reg. d. tit. *des offices de iudicature* artic. j.

Medicis

Medicis quoque est inimica hæc pluralitas, dicentibus, & simile additum simili facit furere. Ergo quicumque viuere potest ex vno episcopatu, abbacia, vel alio beneficio, si secundum accipiat, facit eum furere, quia simile addit simili.

Grammaticis etiam ipsis mirè inimicum, non valentibus saluo recti sermonis eloquio genus hoc hominum appellitare: vt si quis duos habeat episcopatus, dicitur Ioannes episcopi, Ioannes Abbates, Ioannes canonici & beneficiati, sed has incongruitates parum possessores ipsi curant, potius suo priuato inhiantes commodo, quam animarum salutem consulentes.

Secunda ratio pluralitatis reprobata est, quia dissolutionis materiam præbet: dissoluti dicuntur, qui legibus moribusque à se soluti luxum vitæ sequuntur, quos Græci *απότροποι* vocant, vt quidam ex nostris.

vagus quis. Tertia vacationis materiam continet, & inducit, *Ex adipe enim procedit iniquitas.* Dauid psal. lxxij. vacatio est animi inconstantia per desideria, vel varia loca mentis fluctus & negligentia rationis. Et vagus dicitur dissolutus, dispersus, errans qui discurrit varia agens: vt docet Lucas de penna in l. j. C. de Tyrone. lib. xij.

Quarta quod animarum periculum continet hæc pluralitas: vt inferius dicitur d. c. quia in tantum, & c. dudum, ij. de elect.

seruire quis vni dignè vix potest. Quinta quod vni dignè valet quis deseruire. c. quia nonnulli, de cleric. non residen. c. j. de consuetud. lib. vj. vnde inquit Innocen. in c. cum iam dudum, col. ij. de præben. quod vnus prælatus præcipiet, quod hic beneficiatus fiat sacerdos, alter quod remaneat in diaconatu, vnus quod negotia suæ ecclesiæ prosequatur, alter quod negotia alterius ecclesiæ, vnus vocabit ad electionem, alter ad ecclesiæ deseruiendum. Quomodo ergo duobus satisfaciet? cum Christus dicat, *Non posse quem duobus dominis seruire.* Matth. 6. & c. acutius, xxvj. distinc. c. j. xxj. q. j. & dicitur, qui ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit. tex. in l. fin. C. de assessor. vbi etiam glossa versus hos cōscribit: *Qui binos lepores vna sectabitur hora: vno quandoque, quandoque carebit vtroque.*

Ambitione perit beneficiorum pluralitas. Sexta materiam ambitionis præbet. Extrauag. Execrabilis. Ioan. xxij. 16 est enim ambitio inordinata cupiditas circa honores, beneficia & dignitates. l. j. ff. ad legem Iul. de ambi. & ambitionis causa quicumque ad maiorem transire voluerit, debet ad proprium reuocari: quod si redire contempserit, careat aliena & propria: c. quia frater, in fine. vij. q. j. sed hæc est crux ambientium omnes torquens, omnibus placens: vt inquit diuus Bernard. quem refert Hostien. in d. c. quia intantum, & glo. in verbo ambitionis, in procemi. pragma. sanctio.

Septima ex hac pluralitate diuini cultus diminutio fit, scilicet ex ministrorum paucitate, qui potius esset augendus, c. ex parte, de consti. & c. vasa, de consecra. distinc. j.

Octaua fraudantur voluntates testantium, & fundatorum ecclesiarum, 18 qui

qui certum numerum ministrorum præstituerunt: quod maxime Rei. interest: expedit enim seruari voluntates testatorum, & eas executioni demandari. l. vel negare. ff. quemadmodum testamen. aperi. c. vltima voluntas. xij. q. ij.

19 Nona, maxima sequitur inæqualitas, vnus enim ebrius est, & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit: & hinc aufert alimenta aliis, quos necare videtur. l. necare. ff. de liber. agnoscen. Floren. in iij. parte summæ, titul. xj. c. j. §. vij. & Arua. in tract. de planctu eccles. lib. ij. titul. vij. litera i.

20 Decima est, quia sibi quis vendicat stipendia plurimorum. c. iij. de cleric. non residen. Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in iij. parte q. xxxix. Et vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire, sine paupertate plurimorum: & quot occisi sunt pauperes ex prælatorum ingluuie, Deus nouit: hodie vnus deuorari, quod esset viginti: imò dicam centum milibus hominum proborum sufficientissimum, sed transeant cum eius erroribus.

21 Nunc superest videre, quis possit dispensare? Respon. De Papa non est dubium. c. dudum. ij. de electio. c. de multa, in fin. de præb. c. j. de consuetud. in vj. c. ordinarij, de offic. ord. ibidem, quia in beneficiis plenissimam habet potestatem. c. proposuit. de concess. præb. c. ij. de præb. in vj. quandoquidem beneficia de iure positio sunt introducta. c. j. xij. q. j. Panor. in c. olim. de consuetud. & licet iuris naturalis sit, & diuini, beneficium dari propter ministerium, & officium. nu. 18. ibi, *Filij, autem Leui dedi decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi.* Et Paul. j. ad Corinth. ix. *Quemadmodum & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium nunciant, de Euangelio uiuant.* Et Luc. x. *Dignus est mercenarius mercede. Et qui altari seruit, de altari uiuere debet.* cap. cum secundum, de præbend. c. fin. de re-script. in vj.

22 Tamen de iure positio statutum est, vt nullus plura beneficia possit obtinere. c. quia nonnulli, de cler. non resid. c. cum non ignores. & c. quia intantum, de præb. ideo Papa relaxare potest. considerata tamen ecclesiæ utilitate, & iustitiæ æquitate, aliàs peccat: quia contra rationem naturalem, & ius diuinum facit: vt dicit Angel. de Anch. in tract. de ecclesiast. potesta. q. lxxvij. Ergo dixit in interpretatione c. postul. de cleric. excom. nu. esse etiam à iure diuino prohibitam pluraliter & supra hoc probaui & esse turpè quam Papa in honesta reddere poterit sine causa.

23 Nec obest, quod non possit vtrique seruire per se, quia hoc poterit facere per alium: non enim Paulus administrabat officium personaliter in ecclesia Philippensi, sed per suos ministros, & tamen ab ipsis procuracionem accipiebat, & alimenta. vt si ipse testatur ad Philip. vlti,

24 Et non solum potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum, sed & circa alia, quæ obstant, quia quodcunque soluere, quodcunque etiam ligare est ei commissum à domino Iesu Christo Salvatore nostro: vt inferius fusiùs dicam, dummodò non veniat ad destructionem.

25 Item legatus dispensare potest, quatenus à iure permittitur, sed non contra concilia generalia. capitu. dilectus primo. in glos. cum se facultas, de

de præb. nisi eidem expressè fuerit à Papa concessum: unde prospicitur hodie potestas illius, & tantum potest, quantum est ei concessum, licet de iure non possit dispensare ad curata: vt docet Specul. in titu. de lapsis & dispensa. §. nunc ostendendum, vers. xxxvj. & §. consequenter. facit c. officij, vbi docto. de elect. & c. j. de offic. leg. lib. vj. Panor. & alij in repe. c. extirpandæ. §. qui verò, de præb.

Episcopi contra ius non dispensant. nec contra consilia generalia.

Episcopi verò contra ius dispensare non possunt. c. j. in ix. q. iij. nihil autem agere oportet episcopus præter id, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum in canone cõtinetur. & c. nulli. xxv. q. j. & nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas cõstitutiones, vel Apostolicæ sedes decreta temerare. c. constitutionis. xxv. q. ij. nec à quoquam Pontificum in totum vel in partem ea qualibet occasione conuelli decernimus, vel immutari. c. Institutionis, xxv. q. ij. adde c. ego N. de iure iur. ergo non dispensant contra ius.

Nisi in casibus à iure expressis c. dilectus, de tempor. ordinar. c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic. clxij. casus in quibus episcopi dispensare possunt, conscribit Specul. in tit. de lapsis & dispensa. §. nunc, de episcoporum dispensatione, quos transcripsit Ioan. de Selua in tract. de benefi. in iij. parte q. vij.

Sed contra concilia generalia dispensare non potest episcopus. glo. in c. cum dilectus, in glos. in ætate. in ij. de elect. Io. Monac. in c. cupientes. §. denique, de elect. lib. vj. & sic non dispensat, vt quis plures habeat dignitates, personatus, vel beneficia curata, per c. de multa, de præben. Henri. Botte. in tract. de synod. episcopi in ij. parte, artic. j. conclus. iij.

Sed dispensare quidem poterit, vt quis plura beneficia simplicia possit habere: vt doct. asserunt in c. extirpandæ. §. qui verò, de præb. licet hodie de consuetudine in simplicibus non petatur dispensatio, sed sine dispensatione retinentur: & superflua esset ista episcoporum dispensatio.

Simplicia plura de consuetudine sine dispensatione retinentur. Episcopi ad curata an dispensare possint.

Tamen Archid. in c. licet canon. colla. iij. de electio. lib. vj. & ampliat episcopos etiã posse dispensare ex magna causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, ad plura quoque curata, necnon dignitates, & contra concilia, per c. tali, & c. exigitis. j. q. vij. c. sanctorum, lxx. distinct. quippe vnire potest ipse beneficia. c. sicut vnire, de excessib. prælat. Deci. in c. at si clerici, co. vj. nu. 9. §. fi. de iudic. & dispensatio ad plura est quædam vnio.

Et quod ex causa possit etiam dispensare contra concilia generalia est c. vacante, & c. exposuisti, de præb. facit tex. in l. si hominem. ff. manda. Roma. con. cccxxv. quod primum, col. ij. licet contrariam opinionem teneat Staphil. in tract. de liter. gratiæ, tit. de quali. & statut. benefic. vers. & in præmissis.

Et ista vltima opinio seruatur in Frãcia: nam ignari episcopi nesciẽtes quã pulchra ius canonicũ eis tribuisset priuilegia, paulatim & cõsuetudine & stylo cur. Ro. illis derogari passi sunt, & ius suũ neglexerunt: verũ tamẽ adhuc iure possent ex præfata necessitatis causa dispensare. Et ista est communis sentẽtia: quia necessitas facit licitũ: quod aliàs est illicitum c. si quis

c. si quis propter. de furtis l. j. ff. de offic. consul. l. ij. §. j. ad legem Rhodiam de iactu. † Et istius sententiæ sunt Hostiens. & alij in d. cap. de multa, & in d. §. qui verò, Card. & Imol. in cap. clericos. de cleric. non resid. præpos. in d. c. sanctorum, lxx. dist. & si essem in concilio generali, illud petrem innouari & declarari: & si beneficia essent in diuersis diocesis, vterque episcopus deberet dispẽsare, gl. magna in cap. dudum, ij. de elect. & in c. literas, de concess. præb. quia dispensatio episcopi non extenditur ad beneficium situm extra diocesis: vt docet Spec. in tit. de leg. §. videntum, quem refert & sequitur Fel. in consil. iij. dubitatur col. vlt.

Dispensat etiam Episcopus in præfato casu necessitatis, vt secularis orineat regularia: ca. inter quatuor, de relig. domib. nam argumentando à minori potest in casu negligentie ea conferre, clem. vna, de suppl. neglig. præla. multò magis ex causa necessitatis, quæ maior est negligentie: etiam sub eodem tecto quem habere duo dispensabit ex causa, licet aliàs non possit, cap. literas. de supplen. negl. præl.

Item summus pœnitentiarius dispensat: vt dicit Octauia. in praxi curiæ Rom. sic dicens. Dispensationes matrimoniales humana lege prohibitas legitimationes proles dispensationes quoque ob ætatis, vel alicuius membris defectum ad ordines & ad beneficia. Item ab incompatibilitate plurium beneficiorum concedit summus pœnitentiarius, sed ex causa iusta, & sacris canonibus conformia. hæc ille.

Est tamen differentia inter dispensationes Papæ & summi pœnitentiarij: quia comprobationem desiderat pœnitentiarij dispensatio, sed Papæ non regulariter, vt ipse Octauia: etiam fatetur in tit. de summo pœnitenti. lib. j. quemadmodum omnes ferè literæ iustitiæ in Francia vt scripsi in tract. de rescrip. in ij. tomo const. Reg. in commentar.

Altera est, qua hîc tantum ea, quæ secundum ius sunt: concedi: inferior enim legem superioris non tollit. clem. ne Romani. de elect. secus in Papa, qui supra ius est, nec iure tenetur, ca. proposuit, de concess. præben.

Tertia est, quia pœnitentiarij potestas probanda est, Papæ verò probat est in Euangelio ibi, *Quodcumque solueris &c.*

Quarta potestas huius maximè circa animæ absolutionem tendit, Papæ verò ad quæcumque, cap. quodcumque xxiii. q. j.


Quinta dispensatio pœnitentiarij sigillo firmatur. Papæ verò plumbo & quàm graui, & cap. licet de crim. fal.

Sexta dispensatus cum simplici signatura à Papa etiam non expeditis bullis, est in foro conscientie tutus, nec in poenam extrauagant. execrabilis incidit, & sic fuit iudicatum Romæ: vt glo. asserit in reg. Innoc. viij. reg. l. j. & seq. & xlvi. & seq. multa scripsi supra in tract. de sign. quod non est in summo pœnitentiario.

Alij verò inferiores super pluralitate beneficiorum nõ dispensat, nisi hoc habeant ex priuilegio, vel consuetudine, vel à iure. Innocent. & alij in cap. ij. de cleric. qui furtiue ordinem suscepit. & Panormitanus & alij in capir. at si clerici. §. final de iudic. & doctores in c. extirpandæ. §.

Summus pœnitentiarius dispensat.

Dispensationes Papæ et pœnitentiarij differunt.



Inferiores ad plura beneficia an dispensare possint.

qui verò. de præbend. Barba. in clement. gratiæ. columna xxij. & seq. de rescript.

Dispensare quãdo liceat.

Qualitas personæ inducit dispensationem.

Scientia sine gradu non inducit ad dispensandũ.

Nec est omittendum, quando liceat dispensare. Resp. ex causa: sicut ex causa subuenit prætor, sic & qui dispensat. l. j. ff. ex quib. caus. maior. Sed quæ sint iustæ dispensandi causæ? Respon. prima causa est prærogatiua personæ, & qualitas, vt scientia & nobilitas: istæ enim causæ inducunt ad dispensandum: vt in c. de multa, in fi. de præb. ecclesia enim maximè nostra tempestate indiget viris literatis. c. cum ex eo, de præb. lib. vj. c. fi. de magistr. quorum scientia mundus illuminatur. auth. habita. C. de filius pro patre. † Sed quæ scientia requiratur? Respon. sufficiens, quia videlicet possit regere beneficium, cui præfectus est, doct. in c. cum in cunctis, in principio. de electio & hodie consuetudo hoc declarat: nempe scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem: ideo requiritur gradus doctoratus, licentiæ, vel Baccalaureatus, & hoc iure vtimur licet in Italia baccalaureatus gradus non iuuat, quia non est gradus, saltem necessarius ad doctoratum: vt dicit glo. regul. cancel. de præroga. Iulij ij. in iij. parte. † Sed in Francia & Hispania requiritur. Item quòd ille graduatus studuerit tempore præstituto in Concordatis, videlicet Baccalaureus in iure quinquennio, in Theologia per sex saltem annos, & in artibus per triennium cum dimidio. §. præterea, de colla. in Concorda. aliàs in Francia non potest suo iuuari gradu: quia promoti censentur per saltum, quibus non prodest gradus. §. monemus, de collatio. in concordatis.

Nempe si fuisset expressum quòd aliquis sine studio esset promotus, Papa non secum dispensasset: quia ibi non est studij fauor, sicut in eo qui est in vtroque promotus: & tamen nihil studuit in altero iure. Barba. in capitul. clerici, de iudic. scripsi in tract. nominat. quæstione quinta, & in scholasticorum priuileg. Senatus permisit, vt post bienniũ quis gradum sumere possit Beccalaureatus: vt scripsi in §. præterea, de collat. in Concorda. itaque hæc causa literarum est sufficiens cum probitate: melius est enim domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles qui graue onus ordinatori adducant capitul. tales. xxij. distin. † Et si Papa concedat alicui potestatem dispensandi, intelligi debet, vt possit cum literato, & sublimi dispensare, prout à iure conceditur: vt docet Specu. eo. ti. §. dicendum. verfi. quid si Papa, quod declarat potestatem legatorum.

Vtilitas ecclesiæ inducit ad dispensandum.

Secunda est vtilitas ecclesiæ illa enim nullatenus: muranda sunt quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas: c. requiritis. §. nisi rigor, &c. & si illa; prima q. vij. in quo maximè respicere Papa debet, vt vtilitatem ecclesiæ, non persone respiciat. hodie ventum est, vt potius personæ vtilitas consideretur quàm ecclesiæ, & potius dispensatur cum diuite, qui totam vorabit ecclesiam, quàm cum alio bono, qui eam tueri possit: & videmus bonos & doctos in Francia mendicare, & ignaros & bardos ebrios esse, quæ malum.

Tertia

49 Tertia necessitas d. c. & si illa, & c. necessaria, ibidem, quæ maximè est attendenda. Quod est intelligendũ de vtilitate ecclesiæ, vel necessitate, non de necessitate vel vtilitate personæ. c. tali. j. q. vij. Nam licet quis sit pauper & necessaria plurimùm & conducibilia sibi putet esse duo beneficia: tamen ob hoc Papa non secum dispensabit: sed si ecclesiæ necesse sit vel vtile habere doctorem, qui ecclesiam tuatur & defendat, & instruat, tunc licita erit dispensatio: d. c. de multa, de præb. ca. cum nobis olim. in fi. de elect. & in c. innotuit, ibidem sic Papa scribit: multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdam etiam ex fratribus nostris, qui eum in scholis cognouerant approbare, & c.

50 Quarta causa est meritorum prærogatiua. d. c. tali. j. q. vij. Sicut dicitur Luca vij. de Centurione, qui misit seniores ad Iesum, vt rogarent eum: & ipsi rogabant eum sollicitè, dicentes ei. quia dignus est, vt hoc illa præstes, dicit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis. Ergo Papa debet videre, an is cum quo dispensat diligat populum & plebem, & ad eam se incurrare possit docendam. Sec. cum hodie potius ad diripiendum ecclesias quidem tendant, quàm ad regendum, parcus deberet esse in dispensando, maximè in maioribus: vt nunquàm quis duos obtineret episcopatus, nec Abbatiam cum episcopatu: sed maiores episcopatus maioribus, id est merentibus darentur.

51 Planè dispensatio sine causa non valet. cap. j. & cap. non est, de voto, c. de multa. ibi, cum ratio postulauerit, de præb. quinimò perdit nomen dispensationis, & vocatur dissipatio, quæ vtriusque tam dispensantis quàm dispensati damnationem continet: vt dicit glo. in d. c. non est. cui ad stipulantur Theolo. & Panor. in c. significasti, de elect. & Barb. in c. j. col. xxv. de const. & in c. at si clerici. §. fi. col. xij. de iud. Decius Gem. cõsi. dclxxxj. de voto. p. 1. q. 1. Et licet doc. dicant causæ cognitionem requiri in inferiore. in Papa verò non, vel alio principe non recognoscente superiorem. gl. & doc. in c. ij. de schisma. Panor. in c. diuersis, vlt. no. de cleri. coniug. Fel. in c. si quando. col. iij. de rescript. in c. Præterea, col. iij. de testib. cogen. & sola assertio causæ non sufficit in inferioribus: ideo dispensationes episcoporum & inferiorum à Papa periclitantur.

53 Ratio est secundum eos, quia causa præsumitur in principe. gl. in l. re legati. ff. de pœnis. doc. in l. fi. C. si contra ius, & in c. quæ in ecclesiarum, de const. Quod est verum in his, quæ iuris sunt positui: secus in his, quæ iuris diuini sunt, & naturalis: gl. & doc. in c. non est. de voto. Iaf. in l. si testamentum. C. de test. † Imò speciale esse in Papa, & in Imperatore doc. dicunt vt sola voluntas eorum in dispensatione habeatur pro causa allegatur. tex. in c. proposuit, de concess. præb. Rom. cons. cccvij. mihi tamen videretur causam requirendam etiam in Papa, quando quidem non potest contra Domini voluntatem venire, & veniendo, non est Deo fidelis, nec prudens prout Luca xij. dicitur: Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore. Ego non

Causa necessitatis inducit ad dispensandum.

Prærogatiua meritorum est causa ad dispensandum sufficiens.

Dispensatio sine causa nõ valet.

Causa cognitua an requiratur in dispensatione.

Causa dispensationis in Papa requirenda.

extra tempus, sed cum iustum erit, alias acceptor est personarum plus vni sine causa conferendo, quam alteri: nec diuus Petrus à Do. Iesu potestatem & licentiam peccandi suscepit. c. j. in xxx. dist.

Ideo non est tutus quoad Deum Papa, qui sine causa dispensat. nec dispensatus: quia Papa ad ædificationem positus est non ad destructionem: vt diuus Paul. testatur. facit c. sunt quidem. xxv. q. j. & sic agendo positus est in ruinam, & contradictionem multorum: quod maxime bonus debet præcauere, ne scandalum inducat. tex. in c. miramur. lxj. dist. prohibetur enim etiam Papa alienare bona ecclesiæ. c. non liceat Papæ. xij. q. ij. quæ sunt Christi patrimonium. c. cum ex eo, de elec. in vj. verum sic dispensando alienat, saltem prodigatur, quod ei non licet, nec quidem sine causa concedere alicui testari de bonis acquisitis ex fructibus ecclesiæ: vt docet Panor. in c. cum esses. q. v. prin. de testa. post Specul. in titulo de lapsis & dispensa. §. genera.

Cuius sententiæ sunt Theologi, ac ferè omnes iuris canonici interpretes in c. dudum, in ij. de elect. & Anch. in c. in causis, iij. no. de re iud. Panor. in c. cum in cunctis, col. j. & c. dudum, & c. cum ad monasterium, de elect. c. quia intantum, & c. extirpanda §. qui verò, de præb. Præposi. in c. venerabilem, qui filij sint legitimi.

Licet quidam alij solam Papæ voluntatem sufficere dicant: sed illud est ultra modum adulari principibus: ideo putarem ego tunc solam voluntatem sufficere, quando ratio sola prohibitionis erat: quia voluntas principis in hoc habetur pro leg. l. j. ff. de consti. princ. Feli. in c. j. col. vij. de constitur. & in c. ad audientiam. ij. colum. iij. de rescript. sed pauca sunt à iure statuta, quæ rationem non habeant interiorem, ideo sola Papæ voluntas non sufficit in illis.

Rationem naturalem principis tollere non potest.

Id est quædo in lege est ratio naturalis: nã sicut princeps non tollit ius naturale, ita nec rationem naturalem, quæ legi inest. §. sed naturalia. de iure naturali in inst. vt diximus in regula de verisimili notitia, in prima parte.

Et quamuis princeps tolleret suam legem, & prohibitionem: tamè ad huc remanet naturalis ratio. glo. in c. nouit, in verb. quicumque, de iudic. Cum ergo sint plures rationes pluralitatis reprobatae. c. quia in tantum, de præb. vt supra dixi, illas non potest sine causa princeps tollere, alias fallitur, & fallit, contra id quod scribitur in l. fi. C. de ponde. lib. x.

Contra plura possidentes beneficia.

Et contra hos plurales his verbis scribit Reuer. pater & vigilantissimus Episcopus Ioan. Diaz. de Luco in sua criminali pract. c. xxxij. quid enim rationi naturali magis aduersum, quam quod vnus & idem varia ecclesiæ stipendia in variis & distantibus sæpè locis, & quibus varia incumbunt onera, in seipso suscipiat: quæ est enim humana Respub. quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officarios stipendiis in absentia frui, & vacari permittat? quis in sua quantumuis ampla & dirissima domo, vni ministro absentis salaria plurium ministrorum perfoluit? ac ab eo quoscunque suo nomine subrogatos admittit? Sola domus Dei ecclesiæ sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequiis

obsequiis quid debet ecclesiæ Dei plurium nobilium vanitati, vt patrimonio Iesu Christi dilectissimi sponsi sui, quod flagellis, alapis, sanguinis quoque effusione quæruit, eorum alacriter accipi tres, educat canes, saginet equos, nutriat lenones, ac adulatōres, & seditiosos homines, qui passim Rempubliam turbent. Alia etiam multa dicit contra plurales, ibi, illud videre poteritis, ne plura.

61 effectus & vis dispensationis est, vt dispensatus cū causa habeatur tãquam habilis & legitimus de iure, ac idoneus. quia fictio tantū operatur in casu ficto quantum veritas in casu vero: & factū ciuilitè eundè effectum habet què factum naturaliter. l. fi. in fi. ff. mada. l. fi. mater, C. de inst. Bal. in l. fi. de his qui veniam æta. impetr. & paria sunt aliquid ex priuilegio fieri, vel iure cõmuni, l. liberos, vbi Bal. C. de colla. Dec. conf. dcix. quæritur. col. ij. scripsi in §. præfati que graduati, in glo. idoneis, de colla. in concordat.

Effectus dispensationis.

62 Item dispensatio per signaturam etiam bullis nõ expeditis, valet, nec incidi. in poenam extraua. execrabilis, qui sic vi illius duo possidet beneficia quemadmodum fuit iudicatum Romæ: vt asserit ibi glo. & vide reg. Inn. viij. nu. 52. & 51. & 46. & seq. ego quoque scripsi in interpr. ad c. post-

Dispensatio per signaturam valet.

63 lasti, in gl. j. de cle. excõ. min. † Cautela tamè est, vt facias inscribere in signatura, quod literæ dispensationis valeant, & suffragentur in omnibus & per omnia à data præsentium, perinde ac si literæ sub dicta die expeditæ fuissent: reg. can. non obstat. sed prag. Ro. hoc reiciunt, timentes ius bul-

Cautela ut sola sufficiat signatura.

64 læ, & lucrum amittere, licet quibusdam cõcedant. † Dispensatio est odiosa c. j. & ij. de fil. presb. lib. vj. quamobrem non extèditur etiam ad casum habentem maiorem rationem, arguendo à maiori ad minus. c. fi. de transla. præl.

Dispensatio odiosa.

65 Fel. in c. postulafti, col. xj. nu. 8. in fi. & nu. seq. de rescr. † Vt nec quidè dispensatus ad curatū, cõseatur dispensatus ad simplex. Do. de Ro. dec. cxxxvj.

66 aliàs decif. ij. de fil. presb. incip. voluerunt, in no. & illegitimus dispensatus ad beneficia nõ censetur dispensatus ad pensionem, nisi exprimat, per c. quamuis, & c. cui de non sacerdotali, de præb. lib. vj. hoc docet Hier. Gigas in trac. de pens. q. xvij. nisi semel consecutus fuisset beneficium ex dispensatione, quod postea resignasset, & eidem reseruata esset pensio iuxta

67 c. nisi, de præb. ita Gigas: alibi tamen dicam fusiùs. † Item natura dispensationis est tam odiosa, vt non comprehendat beneficia, nisi de quibus habita sit mentio in ea, maxime si sint alterius qualitatis: ideòq; dispensatus ad dignitates, etiam si illis immineat animarum cura, non censetur dispensatus ad beneficia curata sine dignitate. glos. & doct. in c. non potest,

68 de præb. in vj. per tex. in c. cum in illis, ibid. † Ideòq; debet esse cautus impetrans, vt exprimat & simplicia, & curata, ac alias qualificata aliàs nequã in dispensatione cõprehendatur: veluti monachus dispensatus ad curatum, non censetur ad simplex dispensatus, c. cui, de præb. lib. vj. Dec. in c. at si clerici §. fi. col. vij. nu. 10. de iud. Iaf. in l. fi. nu. 37. de const. princ. hi tamen quis impetret dispensationem ad duo curat vel alias incompatibilia, si iustè vnus habet nõ tenetur de illo non agitur & quia clausula pro

69 expressis habentes & quia generaliter ad quæcunque beneficia dispens-

satur & si impetrans exproderent se habent vnum non recussissent Pa-
pa vel cum difficultate. Imo facilius dispensasset vt no. doc. nu. 5. postula-
stis de rescr. sed si velit dispensare cum illis: quæ habet & vt alia consequa-
tur tunc ea exprimere teneretur. cap. ij. de fil. presbyter. in vj.

Quinimò si quis impetret beneficium non exprimendo esse curatum 68
licet in fine eiusdem impetrationis dicatur, quod animarum cura non negli-
gatur: tamen si illud impetratum sit curatum, non debetur, per tex. in cle.
j. in prin. de præb. postquam dispositiue non fuit habita mentio curæ.

*Extenditur dis-
pensatio.*

Item dicta clausula, & c. in supplicatione nihil operatur, quoad prædi- 69
cta, nisi ad ea quæ de iure & praxi comprehenduntur, quæ superius declara-
ui in signatura gratiæ & in l. cæterorum. ff. de verborum signific.

Limitatur ad accessoria consecutiua, ad quæ dispensatio extenditur. 70
gl. singul. in c. quia in tantum, de præb. nam si dispensatus sim ad plura
beneficia curata, in consequens videtur mecum dispensatum, vt possim
habere substitutum, & vicarium in altero, aliàs dispensatio non fortire-
tur effectum, nec prodesset. Fel. in c. postulasti. col. xij. de rescr.

Item dispensatus ad plures ecclesias parrochiales censetur excusatus, 71
ne teneatur solennibus festis in vtroque adesse, licet aliàs cõtra, c. si quis
in clero, iuncta gl. vij. q. j. quam probat Barba. in cle. j. col. liij. de elect. &
Imol. in c. postulasti, col. pen. de rescript.

*Dispensatus ad
duo non tenetur
in vtroque resi-
dere.*

Præterea dispensatus ad plura curata, censetur dispensatus de nõ resi 72
dendo in vno, per gl. in c. nõ potest, de præb. lib. vj. Panor. & alij in c. extir-
pendæ, §. qui verò. illo tit. Fel. in c. si de simo. Spec. in tit. de dispensa. §. di-
cendū, ver. quid si indulgetur. afo in l. beneficiū col. 8. nu. 44. de cõst. prin.

Nõ præmittendū est, quod minor dispensatus curatum, censetur dispē- 73
satus de nõ promouendo, sine quo non possit curatū ultra annum obtine-
re. c. licet canon. de elect. in vj. Pano. & alij in d. c. quia in tantū, de præb.
& dispensatus, vt possit ad sacerdotium promoueri videtur eidem con-
cessum, vt ad subdiaconatum & alios ordines promoueat. Ioan. Andr.
in c. postulasti, de rescript. Fel. in c. at si clerici, §. si. col. penult. de iudic.

Accedit quod episcopus dispensatus ne intra annum teneatur conse- 74
crari, videatur interim quoque dispensatus ad priora beneficia retinenda:
vt docet Panor. in d. c. cum in cunctis, §. cum verò, de ele. gl. in verb. con-
secrari. §. item insuper, de colla. in pragma.

Et sic patet in dispensatione (quæuis sit odiosa) fieri extensionē ad ca- 75
sum sine quo dispensatio nullū fortiretur effectū. l. si stipulatus fuero per
te. ff. de verb. oblig. l. ij. de iurisd. omnium iudi. c. si postquā, de elect. in vj.
Et vbi tēpore interdicti cõceditur baptisus & chrismatio, sic & chrisma-
tis cõfectio, sine qua chrisma dari nõ possit, c. quoniā, de sent. excõ. l. vj.

*Minor dispensa-
tus ut promouea-
tur, nõ potest ob-
tinere beneficiū
curatum.*

Animaduertendū tamen est dispensationē non extēdi ad consecutiua 76
separabilia: vnde minor dispensatus de promouendo, & vt celebret, non
censetur dispensatus de obtinendo beneficiū curatum: quia licet hoc sit
consecutiuum, tamen est separabile, & non necessarium: & dispensatio de-
bitum sortitur effectum absque beneficio quod sufficit. doctor. in cle. j.
de

77 de æta. & quali. gl. in c. cui, de præb. in vj. † Nisi illa fuerint inclusa: vnde
dispensatus ad diaconatum, potest suscipere subdiaconatum: vt docet Io.

78 And. in add. ad Spec. eo. tit. §. postremò, in prin. † Minor etiam dispensa-
tus vt canonicus in ecclesia cathedrali, non poterit esse iudex delegatus,
c. statutum, in verb. canonicis, de rescr. in vj. Fel. in c. cum nuncius, j. no.
de testib. nec habebit hic minor locum in capitulo nec suffragium, gl. in
cle. ij. de æta. Feli. in c. at si clerici, §. si. col. penult. de iudic.

79 Alius defectus dispensationis est, quod dispensatio est gratia, & mise-
ricorditer indulgetur, c. si de scisma, c. innotuit, de elect. Domi. in c. licet

*Dispensatio uo-
catur gratia &
beneficium.*

80 canõ, in fi. de ele. † Ideo nõ tenetur episcopus vel alius dispensare, sed hoc
ei liberū est, c. at si clerici, in fi. ibi pot. de iudi. ibidem plenè Panor. & alij,
nisi euidenter vrgeat ratio & causa dispensandi, tunc enim teneatur, velu-
ti fauore studij, c. cū ex eo, de ele. in vj. & in alijs casibus similes: aut maiorē
rationem cõtinentibus. §. porrò, quæ fuit prima cau. benef. am. it. Spec. in
tit. de Lapsis & dispen. in §. gene. & ibi Bal. in add. ad eum, in prin. Perus.
in c. licet canon §. is etiam, iij. no. de elect. in vj. gl. in c. exigunt, j. q. vij.

81 Inde vocatur dispensationis beneficium, in c. innotuit, versu. habitò, de
ele. & sicut beneficium inuito non confertur, reg. inuito, ff. de reg. iur. ita
nec dispensatur cū aliquo inuito & gratia dispensationis vocatur, in c. licet
canon, de ele. in vj. vbi Perus. dicit non expirare per mortē concedentis.

82 Adhæc sicut beneficiū collatum non potest collator reuocare, sic nec
dispensationem sine magna causa, c. cum ex eo, vbi gl. & doct. de elect. li.
vj. quia beneficio iuari nos oportet, non decipi: l. in cõmodato §. sicut, ff.

*Dispensatio an
reuocari possit.*

83 commoda. ca. vno, illo tit. † Insuper ex dispensatione quis plura beneficia
retinere poterit, licet aliàs non possit: c. dudum, ij. de ele. & in cõparabili-
lia, de quibus inferius dicam in bullæ declaratione: & etiam beneficium
quod aliàs retineri non valet per dispensationem retineri poterit, c. diuer

84 sis, de cler. coniu. c. fi. de cler. pereg. † Præterea dispensatus de crimine pu-
blico non potest postea accusari, si publicè dispensatum secum extiterit,
per c. ex tua, de filiis presbyterorum, c. super his, de accusatio. Spec. in eo-
dem tit. §. postremo, vbi alia videre poteris, quod post dispensationē po-
terit quis sacramenta recipere, & suum officium licite exercere, & alia fa-
cere, quæ posset alius habilis. Et in summa effectus dispensationis est, vt si
perperam concessa, sit tam animam concedentis, quàm dispensati ad infe-
ros deducat, vbi miserè cruciabuntur. Tamen si quis impetrauerit benefi-
cium vacans per promotionem Titij, aut per adoptionem secundi, si is
pendente processu impetret dispensationem, vt retinere possit illud benefi-
cium, illa dispensatio in præiudicium tertij impetrantis non valebit: vt do-
cet Card. in c. quia diligentia, de electio, & Feli. in super eo per illum tex-
tum col. ij. de offic. deleg. facit c. quamuis, de rescr. lib. vi.

85 Vltimò quia praxis horum omnium consistit in bulla, & formula dis-
pensationis: ideo non erit alienum eam statim ob oculos subicere de-
clando clausulas notabiles super quibus sæpius dubitari vidi, tu lector be-
neuole boni confules.

*Dispensatio ad
infros deducit.*



MV L I V S &c. Dilecto filio Ioachimo Ge
toy, de nobili genere procreato ex vtroque
parente, salutem. Nobilitas generis vitæ ac
morum honestas, aliaque, &c. nos inducunt, vt te spe-
cialibus fauoribus, & gratiis prosequamur. Hinc est
quod nos te (qui, vt asseris de nobili genere ex vtro-
que parente procreatus, & quinto decimo, seu circa
tuæ ætatis anno constitutus, ac in vniuersitate Parif.
actu studens existis, necnon parrochiam ecclesiam
sancti N. diocesis N. ex concessione Apostolica in cõ-
mendam obtines) præmissorum meritorum tuorum
intuitu gratioso fauore prosequi volentes. Teque, &c.
necnon omnia, &c. tuis in hac parte supplicationibus
inclinati, tecum (vt ex nunc dictam ecclesiam, aut
illa per te dimissa vnum) & cum ad vigesimum di-
ctæ tuæ ætatis annum perueneris, cum eo aliud & si-
ne illis quæcunque duo alia curata, seu aliàs inuicem
incompatibilia secularia, aut cum eorum altero seu
sine illis vnum cum cura, vel sine cura sancti Augusti-
ni, Clu. Grandimon. aut cuiusuis alterius ordinis re-
gulare, beneficia autem ecclesiastica secularia parro-
chiales ecclesie, vel earum perpetuæ vicariæ, aut di-
gnitates, personatus, administrationes, vel officia in
cathedralibus etiam Metropolitanis: vel collegiatis:
& dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metro-
politans post pontificiales maiores, vel collegiatis eccle-
siis huiusmodi, principales etiam si sub eodem tecto
sint. Regularia verò beneficia huiusmodi prioratus,
præpositura, præpositatus, dignitas etiam conuentua-
lis, personatus, administratio, vel officium, seu si talia
mistim fuerint. Et ad prioratum, præpositatum, di-
gnitates,

gnitate, personatus, administrationes, vel officia hu-
iusmodi consueuerint per electionem assumi, eisquæ
cura immineat animarum, si tibi aliàs canonicè cõfe-
ratur, aut eligaris, aut præfenteris, vel aliàs assumaris
ad illas, & instituaris in eis libere recipere, & insimul
ad secularia videlicet in titulū: regulare verò, priora-
tus, præpositura, præpositatus, vel alia dignitas etiã
si cõuentualis seu officium fuerit, beneficia huiusmo-
di in cõmendam, quoad vixeris retinere, illaque si-
mul vel successiuè simpliciter, vel ex causa permu-
tationis, quoties tibi placuerit dimittere & eidem
commendæ cedere. Et loco dimissi, vel dimissorum
aliud vel alia simile, vel dissimilè, similia aut dissimi-
lia, beneficiū seu beneficia, ecclesiastica seu eccle-
siastica duo duntaxat curata, aut aliàs, inuicem incom-
patibilia secularia, aut cum eorū altero, seu sine illis
vnum cum cura, vel sine cura sancti Benedicti, sancti
Augustini, Cluniacen. Grandimon. aut cuiusuis alte-
rius ordinis regulare, beneficia ecclesiastica similiter
recipere, & insimul secularia videlicet in titulum, re-
gulare verò in commendam huiusmodi etiã quoad
vixeris, vt præfertur retinere, necnon debitis & con-
suetis ipsius regularis beneficii supportatis oneribus
de residuis illius fructibus, redditibus & prouentibus,
sicuti illud in titulum pro tempore obtinent de illis
disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debue-
runt. Alienatione tamen quorumcunque bonorum
immobilium & pretiosorum mobilium eiusdem re-
gularis beneficii tibi penitus interdictas, disponere
& ordinare liberè & licitè valeas defectu prædicto,
quem ex nunc in illius quintodecimo, vel circa di-
ctæ tuæ ætatis anno pateris, & in vicesimo patieris
(vt præfertur) ac Lateranen. & generalis cõciliorum
&

380 Formula dispensationis ad duo, &c.


& quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & cōsuetudinibus ecclesiarum, in quibus incompatibila secularia, necnō monasterij vel alterius regularis loci, in quo regulare beneficium depēdere contigerit: & ordinis cuius illud extiterit iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque & indultis Apostolicis dictis Cluniacen. & Grandimon. ordinibus per sedem Apostolicam concessis, confirmatis & innouatis, quibus inter alia caueri dicitur expressè, quòd ipsorum Cluniacen. & Grandi. ordinum beneficia nullis nisi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, aut ipsos ordines expressè professis, & de expressis consensibus Abbatum Clunia. & Grandimon. Illorumque conuentuum respectiuè monasteriorum Matiscon. & Lemouicen diocēsi. commendari possint: & si beneficia Grandimon. ordinis huiusmodi alijs, quàm prædictis commendata essent, teneantur intra certum tunc expressum terminum habitum ipsius ordinis assumere, & professionem per monachos illius ordinis emitti solita emittere regularem: alioqui per Abbatem eiusdem monasterij Grandimon. & diffinitores capituli generalis eiusdem ordinis pro tempore existē. ab illius amoueri possent, & aliàs de illis etiam per sedem Apostolicam pro tempore factæ commendæ nullius sint roboris vel momenti, cæterisque contrarijs nequaquam obstante auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, ac constitutionibus necnon priuilegijs & indultis Apostolicis Cluniacen. & Grandimon. ordinibus huiusmodi concessis, quibus etiam si pro illorū sufficiēti derogatione, de illis eorumque

totis

Formula dispensationis super defec. 381

totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio; seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores huiusmodi eisdem præsentibus pro expressis sufficienter habentes illis, aliàs in suo robore permāsuris, prouisio quòd obtenta ecclesia N. & alia incompatibilia secularia, ac regularia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum cura in dicta ecclesia N. ac si qua illis immineat, alijs in compatilibus secularibus & regularibus beneficijs prædictis nullatenus negligatur, sed ipsius regularis beneficij congruè supportentur onera antedicta: in quorum, &c. Datum, &c.

Bulla dispensationis super defectu ætatis, & ad plura beneficia cum suis clausulis.

- 1  **N**VLIVS &c. *Dilecto filio Ioachimo Gelay, de nobili genere procreato ex utroque parente salutem.* Superius in bulla nonæ prouisionis multa scripsi, quæ hîc non repetentur: sed tantum ea, quæ fuerunt ibi omissa nunc supplebuntur. † No-
2 *bilitas generis, ac vitæ & morum honestas &c.* Ista Papam inducunt ad dispensandum cum aliquo: nempe licet gloss. in extraua. Execrabilis Ioan. xxij. dicat nobilitatem generis comparari nobilitati stercoris: tamen in plerisque videmus his nobilibus deferri, maximè circa dispensationes, vt in capitul. de multa, de præbend.
3 Et quamuis ille textus loquatur de sublimibus, &c. sic de magnis nobilibus & excelsis personis: vt docet Card. in d. c. de multa, & scripsi in §. j. de nominat. Reg. tamen communis vsus intelligit passim de nobilibus, vt cum illis ad duo beneficia possit dispensari: & hoc iure vtimur.
4 Siue nobilis sit ex utroque parente, c. venerabilis, de præbend. siue ex parte tantum, cum nobilis dicatur, l. patrum, vbi gloss. C. de rei vend. §. j. de inge. in iust. Tamè nobilitas vtriusque magis inducit ad dispensandū, cum duplex funiculus fortior vno sit, ca. vno, de treug. authentic. Itaque, C. communia de succession. Et multa cōceduntur his priuilegia, maximè quoad tempus studij: vt est in §. cum verò, de coll. in concor. vbi scripsi: vnde solet hodie Papa cū his nobilibus ad duo dispensare, vide quæ scribit Bonus de Curtili in tractat. suo nobilitat. &c. do. Andr. Tiraquel. in

Nobilitas generis inducit ad dispensandum.

*Clausula favori-
bus specialibus,
prosequamur re-
spicit ad dispen-
sationes.*

eodem tracta. ubi multa super hac nobilitatis materia. more suo cōgessit.
Ut te specialibus favoribus & gratis prosequa-
mur. Hæc claus. est solita apponi in dispensationibus & gratioſo favore
 prosequi, quod est infra, & non in beneficiorū impetrationibus: nam gra-
 tiam impartitur Papa, & in favorem illi, cum quo dispensare dignatur: ut
 dicit iste text. in cap. fin. de schisma. & Felin. in cap. at si clerici. §. fin. col.
 antepenul. de iudici. Ideo dicitur eum favore prosequi, potiùs quàm iu-
 re, vel benigno affectu prosequi in capitul. venerabilis. de præb. hinc est
 quòd nos te volentes prosequi favore gratioſo intuitu meritorum tuo-
 rum. Te inquam, qui (ut asseris) de nobili genere procreatus existis, &
 in quintodecimo, seu circa tuæ ætatis anno es constitutus. Sic debet hæc
 clausula ordinari & intelligi, cùm verba aliàs confusa videantur. No-
 tandum est quod quando Papa dispensat cum aliquo vel in literis expe-
 ctatiuis carebit quod talis natus de genere comitum vel regum debet
 intelligi ex linea paterna non materna quia stricte debet intelligi in hac
 dispensationis materia. c. j. de filiis presbytero. in vj. & dictio de significat
 causam proximam ut docet Bar. in l. j. §. ex incendio. ff. de incend. & Bal.
 in l. ex arrali. C. de actio empr. Iacobi hoc expresse affirmat. in l. j. ff. de
 proba. sed contrarium tenui in l. tigni. ff. de verb. signiff. & respondi Iu-
 rib. adductis in contrarium.

De dispensatione ratione ætatis.

*Cum infante dis-
pensatur.*



SCIENDVM est circa minorem multipliciter dispen- 1
 sari. Primò minor ante septem annos tonsuram accipere
 non potest, & sic nec beneficia habere, ca. fi. de temp. ord. in
 vj. cap. cum adeo, de rescript. & sic opus est dispensatione: &
 in hoc valde laxandæ sunt iuris habentia: nam hoc est contra ius diuinum,
 & quodammodo contra ius naturale, ut qui loqui nescit, alios doceat
 & regat, cap. indecorum, de ætate & qualitate, & scribitur ecclesi. x. c.
Ve tibi terra cuius Rex est puer. dicitur etiam dispensanti, væ qui cum istis
 dispensas, & qui datus es in ruinam, & in destructionem multorum vide
 Paris. consi. xcviij. satis, in iij. vol.

*Ad canonicatus
dispensatur cum
minore.*

Item minor ante decem annos est inhabilis ut sit canonicus in ecclesijs 2
 collegatis, & in cathedralibus, vel Metropolitanis ante quatuordecim
 annos: ut in reg. Cancell. xvij. & doct. in cap. super inordinata, per illum
 textum de præb. quamobrem his casibus requiritur Papæ dispensatio.

*Minor sine dis-
pensatione prio-
ratus conventua-
les habere nõ po-
test nec dignita-
tes.*

Prioratus verò conuentuales, si cura regatur per priorem, minor xxv. 3
 annorum obtinere non potest: si verò cura per alium administraretur, tunc
 sufficient xx. anni completi. Clementina ne in agro. §. cæterum, de statu
 Monachor. Ideo si quis antea velit obtinere prædicta semper necessaria
 erit dispensatio.

Dignitates verò, aut beneficia curata ante annum xxv. minor obtine 4
 re non potest sine dispensatione, ca. cum in cunctis §. inferiora, de elect.
 & in qua ætate possit minor obtinere beneficia, dignitates, & quælibet
 officia

- 5 officia scripsi in tracta. de pacific. possessor. in iij. limita. † Item & quod <sup>Ad plura benefi-
cia cum minore
dispensatur.</sup> grauius est, dispēfatur interdum cum minore ad plura beneficia, licet sit
 duplex incompatibilitas, ætatis videlicet, & beneficiorum. c. quia intan-
 tum. de præb. c. super eo, de rescript. in vj. superius scripsi in dispensatione
 super pluralitate, & inferius adhuc prosequar.
- 6 Et post dispensationem à minore obtentam poterit episcopus abbas, <sup>Minori dispen-
sato potest ordina-
rius conferre.</sup> seu aliàs etiam inferior huic sic ad plura dispensato conferre: nam est ha-
 bilis factus à Papa, qui & ius condidit, & est supra ius. c. proposuit, de cō-
 cess. præben. maiorem enim retinuit sibi potestatem quam iuri dederit. c.
 dudum, de præb. in vj. consuluit Ancha. consil. cccciij. tria dubia, & supe-
 rius dixi cùm de effectu dispensationis loqueremur.
- 7 Quandoque dispensatur cum minore seculari ad regulare beneficium <sup>Ad regulare be-
neficiū cū mino-
re aliquando di-
spensatur.</sup> obtinendum, vel e contra: quia de iure secularis non potest obtinere re-
 gulare: nec seculare regularis. c. caussam, & officij, de elect. c. nullus, illo
 tit. in vj. c. j. & per totum, de capel. monach.
- 8 Interdum dispensatur etiam cum minore, ut maturius quàm de iure <sup>Ordines ut ante
tēpus minor su-
mere possit, di-
spensatur.</sup> liceat, ordines recipere possit, nempe de iure in xvij. annos subdiacona-
 tum, in vigesimo diaconatum, in vigesimo quinto suæ ætatis anno pres-
 byteratum suscipere permitti. Clem. fin. de ætate & qualita. quod si citius
 velit assequi, non nisi cum dispensatione licebit.
- 9 Aliquando iunguntur simul omnes istæ dispensationes, & eodem te-
 nore conceduntur: & tunc plenè cùm minore dispensatur, ut inferius pa-
 tebit abundantius.
- 10 Aduertendum est, quod per regul. cancel. Innocen. quæ est cùm super <sup>Ad curatum di-
spensatur cū mi-
nore in xxij. an.</sup> defectu ætatis conceditur dispensatio, de duobus solùm annis dari po-
 test, & sic in xxij. anno poterit dispensari, ut minor curatum obtinere
 possit: & hodie illa regula seruatur in legationibus: sed corā Papa si con-
 stitutus in xvij. anno impetret beneficium exprimendo ætatem: & Papa
 respondeat in signatura, fiat, & cum derogatione regulæ: tunc dispen-
 satus censetur dispensatus etiam si sit minor xv. annis, & hoc ratione de-
 rogationis regulæ.
- 11 Planè si quis in supplicatione dicat se esse in anno xxij. constitutum, <sup>Defectus ætatis
expressus in si-
gnatura in bulla
omitti potest.</sup> & antequàm expediat bullas sit ætatis xxv. annorum, potest omitti de-
 defectus ætatis in bulla postquàm est legitimæ ætatis: sed antequàm ei bul-
 la expediatur, solet eidem notificari, & ab eo requiri, an velit eam sic ex-
 pediri, & quòd non petet imposterum bullæ correctionem, nec ei corri-
 getur: sed si postea de defectu ætatis apparet, erit imputandum sibi, cùm
 hanc correctionem petet.
- 12 Et si fuerint huiusmodi bullæ sic expeditæ sine mentione ætatis pars <sup>Bulla falsa si cō-
tra signaturam
expedita fuerit.</sup> aduersa non poterit opponere ex eo malè expeditas, & non secundum
 supplicationem, quia non sunt expeditæ cōtra supplicationem: ideo non
 sunt falsæ bullæ: Nam hoc erat introductum in favorem impetrantis, ut
 ætatem exprimere possit, cui favori pars, cùm sit legitimæ ætatis, renun-
 ciare potest. c. si diligenti, de foro compet.

Veruntamen licebit parti probare impetrantē non esse legitimæ æta- 13
tis, & sic bullam esse subreptitiam, per c. si eo tempore, de rescript. in vj.

*Defectus natalium
in signatura ex-
pressus quando
in bulla omitti
possit.*

Idem dixi de eo qui in signatura dicebat se pati defectum natalium 14
cum soluto & soluta, demum pater contraxerit matrimonium cum illa,
filius in bulla poterit omittere defectum natalium, cum nullum hodie pa-
tiatur, eò quòd tanta est vis matrimonij, vt legitimare possit etiam iam
natos. c. tanta, qui filij sint legit.

*Probare impe-
trās an debeat,*

Vt asseris. Credit isti impetranti Papa: si tamen dubitetur de eo
quod asserit ipse impetrans, hoc probare debet: nisi pars
aduersa diceret eum alterius ætatis esse, tunc enim teneretur allegans
probare, l. actor. C. de probat. Secus si dicatur, vt asseritur, vel vt accepi-
mus: nam impetrans hoc casu probare non tenebitur, sed opponens, au-
then. si quando. C. de consti. pœu. Rota decis. lxxiiij. nota quòd vbi, & de-
cis. dccxxvij. nota quòd si ponatur, in antiq. Cassador. decisio. vlti. de iure
patronat.

*Vt asseris, vel ut
asseritur, seu ut
accepimus differe-
nti.*

Et vix in forensi iudicio reciperetur hæc differētia: quia partis est pro-
bare, si allegat non verū esse, quod est in bulla expressum. vide supra quæ
scripsi in bulla nouæ prouisio. & ista verba sic adinuicem distingui posse
videntur, vt si impetrans est supplicans, dicatur in literis, vt asseris, c. j. &
iij. de offic. delegat. Si duo supplicant, vt asseritur, vel vt asserunt. cap. ad-
hæc, de rescript. Si verò alius pro alio supplicat, dicitur vt accepimus, aut
quando Papa facit hoc motu proprio. c. cum clerici, & seq. de pact. c. ex
literis, de pignor. Hieron. Paul. in sua praxi curiæ Roma. in notab. super
vacan. non reserua. vers. item nota quòd, vt asserit, scripsi in forma man-
da. in glo. omnia & singula, in fi.

*Circa quid de-
notet,*

Seu circa, Quid denotet ista dicitio, certè multi multa super hoc 1
dixerunt. Ego putarem pro materia hanc dictionem ac-
cipiendam, vt abundè scripsi in l. cæterorum. ff. de verb. signific. glo. ta-
men in c. attestations, de despōsa. impub. pro qua facit tex. in l. non ran-
tūm. ff. de excusa. tut. declarat istam dictionem vltra sex menses non pro-
tendi, sicut dicitio prope.

Tamen relinquatur arbitrio iudicis glof. in c. j. in fi. de offic. ordinar. 2
in vj. sicut dicitur de paucis diebus in capitul. statutum. §. insuper, de re-
scrip. ibidem.

Sed iudex non debet extendere vltra sex menses: vnde si agens an- 3
num decimumseptimum, & duos menses impetret beneficium, & dicat
se constitutum in decimo octauo suæ ætatis anno, seu circa, non valebit
impetratio; quia circa, denotat modicum tempus, paulò plus, vel paulò
minùs sed non vltra sex menses: vt docet Alex. consil. lxxviiij. quoniam,
nume. 15. in v. volum.

Ideo potest intelligi seu circa, videlicet de duobus, tribus, quatuor 4
quinquēve, aut ad summum de sex mensibus, per prædicta, facit l. hæc
ad dicitio. ff. de verb. signific.

Vnde

5 Vnde hæc dicitio Circa, annullat actum, quando tempus debet esse
completum: vt pote nominatus debet annis quinque completis studuisse
ante nominationem, si dicat se studuisse quinque annis, seu circa, non
ualebit talis attestatio studij, quia incerta: vt scripsi in tract. nomina. q. xj.
in fi. nam dicitio circa, tempus incertum denotat: vt docet Guido. Papæ
decisio. Delphi. q. ccxc. libello, ac Alexan. consil. xxix. nu. 12. in vij. volu. &
consil. lxxxij. in fi. ibid.

*Tempus studij
non ualet, in quo
est studium quin-
que annorū, vel
circa.*

6 Item in tempore ad præscribendum requisito, si quis deponat alte-
rum possidisse decem annis, seu circa inter præsentēs aut viginti, seu cir-
ca inter absentes, non est probata præscriptio: vt docet Guido Papæ sin-
gul. cccxxxvj. de dicitioe circa, & vide in c. vt circa, de elect. lib. vj. & in
d. c. j. de offi. ordi. in vj.

*Præscriptio non
probat per se-
pus decem annō
rū vel circa.*

Ac in vniuersitate Parisien. actu studens existis.

Ecce aliud quod inducit Papam ad dispensandum fauore studij: c. cum
ex eo, de elect. in vj. quia multa & præclara introducta sunt fauore studij:
& centum septuaginta priuilegia cumulauit in tract. de scholasticor. pri-
uileg. ibi licet videre.

*Fauor studij in-
ducit ad dispen-
sandum.*

Episcopus etiam fauore studij potest cum scholastico dispensare de
non residendo. capitul. relatum, de cleric. non residen. nec tenetur præ-
fatus scholasticus quicquā soluere pro literis facultatis non residendi: vt
ibidem scripsi, priuileg. xxx. quia hoc ei ipso iure priuilegium indulgetur,
vt ibidem.

Item de non promouendo per septennium dispensat episcopus fa-
uore studij, c. cum ex eo, de electio. in vj. dummodò scholasticus intra
annum ad subdiaconatum saltem promoueatur, ne postea retrocedat,
cum fructus beneficij comederit: vt ibi scribitur: quod limitauit in scho-
lastic. priuileg. xxxvj.

Papa etiam dispensat, vt scholasticus non teneatur ad aliquem ex or-
dinibus sacris promoueri intra certum tempus, vt sibi placet limitandum,
sed legatus secundum tenorem suæ potestatis, videlicet ad septennium
dummodò intra duos annos ad subdiaconatum promoueatur, vel aliàs
prout est sibi commissum, & à Papa concessum.

Necnon parrochiale. Quatuor hinc impetrans asserit. pri-
mò se de nobili genere procreatū: *Quatuor que
asserit impetrās
probare tenetur.*

hoc probandum ei incumbit, secundum Bartol. & alios in l. prima. C. de
prob. asserit quoque se minorem. & in rub. C. si minor se maiorem dixe-
rit, fit contrarium: quia minor ibi dicit se maiorem vt alius contrahat fe-
cum: hoc quoque probandum est, vt per Bartol. & alios in l. de etate. ff. de
minor. & in l. de tutel. C. de in integrum restitutione. scripsi in tracta. de
restitutio. artic. primo, glof. tertia in secundo tomo, constitu. regiar. Ter-
tiò asserit se actū studentem: quod etiam est probandum, scilicet per ma-
triculam, per attestations, literas temporis studij, vel per testes. §. teneā-
tur, de collatio. in Concorda. glof. & doct. in procem. vj. libri necnon &

K ij

ecclesiam cōmendatam sibi ab Apostolica sede asserit, quod literis Apostolicis probari conuenit.

Mereri dicitur qui, non demeretur.

Meritorum tuorum. Etiam si non aliās mereantur, dum modo non sit indignus, sufficit: nam hæc clausula, si dignus sit, intelligitur, & sufficit dum non est indignus. l. cum quidam, de leg. ij. clemen. j. de offic. delega. dixi superiùs in signatura gratiæ.

Dispensatio ad petitionem non motu proprio ceditur.

Tuis in hac parte *supplicationibus inclinati.* Et sic dispensationes ad partium petitiones debent concedi, non autem motu proprio: quia laxari ius non debet, nec solui, nisi parte postulante: nec dandum est hoc iudicium, nisi postulatum fuerit. l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, & inuito non solet conferri beneficium, per reg. inuito. ff. de regul. iuris. ideo petendæ sunt dispensationes, & ex causa concedendæ, non aliās.

Extunc & ex nunc, quid significant.

Tecum vt ex nunc, &c. Videlicet dispensamus tecum, vt ex nunc, id est, in decimoquinto tuæ ætatis anno possis obtinere parrochialem ecclesiam tibi commendatam: ex nunc, id est tempore huius gratiæ tibi factæ, significat enim tempus præsens, l. Gallus. §. nuac de lege. ff. de lib. & posthum. vbi doc. fed Iurisconsult. vtuntur dictione nunc in l. lecta, ff. si cer. pet. vt fufiùs dico in tit. de verb. sign.

Secundò si eam dimiseris, quod *extunc*, etiam aliud beneficium obtinere possis loco dimissi, id est loco huius parrochialis ecclesiæ dimissæ: quia Papa non vult istum impetransem esse absque beneficio aliquo, & intellige vnum scilicet simile, vel dissimile: vt inferiùs exprimit.

Peruenire ad annu quis dicitur, quando illum attingit.

Tertio cum peruenieris ad vigesimum annum, &c. vt cum isto aliud recipere possis. peruenire quis dicitur ad annum, quem attingit, capitul. cum in cunctis. §. inferiora, de electio. scripsi in l. peruenisse. ff. de verb. significatione.

Annus tuæ ætatis declaratur.

Quartò dicit tuæ ætatis annum vigesimum, ad excludendum annum vigesimum currentem, in quo videretur forsitan completa dispensatio, nempe si minor in anno currente 1518. impetraret dispensationem post biennium ad vigesimum annum perueniet currentem, sed non ad vigesimum annum suæ ætatis: ideo declaratur, vt cum peruenieris ad annum vigesimum tuæ ætatis, & non anni currentis. clem. fin. de ætate.

Quintò vult, vt cum iste peruenierit ad vigesimum annum, possit cum illo beneficio aliud habere: & sic dispensatur secum ad duo, quando erit ætatis xx. annorum, non antea: & si antea acceperit secundum, vacabit primum, per c. de multa, de præb. nam cum antea non sit dispensatus, vt debet iure communi.

Sextò quòd sine illis, id est si illa duo tempore viginti annorum non habeat, quòd possit recipere & retinere quæcunque duo alia curata, seu aliās inuicem incompatibilia, secularia: ideo dicit incompatibilia

bilia: nam in aliis compatilibus quid opus est dispensatione: cum de iure teneri possunt? c. j. de consuetu. lib. vj.

Addendum est, quòd si cum minore fuerit dispensatum, vt beneficium curatum non obstante ætatis defectu recipere, ac retinere possit: si postea detur dispensatio ad duo curata, debet narrari prima dispensatio dispositiue, non conditionaliter, videlicet per forsan, &c. & postea peti debet secum dispensari, vt quæcunque alia duo &c. alioqui secunda dispensatio non valebit: vt not. in capitul. secundo de filiis presbytero. in sexto.

Minor dispensatus ad curatum tenetur in secunda dispensatione ad duo de prima exprimere.

1 Incompatibilia. Sciendum est incompatibilia variis modis dici. Primò quando per affectationem vnus alterum vacat, vt sunt dignitates. c. quia nonnulli, de cleric. non resid. idem in personatibus & officiis. c. de multa, de præbend. & vnum abbatè duobus monasteriis præfidere interdiximus: dicit tex. in c. vnum, xxj. quæst. j. & c. fin. xx. q. vlt.

Incompatibilia multis modis dicitur, primò per affectationem.

2 Item parrochiales ecclesiæ, & curata beneficia, sic incompatibilia dicuntur. c. quia intantum. de præben. c. gratia, de rescrip. in vj. clem. gratiæ, illo titulo.

Parrochiales ecclesiæ incompatibiles.

3 Ad hæc vicariæ perpetuæ non se inuicem compatiuntur, vt vnus duas habeat. clem. vna. ff. de offic. vicar.

Vicariæ perpetuæ duæ obtineri non possunt. Simplicia sub eodem tecto incompatibilia.

4 Præterea duo simplicia sub eodem tecto conformia dicuntur incompatibilia. capit. literas, de concess. præb. glo. & doct. in d. clemen. gratiæ, secus si sint difformia, ideo potest quis in eadem ecclesia canonicatum simul & dignitatem obtinere. c. j. de consuetud. lib. vj. Barb. in d. clem. gratiæ, colum. xij. de rescrip. & non solet dispensare Papa ad duo curata sub eodem tecto, nec ad duas dignitates, vel canonicatus: vt statuit Alex. vj. de signa. gratiæ.

5 Insuper si beneficium simplex requirat continuam residentiam ex statuto, vel fundatione ecclesiæ, dicitur cum alio incompatible: quia non potest aliquis in vtroque residere, nec per se seruire. c. non potest, de præb. in vj. glo. & doct. in d. cle. gratiæ, Inno. & alij in c. fi. de cleric. non residen. vt sunt præbendæ Theologicales: de quibus scripsi in §. j. de colla. in Concord. alioqui duo simplicia sine dispensatione obtineri possunt: & residentia à iure debita tollitur per contrariam consuetudinem, de qua scripsi in §. j. in glo. residentia, de colla. in Concord.

6 Etiam incompatibilis dicitur capellania, nec non aliud simplex beneficium: si statuto cautum sit, vt illam, vel illud habens aliud obtinere non possit: vt cautum est de locis Collegialibus Magalone. glo. & doct. in d. c. gratia. & Barba. in d. clemen. gratiæ, in verbo beneficium, Card. consil. iij. in fi.

Capellania quando sunt incompatibiles.

7 Incompatible quoque est regulare viro seculari & ecotrariò. c. nullus, de elect. in vj. c. cum singula, de præben. ibidem. Staphil. in tract. de liter. gratiæ, titul. de qualit. & statu benefic. fol. 7. vbi dicit secundo modo il-

Regulare seculari incompatibile & ecotrariò.

Quodlibet beneficium ad uitam est incompatibile cum alio.

la incompatibilia dici quæ licitè, & absque peccato sine dispensatione teneri non possunt: & hoc modo plura simplicia dicuntur incompatibilia, si alterum per se sufficiat. c. j. in xliij. dist. ubi dicitur, Tibi ò sacerdos de altari viuere, non verò luxuriari permittitur. cap. cum secundum. de præbend. & dicit Inn. & Panor. in c. cum iam dudum, illo titu. peccare eum qui plura tenet beneficia, etiam simplicia, si vnum per se sufficiat ad vitam. sed deuoratores beneficiorum, sicut lucifer, nunquam satiantur: nec vnum, beneficium mille millium librarum eis esset sufficiens & voluissent ipsi sine fine viuere, vt possent sine fine pauperum cibos deglutire. c. voluissent, de pœnitent. dist. j.

De ista tamen incompatibilitate non loquitur hîc Papa, dum dicit curata, seu aliàs inuicem incompatibilia. Inuicem incompatibilia sunt dignitates, personatus, & alia quæ dixi supra, siue quis duas possideat dignitates, siue dignitatem cum curato, vel aliàs multum: & sic intelligenda est hæc clausula: potest tamen quis habere canonicatum & curatû, quia non sunt inuicem incompatibilia. glo. & doct. in d. c. gratia. Nicol. Milius in verbo beneficium. quæst. j.

Rectoria & vicaria sunt incompatibilia.

Item incompatibilia sunt rectoria & vicaria, ideo penes vnû esse non possunt sicut proprietates & vsufructus. l. vti frui. ff. si vsufruc. petat. Angel. bellamera decif. clxxij. monasterium.

Incompatibilis hæreticus cum orthodoxo.

Insuper alia quidam appellant incompatibilia, vt ratione clamoris & murmuris, vt duæ mulieres in vna domo. Alia ratione inimicitie & odij vt hæreticus cum orthodoxo, Iudæus cum Christiano. c. quanto, & se. de diuor. Alia sunt incompatibilia timore criminis committendi, vt iuuenis luxuriosus cum pulchra puella. l. si verò. §. si adolescens. ff. manda. l. non aliter, de vsu & habita. l. si qui adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. al. in l. neque. C. de probat. glo. in c. absit. xj. q. iij.

Alia sunt incompatibilia ratione malignitatis, vt duo tyranni saturnales; verum quia parum hæc ad rem faciunt, missa faciamus. Si quis alia alleget esse beneficia incompatibilia, hoc probare debet: nam regulariter omnia præsumuntur compatibilia pro qualitate personæ: vt consuluat Cardinal. consil. iij. circa. vide Panor. & alios in c. dudum. ij. de elect. & in c. cum iam dudum, de præbend. quia fundata sunt vt viri idonei ea obtineant; vt superius in j. parte scripsi.

Septimo vult Papa, quod si vnum seculare quis dimittat vel vtrunque possit regulare aliud cum cura, vel sine cura obtinere: & sic prodest hæc dispensatio, vt hic secularis censeatur ad regularia dispensatus, & ad curata & non curata, & regularia sancti Augustini, aut alterius ordinis &c.

Super duabus parochialibus quando dispensatur.

Beneficia autem ecclesiastica secularia, &c. 13

Nunc declaratur super quibus beneficiis secularibus ecclesiasticis dispensetur. Primò super duabus parochialibus: disputauit in forma manda. in verbo cum cura, in Concord. an sub nomine curati beneficij veniat parro

parrochialis, & conclusi non venire per glo. in cle. vna de offi. vicar. ideo hic exprimitur.

14 Nec solet hodie facilè dispensari ad parochiales duas ecclesias, nisi sint contiguæ, vel modici valoris, & pro graduatis, aut nobilibus: vt est in reg. Cancel. li. j. glo. & doc. in c. dudum. ij. de electio. & bonû esset quod cum vno dispensaretur, vt in eo. episcopatu haberet illa duo, & non in diuersis, vt melius illis seruire possit, vt ne vacationis materia detur.

Vel earum perpetuæ vicariæ. Etiam perpetuæ vicariæ inuicem incompatibiles

existunt: quia curæ exercitium est penes talem vicarium, vnde per ademptionem secundæ vacat prima, vel dignitas, aut aliud incompatible beneficium. c. si. de offi. vicar. Clem. vna illo ti. & sic non habebit locum in vicaria temporalis: cum iste tex. exprimat perpetuam, quia hæc temporalis in titulum non datur: & qui seruit alieno nomine, curam non habet, secus in vicario perpetuo. glo. in extraua. Execrabil. Io. xxij. in verb. temporales vicarios. c. peruenit, de appe. c. cum ex eo, de electio. in vj.

Verum non est prætermittendum, duplicem esse vicariam, hanc quam diximus perpetuam: vna quippe est, quæ curam obtineat animarum actu. dic. Clementina vna, de officio vicar. & de hac intelligendus hic locus quæ solet in rescripto Papæ vocari perpetua vicaria.

Altera vicaria perpetua quam videmus in ecclesia Cathedrali, vel Metropolitana, vel collegiata, & illa semper in literis Papæ ex stylo Curie Roma. vocari solet simpliciter vicaria talis ecclesie Paris. vel cathedralis. aut collegiata quæ non est incompatibilis cum cura, dignitate, vel alio beneficio supra nominato, nisi specialiter ex fundatione vel statuto continua requireretur residentia: vt dictum fuit.

Aut dignitates, personatus, administrationes,

vel officia, &c. Ita sunt incompatibilia, vt superius dictum fuit: in quibus potest Episcopus dispensare cum his, qui compleuerint annum vigesimum, si canonicum aliud non obsistat, vt dignitatem, vel personatum non curatos vnum tantum habere possint. c. vno, de ætate. lib. vj. quod non vidi seruari. Tamen per hæc verba dignitates, non censetur dispensatus ad dignitatem curatam, cum hîc non exprimat. cle. ne in agro. §. cæterum, de statu Monacha. ideo necessarium est addere bullæ, dignitates etiam curatas, aliàs non comprehenduntur, per cap. cum in illis. de præbend. & nisi in dispensatione diceretur ad dignitates, non censeretur ad eas dispensatus etiam si exprimeretur ad omnia beneficia: vt docet Spe. in eo. tit. §. postremo. versi. quid si dispensatum: & hoc ratione odij, vt dictum fuit superius.

Si tamen esset decanatus ruralis, sufficit exprimere decanatum, licet non exprimat, qui ruralis est, quia Papa faciliùs cõcedit ruralia beneficia, quàm ciuitatis. §. statuimus. ij. de coll. in Concor. doct. in Cle. & si principalis, de rescrip. non nocebit tamen hoc exprimere.

Dispensatus ad dignitates nõ poterit eas obtinere in ecclesia cathedrali.

In Cathedralibus &c. Ideo exprimit, quia dispensatus ad dignitates non censetur dispensatus, vt eas obtinere possit, vel Canonatus in ecclesia Cathedrali. c. quamuis, de præb. in vj. Feli. in c. postulasti, in secunda conclu. de rescri. propter præminentiam & honorem illius ecclesiæ: quod limitat Ioan. And. in additio. ad Specula. in tit. de filiis presbytero. in prin. quando dispensatio generalis esset ad quæcunque: & illum sequitur Domi. in c. j. illo tit. & Oldra. confi. ccxv. & Iaf. confi. ciiij. & c. circa.

Contrarium tamen verius est, per text. in d. c. quamuis, ibi, sub hac generalitate hoc casu nolumus includi, etiam quia hoc repugnat stylo curiæ Rom. qui semper exprimit Cathedralis, cum eas vult includi: nam ea quæ notabilia sunt nisi exprimantur, videntur neglecta. l. iniuriarum. §. prætor. ff. de iniur. de Rota decis. xlv. & dviiij. in antiq.

Nec siquidem hoc casu credendum est Io. And. qui in propria dispensatione hoc tenuit vt ipse asserit: & Iaf. similis conditionis facile illi sententiæ acquieuit: in quorum sententiam descenderem, quando nominationes vel mandata essent directa episcopo & capitulo, vel decano & capitulo: tunc enim comprehenderentur dignitates ecclesiæ Cathedralis, alioqui nihil prodesse nominationes, vel mandata: vt docent do. de Rota, decis. cxij. & ccxij. in antiq. vel nisi resultaret inanis prouisio. Imol. in c. fi. col. ij. de præbend. sed dispensatio ad omnia & quæcunque beneficia, non comprehendit dignitates, si non sunt expressæ in dispensatione quod est notandum.

In signatura dignitatis etiã curale est exprimum.

Addendum est, quod si quis dispensatus sit ad duo beneficia curata, vel aliàs inuicem incompatibilia, vel vt cum dicta parrochiali ecclesia vnum, & siue illa quæcunque duo, &c. tamen in corpore signaturæ, & in petitione partis nulla fiat mentio de dignitatibus & personatibus, an in bulla debeat, aut possit exprimi clausul. etiam si dignitates? Respon. non: quia regulariter plus non concedit Papa quàm pars requisierit, & pars non petiit, ideo non dabitur. sed huiusmodi dispensatio in bulla erit simplex ad curata, nulla facta mentione dignitatis: vnde cautus esse debet impetrans, vt in supplicatione petat secum dispensari ad dignitates, etiã curatas, etiam in cathedralibus & Metropolitanis: vt videmus hîc expressum: & docet Aegid. decisio. vlt. nam partis esse debet, vt multa petat: Papæ verò officium, vt concedat, quæ iure & iustè præstari debent.

Due præbende simul in diuersis ecclesijs simul teneri possunt.

Insuper nullus citra Papam potest dispensare super pluralitate præbendarum, siue in vna ecclesia, siue in pluribus. capitu. sanctorum, vbi Dominic. lxx. distinctione, qui allegat Innocen. in capitu. fina. de cleric. non residen.

Quod est verum, si ex statuto, vel consuetudine continuam exigent residentiam, alioqui teneri possunt absque dispensatione in diuersis ecclesijs: vt firmat Innocen. & alij in capitu. super inordinata, de præbend. & ista opinio de consuetudine inualuit, dummodò quis habendo plures

do plures canonicatus & præbendas, non propria attendat voluntatem, sed Dei, & non proprium honorem, sed onus, hîc proculdubio sine dispensatione plures accipiet præbendas. argumen. c. in scripturis, & c. qui episcopatum. viij. quæstione prima. Inn. in c. cum iam dudum, col. secunda de præben. & cum istam consuetudinem Papa sciat & tolleret, videtur excusare: vt scribit Spec. in tit. de dispensa. §. dicendum, ver. simplex beneficium.

Et quamuis Episcopus de iure non possit dispensare, nec quidem ad duos canonicatus, vt quis possit eos retinere simul in eadem ecclesia: tamen circa difformia poterit, nempe vt quis habeat dignitatem cum canonicatu & præbenda: vt docet Io. And. in c. literas, de concess. præben. Panor. in c. cum iam dudum, de præben. doct. in c. cum ecclesia, illo tit. in sexto, vbi Perus. & in c. si is cui, ibidem, sed hodie de consuetudine solus Papa dispensationes istas indulget, ex ignorantia videlicet Episcoporum, qui sua priuilegia dispensandi neglexerunt quicquid dicat Staphil. in tract. de liter. gratiæ, in secunda forma expect.

Episcopus circa difformia in eadem ecclesia dispensat.

Et quando in vna ecclesia quis dignitatem habet cum præbenda, non debet obtinere duplices distributiones, quia vnus tantum feruitium impendit, & vicem vnus gerit. capitu. vno, de cleric. non residen. Anto. & Panor. in capitu. cum olim, de re. iudi. verum de consuetudine duplicem accipit portionem in hoc regno Franciæ, quia duorum vice fungitur: argumen. l. si consul. ff. de adop. capit. ex literis, de proba. alioqui nihil prodesse ei habere duo beneficia.

Duplices distributiones quando quis habere debeat.

Etiam si curam habeant animarum. Nisi cura exprimitur non

Cura per verba generalia nõ cõiunctur.

intelligitur. capitu. cum in illis. de præbend. libr. vj. vt dixi: quia maior idoneitas in his requiritur, vt ibi, & capitu. cum fit ars artium regimen animarum. de ætate & qualita. vnde si quis esset dispensatus, vt quæcunque duo recipere posset, & retinere, tamen curata recipere, & retinere vix posset: nec in istis sufficeret exprimere æquipollens, videlicet ecclesiam baptismalem, vel habentem cæmeterium, quia possunt hæc esse etiam in ecclesia non parrochiali, teste Federic. consil. cxxxv. quidam habens, nisi exprimeretur æquipollens necessarium ad curam: vt pote si diceret audire debere confessionis, & recipere sacramenta, ac sepulturam habere: vt docet Cardinal. consilio xxx. Quidam A. presbyter. Adhuc tamen quia deuiaret ab stylo Curie Romanæ, vix bulla recipere-tur in forensi iudicio: propriè verò curatum intellige, quando curam habet fori poenitentialis, capitu. in nouo, xxj. distinct. capit. omnis vtriusque sexus, de poeniten. & remissio.

Et debet fieri mentio, etiam si habitu tantum esset curatum, vt quia per bellum omnes parrochiani decedissent, & sic non habet parrochianos: vt consuluit Cardinal. consilio. xlvij. quidam nobilis, quia poterunt

Habitu tantum curatum est in dispensatione exprimum.

poterunt redire: quòd si Papa sciisset esse curatum habitu, non dispensasset, vel non tam facilè. capitu. postulat. de rescript. Felin. in c. in nostra, eodem.

Veruntamen per assecutionem beneficij curati nequaquam vacabit curatum habitu, quòd exercitium curæ animarum non habet: vt docet Staphil. in tract. de literis gratiæ, tit. de qualitat. statu benefic. versic. dicitur. scribam inferiùs in tract. de non promotis intra annum quando priuati censeantur.

Dispensatus ad quocunque, ad duo dispensatus censetur.

Imò dispensatus ad quæcunque & quocunque curata censetur tantum ad duo dispensatus: quia pluralis locutio hoc casu duorum numero contenta debet esse. regul. pluralis, de regul. iuris, in vj. ideo si in signatura dicatur de parrochialibus ad vitam &c. intelligitur de duabus, nisi dicatur, & de tribus parrochialibus ad vitam: vt dici solet, cum ad tres dispensatur pro graduatis de stylo Bellamera, in capit. dudum. colum. penulti. de electio.

Clausula de parrochialibus ad vitam.

Et quando conceditur huiusmodi dispensatio ad tria, poni solet claudummodò plures quàm duæ parrochiales ecclesiæ non existant: nisi ille cum quo dispensatur, sit bene qualificatus doctor, aut aliàs fauorabilis:

Officia tria non potest quis obtinere.

vel hæc remittamus voluntati summi Pontificis.

Item vbi quis ex necessitate obtinet duo officia incompatibilia, vt quia alius capax non inuenitur, tria tamen non poterit obtinere. text. in l. fina. C. de except. libro xij. quem text. nota. Aret. in capitul. ex literis, in fine, de probationib. item consuetudo vel statutum, seu dispensatio Episcopi non potest facere, vt quis tria beneficia habere possit. text. in capitul. j. de consuetu. libro vj. Imol. in capitul. literas, de concessio. præbend. vide Panormi. & alios in capitul. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. Felin. in consil. iij. dubitatur, vbi dicit, quòd licet quis duo obtinere possit simplicia beneficia, tamen tria sine dispensatione habere non poterit.

Post pontificales. Dispensatus ad dignitates non videtur ad dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus dispensatus, nec ad dignitates principales in ecclesiis collegiatis. capitulo fina. de præbendis: ideo exprimitur hîc.

Et sic cathedralibus pro consuetudine ecclesiarum interdum Decanus est maior post Episcopum, vt Parisiis. Aliquando Archidiaconus, interdum Præpositus in ecclesiis collegiatis dicitur principalis dignitas, quæ præfidet in illa ecclesia, sed non vocatur maior dignitas, sicut in cathedralibus.

Error in bulla corrigi potest, si dignitas maior principalis uocatur.

Si tamen in signatura fuerit expressum in ecclesia cathedrali decanatum esse principalem dignitatē, cum debuisset appellare maiorem post pontificalem, poterit in bulla corrigi: nam error est, vt doc. no. per illum text. in l. si librarius. de reg. iur. & clau. de speciali in his operatur vt scripti in signatura gratiæ supra.

Non

4 Non verò comprehenduntur hîc dignitates Episcopales, nisi de his expressa fuerit habita mentio: nam Episcopatus culmen dignitatis est. c. penul. de. præb. gl. in c. ij. illo tit. in vj. Imò si fuerit etiam expressus Episcopatus, non comprehenditur Archiepiscopatus, teste Inn. in c. dilectus, de concess. præb. c. non consuetudinem. xij. dif. nam qui dignus est minori, non semper maiori. c. scriptum, de ele. Henri. Boic. in c. quòd dilectio, de consanguinit. Spec. in eo. tit. §. postremo. versic. quid si dispensatum, & vers. sequenti.

Etiam si sunt sub eodem tecto. Hæc clausula necessaria est: quia dispensatus ad duo, nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem ecclesia: nisi hoc dictum fuerit, etiam simplicia text. vbi doct. in capitul. literas, de concess. præbend. capitul. j. de consuetu. in vj. Ancha. in cap. permittimus de ætate. & cancellaria expedit literas de primo simplici vacante vt Hier. Paulus testatur in praxi cancell. xx. folio. 36. in fine. versicu. an per assecutionem.

Duo beneficia nec pensiones obtinere in eadem ecclesia possunt.

Nec quidem pensiones duas potest quis in vna & eadem ecclesia obtinere sine dispensatione, nisi consuetudo aliud suadeat: quia pensionem concedit Papa loco beneficij. capitul. ad audientiam secundo, de rescript.

Item dicunt incompatibilem esse pensionem in eadem ecclesia cum alio beneficio. Plura de hac pensione scripsi in tract. de pacific. possessor. in Concorda. ideo consului, quòd acceptans præbendam in eadem ecclesia, in qua habet pensionem, eidem pensioni renunciare videtur, per clementi. gratiæ, de rescript. nisi fuerit dispensatus ad obtinendum vtrunque.

Quinimo si fuerit expressum, quòd sub eodem tecto liceat duo recipere & retinere, non poterit illa duo obtinere, si alteri sit annexa capella in eadem ecclesia, in qua duo habet: nisi hoc quoque fuerit expressum in dispensatione, Cle. si. de præbend. scripsi in §. j. in glo. ita tamen, de mand. vnde in d. signatura exprimas etiam ad duo sub eodem tecto, etiam si alteri vel vtrique esset aliud beneficium in eadem ecclesia annexum, &c. & hoc soleo exprimere in signatura.

Clausula notabilis pro beneficijs annexis.

Regularia verò beneficia huiusmodi Prioratus, &c. Nunc enumerat super quibus regularibus dispenset: omne quippe regulare est incompatible seculari, & e contrario. capitul. cum singula, de præbend. cle. j. de cle. De quibus regularibus longè plura scripsi superius in prin. huius libri, & dicam inferiùs in materia dispensationis cum regularibus.

Et quidam addunt etiam in Cathedralibus & Metropolitanis regularibus &c. eò quòd hæ ecclesiæ propter prærogatiuam sunt specialiter exprimendæ. capit. quamuis, de præb. lib. vj. vt supra dictum fuit, ideo non abs re exprimitur: quia pleræque sunt ecclesiæ cathedrales regulares: sed pauca

Cathedrales & Metropolitanæ exprimenda.



paucæ nunc, quamvis olim ferè omnes in Francia regulares essent, & si quis sit dispensatus, vt in ecclesijs cathedralibus dignitates obtineat, non poterit obtinere in Metropolitanis: quamvis cathedrales sint, quia maiorem habent adhuc honorem: & dispensationes nullo modo extenduntur vt superius dictum fuit: ob id apponi solet clausula, etiam Metropolitanis, quæ aliàs esset superflua, & stylus curiæ Romanæ ommitteretur, quia tamen est seruandus. capitul. ex literis, de constitut. &c. quàm graui de crimi. falsi.

Dispensatus regularis ad duo censetur regularia.

Addunt alij in dispensatione, aut solitæ per canonicos regulares sancti Augustini, vel alterius ordinis regi, &c. Sed hoc nõ est necessarium: quia si mandetur prouideri de seculari, poterit prouideri de regulari solito regi per seculares, vel econtra. c. cum de beneficio, de præb. in vj. Sed fortè hoc est ad maiorem secularitatem, quia dispensatio non extenditur: multa de his scripsi in §. volumus, de colla. in Concorda.

Item dispensatio concessa seculari, vt duo beneficia etiam curata recipere & retinere possit, intelligitur de duobus secularibus iuxta personæ qualitatem. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. & idem si concederetur regulari vt de regulari beneficio intelligatur. c. cum de beneficio, & c. cum singula, de præb. lib. vj. Hosti. & Barba. in c. possessiones, de rebus eccles. non alienan. vbi dicunt dispensationem generalem seculari datam non comprehendere regulare, vel regulare datum non comprehendere seculare: imò dispensationibus ad quæcunque etiam regularia, non comprehenduntur beneficia sancti Antonij, nec sancti Ioannis, nisi expressè concedatur: quod non solet fieri: vt docet Alex. vj. in suis reg. de si. gna. gratia: ideo hoc est exprimendum.

Dispensatus ad quæcunque regularia, non est dispensatus ad beneficia sancti Ioannis, nec Antonij.

Et ad prioratum, &c. etiam si per electionem

assummi consueuerit. Ista clausul. est necessaria: nam & si mandetur prouideri de beneficio spectante ad præsentationem, institutionem, collationem, & quamlibet prouisionem Capituli, non tamen prouidebitur de beneficio spectante ad electionem, cle. j. de præb. nisi hoc expressum fuerit. vn- de dispensatus ad beneficia spectantia ad collationem talis N. non censetur dispensatus ad beneficia spectantia ad electionem: vnus quippe modus nõ comprehendit alium modum. c. cum in illis §. primo, de præb. maximè non comprehenditur electionis modus: vt scripsi in §. præfatij; ordinarij, in verb. dispositionem, de colla. in Concorda.

Electiois modus non expressus nõ comprehenditur.

Seu talia mistim fuerint.

Mistum in odiosis non comprehenditur.

Videlicet quòd vnum regulare cum seculari fuerit, vel dignitas cum regulari, vel officium regulare cum dignitate, si quidem mistum non comprehenditur in odiosis. l. secunda. vbi Barb. & Iaf. ff. de verborum oblig. secus in fauorabilibus. l. quæritur. ff. de statu hominum. §. omnium, vbi Iaf. de vctio. in institu. ideo hîc exprimit Papa vt etiam mistim habere possit beneficia.

Si

- 1 Si tibi aliàs canonicè conferantur.** Nunc restringit dispensationem, *Dispensatus ut duo obtinere possit beneficia intelligitur si canonicè ei conferantur.* vt videlicet dispenseretur ad duo, si canonicè ei conferantur, aliàs si ipse propria autoritate ea beneficia acceperit, ea tenere non poterit: capitul. eum qui. de præbend. lib. vj. & fundatur ista clausula in capitul. si gratiosæ, de rescrip. lib. vj. capitul. c. non potest, de præbend. ibidem. de canonica collatione supra dixi in principi. huius libri, in prima parte. † Idem sicum aliquo dispenseretur, vt obtenta beneficia retinere possit, intelligitur si canonicè ea habuerit, d. c. si gratiosæ. A retinus consil. vij. procedendum, col. iij. † Idem si conferatur beneficium Titio, quod vult Papa, vt possit recipere & retinere cum aliis, quæ habet: intelligitur si ea habeat canonicè: per c. dudum, ij. de elect. Spec. in tit. de lapsis & dispen. §. dicendum, vers. quid si aliquis.
- 2** Quinimò dispensatio irregulari vel criminoso ante rehabilitationem concessa, vt plura habeat beneficia, non proderit ei, nec valebit, vt ea tenere possit, per d. c. si gratiosæ: quia Papa non videtur tollere vitium illud, nisi id exprimat, cap. dudum, ij. de elect. vbi Ancha. not. xxj. sic ait. Nam dispensatio de pluralitate non operatur aliud, quàm vt pluralitas non noceat, sed non operatur, quòd illa canonicè possideat, arg. l. legata inutiliter. ff. de leg. j.
- 3** Alioqui duæ concurrent dispensationes, quod est prohibitum, nisi quatenus exprimuntur, sicut duæ fictiones, l. j. C. de dotis promissio. Bal. in c. caussam, colum. ij. numero 5. de rescrip. per c. ij. de filiis presbyt. lib. vj. Domin. consil. cxxvj. Martinus, † Nisi hoc esset in dispensatione expressum, videlicet non obstante irregularitate &c. nam odiosæ sunt dispensationes, & iuri contrariæ, c. j. & ij. de filiis presbyt. in vj. & quamvis sint partibus fauorabiles, tamen strictè veniunt interpretandæ, vt not. in l. si. ff. de condic. indeb. & supra dictum fuit.
- 4** Ideo quælibet incompatibilitas tolli debet, aliàs vna tantum sublata, remanet altera: quemadmodum sublata vna excommunicatione, non tollitur alia, c. officij, de sent. excommu.
- 5** Sed dubium magnum est, an hîc irregulari duo beneficia possidens ex valida dispensatione efficiatur inhabilis. sicut alius, qui possidet sine dispensatione. Domi. consil. cxxvj. Martinus decidit non fieri inhabilem, quia is efficitur inhabilis ad beneficia, & ad ordines, qui duo beneficia retinet incompatibilia sine dispensatione, vel cum dispensatione minùs sufficiente & non canonica, extrauag. Execrabilis. §. porro, & §. qui verò, de præb. c. dudum. ij. §. insuper de elect.
- 6** Tamen si quis habet dispensationem canonicam, & postea non canonicè obtineat duo beneficia, hic peccat, sed nõ efficitur inhabilis: vt docet Spec. tit. de elect. §. dicendum, vers. quid si dispensatur. Idem Dom. d. consil. cxxvj. allegat Inno. in d. c. dudum. §. insuper, de elect. † Sed contrarium ibi tene Anto. Nam hic demum est dispensatus: si canonicè conferantur: ergo si non canonicè cōferantur, nequaquam intelligitur dispen-

Dispensatus inhabilis ad plura ea retinere non poterit.

Duæ dispensationes an concurrere possit.

Irregularis dispensatus ad duo non efficitur inhabilis, sicut alius qui duo absque dispensatione possidet.

L

fatus, quia non est seruata forma, c. Pisanis, de restitutione spoliator. & quia qui de vno dixit, de altero negauit, c. nonne, de præsumptio. & quia dispensatio ad hæc non est canonica: ergo ipse sic ea possidens efficitur inhabilis Cui sententiæ me subscribo post philip. Fran. in c. non potest, de præb. in vj. irregularem tamen ad duo dispensatum putarem non incurrere inhabilitatem ratione vitij tantum, quia verè est dispensatus: sed illa non potest ratione criminis tenere, certè non efficitur inhabilis: sed hi qui duo non canonicè adeptus est, eò quòd ad illa non est dispensatus, per hoc verbum si canonicè conferantur, efficitur inhabilis: & sic consulantur opiniones.

Conferantur. Quamuis hoc verbum conferantur, sit generale & alios modos comprehendens, tit. vt ecclesiast.

benef. sine diminù. conferant. tamen causa vberioris expressionis alios etiam prouidendi modos exprimit Papa, videlicet aut eligaris, aut præfenteris, vel aliàs assumaris. fortè per commendam, vel instituaris, &c.

Dispensatus ad duo nõ censetur dispensatus ad illa que iam obtinuit.

Et sic vi istius verbi concludi potest, quòd dispensatus ad duo curata non censetur dispensatus ad illa duo, quæ iam sunt collata: quia dicit si conferantur: & sic deficit mens Pontificis: idèd non videtur dispensatum super eo quod ipse ignorat. l. mater, ff. de inoffic. test. c. j. de constit. lib. vj. & ista dispensatio tendit vt possit recipere: ergo de iam receptis non cogitavit Papa dispensare: & huius est sententiæ Panor. in c. ad aures, de rescrip. Io. And. in c. dudum ij. & Ancha. ibi xxj. no. de elec. c. postulasti, col. pc. de rescri. doc. in d. c. non potest. Oldr. confi. cccxv. thema quæstionis, col. ij. & non potest hoc casu per fictionem retrorahi: quia extremum à quo non est habile, eò quòd iam sit priuatus: primò ergo non potest habere locum fictio, Bart. in l. si qui. ff. de vsuca.

Nisi in ista dispensatione specialiter habita fuerit mentio beneficiorum obtentorum, & Papa secundum hanc expressionem dispensasset, sic intelligitur opinio Paul. in l. & militibus, C. de testa. milit. sic conciliaui in tract. nominat. q. xv. num. 34. post Iaf. in d. l. & militibus: facit tex. in c. postulastis, in princ. de cler. excom. ministr.

Ad recipiendum debet quis capax fieri.

Recipere. Ideo dicit, quia priùs quis debet reddi capax ad recipiendum, quàm ad cõseruandum. Idèd recipere dicit aliàs per adoptionem secundi vacaret primum, c. de multa, de præben. & sic duo cum effectu recipere non posset. idem dicitur in c. quamuis, & c. gratiosæ, de rescri. in vj.

Et textus dicit liberè recipere, id est sine alia dispensatione & onere. Clementina vltima, de ætate & qualitate, scripsi in §. præfatique ordinarij, de coll. in Concord.

Et in simul retinere & cætera. Vult etiam quòd non solùm recipiat hæc beneficia, sed & illa retineat, quia non minor est virtus quàm quærere, par-

ta

ta tueri. & sic dispensatus vt possit recipere. non poterit ea retinere: verùm proderit hæc dispensatio, vt per adeptionem secundi non statim vacet primum, quòd aliàs vacaret, per c. de multa, de præben. & ita loquitur Domin. in cap. non potest, illo titulo in vj. licèt Philippus teneat ibi contra.

Dispensatus ut recipiat non poterit retinere.

Et si Papa dispense cum episcopo, vel alio de retinendo beneficia, quæ habet hæc retentio, duos operatur effectus, videlicet prouisionis & dispensationis: vt quis plura retineat beneficia incompatibilia, contra c. de multa, de præben. Aegidius Bellamera decisione quatercentesimo septuagesimo secunda. si episcopus. vbi dicit istam retentionem vitari ex subreptione, & si detinens beneficium iniuste impetrauerit dispensationem, quòd illud possit retinere, illa gratia erit subreptitia, si non fiat mentio fructuum perceptorum, vt docet idem Aegidius in c. dudum, col. vlti. de elect.

Dispensatio ut quis retineat, duo operatur.

Licitè. Tam in foro contentioso, quàm conscientiæ, glossa in capitulo quæ in ecclesiarum, de constitution. capitul. j. verificulo sed extitit, de concessione præben. in vj. & capitulo constitutionem, de regula. ibidem: & sic dispensatus cum causa tutus est, in foro poli & fori, scilicet quando causa vera est & iusta: quia dispositio Papæ in vtroque foro excusat. capitulo j. de constitut. & c. ij. illo titul. in vj. vbi glossa. & doct.

Dispensatus iuste est etiam in foro conscientie tutus.

Ad secularia in titulum &c. Declarat quomodò hæc recipiantur, & retineantur, videlicet, quòd secularis secularis beneficium in titulum teneat, regulari verò in commendam. Nam vnus vxoris vir quis esse debet, capit.

Seculari datur secularis beneficium in titulum in commendam verò regulari.

cum non ignores, de præben. sed isti potest aliena commendari vxor: sic seculari datur titulus vnus beneficij, quòd sit ei in verum titulum. Sed quòd amplius est, regulariter commendabitur ei & dabitur in commendam, vt videlicet habeat istud secundum regulare commendatum: non enim potest vtrique ecclesiæ præsidere quis tanquàm titulata, sed vni tanquàm commendata, alteri verò tanquàm titulata præerit, capitulo fin. & per totum, vigesimaprimum quæst. j.

Idem in regulari dispensato, videlicet vt regulare in titulum habeat, seculari autem tanquàm alienum, quia secularibus debitum teneat in commendam, clement. ne in agro. §. cæterum, de statu monach. Nam qui plures ecclesias retinet, vnã quidem titulata, aliam verò sub commendatione tenere debet, c. qui plures. xxj. q. j.

Quod vixeris &c. Commenda fit ad tempus, & perpetuò, capitulo extirpanda. §. qui verò, de præ-

Papa ad vitam commendat.

bend. capitul. nemo, de electione in vj. & superiùs dixi. Idèd ad sciendum quanto tempore velit Papa relinquere huic impetranti beneficia commendata dixi ad vitam, & ita permanebit beneficium, quòd sic commendatur perpetuò, id est quoad vixerit is qui dispensatus est, nisi

L ij

resignauerit illud, aut aliàs facto suo amiserit, utpote ob delictum: aliàs quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non potest, l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. & inferius dicitur in tertia parte, quot modis beneficia amittantur.

Tertius Papa ad annu commutat.

Interdum quoque Papa commendat tertium ad annum, ut interim vnum ex tribus dispensatus dimittat, sed hinc dicit, quoad vixeris, & sic vberior est dispensatio. Beneficia verò quæ in titulum conceduntur, perpetuò dantur, cap. si gratiosæ, de rescriptis, ca. satis peruersum, lxxj. distinctione.

Dispensatus ut retineat per annum, altera annu vacat beneficiu.

Animaduertendum est, quòd interdum Papa cum aliquo dispensat, ut duo curata recipere valeat, dummodò intra annum dimittat vnum: tunc nisi intra annum iste dimiserit alterum, est priuatus primo: & si contenderit vtrumque retinere, priuatus est vtroque, inhabilisque efficitur ad alia. extrauag. Execrabilis, de præb. Ioann. xxij. nec prodest ista dispensatio, postquam non est impleta conditio, c. super eo, & c. verum de conditio. appo.

Prorogatio dispensationis aliquando conceditur.

Sed hoc casu ante finitum tempus consulerem à Papa petere dispensationis prorogationem ad vitam, & hoc solet quandoque literatis & nobilibus concedere.

In prorogatione de parochialibus est faciendamentio.

Vnde si petatur hæc prorogatio ad vitam de parochialibus: tamen in dispositione non sit clausula, & de parochialibus ad vitam: illa non apponetur in bulla: nam hæc prorogatio etiam de parochialibus, est noua dispensatio: ideo sicut in prima debebat exprimi, sic & in ista prorogatione, quæ nisi fuerit expressa, bulla nõ cõficietur de parochialibus, sed de nouo impetrabitur illa parochialis in vim nouæ prouisionis. † Nisi antea fuerit ab alio impetrata post tempus: quod fieri potest, non obstante prorogatione inualida: requiritur tamen in noua impetratione mentionem fieri primæ dispensationis & vacationis.

Dispensatus ad duo ut dimittat alterum sine adiectione temporis non est priuatus.

Diuersum est si Papa non apposuisset certum tempus, intra quod dimitteret vnum vel alterum, tunc non esset priuatus, nec vno, nec altero: quia illa verba volumus quod dimittatur, faciunt monitionem: ut consuluit Domi. consil. cvj. super dicto dubio, quem refert & sequitur Boër. in decis. Burdega. q. cxix. quidam renunciauit, & ideò hoc casu requiretur priuatio, postquam non est fracta nisi monitio.

Dispensatus ut unum dimittat, non poterit illud dimittendū permutare.

Adde quod hoc casu, quo quis intra certum tempus beneficium dimittere tenetur, non poterit illud dimittendum permutare cum alio: nam sic illud non censeretur dimisisse, de Rota decisione tricentesima vigesima nona, aliàs decis. xij. de re iudicat. incip. Tu obtines, in nouis, & decisione quingentesima octogesima prima aliàs decis. xij. de rer. permutat. incip. Papa reseruauit, in antiquior, ac in titulum de rer. permutat. decis. iij. in antiquior. nec censeretur dispensatus ad illud, quod compermutatum haberet etiam si esset simplex, ideòque realiter dimittere tenetur, & cum effectu: ut superius dictum fuit, nisi omnia alia amittere velit: & nisi hoc fieret coram Papa expressione facta.

Et

9 Et cum quis dimittere beneficium debet, non aliàs tenetur illud resignare, quam ut verbotenus collatori dicat, se illud dimittere: & collatoris erit illud alteri liberè conferre post dimissionem, cui voluerit idoneo, ut docet Calderinus consilio v. titul. de renunciat. ac Cardinal. in clem. j. no. xv. de pœnis.

Dimittere verbo sufficit beneficium.

10 Sed quamuis do. de Rota decis. ccl. aliàs decis. lxxv. de rescript. incip. nota quòd vbi Papa, in antiq. dicant, quòd cum quis tenetur dimittere beneficium ex dispensatione Papæ, quòd illud dimissum vacabit: in Curia tamen hanc reservationem in Francia non seruamus, imò coram ordinario sufficit, quòd ipse dimittat, & ordinarius conferet: & hoc iure utimur.

11 Etiam per adeptionem secundi vacat primum. c. de multa, de præb. & per adeptionem tertij duo prima, clement. si plures, de præben. Statphi. in iij. forma expecta. fol. ii. & seq. vnde ad duos dispensatus adipiscendo tertium, duo prima vacant, & tertium retinere poterit: per d. clem. si plures.

Per adeptionem quando uacat primum tantum.

12 Intellige quando esset in dispensatione loco dimissi &c. tunc solum vacabit primum: quòd si non dimiserit, sed cum aliis retinuerit, tunc omnia vacabunt post mensem pacificæ possessionis, & impetrari poterunt, per extra. Execrabilis.

13 Alioqui si dispensatus ad duo, tertium obtineat, non ualabit collatio tertij: nihilominus vacabunt duo prima, capit. ordinarij. §. in conferendis de officio ordina. in vj. nisi fuerit clausula illa loco dimissi &c.

Dispensatus ad duo nõ potest tertium recipere.

14 Veruntamen si quis fuerit dispensatus ad duo, & obtineat parochialem ecclesiam cum prioratu non curato, si conferatur ei altera parochialis, & sic tertium beneficium, huius tertij collatio ualabit: quia §. in conferendis, loquitur quando fit collatio habenti plures dignitates, personatus, seu plura curata, ut non valeat collatio tertij incompatibilis.

Intellectus ad §. in conferendis.

15 † Secus si habeat prioratum regularem cum curato, qui prioratus non est incompatibilis nisi ratione qualitatis, quia regularis, personæ securi concedi iure non potest: sed ratione beneficiorum nulla est incompatibilitas, ideò ualabit collatio tertij: sed vacabit prima parochialis per adeptionem istius: quòd est valde notandum, ad intellectum d. §. in conferendis.

16 Insuper si quis petat dispensari secum ad tria incompatibilia, etiam si parochiales ecclesiæ, vel dignitates etiam maiores &c. & in dispositione non sit clausula, & de parochialibus ad vitam, sed ista clausula & de tribus incompatilibus ad vitam, dummodò non sint plures quam duæ ecclesiæ parochiales per istam clausulam non poterit habere parochiales duas: quia in signatura debebat esse de parochialibus ad vitam.

Clausula ex de parochialibus ad vitam est exprimentenda.

Cum igitur sit omissa, non censetur ad illas dispensatus: nec illa clausula dummodò, non operatur concessione: quia inducta ad restrictionem, non operatur argumentum: l. legata inutiliter, ff. de legatis & fi.

L iij

de commissis primo. Et super his sæpius consului: & hoc est valde oculum, sicut Ars Cabalastica. olim Iudæis.

Dispensatus ad duo quando illa possit dimittere & alia duo habere.

Illam quæ simul dimittere &c. Etiam Papa vult, ut hic dispensatus possit illa duo simul dimittere, & alia duo loco illorum recipere & retinere: hoc est necessarium propter textum in capitul. non potest, de præbendis in vj. vbi dispensatus ad duo intelligitur de duobus primis, quæ si dimittat, ad alia non censetur dispensatus, ob id ista hic concedit. facit textus in l. bones. §. hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ intelliguntur, ff. de verbo. signific. vbi abundè scripsi, & Alex. in l. diuortio. §. ob donationes, ff. soluto matrimonio. Iason in l. qui per salutem, & in l. duobus. §. si ei qui, de iureiuran. potest enim vnum hodie dimittere, demum alterum successiuè: quod si vnum exprimeretur aut concederetur, aliud non veniret, per l. cum prætor, ff. de iud. ideo exprimit, & simul & successiuè dimittere &c.

Permutare potest dispensatus & coram ordinario.

Simpliciter. Siuè ea dimittat, vel alteri, aut si fortè est aliud ademptum, capit. si beneficia, de præb. libr. vj. Seu resignet ea simpliciter, aut causa permutationis: ut dixi supra in materia resignationis: quia hoc ei permittitur hic.

Vel ex causa permutationis. Et sic causa permutationis potest dimittere: & hæc permutatio poterit fieri etiam coram ordinario, qui auctoritatem huic præstare solet; capitul. quæsitum, de rerum permuta. capitul. vno, eo. titul. in vj. sic consuluit Gemin. consil. xcviij. Titius habuit, col. ij. sed ordinarius antequàm conferat secundum, prospicere debet dispensationem, capitul. ordinarij. §. in conferendis, de offic. ord. in vj. & si ista clausula sit in corpore & partis petitione & cum claus. permutandi, &c. & non fuerit repetita in clausulis, non prodest regularibus dispensatis ad seculare beneficium: nec quidam secularibus dispensatis ad regulare, sed prodesse poterit secularibus quoad secularia, ut in locum dimissi aliud habere possint simile, ita vidi de stylo seruari: quod notes: & sic videatur signatura, quæ aliàs non poterit extendi.

Clausula permutandi in signatura esse debet.

Quoties tibi placuerit. Quia dici posset, ut fortè intelligatur: si bis, ter, aut ad summam quater dimiserit, non vltra ratione infinitatis vitandæ, cap. de rescrip. libr. vj. ideo subnectit quoties tibi placuerit dimittere, possit: pluries igitur ea dimittere & permutare licebit, prout lubuerit: ut consuluit Do. consil. xcviij. Titius, col. ij. natura enim dictionis quoties, ni restricta sit, est variandi, etiam in infinitum, l. quod si nolit. §. si quid ita, ff. de ædil. edict. Archi. in c. nunc verò, ix. q. iij. scripsi in interpret. l. vni. in j. not. in vlt. limit. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & Deci. consil. clxix. & diligenter, primo dubio, & dimittere capitul. hic generaliter. quomodocunque dimittat, siue resignando tacitè seu expressè, vel alio modo dimittendo, c. ex parte j. de offi. deleg. dixi in tract. de pacifi. poss. nu. 153.

Dispensatus plura beneficia recipere & dimittere poterit. Dimittere generaliter capitul.

Et

Et loco dimissi. *vel dimissorum aliud, vel alia simile vel dissimile, aut similia, vel dissimilia beneficium seu beneficia.* Idèd dicit aliud loco dimissi, non alia: quia si in locum dimissi quis acciperet duo, vacaret primum. clementin. si plures, de præbend. nec huiusmodi dispensatio porrigeret se ad ista tria, quæ si contenderet simul retinere, vacarent etiam illa duo. extrauag. Execrabilis. Ioan. xxij. ob id loco tantum cuiuslibet dimissi, poterit aliud habere. & ista clausula non datur à summo poenitentiario: ideo si habueris ab eo dispensationem, oportet aliam à Papa impetrare, narrando, quod in Francia non adhibetur isti fides: & de viribus facultatum poenitentiarj hæsitatur: ideo ad maiorem cautelam sumes hanc nouissimam, quæ non tantum taxatur, sicut si nouo impetrasses. nota *Simile*, nam si relinquat curatum, aliud curatum obtinere valebit: vel si duo curata dimittat, itidem alia duo similia, vel si duas reliquit dignitates, duas alias recipere poterit, & intellige quod dimittat cum effectu, alioqui si dicat se verbo dimittere, & aliud accipiat, vacabit primum: ut dictum fuit. capitul. priusquam, xxvij. quæstione prima, quam dimissionem sufficit dispensato probare factam coram ordinario: nisi probet aduersarius eum postea illud dimissum possedisse, & fructus suo nomine recepisse. doct. in capitul. ordinarij, de offic. ordinar. in vj. Et tenebitur dimittere beneficium vel beneficia ante collationem factam ab ordinario aliàs collatio est nulla per text. in cap. ordinar. §. fin. de offic. ordin. secus si collatio fiat à Papa exprimendo alia beneficiatum quod non contineatur in d. cap. ordinarij qui de ordinarij loquitur tum quod Papa non solet contineri in prohibitione à se facta. c. si tibi à veci. de præben. in vj. quia maiore habet potestatem quam concefferit. c. dudum. de præben. in vj. & sic debet intelligi glo. & doctor. in clem. si plures de præben.

Loco dimissi aliud capi. potest non plura.

Poenitentiarius ad duo dispensat, sed non clausula pont. loco dimissis, &c.

Dimissio coram ordinario fieri potest.

Vel dimissi. Reliquit curatum, poterit dignitatem eius loco recipere, vel reliquit seculare, poterit regulare recipere, quæ clausula est magni momenti & vtilitatis: & docto. not. dicto capitul. non potest, de præbend. in vj. vnde cum quidam professus ordinem mendicantium fuisset translatus ad ordinem sancti Benedicti, ac dispensatus ut posset habere beneficium curatum dicti ordinis, quod obtinuit, & demum cum alio permutauit, illud secundum retinere non valuit, quia ad id non erat dispensatus: cum dispensatio sine ista clausula de primo intelligatur, dicto capitulo non potest. Aegid. Bellamera consil. octauo in primo dubio: & dispensatio ut loco dimissi aliud habeat, intelligitur de simili. glo. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & supra dictum fuit: ideo hoc verbum intelligitur etiam de dissimili. vide Fel. consil. iij. dubitatur. Nec intelligitur per hoc dispensatus ut de alio beneficio alterius ordinario.

Dimittens unum beneficium aliud etiam non simile recipere poterit.

Intellige tamen de primo, quod habuit cum effectu: nam si collatum ei fuit beneficium, quod per sententiam amisit, non nocebit quod minus

aliud obtinere possit, quia intelligitur de primo cum effectu. l. j. ff. quod quisque iuris. c. relatum, de cleric. non residen. Ancha. in c. ij. col. j. de filiis presbyter. in vj. per c. hæc autem verba, de poeniten. dist. j. Bal. in c. olim, col. ij. de rescrip. per l. hæc conditio, prima. ff. de conditio. & demonst. Ias. in l. diuortio. §. quod in annos. ff. soluto matrimonio, postea Papa repetit beneficia, vt est videre in bulla, vt eam in titulum recipere possit, vel in commendam: vt in ea continetur, quare eam videas. Et quæ scripsi in l. nomen filiarum. §. fin. de verb. signific.

Commendatarius
nisi poterit fructi-
bus beneficii, sed
non abuti.

Nec non debitis &c. Vult Papa quod licet habens benefici-
cium in commendam dicatur depofi-
tarius. glo. in cap. nemo, de elect. in vj. qui non facit fructus suos. tamen ex
gratia concedit, vt disponere possit de beneficii fructibus cõmendati: vt
in hoc æquiparetur habentibus in titulum, qui disponunt, vel disponere
debent: hæc autem sunt paria disponere, vel disponere debere. argu. l. quod
te, in fi. ff. de reb. cred.

Sed an commendatarius beneficii fructus dissipare possit, Alciatus
hoc concedit in l. pactum curatoris, C. de pactis. hoc tamen non videtur
verum, imò sacrilegium committi, qui bona ecclesiæ dissipat: capitul.
penultimo. & ibi Imol. vlti. not. de pecu. cleric. Panormitanus in c. fina.
col. ij. de pignor. hoc docet Do. Probus in c. nemo deinceps, in addi. ad
Io. Monachum de elect. in vj. & ego prius in interpret. c. postulastis, de
cleric. excomm. minist. in iij. nota. etiam hic tex. dicit debuerunt, vide-
licet, quod hic commendatarius possit disponere de fructibus beneficii,
sicut debet illi, qui in titulum habent, sed his non licet dissipare, multò
minus commendatarij.

Beneficiarius
quomodo de fru-
ctibus beneficii
disponere debeat

Sed quomodo debeant hi disponere? respond. per canones antiquos
episcopi habebant mediam partem, aut tertiam oblationem, quæ fiebant
in ecclesiis, c. de his, & seq. x. q. j. ed quod erant pauperes & boni: verum
tempore succrescente cæperunt augeri bona episcopatum, & ipsi fieri
diuites: non tamen ob hoc meliores. † Ideo statutum in ij. Bracharen.
concilio fuit, vt nullus episcoporum per suam diocesim præter hono-
rem cathedræ suæ, id est duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat,
neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi parochialibus
ecclesiis facta sibi vsurpet, sed ecclesiæ reparationi seruet, & singulis an-
nis ratio episcopo fiat: nam si tertiam partem illam episcopus tollit, lu-
men, & facta tecta abstulit ecclesiæ: verba sunt tex. in c. placuit, x. q. ij. &

Episcopi tertiam
quam olim habe-
bant, reparationi
ni relinquere de-
bent.

idem habes in c. priscis ibidem. † Vbi glo. dicit illam tertiam dari solitam
episcopis, vt onus fabricæ subirent: verum cum hodie multis bonis & di-
uitiis abundant, nil à parochialibus ecclesiis accipere decet, nisi sinoda-
ricum & conscripta in c. conquerente, de offic. ordina. Nempe si possent
episcopi ista recipere, quidam avari deuorarent omnes ecclesias parro-
chiales sui episcopatus, quia ferè deuorant non dicam vnã prouinciam,
verum totum orbem, & adhuc non est satiata damnabilis illorum ambi-
tio; Deus eos videre faciat.

Itaque

6 Itaque bona ecclesiarum hodie in tres debent distribui partes, vt pri-
ma sit clericorum beneficiariorum: secunda pauperum: tertia fabricæ, Bona ecclesiarum
in tres partes di-
uidi debent.
capitulo concessio, & sequen. xij. q. ij. nec valet cõsuetudo, quod sua tertia
non detur pauperibus, c. cognouimus, ibidem: quia hoc est contra bonos
mores: necare enim videtur, qui alimenta denegat, l. necare, ff. de liberis
agnoscendis, &c. Pasce fame morientes quisquis cū pascendo hominem
seruare poteris si non paueris famæ occidisti. Gregor. lib. de officio, & in
c. pasce, lxxxvj. distinct.

7 Quantum verò ad fabricam ecclesiæ valet cõsuetudo, vt parochiani
eam faciant, & reparationes, docet Archidiaconus in d. c. concessio. & Panor.
in c. j. de eccles. ædific. post Innoc. in c. fin. de his quæ fiunt à maior parte,
c. facit, c. de his, de eccles. ædific. & Angel. Claua. in sua summa, in verbo
clericus, iij. sed qui non obtinet iustè beneficium, non facit fructus suos.
c. cum dilectus, de iure patronat. Calder. in reperto. in verb. beneficium
adeptum.

8 Non audeo dicere, quomodo nostra memoria fructus ecclesiarum ex-
ponantur, quandoquidem ex nostris prælatis videmus quosdam, qui to-
tum regnum deuorant, & escas pauperum, vt in vno conuiuio ducentos
aureos expendere non vereantur, & solidum pauperi denegent. alij verò
suos consanguineos ditant, & pauperes tam inhumaniter negligunt, vt mi-
serissima quandoque fame illos mori sinant: qui omnes hæc agentes sunt
fures & homicidæ, ac sacrilegi, & ad restitutionem tenentur, cum non sint
domini, sed tantum administratores. c. ij. de donation. Panorm. in c. cum
secundum, de præben. c. gloria, xij. quæst. ij. c. si quis in atrio. xvij. quæstio-
ne quarta, & mortaliter peccant. cap. donare, cum sequen. lxxxvj. distin-
ctio. Floren. in iij. parte summæ, tit. xv. cap. j. §. fin. tit. xx. cap. secundo. §.
vtrum, Bertrand. consil. cclvij. viso, in secundo volum. ex prima editio. &
hodie multi ex nostris sunt surdi, & cæci. Deus per suam gratiam eos illu-
minare dignetur.

Prælati quod nō
bene ecclesiæ bon-
næ administrēt.

Alienatione tamen penitus interdicta. Edictum est prohibitium
in omnes beneficiarios, ne possint alie-
nare bona beneficiariorum: vt in tit. de reb. eccl. non alienand. quia nudi sunt
administratores & procuratores rerum ecclesiæ. c. ij. de dona. & vsurarij, c.
possessions, vbi gl. de reb. eccl. non alienand. & c. fi. de pecul. clericor.

Alienare bona
ecclesiæ nō pos-
sunt beneficiarij

Intellige de immobilibus ecclesiæ, & de mobilibus pretiosis quæ æqui-
parantur in l. lex quæ tutores, C. de administra. tut. Ioan. Lupus in repe-
tit. c. per vestras. §. xvij. de dona. inter vir. & vxor.

Hic multa de prohibitione alienationis dici possent, & quæ solennitates
in his alienationibus rerum ecclesiæ veniant seruandæ, & quibus casibus non
requiratur: & an valeat cõsuetudo, cum aliis multis, quæ abudè scripsi in
compend. alien. rerum eccles. quam obrem hic repetendum non duxi.

1 **Defectu prædicto** videlicet non obstant. Papa hic narrat illa
quæ possunt obstarè: de his non obstan. scri-
psi in bulla nouæ prouisionis. ad ibi dicta nunc te rejicio, ne repetam to-
tius

Per clausulã mo-
tus proprii nō fit
dispensatio.

ties vnum. † Notandum est, quòd per nonobstan. non fit dispensatio: sed ea que obstant dispositioni tolluntur. Et primò per clausulam motus proprii non dispensatur, sed tollitur tantùm subreptio. c. si motu proprio, de præb. lib. vj. glo. & doct. in cle. si Romanus, illo tit. Sic consuluit Cardin. consil. xcvi. Papa, col. j. xlvj. effectus motus proprii congressi in formam mandati in Concordatis, in glossa motu proprio.

De clausula unà cum obtentis, an inducat dispensationem. Clausula unà cum obtentis conferimus, non inducit dispensationem, super obtentis, sed tollit subreptionem, cap. non potest, de præbendis libro sexto. nisi quoque diceretur, quod vtrunq; valeat retinere: clemen. j. de præb. Speculat. in titul. de lapsis & dispensa. §. dicendum, versic. quid si indulgetur.

Nisi esset ad duo dispensatus, & Papa cõferat illi tertium, vt illud possit unà cū obtentis recipere & retinere, tunc importat dispensationem illius tertij, cū videlicet iam habeat dispensationem de duobus, ergo tria illa retinere poterit: alioqui superflua esset claus. vt doctores scribunt ibi.

Dispensatus unà cū ecclesia sancti Pauli & alià habere, non poterit cum alià istam habere. Animaduerte tamen, quòd dispensatus ad obtinendum ecclesiam sancti Seuerini unà cū ecclesia sancti Pauli, si dimittat ecclesiam sancti Pauli, non poterit retinere cum alia, ecclesiam sancti Seuerini: quia dispensatus est tantùm vt ecclesiam sancti Seuerini retinere valeat cum ecclesia sancti Pauli, non verò cum alia: idè si quis permutet ecclesiam sancti Pauli cum ecclesia sancti Eustachij, ecclesiam sancti Seuerini, non poterit cum ecclesia sancti Eustachij tenere: & aliàs vidi Maximam cõtrouersiam super his: vide doct. in d. c. non potest.

Nota bene. Vnde vidi dispensatum quendam episcopum, vt unà cum suo episcopatu teneret aliqua beneficia, translatus est ad alium episcopatum, nil dicèdo de beneficiis: dixi vacare per suam promotionem ad alium episcopatum, sicut vacassent ante dispensationem capitulum cū in cunctis. §. cū verò, de elect. Et hoc modo vidi multas dispensationes corrui.

Nota bene, quia pauci aduertunt: & hoc potest euenire contra illos, qui omnes abbatias, vel ferè episcopatus habuerunt, & de vno ad alterum transferuntur, sicut iuuenes de vno ludo ad alterum.

Clausula nõ obstante nõ inducit dispensationem. Idem clausula, nonobstan. quòd aliud habeat, cõferimus, vt subreptionem tollat, nullam autem dispensationem inducat, d. c. non potest: ideo iste poterit vltimum tenere, sed vtrunque non: vt docet Felin. in c. nonnulli, col. viij. vers. addatis etiam glo. de rescrip.

Imò etiam non sufficeret claus. in non obit. sed requiritur quòd dispensatio in dispositiuis ponatur, aliàs non prodest. tex. in clemen. j. de præben. Calder. consil. iij. rub. de præb. Rota decis. cclxxx. in antiq. Felin. in c. nonnulli, col. viij. de rescrip.

Per adeptionem secundi quãdo vacat primum. Et sic per adeptionem secundi curati vacat primum: & in dignitatibus & personatibus idem statutum fuit in capitulo de multa, de præbend. Et idem per adoptionem & consecrationem, confirmationem, & acceptationem episcopatus vacant ipso iure beneficia, quæ episcopus habebat antea. d. c. cū in cunctis. §. cū verò, de elect. §. fin. de manda.

Apostol.

10 Apostolic. in concordat. † Idem per adeptionem Abbatia etiam quando beneficia sunt simplicia vniformia: vt vocant doctor. per adeptionem secundi in eadem ecclesia vacat primum, capitul. literas, de concession. præbend. & quando vi secundum adipiscitur. capitul. eum qui, de præbend. in vj.

11 Veruntamen per adeptionem beneficii curati nequaquã vacat episcopatus tex. ad hoc singul. in c. cum nostris, de concess. præb. quia sine Papæ voluntate dimitti non potest. c. quanto, de transf. episcop. c. nisi, de renuncia. idè non vacat episcopatus per adeptionem alterius beneficii curati vel dignitatis, aut abbatia, seu prioratus.

Per adeptionem secundo curati non vacat episcopatus.

12 Aliàs regulariter per adeptionem secundi beneficii simplicis nõ vacat primum ipso iure, etiã si ex statuto, vel consuetudine vtrunq; requireret residentiam: sed is poterit eligere vtrum velit. c. referente, de præb. Panor.

13 & alij in c. extirpanda. §. cui verò, illo tit. † Quia dispositio priuatiua loquens in curatis, & aliis non extenditur ad alia, de quibus non loquitur c. quia nonnulli, de cleri. non residen. vbi Panor. & in c. de multa, de præb. glo. in c. fin. de iure patro.

Impetrans beneficium uacans per adeptionem secundi, quid probare debeat.

14 Et si quis impetret, beneficium eò quòd possessor duo detinet sine dispensatione, oportet quòd impetrans hoc probet, vt asserit Paul. Paris. cõfi. cxxxvij. dico in ista causa, vol. iij. etiã si sit negatiua, secundum eum. Ego contrarium tenerem: quia habens pro se presumptionem non probat, sed onus probandi transfert in aduersarium. l. admonendi, & l. manifesta. ff. de iureiur. sed impetrans habet pro se ius, quod videlicet non licet alicui possidere plura beneficia incompatibilia, c. quia nonnulli, de cleric. non residen. vt supra dixi. ergo qui possidet, oportet quòd probet se dispensatum. c. ordinarij, de offic. ordina. in vj. vt alibi scripsi. fateor tamen quòd impetrans tenetur probare illum duo possidere, si possessor neget: & possessor ipse debet ostendere se dispensatum & hoc iure vtimur, vel vnus dimissionem: vt abundè scripsi in glo. possessa. §. volumus, de col. in concordat. quando illa duo sunt incompatibilia.

Quibus inter alia. *caueri dicitur, &c.* Recitat priuilegia Cluniacen. & Grandimonten. ordinum hoc contentia, videlicet quòd beneficia illorum nullius commendari possint, nisi sacra Rom. ecclesie Cardinalibus.

Priuilegia Cluniacen. & Grandimonten. & quo ad illorum beneficia.

Vel nisi his, qui professi fuerint expressè illorum ordines, de consensu Abbatum illorum Matiscon. & Lemouicen. vel si concedatur aliis, quòd commendatarij teneantur intra certum terminum in statutis illorum expressum assumere habitum, & professionem emittere: aliàs non valeant commendari, & illi commendatarij remoueri possint: hæc omnia latius patent in statutis illorum.

Item Abbas Cluniacen. audiri solet in audientia contradictarum pro toto ordine, & quolibet membro à sua abbacia dependente sine speciali mandato: vt docet Aegid. Bellamera consilio xxxij. pro introductione, columna sexta, versicul. secundò deduco. & idem dicam in aliis curiis

curiis, vt audiri possit pro suis membris, si interesse prætendat, Oldrad. consil. cciiij. j. quæst.

Clausula latissimè extendenda in signatura ponenda & in non obstante.

Ac constitutionibus &c. Vult constitutiones, indulta, ceteraque priuilegia non obstat, etiam si ad verbum de eo esset facienda mentio: nam quoad hoc vult haberi pro sufficienter expressis.

Non omittere, quod si in dispensatione ad regularia in commendam petatur derogatio priuilegiorum, puta Clunia. ordini concessorum, & in signatura dicatur, & cum derogatione priuilegiorum dicto ordini concessorum, nec sit illud verbum latissimè extendenda: tunc in bulla non potuerunt narrari priuilegia, & illis derogari: seu tantum poterit dici non obstat. priuilegiis dicto ordine concessis, quibus derogamus: sed illa derogatio minus sufficiens erit. Ideo sit cautus, vt ista cures in signatura conscribere, quemadmodum supra no. in tract. signat. grat. Item non valet prouisio nisi fiat mentio huius ordinis Cluniacensis. etiam cum clausula generali non obstat. doct. in c. cum ordinem, de rescript. facit c. sacrosanct. de electo.

Dictiones ita, tamen, dummodo, & prouisio æquiparantur.

Prouisio &c. Hæc dictio, & dictio ita, tamen, & dummodo, ferè æquiparantur, & restringunt, ac modificant præcedentia, l. Lucius. §. quæ habebat, & l. ita tamè, ff. ad Treb. Lucas de pœna in l. j. C. de coll. fund. fisc. li. xj. scripsi in gl. ita tamè. §. j. de mada. Apoll. in concordia. & sic Papa dispensare vult, vt hæc incõpatibilia simul à minore teneantur, dummodo ista ecclesiæ debitis non fraudentur obsequiis.

Clausula ut animarum cura non negligatur quæ do apponi debeat.

Secundò ne animarum cura negligatur. cle. j. de præb. soletq; poni hæc clausula in dispensationibus super pluralitate, maximè quando conceditur episcopo, vt possit retinere beneficia cum episcopatu, & quâdo dispensatur cum minore ad curatû, & si dispensetur de non residendo, vel quâdo beneficij curati fit vnio, ac quâdo dispensatur de non promouendo: quibus casibus de stylo curiæ Ro. solet hæc addi clau. vt animarum cura non negligatur.

Tertiò quod si qua alia onera illis incõpatibilibus immineant, quod nullatenus negligantur, sed ipsorum onera supportentur, quod fieri debet, c. de monachis, de præb. c. j. illo titu. in vj. cle. j. de iure patro. scripsi in tract. de congrua por.

Et sic iste minor debet interim habere sacerdotem, qui curæ deseruiat: alioqui non prodesset eidem dispensatio, quia dicit prouisio &c. & hæc videtur esse Papæ mens per istam particulam quæ interdum importat conditionem. glo. & doct. in cle. vt præteritæ, de elect. de Ripa lib. ij. respon. c. ix. princeps, col. j.

Sed aliquâdo facit modum: vt Bar. docet in l. quibus. §. Termilius. ff. de cõdi. & demõst. per l. cum ab eo. ff. de cõtrahen. emp. sed Bal. in c. dudum, ij. col. vj. de elect. dicit non facere conditionem, sed obligare ad sic faciendum: ideoq; stat dispensatio: vt docet glo. in c. non potest, de præb. lib. vj. & do. de Rota decif. ccxxxj. aliàs decif. vni. de condi. apposi. incip. ordinatio, in no. & Dec. consil. cccxxvij. viso casu, nu. 3. idem in claus. dummodo & c. vt docet Speculat. in eod. titu. §. dicendum, versic. sed quid si in indulgentia

ria: & ista clausula respiciunt beneficia quæ perpetuam requirunt residentiam, non vero simplicia: vt consuluit Ancha. consil. xvij. super primo in prin. Alia multa ponderaui in bulla nouæ prouisionis, ided hæc sistam ratem, alia vtilia percurrens.

De dispensatione super defectu natalium.

1



I D E A M V S de dispensatione super defectu natalium vt vocant pragmatici Curie Roma. certum est Dominum prohibuisse, ne de scorto natus reciperetur, & ne in ecclesia ministraret. Deuteron. xxij. cap. *Non ingreditur manzer, hoc est, de scorto natus in ecclesiam domini usque ad decimam generationem.* cap. innotuit, de elect. c. per venerabilem, in fi. qui fi. sint legit. declaratur in c. nisi cum pridem, de renunciat. sic quod in illis, qui paterna vitia non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ inducent summum Pontificem ad dispensandum, si morum honestas eos commendabiles reddat. c. presbyterorum. l. vj. distict. nam vndeunque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, honesti & salui erunt. c. vndeunque, ibidem: & nunquam de vitiis erubescamus parentum, sed illud vnum quæramus. Semper amplectamur virtutem, non est omninò nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus.

Natus de meretrice non debet in ecclesia recipi.

2

Nemo verò inde aut obscurus, aut clarus est. imò etiam vt consideratiùs aliquid dicamus, aut expressiùs, nescio quomodo magis ille respicietur, qui ex parentibus natus à virtutibus prorsus alienus, quam ipse qui fuit Dei virtute mirabilis. Sunt verba Ioan. Chrysostr. in cap. nunquam. l. vj. distinctione.

De vitijs parentum non est qui vituperandus.

3

Verum ne iniuria tales prohibiti fuisse videantur, huius prohibitionis causa triplex assignari potest. prima est dignitas & excellentia clericalis, & sacramentorum, quæ turpibus & infamibus committi non debet. c. inter, de excessib. præla. & regu. infamibus. de regul. iur. in vj. l. neque famosis. C. de dignita. lib. xij.

Rationes prohibitionis bastardi ne ingrediatur ecclesia ad ministrandi gratia.

4

Secunda ratio est in detestationem criminis paterni, quod plerunque detestatur in filiis, vt puniantur temporaliter. c. quæro, cum seq. vj. q. j. & l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. c. vergentis, de hæretic. & ne diffametur ecclesia. Card. in c. præsentium, de filiis presbyter.

5

Tertia est ratio incontinentiæ paternæ: solent enim filij vitia parentum sæpiùs sequi. c. si gens Anglorum. l. vj. distict. & dicitur, Sæpe solet similis filius esse patri. gloss. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edic. Gofred. in summa, de filiis presbyter. Et quia iure præsumitur is, incontinentens, cuius pater fuit. c. j. & c. si gens. ibi libidine furentes. l. vj. distict. Io. Andr. in regu. semel, de regul. iur. in vj. refert Alciat. in tract. præsum. in regu. j. versic. vigesimoquarto. & sicut incontinentia vxoris labefactat virum. c. in conuicio. xxxij. q. j. & c. si cuius. xxxij. dist. sic & multò fortius:

Filij vitia parentum sequi solent.

incontinētia patris maculabit filium: vt Gofred. asserit in d. summa. † Sex 6
item rationes asserit Præpos. in c. presbyterorum. lvi. distinct. igitur istarum
aliqua ratione cessante, nō cessabit vtiq; prohibitio. §. affinitatis. de nupt.
in insti. quamobrem opus erit dispensatione.

*Bastardi ad or-
dines prohibiti.*

Et his itaque reperio multas à iure postea factas prohibitiones: prima 7
quoad ordines: quia postquā Dominus prohibuit illis ingredi ecclesiam,
per quandam consequentiam, ordines quoq; denegauit eis, nec non pri-
mam tonsuram. c. j. & per totum, de filiis presbyter.

*Episcopus dispē-
sat super tonsu-
ra & beneficio
simplici.*

Tamen poterit naturalis ex Episcopi dispensatione primā tonsuram, 8
& ordines minores sumere, ac beneficiū simplex obtinere. c. j. de fil. pres-
byt. in vj. sed non maiores ordines sine Papæ dispensatione. c. j. eod. tit.

Cæterum requiritur, quod Episcopus ante collationem beneficij, vel 9
tonsuræ dispenset cum hoc illegitimo, aliās non valebit actus, nec con-
ferendo videtur dispensare. doct. in d. c. j. quod secus esset in Papa nisi Epi-
scopus hoc sciuerit. Perus. ibidem contra alios: sed prima communis est,
& tenenda.

*Ad curatum vel
præbendam ec-
clesia cathedralis
Episcopus cum
illegitimo non
dispensat.*

Episcopus tamen non potest dispensare ad curatum, vel ad dignita- 10
tem, nec quidem vt hic præbendam in ecclesia cathedrali obtineat. de
Rot. decis. ij. voluerunt. de fil. presbyt. in nou. & decis. j. nota quod secun-
dum. de fil. presbyt. in antiq. glo. in §. item censuit, in ver. Cathedralibus,
de colla. in prag. quamuis Archid. videatur tenere contra in d. c. j. & Old.
consil. ccxv. puncta, & Ias. consil. ciiij. in j. vol. ac Ioan. de Selua in tract. de
benefic. in iij. parte. q. xvj.

Ego autem annuerem primæ sententiæ, per tex. in d. c. j. ibi: & obtinere 11
beneficium, cui cura non imminet animarum, dummodò sit tale, super
quo per ipsum Episcopum valeat dispensari: ergo Episcopus nec in omni-
bus quidem simplicibus valet dispensare, videlicet in canonicis. lxx.
distinct. c. sanctorum.

Imò Episcopus in nullo simplici dispensat, in quo pater antea mini- 12
strauerit, teste Staphil. in tract. de liter. grat. tit. de qual. & statu benefi-
verfic. primò quod sit illegitimus, & ita seruat stylus Curie Romanæ,
vt Episcopus nullo modo in præbendis Cathedralis ecclesiæ dispenset
cum illegitimo, propter honorem & præminentiam illius ecclesiæ. cap.
quamuis, de præbend.

*Illegitimus ad or-
dines promotus
sine dispensatio-
nem non est irre-
gularis.*

Adde etiam quod si illegitimus fuerit ad sacros ordines promotus 13
sine dispensatione, & demum celebrauerit, non tamen efficitur irregula-
ris: quia hoc non est iure cautum, licet peccet celebrando. docto. in cap.
fina. de cleric. excommunic. ministra. Specul. in tit. de lapsis & dispen-
sa: §. iuxta.

Vnde in bulla, quam hic illegitimus impetrabit, oportet quod faciat 14
mentionem de defectu natalium, & quod eo non obstante assumpsit
maiores ordines: sed de irregularitate quam non incurrit, non est opus
facere mentionem. doctores in capitul. j. de re iudica. libr. vj. & ita seruat
stylus Curie Roma. vt asserit Præpos. in capitul. Apostolica. lvi. distinct.

Secun

15 Secunda prohibitio generalior est, ne beneficium vel beneficia ha- <sup>Illegitimus bene-
ficia habere pro-
hibetur.</sup>
beant in ecclesia, tanquam beneficiarij. dict. cap. j. de filiis presbyter. &
per totum in decretal. & in vj. vnde si illegitimus impetrauerit benefi-
cium, non valet impetratio, nisi facta mentione defectus natalium: cap.
ij. illo tit. in vj.

16 Siue beneficia conferantur eiusdem in titulum, siue in commendam:
imò si pater cedat commendæ, non tamen illa poterit conferri filio suo
bastardo: vel si resignet titulum beneficij, illegitimus, filius illud nullo
modo potest habere: siue pater cedat, siue alius nomine suo: quia Com-
menda in hoc regno non differt à titulo: vt plenè docui supra tracta. de
commenda.

17 Veruntamen si media persona habuerit illud beneficium in com-
mendam, vel in titulum, purgatum erit vitium, quicquid in contrarium
doct. dicant de commenda. Et ita seruetur in regno, vt naturalis dispen-
satus ad beneficia, possit habere beneficium, etiam si pater ministraverit
mediatè.

18 Prohibentur etiam ad dignitates ecclesiasticas, & personatus sine di-
spensatione Apostolica promoueri. c. fin. eo. tit. Ad dignitates verò tem-
porales aliis deficientibus recipi poterunt. l. Spurius. ff. de decurio. l. vt gra-
datim. §. j. de muner. & honor.

19 Tertia prohibitio est iuris canonici, per quam illegitimus, sed nec qui- <sup>Beneficium in quo
pater ministrat
uit, filius etiam
legitimus obtine-
re prohibetur.</sup>
dem legitimus potest habere beneficium, in quo pater fuit præfectus si-
ue (vt dicunt) proximè ministravit. c. ad extirpandas, de filiis presbyter.
Præpos. in summa. lvi. dist. in fi. c. ex parte A, de testib.

20 Ne scilicet beneficia iure cohæreditario, & sanguinis concedi videan- <sup>Beneficia iure
hæreditario non
deseruntur.</sup>
tur. c. ex transmissa, & c. conquerente, de filiis presbyter. c. j. de præb. licet
quidam instanter petant eo prætextu beneficium conferri, quod plures
de eorum familia illud habuerunt: quæ ratio potius inducit ad eos re-
pellendum, ne successio procedat in beneficiis. c. venerabilem, circa fin.
vers. in super, de elec. vbi Pan. quem sequitur Dec. in c. inter, no. ij. de rescr.
vnde scribit Gratia. in c. Apostolica. viij. q. j. his verbis, Apostolica auto-
ritate prohibemus, ne quis ecclesias & præbendas, præposituras, capel-
lanias, aut reliqua ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vindicare
aut exposulare: quòd si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præ-
sumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulasti carebit.

21 Limitatur nisi pater ministraverit ibidem solùm de facto. c. constitutus,
ibidem, vel vt conductor, & sic nomine alieno. arg. l. quæsitum, ff. de in ius
vocand. c. constitutus, eodem.

22 Vel nisi purgatum fuerit vitium: vtpote quia facta fuit collatio post <sup>Purgatum quando
cessatur vitium.</sup>
dimissionem patris extraneo, qui demum extraneus postea resignauit
filio: tunc quia illud vitium purgatum fuit per mediam personam, non
erit opus dispensatione, dum aliàs sit legitimus. Intellige præfatus ex-
traneus adeptus fuerit possessionem, & ministraverit. dicto capitul. ad
extirpandas.

M ij

Secus si statim resignauerit: fieret enim fraus, vt simulat que resignatio 23
facta esset in fauorem extranei, ipse statim in fauorem filij aut nepotis re-
signaret, quod est reprobatur, ne fiat fraus nominis, seu personæ ad per-
sonam, regu. fraus, de regul. iur. in vj. & sic censuit Senatus Parisien. pro
do. de Rochebaron, contra filium episcopi Annicien.

Arestum.

*Bastardi nunquã
beneficia quæ pa-
rētes obtinuerāt,
habere possunt.*

Hodie verò per declarationem Clementis vij. anno incarnationis do 24
minicæ 1533. nonas Junij Pontificatus sui anno vij. cautum est, ne vllò vn-
quam tempore bastardi habeant beneficia ecclesiarum, in quibus pater
præfectus fuit: nec valeat dispensatio in contrariū, eò quòd non sine tur-
pitudine est, vt filius post patrem ministret: & turpitudine patris ibi reuela-
tur: ob id nisi fiat mentio huius declarationis Clem. vel per æquipollens
non valebit dispensatio: quod est notandum.

*Nepos nō potest
habere beneficiū
in quo auus mi-
nistravit.*

Idem in nepote, qui non potest habere beneficium, in quo ministravit 25
auus. glo. in c. ad extirpandas, eo. & c. presbyterorum, lxxxvj. distinct. vbi
Cardinal. & in c. Apostolica, vbi & Archidiaconus. vij. q. j. Panor. & alij in c. ij.
de arbitr. & in c. accedēs, de accusa. Bened. in reper. c. Raynutius, in verb.
& vxorem. nu. 693. de testam.

Licet quidam dicant eum posse præfici, quandiu pater viuit, secus si 26
fuerit mortuus, cum tunc nepos ingrediatur locum patris, & sic tanquam
filius reputatur. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. ego indistinctè putarem lo-
cum esse prohibitioni, siue pater viuat, siue non: quia filij appellatione
venit nepos. l. liberorum. ff. de verb. signifi. & sic fieret legi fraus: nam qui
non posset dare filio, nepoti concederet. Adhæc eadem ratio procedit in
nepote, quæ in filio, siue pater superstes sit aut mortuus: quia semper vi-
detur successio, & l. Gallus, in hoc locum non habet.

Amplia etiam in nepote legitimo descendente ex spurio, vel spuria vt 27
loquitur d. c. ad extirpādes, de fil. presbyt. vt etiam in prohibitione con-
tineatur. & ita censuit Senatus Tholosa contra nepotem ex filia spuria
Rogerij le mestre, pro do. Ioan. de nuptiis, anno 1534. & pronunciatum in
vigilia Pentecostes.

Arestum.

Et sic nepos quamuis legitimus non potest recipi ad beneficium, in 28
quo auus ministravit, potest tamen sumere ordines, & habere alia bene-
ficia non obstante macula patris: vt docet tex. in c. dominus, & Præpos. in
c. presbyterorum. lvj. distinct. nec non succedere, & alios actus exercere,
dum aliud canonicum non obsistat: vt in simili dicit tex. in c. vno de ætate
& qualitat. in vj.

*Pater filij bene-
ficiū habere
potest.*

Non prohibetur tamē pater habere beneficiū filij, scilicet in quo filius 29
ministravit, tum quòd hoc non inueniatur expressè prohibitū, tum etiam
quia odiosum est, ergo potius restringendum, l. cum quidam. ff. de liber. &
posthu. cui dici potest, ordine turbato succedis Bulgare nato. gl. in l. nam
& si parentibus. ff. de inof. testa. & quia hoc etiam rarū est, vt filij thesauri-
zēt parentibus, & eis beneficia resignarēt. † Nepos etiam, quem vulga- 30
riter nuncupamus patru, vel auunculi nō prohibetur habere beneficium
sui patri vel auunculi: c. ex parte j. de offic. deleg. & d. c. ij. vbi Pan. de arbi.

*Nepos patru,
vel auunculi nō
prohibetur bene-
ficiū obtinere.*

Verum

31 Verum si dispensetur cum filio vt possit præfici in ecclesia, in qua pa-
ter ministravit, solet in signatura inscribi, dummodò simul non mini-
strent, propter decorem domus Dei. d. c. cum decorem, eo. & hoc docet
Staphil. in tract. de liter. gratiæ, tit. de qualitat. & statu benefic. versic. pri-
mò, quòd sit.

*Clausula dispen-
dummodo simul
non ministrent.*

32 Nullus præterea legatus dispensare potest, vt filius etiam legitimus ha-
beat illud beneficium, in quo pater ministravit: vt decidit tex. in cap. di-
lectus, de fil. presby. nisi Papa hoc ei expressim concesserit.

*Legatus non di-
spensat, ut filius
ecclesiam, in qua
pater ministra-
uit, habeat.*

33 Quarta prohibitio est, vt filius nedū prohibeatur obtinere ecclesiam,
in qua pater ministravit proximè, sed etiam illam, in qua præfectus est pa-
ter, vtpote quia Episcopus c. adhæc, de fil. presby.

34 Idem si pater esset curatus, & filius vellet esse vicarius perpetuus. cap.
conquerente. c. ad extirpandas, de fil. presby.

*Filius in eccle-
sia, in qua pater
est præfectus, an
beneficium habe-
re possit.*

35 Etiam si filius non habeat ministrare, ideo non poterit habere cano-
nicatum, vbi pater est Episcopus, vel vbi aliud beneficium obtinet. Anto.
& alij in d. c. ex transmissa, ibidem.

36 Si verò sint dissimilia beneficia poterit. cap. adhæc. ibidem. Et asserunt
quidam hanc prohibitionem procedere tantum in illegitimis. indecorum
enim est, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret. c.
cum decorem, eod. & hoc est sine dubitatione.

37 Sed & in legitimo idem dicit gl. in c. ad abolendam, ibidem per illum
tex. ibi, ne canonicorum filij maximè spurij canonici fiant. Ego putarem
hanc prohibitionem tantum habere locum in illegitimis, per rationem
superius dictam, quia scandalum præbet filius spurius, quando cum pa-
tre ministrat, quod non facit filius legitimus: & ad hoc est tex. in d. c. ad-
hæc & huius est sententiæ Calderi. consil. j. eo. tit. quem refert & sequitur
Dec. in c. inter. ij. no. de rescrip.

38 Nec refragatur c. ad abolendam, ibi, maximè spurij: quia ex canoni-
cis filij possunt oriri in duplici differentia. primò naturales tantum, si ca-
nonicus nondum sacris initiatus sit, & progenuerit ex soluta: si verò sa-
cerdos fuerit, tunc natus ex eo spurius est. c. nisi, de renuncia. igitur vult
tex. filios canonicorum non posse canonicos esse, nec præfici in eccle-
sia, in qua pater est canonicus, quia sunt illegitimi, & maximè sint spurij.
id est geniti à patre presbytero.

*Canonici filios
dupliciter habere
possunt.*

39 Sed concilium non ideo vult prohibere, quin legitimi filij possint esse
canonici in ea ecclesia, in qua pater est canonicus, vel episcopus. & sic
puto intelligenda ista iura quamuis doct. valde super his dubitent, & ista
opinio de consuetudine seruatur, vt nusquam viderim à legitimo peti di-
spensationem obtinendi canonicatum in ecclesia, in qua pater legitimus
habet. de Ripa in d. c. inter, in iij. no. de rescrip.

40 Quinta, genitus illicitè cum vxore propria, videlicet post votū vtrius-
que emissum, cum sit bastardus, debet hoc in impetratione exprimere,
videlicet quod sit genitus & procreatus ex legitimo matrimonio quidē,
sed pater & mater ingressi fuerant religionem, & postea ex congressu

*Genitus illicitè
cum uxore cen-
setur illegitimus.*

fuit genitus. hoc dicit glo. in c. ministri. lxxxj. distin. & in c. cum multæ. xij. q. ij. doctores in c. literas, de filiis presbyter.

Si verò natus sit licite, utpote ab uxore, quæ maritum suum ignorabat esse sacerdotem, tunc illius bona fides excusat, ut faciat hunc filium legitimum. c. cum inhibito, de clandest. despon. c. ij. & c. ex tenore, qui filij sint legi. quamobrem tunc ille nulla indiget dispensatione, cum verè sit legitimus propter bonam fidem matris.

Sacerdotis filius sufficit, quod q̄s probetur.

Veruntamen si probauerim aliquem esse filium sacerdotis, sufficit ad transferendum in eum onus probandi, se fuisse progenitum ante sacerdotium, aut bona fide matris. c. inter cæteras, de rescrip. quæ bona fides præsumitur, quando publicè matrimonium est celebratum. l. fin. vbi doct. de ritu nup. vel quando vocatis amicis contractum fuit. Panor. & alij in c. ij. qui filij sint legiti.

Et de his omnibus & singulis prohibitionibus, si locus eis sit, opus est in dispensationibus facere mentionem, alioquin subreptitia erit impetratio, nec non si loco plurium vnà tantum inferatur, doct. in c. ij. eo. tit.

Dispensatur cū bastardis & à iure, & ab homine

Item duobus modis cum his dispensatur à iure & ab homine. A iure inquam, si illegitimus ingrediatur religionem. c. j. eo. quia religionis ingressus omnem abstergit maculam. c. non liceat. xix. q. vlti. ut inferius dicitur abundantius. Ab homine dispensatur videlicet à Papa ad omnia, ab episcopo in beneficio simplici, & ad minores. c. j. eo. tit. lib. vj. ut superius dictum fuit. † Nec quidem legatus dispensare ad dignitates & curata, nec ad maiores ordines poterit, per tex. iuncta glo. in d. c. j. in fi. eo. & Paris. consi. cxxxvj. stante, in nu. 26. in iij. vol. nisi à Papa hoc ei speciatim concessum fuerit.

Causæ dispensationum in illegitimis.

Verum quia superius dictum fuit dispensationem sine causa factam non valere, dubium esse potest, quæ causæ legitimæ dispensandi sint in his naturalibus? Respond. tex. in c. innotuit, de elect. his verbis. multa in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ: unde in dispensationibus istorum hæc dici solent.

Dispensare oportet cum illegitimis ad consuram & ad ordines.

Ex prædictis apparet quòd circa illegitimos multiplex dispensatio concedi solet. Primò ut tonsuram, & ordines sacros assumere possint: quod est eisdem communiter à iure prohibitum. c. cum in cunctis, de elect. & c. j. & per totum de filiis presbyt. c. per venerabilem, in fi. qui filij sint legit. quo casu si Papa dispense simpliciter, ut ordines sumere possit intelligitur de minoribus, non de maioribus. arg. c. lector. xxxiiij. distin. siquidem odiosa est dispensatio: quamobrem non extendenda. reg. odia, de reg. iur. & superius scripsi in effectu dispensationis. & hoc docet Specul. in eo. tit. §. postremo, versic. quid si dispensatum est.

Dispensandū cū illegitimo ad beneficium.

Secundò hic dispensatus ad ordines etiā sacros, non censetur dispensatus ut beneficium habeat, quia diuersa sunt. c. j. eo. lib. vj. & quia dispensatio non extenditur, ut superius dixi; nempe illegitimus non est capax etiam pensionis ecclesiasticæ, quæ prouenit ex beneficio, c. extirpandæ, in fi. & ibi do. de

do. de præb. Hiero. Gigas in tract. pens. q. xvj. & quia loco beneficij habetur c. ad audientiam. ij. de rescrip. & fructus pars rei habentur. l. fructus. ff.

de rei vend. † Quinimò dispensatus ad beneficia etiam quæcunque generaliter non tamen censetur dispensatus ad pensionem, nempe quia hoc est odiosum, nec extendendum. c. quamuis, & cui de non sacerdotali, de præb. lib. vj. Felin. in cap. ad audientiam. ij. de rescript. Gigas d. q. xvij. & seq. sed fortè contrarium est verum, ut alibi dicam.

Dispensatus ad beneficium non censetur dispensatus ad pensionem.

Tertiò, illegitimus dispensatus ad vnum non censetur ad plura dispensatus, etiam simplicia beneficia: c. fi. eod. tit. in vj.

Quartò, dispensatus illegitimus simpliciter, ut possit habere beneficium non poterit habere curatum. d. c. j. quia maior idoneitas in illis requiritur c. cum in illis, de præb. in vj. ideo oportet exprimere in dispensatione & præbendas ac canonicatus in ecclesia cathed. c. quamuis. j. de præb. in vj.

Dispensatus ad unum beneficium plura non poterit habere, nec unum curatum & dignitatem.

Quintò, est exprimendum, quòd etiam dignitates habere possit, aliàs dispensatio non extenditur ad eas: ut doc. asserunt. in c. fi. eo. tit. in vj. & superius dictum fuit: imò etiam si fuerit expressum quòd dignitates obtinere possit, adhuc non poterit obtinere dignitates curatas, per d. c. cum in illis. ideo hoc quoque exprimendum erit in dispensatione. † Sextò, personatus, officia & parrochiales ecclesiæ debent exprimi, quemadmodum supra dixi prosequendo bullam dispensationis. † Septimò, dignitates maiores in eccles. post pontificalem & principales in eccle. collegiatis. c. fi. de præb.

Octauò, quòd obtinere possit in illa ecclesia, in qua pater ministravit exprimendum est, vel si pater est ibidè præfectus, aut canonicus. c. pen. eo.

Nonò, si concedatur dispensatio illegitimo seculari, intelligitur ad secularia pro qualitate personæ. l. plenum. §. æquitij, ff. de vsu & habit. unde si regularia velit obtinere, requiritur expressio in dispensatione, & contra, cum hoc de iure non possit. c. super eo. de regular. Ioan. And. in regul. quæ à iure, de regul. iur. in vj. in Mercu. Barba. in c. possessiones, de reb. eccles. non alienand. c. cum de beneficio, de præb. lib. vj.

Illegitimus secularis ad beneficia dispensatus ad secularia intelligitur.

Decimò, si duo velit in eadem ecclesia, & ut dicunt, sub eodem teo obtinere, debet exprimi: aliàs non licebit habere duo in eadem ecclesia. c. literas, de concess. præb.

Vndecimò, si quod habeat beneficium, illud est exprimendum. c. si proponere, & c. ad aures, ac c. cum adeo, de rescrip. c. non potest, de præb. in vj.

Duodecimò, in secunda dispensatione debet facere mentionem primæ. c. ij. de filiis presbyter. in vj. sed non tenetur in impetratione beneficij facere mentionem dispensationis super pluralitate. c. non potest. de Rota decif. cclxxx. in antiq. Ias. in l. nec damnosa. C. de precib. Impe. offe.

Vltimò debent ista narrari in dispensatione, nec sufficeret in non obstante hoc inferere, vel in executiuis, per textum in clementi. prima de præbend. Calderi. consilio iij. illo titulo, vel suppletes omnes defectus, & quos defectus tollere videatur, plenè scribit Præposi. in capitulo Cænonanensem, col. j. lvi. distin. non enim communiter videtur Papa tacitos defectus tollere, quos videlicet ignorat, cap. j. de constit. in vj. Aegid.

Requisita in dispensatione illegitimi ut exprimantur.

414 De dispensatione super defectu natalium.

Bellamera consil. xxxij. pro introductione, columna penultima, versic. ad quartum.

Qualitatis spurietatis exprimenda. Adhæc qualitates spurietatis veniunt in dispensatione exprimendæ, 61 alioqui legitimatio vel dispensatio nulla est: vt habet decis. Rotæ titul. qui filij sint legit. & plenè Feli. in c. postulasti, col. iij. & seq. de rescript. c. innotuit, de elect. & diceret in iij. parte, infra in materia legitima. in rescript. mistis.

Si tamen in prima legitimatio & dispensatione qualitates omnes 62 quis expresserit, & postea factus habilis impetret beneficium, sufficit dicere se pati defectum natalium, licet qualitates alias non expresserit: nam hæc vltima impetratio non est nisi executio primæ dispensationis: quam obrem ad illam se referre debet argument. l. si defensor, §. j. ff. de interrogat. action.

Illegitimus impetrans unum beneficium non tenetur facere mentionem de dispensatione ad plura. Quinimò si legitimus dispensatus ad beneficium curatum vnum impetrauerit, non facta mentione dispensationis ad plura, valebit impetratio: sicut asserunt dom. de Rota decis. cclxxx. in antiq. & Hiero. Gigas in tract. de pensio. q. xx.

Idem dicunt doct. in licentia data ad resignandum, quandoquidem 64 exigua est gratia: nec difficilior redditur Papa: quam obrem non alia requiritur spurietatis expressio: sed hodie nec solet licentia peti, aut concedi. doct. in clem. vna, de renuncia.

Qualitatis spurietatis quando non sit exprimenda. Item si quis impetret facultatem recipiendi fructus in absentia gratia 65 studij, non est necesse spurietatis qualitates exprimere. nam omnibus studere volentibus concedi solet. c. cum ex eo, de elect. in vj. hodie quoque hæc facultas non impetratur, cum iure communi concedatur. c. vno, de cleric. non residen. in vj. c. licet, de præb. nam frustra impetratur quod iure communi conceditur. l. j. C. de Thesaur. lib. x. & concessa dispensatione non residendi fructus recipi possunt. c. licet, vbi doct. de præb.

Religionis ingressus illegitimus sit legitimus, & adque. Addendum est, quod illegitimus per ingressum religionis, & profes- 66 sionem fit legitimus quoad ordines, vt sine alia dispensatione promoueri possit, c. presbyterum. l. vj. distinct. cap. j. de filiis presbyter. Archid. in c. fin. ibidem, lib. vj. Oldrad. consil. ccxv. puncta. Ad ordines inquam, tam maiores, quam minores, d. c. j. gl. in c. ij. de aposta. sicut olim quoad successiones datus curiæ legitimus fiebat. §. quibus, de hæredit. quæ ab intesta. defer. l. eos, C. de his qui sponte public. muner. subeunt. lib. x. quia religio maculam omnem abstergit, tex. in prin. authen. de monach. collat. j. quia est in virtutibus perfectus: ideo alia non requiritur perfectio. gl. in c. quantumlibet, xxxvij. distinct. c. non liceat. xix. q. vlt. alioqui esset contra intentionem ingredientis religionem, quæ est, vel esse debet, vt Deo seruiat. & tamen hoc facere non posset.

Illegitimus factus monachus non est habilis ad episcopatus & dignitates maiores nec ad curata. Verum iste monachus factus non censetur habilis ad obtinendum e- 67 piscopatam, nec alias dignitates minores vel maiores, non abbatiam sui monasterij, nec curata beneficia, nisi accedente Papæ dispensatione. d. c. j. & fin. eo. & ibi doc. quia d. c. j. id prohibens, est text. concilij, contra quod non

De dispensatione super defectu natalium. 415

non potest episcopus dispensare, per gl. in c. cum dilectus, de elect.

68 Imò nec quidem simplicia beneficia secularia, cum sit regularis obtinere poterit, etiam ex episcopi dispensatione. d. c. super eo, de regula. c. monachus. c. si cupis, & c. placuit. xvj. q. j. sed manualia non curata sic. c. j. & c. proposuit, eo. vbi no. & in cl. j. de supplen. negligens. præla. Ioan. And. in regul. quæ à iure, in fi. de reg. iur. li. vj. in Mercurial. quia per hoc non infringitur stabilitas claustrum, cum ibi monachus maneat vt obedientiaris, ad abbatis nutum reuocandus ad claustrum. Secus esset in beneficiis aliis secularibus: & hoc plenè docet Præpos. in summa. l. vj. dist. Abundè Ludouic. Rom. in interpretatione authen. similiter in 7. speciali causæ pie

69 circa vltimas c. ad leg. fal. † Etiam hic religiosus impetrando beneficium renetur facere mentionem de defectu natalium: vt videtur consulere Per. Parisi. consil. xliij. pro d. Hieronymo, col. j. in iij. vol. cum non sit omninò integer per ingressum religionis. *Illegitimus factus monachus tenetur in impetrationibus facere mentionem de defectu natalium.*

70 Et an episcopus dispensare possit illegitimum ad pensionem, Hiero. Gigas in tract. de pensio. q. xvij. dicit posse in illis casibus quibus potest imponere: tamen de consuetudine generari regni episcopi nullam imponunt pensionem in consequens, nec super hac pensione dispensare valent. Et ita seruetur in forensi iudicio: licet fortè de iure esset cõrarium. *Episcopi cum illegitimus ad pensionem non dispensant.*

71 Præterea non tollitur per ingressum religionis irregularitas ex delicto, & culpa illegitimi proueniens, vt si fuerit homicida: tum verò maxime quando religionem ingreditur propter crimen. gl. in cap. hoc nequam. vij. q. j. secus in illa, quæ venit ex macula folius illegitimitatis absque sua culpa: vt ea quæ prodit ex delicto patris. gl. & doct. in c. cum deputati, de iudic. & doct. in c. ij. de aposta. Præpos. in sua summa l. vj. distinct. glo. & doct. in c. j. & fi. de eo qui furtiuè ordi. recepit. *Irregularitas ex delicto proueniens non tollitur per ingressum religionis.*

72 Nisi quoad actus temporales: vnde ille qui num poterat esse testis, quia periurus, vel furti condemnatus, si religionem professus fuerit, testificari poterit: ingressus enim iste purgavit maculam quoad temporalia: vt not. gl. & Pan. & Fel. in d. cap. cum deputati, & in c. testimonium, de testibus.

73 † Qui verò sint irregulares, & quotuplex est irregularitas, tract. Specul. in tit. de lapsis & dispensa. & Soc. in repe. c. ad audientiam, de homicid.

74 Vidi dubitari de illegitimo seculari dispensato ad quæcūque beneficia qualiacūque, & c. qui de mū ingressus est religionem cõfertur eidem prioratus regularis, an possit vi dispensationis illū obtinere: videbatur nõ posse, quia secūdū qualitatē personæ tēpore dispensationis videbatur solū ei prouidentum, & sic de seculari, cum id temporis secularis esset. arg. l. si nõ fortem. §. libertus: vbi Iaf. ff. de cõdi. indeb. l. plenum. §. æquitij, de vsu & habita. *Dispensatus secularis an post religionis ingressum regularia habere possit.*

75 Contrarius est verius, quia dispensatio ista generalis erat, per quam factus erat capax, & inclusum erat quodcunque beneficium: vt si factus sit religiosus: possit ei conferri prioratus regularis, pro qualitate suæ personæ: & attendi debet tempus vacationis, per c. ei cui, de præbend. lib. vj. c. si eo tempore, de rescrip. ibidem. facit l. fi. C. de test. mili. † Idem dixi in minore, qui nominationes impetravit, & ac curata, & ad non curata: qui si fuerit

fuerit maior tempore vocationis beneficij curati, vt illud acceptare possit, in tract. nomina. q. ix. nu. 51. & seq. vbi alia adduxi.

Comendam Papa concedit. Quāuis dispēfatio cōcessa saeculari ad quācūq; nō faciat eundē habitū ad regularia in cōmendā retinēda, quādiu saecularis remanet: ne duplex cōcurrat dispēfatio, videlicet super defectu nataliū, & super qualitate beneficiorum: quod esset absurdum, nisi fuerit expressum: vt suprā dixi. Sed hoc casu poterit commēdam Papa concedere, non verò ordinarius.

Commenda non continent dispensationem in illegitimo. Imò quando prouidetur patienti defectum natalium, etiam per commendam, secum debet dispensari, vt non obstante dicto natalium defectu, beneficium illud commendatum recipere, licetque retinere possit: & hoc est de stylo curiæ Roma.

Vacatis beneficiis quando ab ordinario conferri non possit. Nota casum singularē, in quo licet collatio beneficij facta illegitimo ab ordinario non valeat: tamē si ille sacros ordines promotus fuerit ante collationē, & postea spoliatur beneficio, restituetur, & iure recipiet fructus, cū altari seruiat. c. veniens, & seq. de fil. presby. c. cū secūdū, de præb. retinerēq; potest illud in odiū ordinarij, qui illū ordinavit, & illi cōtulit, ne cogatur mendicare in opprobriū totius cleri. c. diaconi. v. in xcij. dist.

Ideo non licebit ordinario, qui cōtulit illud alteri cōferre, licet vacet, 80 sed Papa poterit impetrari. arg. tex. in c. si tibi absentis, de præb. in vj. vnde cū hīc bastardus coloratā habuerit possessionē, fecit fructus suos, nec ob hoc factus est inhabilis, nec eget rehabilitatiōe quoad fructus perceptos.

Illegitimus dispensatus ad unā non poterit illud permutare, et aliud loco illius habere. Imò si hīc illegitimus fuerit ad vnum dispensatus, & postea illud permutauit eum secūdū, nō poterit secūdū retinere, c. nō potest, de præb. in vj. si tamē secūdi fructus receperit, nō tamē efficitur inhabilis, quia iuris autoritate recipit, cum Deo seruiat. c. veniēs, eo. idē nō eget rehabilitatione.

Tamen si iste fuerit dispensatus ad vnū, & illi collatum fuit vnum beneficium, super quo longo tēpore litigauit, nunc cōponit pensione data, an illam pensionem retinere possit? Resp. posse, quia nunquam obtinuit beneficium pacificum: ideo hęc pensio vicem habet beneficij, ad quod erat dispensatus. † Si verò beneficium obtinuisset pacificè, & cum effectu, 83 & postea vellet pensionem habere, vel aliud beneficium, non posset, intelligitur enim de primo. d. c. non potest, de præb. in vj. nisi adesset clausula, loco dimissi, & c. quam declaravi superius in bulla dispensationis.

Bulla dispensationis nō expeditur simul cū bulla protonotariatus. Dispensatio duo vel tria per cācellariam vix solet expediri simul cum creatione protonotariatus, sed cum duabus bullis sic, nam taxæ diuersæ sunt: namque taxa protonotariatus solet dari camerario, taxa verò dispensationum vicecancellario, & ita solent ex stylo curiæ Ro. duo fieri diplomata: † Sed tamen nullam taxam à me quisquā protonotariatus recepit: quia proprio motu, & gratis atque ex animo hoc mihi Reueren. do. concessisti cum legationis munere in partibus Gallica. fungereris, vnde est quod tuæ dignitatis perpetuas agam gratias.

Item in dispensationibus ad quācūque pro bastardis, non solet inferri clausula ad dignitates maiores in cathedralibus, nec ad principes in collegiatis, nec pareat inuidiam contra eum, qui omninō est inhabilis: vt omnibus

omnibus præficiatur, ac eos regat. vt aliās consului.

87 Ideo si in signatura petatur, & de speciali ad vitā, solet cassari & deleri nisi is qui petit, fuerit doctor, aut aliās qualificatus, vt docet Staphil. in trac. de lite. gratiæ, tit. de modo & forma impetr. ver. hinc est, quia ista clausula denotat, quod de speciali gratia dētur illi dignitates in cathedralibus maiores post Pōrtificālē, & principales in ecclesiis collegiatis: vt superius dixi in forma signa. & bullæ nouæ prouisio. quod permitti nō debet.

Clausula de speciali non datur illegitimo.

88 Si tamen in signatura quis petierit secum dispensari, etiam ad maiores & principales dignitates, & Papa in dispositione posuerit clausulam simpliciter ad dignitates, non exprimendo maiores, nec principales, videbitur etiam ad maiores, & principales dispensatus: quia illa clausula refertur ad petita, per l. si defensor. ff. de interroga. actio. Et generaliter est ei concessum, vt petitur: ergo & de illis dignitatibus etiam maioribus intelligitur. † Nec obstat regul. cancel. vbi requiritur harum maiorum dignitatum expressio: verum est, sed hīc quoque in corpore & petitione partis hoc fuit expressum, ergo sufficit. paria sunt enim exprimere per se, vel per relationem ad aliud. l. ait prætor. §. j. ff. de re iudica. l. certum, si certum pet. ideo in bulla exprimi poterit.

Petenti secum dispensari ad maiores, si ad dignitates concedatur, de maioribus etiam intellegitur.

90 Prædictis addendum est, quod in signatura istius illegitimi debet inferri clausula non obstante defectu nataliū: si tamē ipse petierit secum dispensari de dignitate, etiam in cathedrali, exprimēs defectū natalium. Sed in dispositione est clausula, & cum dicta dispensatione obtinendi dictam dignitatem, & c. & desint hęc verba, & super dicto defectu natalium, an poterit dari dispensatio super dicto defectu, & respon. posse: quia postquā Papa concessit ei, vt dignitatē obtinere possit, quā nō potest obtinere sine defectu natalium dispensatione: per cōsequens videtur secum dispensatum super illo defectu, licet nō sit expressum, per l. Barbarius. ff. de offi. Prætor. nam hoc est accessorium necessarium, quod principale sequitur:

Illegitimus dispensatus ad dignitatem censetur esse de defectu natalium dispensatus.

91 vt superius scripsi. † Adhęc bastardus in signatura petiit secum dispensari ad quācūque, etiam si canonicatus & præbenda, dignitates, personatus, & c. in cathedralibus etiā metropolitanis vel collegiatis, & c. in clausulis tamē & in dispositione nō est expressum, nisi ad quācūque, quorūcūque, & qualiācūque cum cura, & sine cura (vt præfertur) qualificata: dūmodo non sint dignitates maiores, & c. An intelligatur dispensatus ad dignitates & præbendas etiam in cathedralibus? Respon. sic, & in bulla 92 poterunt exprimi. † Nam clausula in dispositione refertur ad clausulam in corpore scriptā, dum dicit, vt præfertur qualificata: voluit ergo Papa intelligere de quācūque qualificatione petita, & sic etiam de dignitate & præbenda in cathedralibus: quia exceptio firmat regulam in non exceptis. l. j. ff. de reg. iur. erat excepta dignitas maior & principalis, ergo super aliis censetur Papa concedere, aliās simpliciter dispensatus ad beneficia non censetur esse dispensatus in ecclesia cathedrali, cap. quamuis, de præbend. lib. vj. Io. de Selua in tract. de benefi. in tertia parte q. xlv.

Clausula ut præfertur qualificata includit etiā præbendas cathedralis ecclesiæ.

93 Nota etiam quod dispensatus ad duo, & ad canonicatus, & præbendas

*Illegitimus dispensatus ad prae-
bendas cathedralibus
duas obtinere non poterit.*

das etiam ecclesiae cathedralis, non poterit obtinere duas praebendas in cathedralibus, nisi habeat clausulam, quam soleo apponere, & ad secundam praebendam in cathedralibus, etiam metropolitanis: & sic consului cuidam illegitimo. Legitimus vero duas obtinere potest praebendas etiam sine dispensatione de consuetudine, vt supra dictum fuit.

Non omittendum quod illegitimus regulariter tenetur in omnibus 94 impetrationibus exprimere se illegitimum, & defectum natalium: alioqui impetrationes à Papa vel Legato impetratae sunt subreptitiae, & nullae. c. ij. vbi doct. de filiis presbyter.

Cautela ut bastardus in omnibus impetrationibus non exprimat defectum natalium.

Cautela tamen est super hoc, vt (tu qui non vis in singulis impetrationibus hoc exprimere) impetres indultum à Papa, quo non tenearis ad id, & solet ita regulariter dictari. Iulius, &c. Tibi vt in quibuscunque impetrationibus, priuilegiis literis & indultis, tam Apostolicis, quam aliis, gratiam vel iustitiam seu mistum continen. per te, seu tuo nomine à sede Apostolica, vel illius legatis, aut à locorum ordinariis, vel aliis qualitercumque de cetero impetrandis, nullam de defectu & dispensatione praedictis mentionem facere tenearis, nec propterea impetrationes, concessionem, dispensationes, gratiae, mandata, priuilegia, literae, & indulta huiusmodi de subreptionis seu nullitatis vitio, aut defectu intentionis notari, seu propterea nullatenus impugnari possint, sed valida & efficaces existant, & tibi suffragentur in omnibus, & per omnia. perinde ac si de legitimo thoro natus esses: seu in illis de defectu & dispensatione huiusmodi expressa mentio facta fuisset defectu praedicto, & c. auctoritate Apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgemus, & c.

Compositio non solet in praedictis officialium remitti.

Sed haec literae non solent concedi sine compositione, quae non solet 96 remitti, quia tangit curiae Roma. officiales. quorum salaria Papa remittere non consuevit: quippe vendens eis officia. contrahere videtur cum ipsis, de non reuocando eos nec in toto, nec in parte, arg. l. j. & ij. ff. quando liceat ab emp. disced. Bal. in l. qui se patris, col. viij. C. vnde liberi. Bened. in repet. c. Rainutius, in verb. duas habens, nu. 36. cum seq. de testa. & videtur eos in hoc reuocare, in quo remittit, nisi ex magna causa hoc faciat, & cum familiaribus, vel cum illis, qui sunt benemeriti de publica.

Bidelli aut tenentur remittere salaria, quando doc. remittant sua.

Veruntamen in simili vidi secus obseruari in quatuor vniuersitatibus, 97 in quibus doctor regens fuit, vt cum doctores remittebant aliqua ex eorum salariis, Bidelli quoque nostri pro viridi remittere cogentur, licet essent ipsi soliti emere sua officia: quod tamen eodem casu retento non putarem fortè procedere, quando separata essent eorum salaria à salariis doctorum: quia non arguitur ex separatis: l. ff. de calumniator.

Clausula apponenda in dispensationibus illegitimorum.

Interdum etiam vidi in signatura dispensationis pro defectu natalium 98 in clausulis ponere, & cum clausula, quod in quibuscunque gratiis praedictum defectum natalium exprimere non teneatur latissimè extendenda & c. quod perinde habeatur in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo thoro natus fuisset, & istam claus. soleo apponere, ne duabus impetrationibus quis grauetur quod est vtile.

Adde

99 Adde etiam in non obstantis hanc clausulam, non obstat, etiam si expressè caueretur in illis, quod nulli illegitimè geniti in canonicos recipi, ac canonicatus, aut praebendas, dignitates vel personatus, seu officia, vel quaecunque alia beneficia, vel praelaturas in eisdem nullatenus valeant obtinere: & quod hoc iurare teneantur, videlicet an sint de legitimo matrimonio procreati: quae quoad personam tuam omninò tollimus, & etiam immutamus eis, quoad alia in suo robore duraturis iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunque alia firmitate vallatis nequaquam obstat auctoritate Apostolica de speciali dono gratiae dispensamus.

Clausula in non obstant. pro illegitimis.

100 Formulam huius dispensationis super defectu natalium docet Ioann. Andr. in addit. ad speculat. in tit. de filiis presbyter. in vlt. addit. quae etiam ex supra scriptis plenè concipi poterit.

101 Item aduertendū, quod olim Papa solebat post salutationem in huiusmodi dispensationibus sic dicere, cum scribebat pro illegitimis: illegitimae gentes, quas vitae decorat honestas, naturae vitium minimè decolorat: quia decus virtutis genituræ maculam abstergit in filiis, & pudicitia morum pudor originis aboletur: cum itaque, & c. alia pro illegitimis nunc missa faciam.

Clausula in principio bullae illegitimos ponenda.

De dispensatione cum regularibus facta.

1 **S**CIENDUM est, quod cum religiosi secundum varias eorum qualitates plurifariam dispensatur, interdum cum non mendicante, aliis cum mendicante.

2 **S** Cum regulari non mendicante dispensatur, vt beneficium obtineat in alio monasterio, quam suo, & alterius ordinis: quod de iure prohibitum est, cum non liceat illis locum habere in diuersis monasteriis: quorum vnum ab alio non dependet, c. cum singula. §. fin. de praeb. lib. vj. & nullus potest cum his dispensare, nisi Papa: vt ibidem dicitur: & si secus factum sit, vt si collatio fuerit ab alio facta, quam à Papa, non valebit, nec quidem à legato, nisi expressam ad hoc potestatem habente, quinimò est conferens priuatus potestate iterum conferendi, primo & recipiens efficitur ineligibilis, in d. §. si. † & quamuis ille textus vtatur verbo ineligibilis, tamen intelligitur iste monachus inhabilis factus, non solum vt eligatur: sed & vt ei beneficium conferatur, cap. quisquis, de elect. licet enim appellatione electionis non veniat collatio: fallit nisi sit eadem ratio vt hic, c. cum in illis. §. j. & ij. de praeb. in vj. & hoc probatur in d. §. fin. c. cum singula, quia rationi non conuenit, vt homines diuersae professionis, vel habitus, simul in diuersis monasterij socientur: vt or verbis text. in cle. j. de elect. & text. in c. in noua. xvj. q. vij. sic habet. Qui in administrationibus sociantur, nec professione discrepent, nec habitu: nam cohaerere & coniungi non possunt, quibus studia, & vota sunt diuersa.

Cum religioso dispensatur, ut in alio monasterio beneficium obtineat.

Ineligibilis quomodo intelligatur.

7 Sed hoc ideo dicit ineligibilis propter frequentiam, quia frequentius fiebant electiones in monasteriis, c. monacho, in fi. de statu monach. Sed noluit ob hoc excludere collationem, videlicet vt conferri beneficium ei possit, per autem. Cassa. C. de sacrosanct. eccles. & gl. in clem. j. de rescr.

N

scripsi in v. q. tract. nomi. in Concord.

Religiosus sine dispensatione curatum habere non potest.

Quandoque dispensatur, vt religiosus curatum habeat, & ecclesiam parrochiam; quod prohibetur in c. monachi, de statu monach. quia plan gentis non docentis habet officium. c. monachus. c. alia, & c. placuit. xvj. q. j. & c. peruenit, ibidem. c. j. de capel. monach.

Quod est verum, nisi sit beneficium curatum sui ordinis, & per fundationem illis additum, tunc ad presentationem abbatis poterit curę præfici, etiam sine dispensatione, cle. vt profesiores, & ibi Bonifa. not. x. de regular. c. dictos, & c. seq. xvj. q. j. gl. in summa, ibidem.

Regularis beneficium seculare obtinere sine dispensatione non potest.

Dispensatur etiam cum regulari, vt seculare beneficium habeat in quo præfici est omnino de iure prohibitus, d. c. monachi, de statu monacho. & in c. officij, de elect. c. cum de beneficio, de præbend. lib. vj. sunt enim regularia committenda regularibus, & secularia secularibus. §. volumus, de collat. in Concord. cle. j. de elect. c. in noua. xvj. q. vij.

Monachus unum tantum beneficium habere potest non duo.

Notandum est, quod licet monachus & regularis possit vnum habere beneficium regulare, tamen duo habere non potest, nec quidem capellam vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio: nam quodlibet beneficium est incompatible monacho cum primo. c. cum singula, de præb. lib. vj. vbi sic dicitur. Singula officia singulis esse committenda personis, presenti edicto prohibemus, ne aliqui monachi, vel religiosi alij pluribus prioratibus, vel ecclesiis absque sedis Apostolicę autoritate præfese presument: nisi vnus ex eis ab alio dependeat, vel adiuicem sint annexi: ro dispensatio opus est, etiam si duo tantum simplicia veller habere.

Religiosus duo beneficia in titulum obtinere non potest.

Adhęc regulari non solet concedi dispensatio, vt possit duo beneficia sui ordinis in titulum retinere, secus in seculari: sed poni solet in dispensatione, vt religiosus vnum habeat in titulum, aliud in commendam, vt supra dictum fuit in bulla dispensationis.

Ratio est, quia si religiosus in titulum haberet duo in diuersis monasteriis, esset sub diuersa obedientia & diuersis subijceretur: quod esset absurdum & monstruosum, quem habere duo capita: vt in c. j. de fede vacan. & duobus dominis seruire, c. j. xxj. q. j.

Nisi illa duo beneficia depēderent ab vno & eodem monasterio, tunc possent ea simul in titulum haberi: quia non subest hoc casu diuersis, sed vni tantum: aut si connexa essent vel vnita: quibus casibus non requiritur dispensatio ad ea obtinenda. glo. in d. c. cum singula.

Fiat ut petitur in titulum quo ad religiosum non inducit dispensationem.

Præterea si regularis iam habens in parrochiam ecclesiam, petat alteram sibi commendari: & Papa dicat in signatura, fiat: vel concessum, vt petitur in titulum: si Papa aliās non dispensauerit, tenebitur hic regularis dimittere primam, & secundam habebit in titulum: quia regularis sine expressa dispensatione non potest duas parrochiales ecclesias in titulum habere, vt dictum fuit. † Imò nec vnā. dict. cap. monachi, de statu monach. nisi in aliquibus casibus, c. quod Dei timorem, de statu regul. Qui casus cum aliās in proprijs terminis mihi contigisset, consului monacho, vt primam rursus impetraret, vt vnā cum secunda posset illam obtinere

obtinere cum dispensatione oportuna ad illa duo.

14 Verum si dispensatum sit cum regulari, vt vnā cum prioratu, vel alio regulari beneficio possit vnum seculare beneficium cum cura, vel sine cura si sibi aliās canonicę conferantur recipere, & quoad vixerit retinere, &c. non valebit tamen ordinarius commendare beneficium seculare illi monacho: quia seculare beneficium non datur regulari in commendam etiam à Papa, nisi in signatura sit expressè concessum, & in dispositione, quod etiam ordinarius eidem conferre vel commendare possit, vt soleo apponere: quia interdum quis amisit beneficium ob hoc quod hæc clausula fuerit omissa. Nota, quia non inuenio dicta à nostris interpretibus.

Regulari quando ordinarius commendare beneficium possit.

15 Nec quidem in titulum ordinarius dare potest: quia duo non dantur in titulum maximè regulari, nisi hoc in dispensatione fuerit concessum. ideo in dispensatione debet exprimi, quod illa duo in titulum habeat, contra c. cum singula §. prouidemus, de præb. in vj. Et de hoc fuit Arestum in magno concilio latum: quod secus est in secularibus, vt superius dixi in effectu dispensationis. ratio diuersitatis est, quia ad vitam non commendantur beneficia ab episcopo, c. nemo, de elect. in vj. & hoc est maximè prohibitum religioso, vt duo habeat in concilio Lugdun. cui non potest derogare ordinarius. gl. in c. cum dilectus, de elect.

16 Aduertendum est etiam quod si religiosus per simoniam (vt sæpius contingit) in monasterio receptus fuerit, illa receptio valebit quoad eum, vt post hanc professionem resilire non possit à monasterio: sed ibi, vel in alijs locis eiusdem ordinis collocari debet. c. quoniam, & c. veniens, de sim. Ioan. Ana. in c. dilectus, ij. ibidē. Tamen si velit sibi prouideri in dicto monasterio, debet prius absolui ab excommunicatione, & simo. vt remanere possit in dicto monasterio, & postea sibi prouideri de abbacia dicti monasterij poterit, vel alio beneficio. doct. in c. quoniā, & c. de regularibus, de simo.

Religiosus per simoniam receptus remanere debet religiosus, & absolui debet ab excommunicatione.

17 Religiosus ergo volens exire de monasterio, licentiam petat & obtineat ab abbate, aliās est excommunicatus, c. ij. ne clerici vel monaster. in vj. quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita quoque monachus sine claustro. c. placuit. xvj. quæst. j.


Religiosus de suo monasterio sine licentia exiens, est excommunicatus.

18 Ad laxiorem autem ordinem non potest transire, etiam abbatis accedente consensu, & obtenta licentia. gl. in c. cum singula §. fi. de præb. lib. vj. vt superius dictum fuit.

19 Quod si recedat & habitet extra monasterium suum absque licentia prælati sui, licet gestet habitum, tamen est apostata & excommunicatus, secus si in alio monasterio degeret, secundum Innoc. in c. fi. de renunc. c. intelleximus, de ætate. Ang. Clauf. in verb. apostasia, in iij. Panorm. in c. j. de apost. & superius dictum fuit.

20 Vnde licentia morandi extra monasterium non potest concedi religioso, nisi causa studiorum. c. relatum, ne cleric. vel alia iusta causa. ca. ex rescripto, de iureiur. alioqui data non valet: quia non potest abbas, vel alius contra ius dispensare. c. non est, de voto, vbi gl. & doct. & superius in princ. huius materię dictum fuit.

Morandi licentia extra monasterium quando religioso concedi potest.



Abbas sine causa dispensatus cum suo monacho peccat.

Veruntamen si abbas, vel prior sine causa dispensauerit, & permiserit, 21 religiosus non erit excommunicatus, sed in conscientia tenetur abbas seu prior, d. c. ij. ne cler. vel monach. in vi. & peccat vterque, tam prior, quam monachus: vt ibi dicunt doct. imò non poterit abbas vel prior sine concilio conuentus licentiam prestare. d. c. ij. hoc docet Aufre. in decis. Tholos. q. cclxx. † Consuetudo tamen (vt vidi sæpius) aliter obseruat ne concilium conuentus ad hoc petatur, saltem in aliquibus monasteriis.

Monachus an quis dici possit ante professionis annum.

Ne verò per ignota procedamus, monachus intra annum professionis 23 non propriè dicitur monachus. c. j. de regular. in vj. gl. in c. j. de relig. domibus. Tamen largè potest dici monachus & religiosus. c. j. de statu monac. & cancellaria Apostolica vocat illum monachum, vel canonicum regularem, apponendo in principio bullæ post salutationem, religionis zelus, & c. perinde ac si professus esset, & si prouideat illi de beneficio. translationem apponit, si sit alterius ordinis, vel dependeat ab alio monasterio, licet eiusdem ordinis: quia præsumit eum velle cōtinuare religionis propositum: tamen si relinquat habitum ante possessionem, non est nota infamiae vel apostasie affectus, quia iure facit: vt plenè consuluit Felin. consil. xxix. in factō. † Hodie non admittitur quis in Francia, ad beneficia regu-

Professus habere potest beneficia, non professus.

laria, prioratum, aut aliam administrationem, nisi is sit expressè professus. ca. nullus, de elec. in vj. nisi à Papa cum derogatione, & certa scientia, & c. † Siue conferantur ei beneficia, siue ad ea eligatur, clem. ne in agro. §. cæ- 25 terum, & §. sanè, de stat. monach. Oldrad. consil. ccxxj. dicendum, vbi extendit ad aliam quamlibet concessionem. d. c. nullus, loquens in electione. licet Panor. & alij teneant contra, in c. ij. de resta. quem sequitur Ioan. de Selua, in tract. de benef. in iij. parte, q. lj.

Sed Oldrad. opinio præualeat in Francia, conformisque est regis constitutionibus: nisi, vt dixi, collatio fiat ab ipomet Papa, aliis enim prohibetur iste conferre ante professionem etiam de consuetudine.

Doctoris titulus non debet dari religioso.

Animaduertendum etiam est, quòd religioso non debet dari titulus 27 doctoris, nec quidem in Theologia, aut in iure canonico: nam quo ad ius Ciuile, & Medicinam non est dubium: cum hæ scientiæ expressè sint eiusdem prohibitæ, c. non magnopere, & c. super specula, ne clerici vel monachi. Sed in bulla Papa solet dicere, Iulius, & c. Dilecto filio N. monacho, & Theologiæ professori, vel iuris Canonici.

Secularis vocatur doctor regularis professor et quamobrem.

Si verò Papa dirigat bullam seculari Doctori, tunc Papa scribit Dilecto filio N. Magistro in Theologia, non autem Theologiæ professori, vel Doctori in iure Canonico, si fuerit secularis: si verò regularis, solet apponi professori, & c. ne fortè religiosus iste sub hoc ti. doctorali intumesceret, aut potius ab officio distraheretur quòd prestare debet doctores maxime Religiosi ob id vocat eos professores, volens eos continuò profiteri. nec enim aliàs merentur hoc nomen tam honorificum, l. à nullo, C. de fer. † Etiam Baccalaureatus in artibus aut licentia, non sunt gradus: ideo 29 nec solet vocari Religiosus in literis Apostolicis Baccalaureus, seu Licentiatus in artibus: si tamen hoc asserat impetrans, in bulla dicitur tibi, qui

vt

(vt asseris) Baccalaureus in artibus, vel Licentiatus in artibus existis, vide quæ scripsi in §. præterea, & in §. statuimus, j. de coll. in Concord.

30 Adde etiam quòd religiosus in literis Apostolicis non vocatur nobilis, si quidem ingrediendo religionem amisit nobilitatem. gl. vlt. in c. j. de purgat. cano. & c. fi. de statu monach. Roma. singul. xxxvij. vtrum nobilis: quia censetur esse mundo mortuus, c. placuit, xvj. q. j. Sed in bulla dicitur tibi, qui (vt asseris) de nobili genere procreatus existis & c. tamen quomodo hoc intelligatur, scripsi in tract. nomi. q. xij. circa finem: vbi dihi hoc quo ad Deum, non regulariter quoad alios effectus.

Religiosus non vocatur in bullis nobilis.

31 Idem in spurio, vt non dicatur in literis Apostolicis nobilis, sed (vt asseris) de nobili genere procreatus existis, & c. & hoc seruatur ex stylo curiæ Ro. qui iure probatur, in c. si gens Anglorum, lvj. dist. vbi bastardi dicuntur ignobiles. vide quæ scripsi in §. cū verò, in ver. nobilitatis, de col. in Conc.

Spiritus nō vocatur nobilis.

32 Non prætereundum est, quòd cū à Papa cōceditur beneficium religioso, & petitur in supplicatione, quòd ad vitam inuitus amoueri non possit, solet addere Papa, absque rationabili causa, aliàs daretur materia delinquendi monachis, & contradicendi suis Abbatibus, contra l. con-

Regularis sine rationabili causa non destituitur suo beneficio

33 uenire, ff. de pact. dotal. † Tamen ego putarem hoc esse intelligendum, etiam si non apponatur: nam beneficia secularibus ad vitam dantur: ca. si gratiosè, de rescrip. nihilominus ex causa remoueri possunt, & priuari beneficio, c. ad abolendam, de hæret. c. satis, lvj. dist. sed hoc Papa exprimit

34 in regularibus gratia vberioris declarationis. † Notandū etiam est, quòd religiosus non sumit nomen ex benefic. seculari, nec vocatur curatus vel prior sancti Paul. vel Rector parochialis ecclesiæ, nec ex vicaria seu capella, nisi sit sui ordinis, quia semper fratres sunt & regulares, & ad tollendam gloriam, & ambitionem: vt patet in tit. de stat. mon. † Idem dicunt pragmatici Romani in fratre Hierosolymitano habente parochialem ecclesiam per fratres illius hospitalis teneri solitam. † Tamen hodie si aliam non concurrant, dabitur in forma gratiosa, sicut si intitularetur: & sic dicitur dilecto filio canonico prioratus seu monasterij sancti A. ordinis sancti Bened. dioces. & c. salutem.

Religiosus non debet vocari curatus, vel prior secularis, nec nomen sumere debet ex beneficio seculari.

37 Item in dispensatione horum religiosorum nō solet poni clausul. pro- uiso, quòd idoneus sit, & c. quia tales regulares aliàs idonei sunt, vel esse præsumuntur. gl. in c. quantūlibet. xlviij. dist. rex. in c. vno, de scruti. in ord. faciens. licet quidam sint bene & stupidi & stolidi, ac penitus ignari.

Clausula prouiso, & c. nō apponitur in bulla religiosorum.

38 Dispensatur ergo cum monacho, vt possit ecclesiam habere parochialem, ad quam est inhabilis, officium enim plangenti suscepit, nō docentis. Hiero. in c. monachi. & c. si cupis. xvj. q. j. c. cū singula. de præben. in 39 vj. † Imò de stylo cur. Rom. seruatur, quòd si receperit fructus parochialis ecclesiæ sine dispensatione, rehabilitari debeat: & vidi expediri cum infectione & irritatione, & rehabilitatione, vt statim dicitur.

Parochiale ecclesiæ religiosus habere nō potest.

40 Idem in canonico regulari, nisi præficiatur causa prædicationis. capit. quod Dei timorem, de statu monach. vel nisi fuerit ad hoc dispensatus, aut in subsidium aliis deficientibus secularibus. c. inter quatuor, de regu-

lar. & his casibus parrochiale obtinere poterit, aliàs non regulariter.

Beneficia manualia reuocantur & morte vacare cōsentur
 Verùm quoad beneficia manualia notandum est, illa vacare per reuocantem, & per mortem: vt per gl. magnam in cle. quia regulares, de supplen. neglig. praela. & in cle. & si principalis, in verb. electionem. de rescrip. Nicol. Mil. in verb. beneficium, q. xvij. † Et secundum eundem q. xix. ex consuetudine possunt effici perpetua, aut e contra: vt etiam docet Anto. in c. porrecta, in fi. de confir. vtili. & idem Nicol. Mil. in verb. religiosus non potest consentire. vide multa quæ de his manualibus officiis scripsi in tract. de pacifi. possessor. nu. 272. in vj. limita.

Religiosus fr̄s publice habitū cooperatum est postata.
 Insuper nō est omittendū, quòd religiosus publicè ferēs habitū cooperatū sine iusta causa, sit apostata. gl. no. in cle. ij. in verb. extrinsecè, de vita & honest. clerico. quā gl. no. singularem Philip. Franc. in c. vno, de cler. coniuga. in vj. & in c. certū, de reg. iur. ibidē, vbi Io. And. in Mercurial. dicit illum excommunicatū & apostatam, & ita fuisse pronunciatum. † Et sic est inhabilis ad beneficia, vt in d. cle. dicitur. & hoc asserit Old. consil. clxxxij. pater sancte, in fi. vbi dicit fuisse latam sententiam per do. Clementem Papam V. & repulsum electum, episcopatumque fuisse datum fratri dom. Berengarij Fredoli id temporis episcopo Tuscul. Cardi.

Religiosus dimittēs habitum efficitur inhabilis
 Nisi secum fuerit dispensatum, quod rarò fit: quamobrem amittere debet huiusmodi beneficia, quæ eis postea conferuntur: sicut plerunque vidi impetrari beneficia religiosorum, qui dimiserāt habitum in vniuersitate Paris. quem postea reassumpserat, sed non obtinuerat rehabilitationem, nec absolutionem, ideo sua beneficia amiserunt.

Idē si trāsuerint ad laxiorē regulā, licētia quoq; petita, sed nō obtenta, à fortiori si nullū deferat habitū, erit apostata & excōmunicatus: secus si monasterij secūdi sumperit habitū deferēdū primo derelicto. c. intelleximus, de ætate & quali. gl. in c. ex parte, de tēp. ord. & alij in c. fi. de renū. & doc. in c. ij. ne cler. vel. monachi, in vj. & hæc de non mendicantibus.

Mendicantes religioſi non possunt ad aliā religionem trāsire.
 At mendicantes relicta eorum religione non possunt ad religionem sancti Augu. Benedicti, vel alterius ordinis non mendicantium transferri sine licentia Papæ expressa, nisi ad Cartusien. alioqui sententiam excommunicationis incurrunt tam religiosus mendicans, quàm recipientes ipso facto. text. in extrauag. viam ambrosiæ cupiditatis. de reg. in extrauag. communib. Aegid. Bellamera in consil. xxxij. pro introductione.

Secundò ab hac excommunicatione absolui non possunt ab alio, quàm à Papa, nisi in mortis articulo, text. in d. extrauag.

Tertio irritatur ibidē trāslatio, & facta nullius sunt efficaciz vel momenti, ecce pœnas extrauag. Martini vnde Papa solēt facere mētionē huius extrauag. quādo dispensat cum his medicantibus, sic dicens, non obstat extrauag. Martini viam ambrosiæ, & c. alioqui non valeret dispensatio.

Quartò facta est cle. vt professores, de reg. quæ disponit, quòd si religiosus mendicans trāsierit ad religionē nō medicantē S. Bened. fortè, vel S. Aug. inibit beneficia vel officia seu administrationes habere nō possit ad prelaturā, tamē cōcordi suffragio eligi poterit, c. quorsūdā, de ele. in vj.

Quintò

51 Quintò quòd non possit in dicta religione curā animarū vel aliam curā administrare, etiā tanquā vicarius, ibi aliqua exercere officia, nec esse ibi prior claustralis, vel sub prior: vt ibi dicitur. † & non solum prohibetur in illa religione, ad quā prius fuit trāslati, sed etiā si à prima translatione rursus fuerit trāslati ad secundam, cū sit eadē ratio & iura semper loquuntur, & sunt in viridi obseruatiā. l. Arriani. C. de hæreticis, aliàs fraus constitutioni fieret: & daretur occasio maioris mutationis. † Idem dicerem, si episcopus illi conferret: nam cum prohibeatur transferri propter ambitionem, ambitioni locus erit, si liceat ab episcopo obtinere, & ita docet Laurent. licet Federicus victus amicitia contrarium consuluerit, in consil. clxj. quidam religiosus. vt ipse ibi faceret quamuis sæpius recusasset & recusandum est: quia præstat occasionem mali vt ibi asserit.

54 Sextò nota quòd si habeant officium in eo monasterio, ad quod sunt translati, non tamen habebunt suffragium seu vocem, nec locum in capitulo, vt dicta clem. prima de regula. sed locum in choro, sic quia id est onus, à quo subleuari non intelliguntur: atque si effet prior conuentualis, nec tamen adhuc posset habere vocem in eo monasterio, à quo dependet, nisi derogatum sit huic clementinæ. † Sed in suo prioratu sic etiam sine derogatione: nam huic prouidendo: videtur hoc inconsequens Papa concessisse, argu. l. ij. ff. de iur. omn. iudi. alioqui iura sui prioratus amitterentur, & ipse iure prælati priuaretur: quod non est dicendum, cū non vt monachus habeat vocem in capitulo, sed tanquā prælatus: vt docet Bonifacius & alij in dicta clem. prima.

56 Quinimò etiam dispensatus hic mendicans vt obtinere possit beneficia & administrationes, non tamen videtur dispensatus vt vocem, & locum habeat in capitulo: nisi de hoc fuerit expressè facta mentio: vel nisi fuerit derogatum huic præfatæ constitutioni, quemadmodum fieri solet: & tunc omnibus pœnis derogatum videbitur: vt docet Bonifa. in d. cle. vt professores, in fi. & his non dantur beneficia in commendam sed in titulum: vt est statutum in reg. Alex. vj. tit. de sign. gratiæ.

57 Rationes horum ponuntur in d. clem. j. est ex dicto Pauli, videlicet, vt quisque in ea vacatione persistat, in qua vocatus est, c. j. xxj. q. j. & vt quietius in suo monasterio viuat, c. licet, de regul. nec non vt tollatur ambitio, quæ sæpius istos inuadit: & vt discordiæ & schismata sedentur, quæ possent oriri inter fratres, ad quos iste mendicans est translatus. Dicerent enim abbatid id quod in Euangel. scribitur tu eos nobis, qui portauimus pondus diei & astus, non solum pares facis, sed & præfers. glo. in §. j. de iust. & iur. in inflit. Quòd si sint religiosi simplices, in monasterio translatio inuidia & murmur cessare poterunt: nec fiet tam frequens mutatio religiosorum, quàm videmus sæpius inter quosdam fieri.

58 Et hæc translatio, & frequens mutatio inconstantiam denotat, capit. quæ dignior, xxiiij. q. j. & ibi glo. ideo non debet fieri, nisi propter zelum perfectioris religionis: vel si religiosi primæ religionis declinent à regulis perfectæ religionis, aut propter infirmitatem vel debilitatem, ob quam

N iij

non potest ingressus religionem seruare illius regulam. gl. & doctores, in summa, xix. q. j. Florenti. in iij. parte summæ: tit. xvj. c. iij. tit. de transeunt. de vna religione ad aliam: alioqui fit inhabilis vt supra dixi.

Inhabilis quando quis fiat.

Sed quādo quis fiat inhabilis? Respon. in casibus à iure expressis, aliās 59 quilibet præsumitur habilis, nisi probetur inhabilis, c. si fortè, de elect. lib. vj. & is qui à iure efficitur ineligibilis, vt cōmuniter religiosi, in c. cū singula. de præb. in vj. hi inquā, inhabiles esse censentur etiā ad collationē vt supra dixi. † Ineligibilis etiā fit quisquis electioni de se factę per secularis 60 potestatis abusum cōsentire præsumpserit, vt neq; absq; dispēfatione ad aliquā valeat eligi dignitatē, c. quisquis, de elect. & tam ad maiora quam ad minora beneficia prohibetur eligi. Specul. in eo. tit. §. dicendum, versic. sed nunquid habens, & si celebret in loco interdicto, c. is qui, in fi. de sen. excom. in vj. vide extra primam, de post. præl. in commu.

Inhabilis est qui ad preces hereticorum beneficiū obtinet.
Inhabilis est qui secundū beneficiū retinet cū primo sine dispēfatione.

Adhęc quicunq; ad preces hereticorū dignitates, & quęcunq; alia 61 beneficia ecclesiastica receperint, illis priuantur, & si illa sciēter receperint, inhabiles sūt ad alia, c. ij. §. adhęc, de heret. li. vj. † Itē quicunq; recipit 62 secundū beneficiū incōpatibile, postquam secundi possessionē habuerit pacificam, primū dimittere in ordinariorum manibus tenetur, alioqui ex tunc fit ipso iure secūdo priuatus: & nedū ad sacros suscipiēdos ordines, sed etiā ad habendū quodcunq; beneficiū ecclesiasticū inhabilis reputetur, extraua. execrabilis, versic. qui verò, de præb. in extra. Io. xxij. † Idem 63 si quis de facto receperit secūdum beneficiū, quod etiā retinuerit cum primo, per c. cum qui, de præb. lib. vj. ne stultus melioris sit conditionis quam sapiens, l. aut seruus, ff. quod vi aut clam, nec dicitur extensio, cū sit eadem ratio. glo. in auth. quas actiones, C. de sacro. eccles. & in c. quorundam, de elect. lib. vj. † Idem quoque si primum de facto tenebat, quia 64 nō promotus intra annum, & demum receperit secūdum, quod detinuit cum primo, adhuc est vtroque priuatus, & inhabilis factus: quia isto casu insunt rationes positę in d. extra. execrabilis, ideo locum habebit hęc priuatio. † Inhabilis etiam redditur, qui in sacris constitutus vsus fuerit bi- 65 partita veste, aut virgata, seu caligis rubeis, aut viridibus, clem. fi. de vit. & honest. cleric. nisi consuetudo eum excuset.

Inhabilis est qui in sacris bipartita fuerit usus veste.

Fructus beneficii iniuste recipies fit intrusus & inhabilis.

Item quicunq; recipit iniuste fructus beneficij, & tanquam intrusus, 66 fit inhabilis ad quęcunq; beneficia, c. cū iam dudum, de præb. & ibi Panor. & alij, quia prædo est, c. in literis, de restitu. spol. & indiget rehabilitatione, si perceptio erat iniusta de iure cōmuni, secus si per regulas vel statuta, quę poterāt ignorari, c. j. & ij. de cōst. in vj. nisi is qui fructus receperit sciens statutum, receperit fructus, tunc etiā inhabilis factus fuisset. doct. in c. dudum, & c. nihil, de elect. † Quę rehabilitatio non solet fieri 67 sine fructuum compositione ad dimidiam aliquādo fructuum partem taxanda: vt dicit d. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in cap. fin. columna ij. de constitution. in vj. post Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in titulo de dispensation. §. dicendum, in vlti. addit. sed interdum ad mitiorem pœnam taxatur, prout visum fuerit officialibus cur Roman.

Compositio de fructibus iniuste perceptis fieri debet.

Nunc

Nunc videamus an Impetratio facta nō habita fructuū receptorū mentione valeat si impetrās iniuste ante fructus receperat, super hoc casus facti sequētes. Primus, si iniuste fructus perceperim & hoc manifeste appareat & tuā inhabilis factus sum vt pote si à laico beneficiū sine alia collatione accipere & in cōsequēs fructus nō valebit postea illius beneficij impetratio nec prouisio alia cū sit inhabilis nisi hoc expriniani per c. quisquis de electu. cū singula de præb. in vj. Sed requiritur rehabilitatio vt inferius dicitur nisi impetrās fructus in ecclesię vtilitatē conuertisset. teste Nicol. Nulio in ver. gratia. q. xvj. Nā postquā restituit fructus ablatos peccatū censetur eundem remissum per reg. peccatum. de reg. iur. in vj. docet Aufrer. in decif. Tholos. q. cccclxxxij. quidā nobilis & sic vides in quanto sint periculo hi qui ante prouisionē Papa fructus episcopatus vel abbatie recipiunt quocunq; quæsito colore c. auaritię de electio. in vj.

Secundus casus est si iniuste quis receperit etiam ex colorato tamen titulo si postea illud beneficium impetrauerit non habita fructuum perceptorū mentione non valebit impetratio. Nam si Papa hoc sciuisset non concessisset vt docet Ioli. And. & alyuij c. dudum, 2. in gl. furtū de elect.

Tertius casus, si quis fructus iniuste receperit ratione tamen colorati tituli, & aliud beneficium quam eius percepit fructus impetrauerit non facta iniuste perceptionis fructuum alterius beneficij mentione valeat impetratio quia in eo non deliquit cuius fructus non recepit. Ideo Papa non minus ei concessisset si sciuisset c. super literis. de rescrip. c. si cōpromissarius. de elect. lib. vj. facit. ij. §. quin ei. ff. de iure fisci.

Quartus casus sufficit facere mentionē iniuste perceptionis fructuum quādo non incurritur inhabilitas ratione illius perceptionis, sed si incurta fuerit inhabilitas ea causa requiritur etiam inhabilitatis expressio fructuum compositio in rehabilitatione vt superius dictum fuit quod docet D. Probus. in d. c. fi. de constit. post alios docto.

Quintus casus si quis impetret dispensationem super pluralitate beneficiorum & non faciat mentionem quod illa illicita detinuerit & quod inde percepit fructus non valebit dispensatio per ei ad aures vbi Panor. circa finem de rescrip. vide Feli. c. postulasti. in fi. illo tit. & doct. in c. licet episcopus. col. vlt. scripsi in ver. pro expressi in funda manda. in concord. ista nunc sufficiant de expressione quę sunt notanda quia per doct. non hactenus ita scripta.

68 Et in summa concludendum est impetrationem factam ab ipso inhabili non valere, nisi prius sit rehabilitatus: vel huius inhabilitatis mentione facta fuerit. doct. in c. cum iam dudum, de præb. & in rehabilitatione solet poni in fi. bullę clausula de stylo cu. Ro. talis, Volumus autē quod antequam præfati iudices ad executionē præsentū procedant, tu dictū beneficium N. in eorū, vel alterius eorū manibus realiter dimittere tenearis: 69 & insuper ex tunc irritū decernimus &c. † Atque potest poni clau. in signatura, etiā si in illo beneficio se forsan intruserit, quę pro expresso habeatur & latissimē in bulla possit exprimi, & cū opportuna dispensatione absolut

Clausula in rehabilitatione ponenda.

Rehabilitatus ad
secularis nō est
habilis ad regu-
laria.

absolutione, & rehabilitatione & c. † Et cū ista rehabilitatio velut odiosa
strictē sit interpretanda, factus habilis ad secularia, nō erit factus ad regu-
laria, nec e cōtrario, ideo requiritur expressio in rehabilitatione, sicut do-
cet Hier. Pau. in praxi. cu. Ro. fol. 44. ver. quod habitatis & c. plus dicēs,
quod si fuerit habitatus ad beneficiū creatū seculare, & alia quæcunq;
& qualia cunq; intelligitur de similibus secularibus, per gl. in cle. j. de re-
scrip. ideo regularia obtinere non poterit: imò religiosus quādo habilis
fit rehabilitatione solet obtinere, vt habilis fiat ad quodcunq; beneficiū,
sed non ad quæcunq; quia pluralis esse non debet: c. cū singula, de preb.
lib. vj. sic statuit Alex. vj. in tit. de sig. gra, tamen vidi multas religiosorum
rehabilitationes, ad quæcunq; & quotcunq; beneficia factas.

Aliis modis quis efficitur inhabilis, videlicet per crimen hæreseos, si-
monia, & alia crimina, quæ cōgēsi in tract. de pacifi. poss. in iij. limit. vbi
dixi quosdam inhabiles nō esse priuatos beneficiis quæ possident, sed esse
quidem inhabiles ad recipiendū beneficia: ibidem videre potes, ne plura
hīc, quia etiam dicam in iij. parte, de amissione beneficiorum.

De dispensatione cum corpore vitiatis.

Gibbosus et alij
corpore vitiati
religioni tradi
solent.



SUPEREST, vt de corpore vitiatis agamus, quos vt pluri-
mū, nescio qua pietate videmus à parētib; Deo dicari, nec
non inuitos in monasteriū detrudi: quæ macula. Licet quoad
Deū exigua sit: quod perdat & purgetur in religione, tamē
eorū mens inspicitur, qui gibbosos, claudos & alios maculatos offerunt
Dei ministerio. c. hinc etenim. xlix. dist. quāobrē eos arbitror grauissimē
peccare: nēpe dicit Hiero. indignū est dare Deo, quod dedignatur homo,
c. fi. xlix. dist. vt non immeritō ius eosdem sic vitiatos ab altaris ministerio
repellat, nisi accedente dispensatione, de qua glo. in summa lv. dist. inct.

Vitiati corpore
ad ordines et be-
neficia sunt in-
habiles.

Primum ergo notandum est, quod corpore vitiari & ad ordines, & ad
beneficia sunt inhabiles, & quod promoueri non possint prodigiosi: text.
est in c. qui in aliquo, l. j. dist. ibi, aut qui naturali defectu, membrorum mi-
nūs habere noscuntur, † sic nec beneficia tenere, quia ecclesiae seruire non
valent, c. fi. de rescr. lib. vj. gl. & doct. in c. fin. de verb. signific. idem Card.
Alex. in c. si Apostolica, lv. dist. & c. fin. xlvij. dist.

Vnde si quis gibbosus existat, vel aliās deformis sit, is ordinari sine di-
spensatione prohibetur, c. j. in fi. xlix. dist. & c. j. lv. dist.

Claudus an ordi-
nes sumere possit

Itaque solet in his Papa post salutationem sic dicere. Apostolicæ se-
dis circumscrip̄ta benignitas rigorem iuris consuetudine temperans & c.
nonnunquam aliqua de gratia benignitatis indulget, quæ sacrorum ca-
nonum seueritas interdicit exhibita & c. probatur in c. dispensationes, j.
q. vij. † Claudus verò sine dispensatione promoueri potest de consue-
tudinē, dum sustinere se valeat. maximē in Gallia, vbi plures sunt teste
Hosti. in summa, de corpore vitiatis. §. fi. quod etiam iure permittitur, c. si
quis, lv. dist. vbi sic scribitur. Si quis in infirmitate positus clericus medi-
corum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non
negamus.

7 negamus. † Itē nō solet Papa cū his directē dispēfare, sed scribit episcopo
vt si sibi videatur, dispēset his ferē verbis. Mādamus quatenus, si & post-
quā dicitur N. corā te personaliter se exhibuerit, oculū vel membrū ipsū
diligēter inspicias: & si (super quo cōscientiā tuā oneramus) ex inspectio-
ne huiusmodi tanta deformitas in eodē oculo nō appareat, quod ex hoc
possit in populo scādalum generari, ac aliud canonicū non obsistat: cū eo.
N. si secū per te super præmissis dispēfare contingat, vt quæcunq; bene-
ficia & c. recipere. & quoad vixerit retinere liberē & licitē valeat autori-
tate Apostolica tenore præsentīū de speciali dono gratiæ dispensamus.

Papa dispensati-
do cōmittit ma-
culam episcopo
uidendā et for-
mam.

8 Et sic Papa mādat episcopo, vt videat maculā, & si scandalum nō ge-
neret populo, quod conscientia suā Papa reliquit, vt dispenset: qui si di-
spensauerit, Papa quoque dispensat cum illo, vt beneficia possit habere:
hæc est summa istius dispensationis.

Si vitium nō ge-
neret scandalū
populo dispensa-
tur.

9 Et sic duplex est dispensatio. prima ad ordines, vt promoueri etiam ad
sacros ordines possit. secunda ad beneficia obtinēda: quia post quam erit
promotus, altari seruiet: ergo cōueniēs est vt de altari viuat, c. cū secundū,
de præb. etiā quādoq; cū isto dispēfatur, vt plura beneficia obtineat, & c.

Duplex requiri-
tur dispensatio
inuitato et ad
ordines et ad be-
neficia.

10 Notandum est etiam, quod habens in magnis membris deformitatem,
vt manum aridam, vel si membra decoris non habet, vtpote nasum, quia
talis hominibus est scandalum, promoueri prohibetur, c. ij. de cleric. ægrot.
ideo dispensatione opus est.

Deformitas vel
scandalum pro-
hibet vitiati or-
dinari.

11 Idem si amiserit oculum: is enim qui caret oculo, sacerdotij officium
adipisci non potest, c. fin. lv. dist. nisi Papa super hoc dispensauerit: & faci-
lior est dispensatio, quando amisit oculum dextrum, quam sinistrū: quia
sinister vocatur oculus euangelij, per quem facilius sine capitis reuolu-
tione sacerdos Euangelium legere poterit: quamobrem non erit scan-
dalum populo, secus in oculo Euangelij, vt doct. dicunt.

Oculo carens nō
est aptus ad sa-
cerdotium.

12 Si verò parua sit deformitas, quæ non tendat ad scādalum, non prohi-
betur ab ordinibus, nec à beneficiis. vt si quis maxillā, vel oculum habeat
paulò maiorem altero, vel strabo sit aut lippus, vel maculā in oculo: quia
is in redhibitiōe de iure ciuili nō est, l. qui clauū, ff. de ædil. edict. & sic ab
ordinibus nō prohibetur, glo. in summa lv. dist. nec vt beneficia habeat.

Deformitas par-
ua non prohibet
ordinari.

13 Idem si sex habeat digitos, l. idem Offilius, ff. de ædil. edict. vel si di-
gitū amisit casu, aut eius partē, nō ideo prohibetur promoueri, c. qui par-
tē, & c. lator. lv. dist. nisi pollex digitus esset abscisus, vel index, tunc pro-
hibetur ordinari, sed si tantum vngulam pollicis amiserit, non ideo cen-
setur muabilis, dum aliās ad frangendū Eucharistiā sit in ipso pollice po-
tens, c. fi. de corpore vitia. vbi quoque dicit gl. aliquem prohiberi, cū

Digitum non ha-
bens an possit ad
ordines aspirare

14 amisit aliquem ex illis digitis, per quos fit signum crucis. † Consideran-
dum est etiam an illa magna deformitas sit apparens, aut latens: nam si
apparens, & ob id afferat scandalum, quod arbitrio episcopi relinqui-
tur promoueri, prohibetur teste Anto. in c. ij. de corpore vit. † Si verò la-
tens sit vitium, vtpote quia est castratus, non prohibetur promoueri,
nec est opus dispensatione, nisi episcopi: ca. significauit, eod. nec coleos

Deformitas la-
tens non probi-
bet ordines su-
mere.

Castratus potest
ordines sumere.

430 De dispensatione cum corpore vitiatis.

suos custodire tenetur, vt dicunt rustici, gl. in c. Eunuchus, lv. dist. Goffred. in summa, de corpore vitiatis. in fi.

Quod est verum, si per alium castratus fuerit, vel casu eos amiserit, c. ex 16 parte, cum sequen. eodem: secus si ipse seipsum castrauerit: quod rarum est, quia sui homicida fit, tunc prohibetur promoueri, c. si quis absciderit, & c. qui partem, & per totum. lv. dist. & qui promoueri prohibetur in consequens & beneficia obtinere: quia beneficium datur propter officium, quod iste exequi non potest, c. fi. de rescrip. in vj.

Cautela nota pro impetrantibus beneficia nec alia.

Aduerendum tamen est circa Ro. curia praxim, vt si quis existimet se inhabilem, vel collationem nullam: hoc non debet ita manifeste dicere in signatura, sed debet dicere, cum dilectus filius Titius dubitet &c. Ideo petit secum dispensari &c. & cum dubiter collationem viribus non subsistere, &c. Talioqui si statim fateretur se inhabilem, aur collationem nullam, posset illa confessio plurimum sibi detrimenti afferre: quia confessio nocet confitenti, c. j. & per totum, de confessis lib. vj. vbi est bona glo.

Papa an super homicidio dispenset, & super quo et quando.

Super homicidio vero voluntario Papa non dispensat, maxime quo ad altaris ministerium, etiam in regulari: nisi in loco in quo erit occultum homicidium, sed non in loco, in quo est commissum propter scandalum: sed alibi celebrabit ad congruam sui sustentationem: vt doct. not. in c. j. & c. ad audientiam, de homicid. & in foro conscientiae facile dispensatur, imposita tamen graui poenitentia: & quando ipse homicida vellet religionem ingredi: vt statuit Alex. vj. in tit. de dispens.

Si vero agatur de homicidio casuali, Papa facilius dispensat, quam super voluntario, maxime si homicida dabat operam rei licitae: c. dilectus, & seq. de homic. & c. Ioannes, cum aliis multis ibid.

In homicidio vero necessario, si quis vim repellendo occiderit, & se defendendo: & tunc datur dispensatio facile, & cum absolutione in foro conscientiae, ad cautelam, cle. vna, vbi doct. de homic. & si factum fuerit ex inuitabili necessitate, datur per viam declarationis, secus si vitari homicidium poterat fugiendo, glo. & doct. in c. suscepimus, de homici.

De homicidio commisso alium defendendo.

Sed si homicidium quis commiserit, alium defendendo, etiam extraneum, cum teneretur proximum suum iuuare: vt fecit Moyses contra Aegyptium datur dispensatio ad cautelam, dummodo oppressus mortis periculum euadere alias non valeret, & tunc etiam ad altaris ministerium, & ad beneficia, vt ea retineat, sed difficilius dispensatur, quando oppressus potuisset mortis periculum euadere: alia videntur facilia, ideo ea nunc omitam.

De dispensatione de non promouendo.

Habens parochiale ecclesiam, & non promotus intra annum perdit illam.



ALIQVOD nobis modo conseruatur beneficium, videlicet per dispensationem de non promouendo, quia parochialem habens ecclesiam intra annum promoueri tenetur ad sacerdotium: c. licet canon, de elec. lib. vj. alioqui lapsa anno perdit illud ipso iure, nisi sibi prouideat per hanc dispensationem, quae interdum fauore studij conced

Formula dispensat. de non promouendo. 431

conceditur: vnde episcopus gratia studiorum ad septennium dispensat. c. cum ex eo, de elect. in vj. quia studium est labor spiritualis. clem. exiui de paradiso, §. licet, de verb. significa. siquidem studemus vt melius ecclesiae deferuiamus. Bal. in l. qui sub praetextu. C. de sacrosanct. eccles.

2 Est tamen differentia inter huiusmodi Papae & episcopi dispensationem: quia Papa latius dispensat, videlicet ne teneatur interim ad aliquem ex sacris ordinibus promoueri, sed episcopus non alias, quam si scholasticus intra annum promotus fuerit saltem ad subdiaconatum, ne demum ei liceat retrocedere. dic. cum ex eo, & c. commissa, de elect. in vj. scripti plenius in scholastic. priuileg. xxxvj.

Papa & episcopus dispensant de non promouendo sed uariè.

3 Solet etiam ex aliis causis dispensatio concedi, velut superius dictum fuit in principio huius materiae: verum vt haec materia facilius intelligatur, huius dispensationis formam ob oculos subiicio.

Formula dispensationis de non promouendo.



VLIVS, &c. dilecto filio N. parochialis ecclesiae sancti Andreae curato Paris. dioecesis salutem: Laudabilia, &c. hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, tecum, qui vt asseris, in iure canonico scholaris, & in minoribus ordinibus duntaxat constitutus existis, vt ratione parochialis ecclesiae N. Paris. dioecel. quam canonicè & pacificè asseris te obtinere, quique infra annum a tempore ascensionis eiusdem fore dignosceris, vsque ad biennium a fine anni a iure tibi praefixi computandum, ne ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus ordinibus huiusmodi te facere promoueri minimè tenearis: neque ad id a quoquam inuitus valeas cogi. Lateranen. & Lugdun. conciliis, & quibuscunque aliis constitutionibus, priuilegiis, consuetudinibus, fundatione, vel aliis Apostolicis contrariis

nequaquam obstan. autoritate Apostolica de speciali gratia indulgemus, prouiso quòd ecclesia debitis interim non fraudetur obsequiis: & animarum cura in ea non negligatur, &c.

Datum Roma, &c.

Dispensatus de non promouendo ratione unius ecclesie, non censetur dispensatus, si alia obtineat.



HIS præmissis facilius nobis erit, & certius decidere quædam dubia, quæ ex hac dispensatione vidi plerunque suboriri. Primum an si hic dispensatus obtinuerit aliam ecclesiam post dispensationem, censeatur quoque dispensatus quoad eam, ne teneatur promoueri intra annum adeptæ possessionis, & commissi regiminis, quod prima fronte videbatur. † Contrarium tamen est decidendum, quandoquidem hic Papa concedit, vt ratione parochialis ecclesie sancti Andreæ non teneatur promoueri: ex quo liquet mentem Pontificis non vltius extendendam esse: quamobrem ex intèntione deficit dispensatione: c. mandatum, ibi, non fuit intentio mandatoris, de rescript.

Clausula in dispensatione de non promouendo ponenda.

† Ob id ad vitandum dubiũ, addere debes in signatura, Quòd nullo modo teneatur promoueri ratione huius ecclesie, nec ex alia quacunq; causa, etiam si aliam adipisceretur, & tunc noua opus non erit dispensatione: & hoc soleo apponere, aut cuiuscunq; alterius beneficii ecclesiastici curati, vel aliàs sacros ordines requirentis, per te pro tempore obtenti, &c. vt in forma breuis inferius videre licebit.

Dispensatio prodest ad beneficiũ quod postea in se obtinuit.

Secundum se offert dubium, de eo qui ecclesiam possidebat non canonicè tẽpore dispensationis, sed postea quidem eam canonicè obtinuit, an hodie videatur dispensatus: & videri dispensatum crederem, sed per illam clausulam non datur titulus ad illam ecclesiam: sed tantũ narratur factum partis, ibi, quam canonicè & pacificè asseris te obtinere.

Et quando dispensatur cum isto non habente canonicum titulum, non est necessaria noua traditio, seu adeptio possessionis beneficii, sed primã sufficit continuare, per §. interdum, de rerum diuis. in insti. Cardi. in c. vlti. lvi. dist. no. vlt. Boer. decif. Burdegal. q. cccix.

Dispensatio de non promouendo intra annum pendenda est.

Tertiò ibi, Quique intra annum à tempore assecutionis eiusdem fore dignosceris. Etiã vidi dubitari, an hoc sit in hac dispensatione exprimentum? Respond. exprimentum esse: quia nisi esset intra annum, iamque priuatus esset eo beneficio, per c. licet canon. & c. comissa, de elect. in vj. ob id esset beneficium tanquam vacans de nouo conferendum, quamobrem non nisi intra hunc annum dispensatio huiusmodi reciperetur,

Prorogatio dispensationis fieri potest, et ad quod tempus.

per l. sed & si manete. ff. de precar. † Nam aliud est prorogare precarium eo durante, vel finito: quia si eo finito prorogetur, nouum est precarium. Boer. in decif. Burdegal. q. cclxxxiiij. & ccxciiij. & hæc prorogationem debet longius tempus continere, quam principalis dispensatio: quia accessorium non solet esse maius suo principali. l. cum principalis, ff. de reg. iur.

iur. vbi doc. nisi fuerit in subdiaconatus ordine constitutus, aut aliàs legitima fuerit prorogationis causa: vt statuit Alex. vj. id temporis pontifex maximus in tit. de proroga.

12 Quartò ibi, vsque ad biennium non teneatur promoueri, an illa dictio vsque, includat totum biennium? & respon. includere. l. post duos, C. de aduoca. diuersi iudicio. nam quidam dicunt hoc tanquam fauorabile venit extendendum. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. Arbert. in authen. hoc ius. C. de procura. dixi in tract. de senten. prouiso. artic. ij. gl. iij. & plenius in l. absentem. ff. de verb. signific. & sic in isto biennio non teneatur promoueri secundum quosdam: alioqui non daretur dispensatio biennij: sed anni tantum, quod est verius.

13 Quintò quæro à quo tempore computetur hoc biennium, responderetur in literis, videlicet à fine anni à iure tibi præfixi computandum. Annus autem hic à iure præfixus est vigesimus quintus annus in minoribus, intra quem ad sacerdotium quis promoueri teneatur. c. cum in cunctis, de elect. & sic iste tenebitur in vigesimo octauo anno promoueri, alioqui eo elapso vacabit beneficium.

Dispensatio de non promouendo ad biennium quomodo computetur.

14 In maioribus verò annus à iure præfixus ad promouendum est annus a die commissi regiminis, & pacificæ possessionis computandus. vnde si quis calendis Ianuarij 1540. obtinuerit ecclesiam parochialem, habet illum integrum annum ad promouendum, nec est priuatus nisi toto hoc anno elapso, c. comissa, de elect. in vj. & si hoc anno impetret, dispensationem ad biennium fortè calendis Februarij, non teneatur promoueri ante quadagesimum tertium: quo elapso anno si nõ fuerit promotus, vacabit beneficium per non promotionem.

15 Nam primò debet computare annum à die collationis beneficii, & pacificæ possessionis, & postea biennium ex dispensatione à fine anni dictæ collationis: quibus tribus annis elapsis nisi promotus fuerit, vacabit beneficium: vt in d. c. licet canon, & c. comissa, de elect. dicas tamen vt inferius elucidabo, per curiæ Aræstum.

16 Sed nõne licebit extensionem & prorogationem istius biennij obtinere? Respon. id ex voluntate Papæ cõsistere: nempe si causa prorogandi adsit, requiritur tamen expressio primæ dispensationis, aliàs non valeat secunda, per c. fi. de filiis presbyter. in vj.

17 Sextò indulget Papa, ne hic impetrans teneatur promoueri, nec cogi possit ab aliquo: liberum ergo est ei si velit citius promoueri, sumendo argumentum à contrario, quod est validum, c. cum Apostolica, de his quæ fiunt à præla. l. j. ff. de offi. eius cui manda. est iuris.

18 Septimò ibi, ne ad aliquem ex sacris, tollit dubium motu ex eo, quod nonnulli asserunt dispensatum, vt haberet beneficium curatũ, non censeri dispensatum, quin in xvij. anno ad subdiaconatum promoueat, & in xx. ad diaconatum: vt docet Petrus Anch. consil. cxcij. vltra, & consil. cccij. Sed contrarium hic apparet per istam claus. ne ad aliquem &c. vt ad nullum ex sacris ordinibus promoueri teneatur ante dispensationem

Dispensatus de non promouendo non tenetur aliquid ex sacris sumere ordinibus.

fnitam. scripsi in tract. nomina. q. ix. in fi. q. & sine dispensatione expressa tene quod scrip. in tract. nominat. vt promoueri teneatur, vt superius dixi tempore iuris. † Octauò ibi, Lateran. & Lugdun. conciliis non obstan. 19 de hoc concil. Lateran. tex. est in c. cum in cunctis, de elect. & de concilio Lugd. in c. licet canon, illo. tit. reliquas non obstantias declaravi in bulla nouæ prouisionis supra, & in bulla dispensa. † Vltimò quò dilucidius materia istam nobis prosequi liceat, adiungam hinc regu. Cancell. Iulij iij. quæ est num. 25. per quam malè promotos à bene promotis facillè dignoscere possumus, additis meis quibusdam scholiis, non parum huic rei (vt puto) conferentibus.

De clericis ad sacros ordines malè promotis.

Regul. cancella. xxv. Iulij tertij.

Item de clericis extra tempora à iure statuta.

GLOSSA PRIMA.



SCIRE cupienti quinam ritè sint promoti, contrarium eius præmittendum est, videlicet qui malè, velut docet Iuriscòf. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. quòd cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. Quamobrem hinc notandum est quem dici malè promotum multis modis.

Primò, cum est promotus extra tempora à iure statuta, vtpote extra quatuor tempora. c. iij. de tempor. ordinand.

Statuta tempora ad promouendū quæ sint.

Statuta tempora à iure sunt, vt minores ordines dominicis & aliis festis diebus conferantur, & consecrationes virginum fiant. c. de eo, de tēp. ordinan. Ordinationes verò sacerdotum id est episcoporum celebrentur non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica doctrina scriptura manifestante, quòd cum Apostoli Paulum & Barnabam ex spiritus sancti præcepto ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, *ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus*: vt intelligamus quanta & dantiū & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. c. j. & c. quod die, lxxv. distinct.

Prima tonsura quolibet die conferri potest, & in diocesi & extra.

Prima verò tonsura quolibet die conferri potest, cum iura certū diem in ea non præfigant. & sic obseruatur de generali consuetudine, teste Hostien. Ioan. Andr. & Cardin. in c. pen. de temp. ordin. per c. cum contingit, de ætate & qualit. & tam in diocesi quàm extra diocesim potest episcopus suis subditis tonsuram conferre, vt docet Barba. in c. nouit, de offi. legat. & scripsi in tract. nominat. q. xiiij. nu. 29. & 65.

Minores & sacri ordines ubi, & quando dari possint.

Et minores ordines, quando episcopo, & vbi videbitur, dari possunt, sacri verò nunquam, nisi in publica ordinatione. c. quando. lxxv. distinct. & ordines sacri solent in maiori ecclesia conferri. glo. in c. ordinationes. lxxv. dist. de consuetudine. episcopi conferūt hostidem, vbi volunt, teste Floren. in iij. summæ parte. c. xiiij. c. xvj. §. xvij.

Non debet tamen episcopus generalem ordinationem de his minoribus

ribus facere, ideo vnum aut duos ordinare potest, non quin plures ordinare possit, sed caueat ne generalem ordinationem faciat, sicut in quatuor temporalibus, c. de eo, & ibi doct. de tempor. ordinand. Prapof. in c. quod a patribus. lxxv. distinct.

7 Item ordines sacri, videlicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, nisi quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante dominicam de passione conferri non debent, c. iij. de tempor. ordinand. c. quoniam, in fi. & c. fi. lxxv. distinct.

8 Sed quare potius his temporibus quàm aliis? Prapof. in c. quoniam, §. ceterum, lxxv. distinct. respon. quia sacerdotes, & alij clerici locum eum obtinent in ecclesia, quem olim Leuitæ, penes Israeliticum populum obtinuerunt, quos vt libro Numer. legitur. Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficeretur, custodiuit; cū quasi primitiæ sint: vnde quasi primitias domino offerimus, cum aliquos ad sacros ordines damus: conueniens ergo est, vt pro primitiis temporum scilicet quatuor temporibus primitias hominum offeramus. hæc ille: longè tamen videtur petita ratio.

Quare ordines quatuor temporibus conferantur.

9 Item introductū est his quatuor anni temporibus fieri ordinationem, vt ordinati exornentur, & sub quatuor Euangelis seruire Christo & ecclesie moneantur: in Vere, vt virtutibus floreat; in Aestate, vt fructus afferant; in Autumno, vt fructus operū metant; in Hyeme, vt fructus collectos conferuent in horreo, vt eis in domo fruatur.

10 Et in sabbato potius quàm in aliis diebus, eò quòd illa dies Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur, c. quòd a patribus, lxxv. dist. vel sabbatum notat requiem: quia ordinati à sacris transeant ad requiem ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum, c. fornicari, lxxv. dist. & Paul. ad Thimoth. *Nemo militas Deo implicet se negotiis secularibus*, c. j. & per totum, ne cleric. vel monach. negoc. secular. se immisceant. Sed in minoribus non transeunt ad requiem, quia possunt ad seculum redire. glo. & do. in c. literas, in fi. de tempor. ordinand.

11 Tamen Papa quolibet tempore ordines etiam sacros conferre potest, c. j. de tempor. ordi. & ibi Hostien. in summa, sicut quolibet tempore pallio vitur. c. ad honorem, de autoritat. & vsu pallij. quia hoc est de iure positiuo, à quo est absolutus. c. proposuit, de concess. præb. imò dicit Angel. in l. j. C. de sentent. pæsis, Papam solo verbo posse aliquem creare episcopum, vel prælatum; licet hoc facere non sit solitus, sed formam aliquam imple solet seruare, vt alij eius exemplo seruent.

Papa quolibet tempore ordines conferri.

12 Item hoc concedere potest ex speciali gratia episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit: doct. in d. c. j. & datur dispensatio per breue existenti in xxij. vel circa ætatis suæ anno, etiam in diaconatus ordine constituto, vt promoueatur ad sacerdotium die dominico, vel in aliquo die festo, etiam extra tempora à iure statuta: de quibus supra dixi: dummodo aliud canonicum non obstat, super quo sua & antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus.

Quando ante ætatem, & extra quatuor tempora possint aliqui promoueri.

Sed cum religiosis dispensatur in vigesimo primo anno, etiam ut ad sacros promoueat: teste Staphil. in tract. de literis iustitiae, fol. cxciij. vers. datur dispensatio, in rub. de rescrip. in forma breuium.

Consuetudo pro mouendi ad sacros extra quatuor tempora non ualet.

Nec valet consuetudo, quod sacri ordines conferantur extra quatuor tempora, c. ij. de temp. ordin. imò tam ordinans quam ordinatus peccant mortaliter, quia violatores canonum à Spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnantur. c. violatores. xxv. q. j. Floren. vbi supra in d. iij. parte summæ, tit. xiiij. c. xv. §. xvj. † Oportet ergo ut neque per commo- dum neque per gratiam, aut quorundam supplicationibus aliquos ad sacros ordines consentatis, vel permittatis adduci. scribit Gregor. Ioanni Corinthiorum episcopo, in c. nouit. 100. distinct.

Ordinati extra quatuor tempora suspensi sunt.

Et quamuis de iure quædam esset dubitatio, An ordinatus extra quatuor tempora esset ipso iure suspensus, in cap. cum quidam, & c. literas, de tempor. ordinand. Tamen hodie per extrauag. Pij. ipso iure sunt suspensi qui si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumperint, irregulares eo ipso fiunt, & à solo Papa absoluedi. c. cum quidam. c. literas, de tempor. ordinand. Silvester in sua summa, in verb. irregularitas. q. x. vide tamen in distinctionem cap. consultationem, de tempor. ordinand. † Et quid agendum cum aliquid omittitur de forma præstituta in ordinibus, scribit Floren. in iij. parte summæ, tit. xiiij. cap. xvj. §. v.

Suspensus est qui plures uno die assumit.

Item capiens vno & eodem die plures ordines sacros est suspensus. c. 18 literas, & c. dilectus, de tempor. ordinand. quatuor tamen minores poterit eodem die assumere, dummodò non temerario ausu. c. ij. de eo qui fuerit ordinatus. Sed accolatum, & alium sacrum non. Panor. & Anchar. in c. iij. de tempor. ordinand.

Dicit tamen ibi Cardi. contrarium seruari: quam consuetudinem putare valere, cum non prohibeantur, nisi sacri eodem die conferri. ergo quatuor minores, & subdiaconatus eodem die conferri, & accipi possunt ex consuetudine, & hæc de promoris extra tempora.

Siue ante ætatem legitimam.

GLOSSA SECUNDA.

Ætas legitima que sit in omnibus ordinibus



Ætas legitima est quoad primam tonsuram septimus annus. c. fin. de temp. ordin. in vj. ad ordines verò minores videlicet ad Accolatum xij. annus, vel xiiij. c. in singulis. lxxvij. distinct. subdiaconus verò non poterat olim ordinari, nisi esset in xxj. anno. c. de his, xxvij. distinct. & finito xx. anno. c. subdiaconus. lxxvij. distinct. nec refragatur d. c. in singulis, lxxvij. distinct. vbi in xiiij. anno subdiaconus fieri poterat: quia hoc intelligitur in xiiij. anno post septimum, & sic in xxj. anno: vt glo. & doct. ibi docent.

Hodie sufficit quòd attingat decimum octauum, quia minùs hodie viuunt homines: clem. generalè, de ætate & qualitat. nec oportet reprehensibile dici, si variantibus temporibus statuta variantur humana. c. non oportet.

3 ter, de consanguini. † Item olim xxv. annus requirebatur, vt quis promoueretur in diaconum. c. Episcopus. lxxvij. distinct. & c. nemo. lxxvij. distinct. hodie suscipere licet hunc ordinem in xx. anno. d. clem. fin. de ætate & qualitat.

4 Presbyter verò olim nullo modo ordinabatur, nisi trigésimum ætatis suæ annum impleuisset. c. j. & seq. lxxvij. distinct. & citius quem ordinari prohibeatur: quia dicitur j. ad Timoth. v. *Nemini citò manus imposueris, neque communices alienis peccatis.* Quid est manus citò imponere, nisi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? rex. in c. quid est. lxxvij. distinct.

5 Dominus enim Iesus xxx. anno baptizatus est, & tunc prædicauit, & Ioannes Baptista, Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetaffe, vel prædicasse. † Verum quia Hieremias & Daniel intra iuuenilem ætatem spiritum prophetiæ leguntur accepisse. David quoque & Salomon in adolescentia reperiuntur vñti. c. presbyter. lxxvij. distinct. ideo in concilio Vienn. fuit statutum, quòd sacerdos fiat, si xxv. attigerit annum, in d. clem. fin. quòd tempore necessitatis etiam olim erat concessum, in c. fi. lxxvij. distinct.

Christus baptizatus in xxx. an no sed quidam probantur iuuenes.

7 Nota quòd si ante tempus quis fuerit ordinatus, ordinandus Episcopus est suspensus à collatione ordinum. gl. & doct. in d. cle. fin. qui tamen si durante suspensione celebrauerit, non efficitur irregularis. Domi. in c. eos. de tempor. ordinand. in vj. Philip. Fran. in c. j. col. vlt. de re iudic. ibid. sed peccat mortaliter, teste Floren. in iij. parte summæ, tit. xiiij. c. xvj. §. xv.

Conferens ordinem ante tempus est suspensus et ordinatus.

8 Ordinatus verò ante tempus est suspensus ab executione ordinis vsq; ad ætatem legitimam. c. non est compos, de temporib. ordinand. & c. dilectus de ætate & qualitat. c. j. de clerico per saltum promo. ordinatio tamen tenet, etiam si puer ad sacerdotium ordinaretur. Cardi. in d. cle. fin. per gl. in c. pueri, j. q. j.

9 Collatio tamen beneficii isti promoti ante septennium non valet. Ioan. Andr. & Philippi Perus. in c. fin. de tempor. ordinand. in vj. & sic non iuuatur decreto, de pacific. possessor. cum sit inhabilis: vt scripsi in tract. de pacific. possessor.

Collatio beneficii promoti ante septennium facta non valet.

10 Imò si hic minor hos ordines sacros ante xiiij. anno susceptos ratos non habuerit, non obligatur, sed poterit matrimonium contrahere, sicut is qui hoc tempore ingressus est religionem. c. ad nostram, & c. significatum, de regular. Calder. consil. vno tit. qui cleri. vel vouen. gl. & doct. in c. vno, de clerico per saltum promoti. Io. Dias in practica criminal. c. xxij.

Minor ordinatus ante tempus non obligatur.

11 Quid si minores interim celebrent? irregulares à iure non fiunt, tum quòd à iure non inueniatur expressum. capitul. is qui, & ibi gloss. de senten. excommunicatio. in sexto: tum quia sunt suspensi à canone quoad se tantum, & non quoad alios: & suspensus à iure quoad se, celebrans irregularis non efficitur. capitul. fin. de cleri. excommunicati. ministran. Philip. Perus. in d. c. j. de re iudic. in vj. Panor. in capit. primò,

Minor ante tempus celebrans irregularis est.

der clericis per saltum promoti hodie per constitutionem Pij Papæ ij, efficiuntur irregulares, & beneficiis priuari possunt.
 Intellige cum isti ante tempus ad sacros ordines promoti fuerint, secus ad alios ordines: vt per tex. huius regu. constat, qui tantum de sacris ordinibus loquitur, ibi ad sacros ordines, &c.

*Super ætate Pa-
pa solus dispen-
sat.*

Vbi notandum est, quòd Episcopis nõ potest dispensare super ætate. glo. & doct. in d. cle. si. sed cum ordinatis extra tempora dispelabat olim quidem Episcopus. tex. & ibi doct. in c. consultationi, de tempor. ordinã. sed nõ hodie, sed solus Papa, aut legatus à latere ex speciali sibi data potestate, & in dispensatione solet poni clausula, quod ad annum sit suspensus, vel ad aliud tempus prout Papæ placuerit, vel legato dispensanti.

Aut absque dimissoriis literis ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore.

G L O S S A T. E R T. I A.

Dimissoria que.

DIMISSORIAE quoad istum text. dicuntur, quæ aliàs commendatiuæ vocantur, quæ dantur his, qui volunt ordines ab alieno sumere. Episcopo, c. j. & c. cum nullus, de temporib. ordinand. in sexto. scripsi in l. dimissoria. ff. de verborum significatio. & superiùs in prima parte de his abundè scripsi.

*Promoti sine di-
missoriis suspens
sunt.*

Nam ab alieno Episcopo promoti sine dimissoriis istis ad sacros ordines suspensi sunt ab ordinum executione quoad se, nõ quoad alios: quòd si interim in eisdem ordinibus sic susceptis ministrant, non incurrant irregularitatem de iure. Ioan. Andr. in c. quod translatus, de tempor. ordinand. glo. & Domi. in c. eos, illo tit. in vj. hodie eo ipso quòd celebrant irregularitatem incurrunt: vt patet in constitutione Papæ Pij, ergo non habet locum, si sumeret alios non sacros: vnum enim exprimendo alterum negare videtur. c. nonne, de præsumpt. l. cum prætor. ff. de iudic. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus, dixisset. c. ad audientiam de decimis. igitur exprimendo de sacris, noluit intelligere de aliis. Nec refragatur c. de tempor. ordinand. in vj. siquidem in suo casu intelligitur vt ibi doct. notant. Quamuis in quibuscunque ordinibus suspensionem contrahi scribat Siluester in sua summa, in verb. irregularitas, q. ix. per d. c. j. quod à iure non recipitur.

*Dispensatio a
Papa post pro-
motionem inuol-
tam sit exca-
tur.*

Ideo licet olim impetraretur dispensatio, vt non obstante tali suspensione, pollet vti clericali caractere, & in susceptis ministrare, illudq; susceperat vt nõ. Ang. in sua summa, in verb. irregularis. §. xxxij. hodie tamen propter constitutionem Pij oportet exprimere, quòd non obstante irregularitate incurta celebrando, seõ dispensetur, alioqui non prodesse dispensatio quod est notandũ, & solet taxari ad vij. carlin. hæc dispensa-

tio

tio: & si extra tempora duplicatur vt xiiij. carlinos soluere pro taxa teneatur, vt quandoque fiebat, sed hodie augetur potius quàm diminuat.

Etiam voluit constitutionem piæ memor. Pij Papæ secundi similiter prædecessoris sui desuper edictam, & in cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit, Cum ad sacrorum ordinum &c. pari modo obseruari.

G L O S S A Q V A R T A.



VIA vidi plerosq; super hac constitutione dubitare, quæ apud nos non extat, eam ad verbum duxi hîc transcribendam: ne deinceps super ea ambiguitas oriatur.

Tenor constitutionis Pij Papæ ij.

1



RIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Cum ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimetur, sacra mysteria dispensantur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione: excessus grauis tantò magis plectendi sunt quantò ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque sicut fide dignorum relatione (non nisi molestè) accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, alioqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri: Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis imposterum committendi similia aditus præcludatur, authoritate Apostolica, hac constitutione perpetuò valitura statuimus & ordinamus, quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam: vel absque dimissoriis literis, etiam citramontani à citramontanis, præterquàm si in hoc vltimo casu per cameram Apostolicam iuxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante in hisdem ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant. præterea vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas beneficiis ecclesiasticis possunt iure priuari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Romana Curia existentes, post quindecim dies, absentes verò

verò Italicos post duos menses, alios verò vltimò tanos post sex menses ab ipsius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostram statuti, ordinationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignitatem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno ab incarnatione dominica millesimoquadringentesimo sexagesimo quinto, decimo Calendas Decembris Pontificatus nostri anno quarto.

Ordines perpetuam suscipiens est perpetuò suspensus. Et sic per istam constitutionem is, qui extra tempora, vel ante ætatem, vel sine dimissoriis promotus fuerit ad sacros, suspensus est, donec absolutionis beneficium à Papa fuerit consecutus, non tantum vsque ad ætatem legitimam, prout de iure, vt in c. cum quidam, & c. literas, de tempo. ordinand. & hîc patet, sed perpetuò.

Item si durante suspensione celebrauerit, si sit sacerdos, vel si diaconus sit, tanquàm diaconus in ecclesia ministrauerit, aut tanquàm subdiaconus incurrit irregularitatem, à qua sententia non potest ab alio quàm à Papa absolui. quamuis doct. in c. consultationi, de tempor. ordinand. contrarium dicant.

Omnes possunt regulariter ordines sumere, exceptis sequentibus. Notandum est insuper, quòd omnes regulariter possunt promoueri, nisi prohibeantur à iure: qui verò sint prohibiti, refert tex. in c. qui in aliquo. l. j. distin. & in c. j. lv. distin. Hostien. verò in summa, de tempor. ordinand. §. & cui, adducit quosdam versus, quibus eorum breuis complectitur prohibitio, qui non possunt ordinari, sub his verbis.

*Primum precipitur, quòd sit sine crimine præsul,
Monogamus, sobrius, prudens, ornatus & spes,
Casta docens, non percussor, non litigiosus,
Non cupidus, bene dispositus, non neophytus ve.
Talis Apostolica, quòd præ sit regularius sit.*

Crimina grauia prohibent ordinandos. Et quamuis Paul. j. ad Timoth. c. iij. voluerit ista in Episcopo adesse: tamen Augusti. & Gregor. ea ad ordinandos extenderunt. c. cognoscamus, xxxiiij. distin. & c. Apostolus, lxxxj. distin. Primum ergo crimen prohibet ordines sumere, quod intelligerem de graui, vt est hæresis, simonia, homicidium, & alia crimina, secus si leuia fuerint. Hosti. in dict. summa, & capitul. at si clericus. §. de adulteriis, vbi doct. de iudic. & in capitulo ex tenore, de tempor. ordinand. alioqui nullus vnquam seu vix ordinaretur.

Bigamus ad ordines prohibetur. Monogamus, id est vnus vxoris vir. Bigamus autem eius contrarium, ordinari prohibetur. capitulo, nullus Bigamus, lv. distinctione: imò si fuerit clericus, omnibus est exutus priuilegiis, capitulo, vno, de Bigamis, in vj.

Ebrius an possit effici sacerdos. Sobrius ordinandus esse debet, vnde consuetus inebriari prohibetur ordinari. capitul. Episcop. aut presbyter. xxxv. distin. iuncto text.

in

in summa, ibidem, vbi ministri templi prohibebantur vinum & siceram bibere, ne ebrietate grauaentur corda eorum, vt sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit. aut quia venter mero æstuans facillè despumat in libidines. ante omnia clericis vetatur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut xxx. dierum spatio à communionem submoueatur, aut corporali subdatur supplicio. c. fin. xxxv. distin. alia profequitur Hostien. ob id ad illum te nunc reiicio.

9 Et de his non ritè ordinatis quis dispensare possit? abundè distinguit Aegid. Bellamera in c. fin. de ordina. ab Episcopo qui episcopa. renuncia. ibi videri potest: & tene quæ superius dixi per istam constitutionem Pij Papæ ij.

10 Sciendum est autem, quòd antequam aliquis admittatur ad ordines, oportet quòd examinetur: vnde in concilio Carthagi. statutum fuit his verbis. Nullus ordinetur clericus, nisi probatus, vel examine Episcoporum, aut populari testimonio. c. nullus. xxiiij. distin.

11 Et si quis presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, abiiciantur ex clero, vt in concilio Martini Papæ statutum fuit, in c. fin. xxiiij. distin. ergo ignotus promotus, etiam aliàs re vera dignus, deponendus est, vt d. c. fi. & ita docet Gofred. in summa, de tempor. ordinand. §. restat videre. Si verò fuerit notus & dignus, tunc nullum est peccatum. c. de Petro. xlvij. distin. c. valde, xciiij. dist. quia notoriè doctus examinari non debet, clem. vna de iureiurando. vbi Barba. no.

12 Superest igitur videre, quomodò sint examinandi, super quibus, & à quibus, & quando in concilio Nanaten. ita statutum reperio quod habes in c. quando, xxiiij. distin. Quando Episcopus ordinationem facere dispont, omnes qui ad sacrum mysterium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vocandi sunt ad ciuitatem vnà cum presbyteris, qui eos repræsentare debent: & tunc Episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros diuinæ legis, exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, vbi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Dei, ante omnia diligenter inuestigent, si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant.

13 Ipsi autem quibus cura committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti à vero deuiant, vt indignum & minùs idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quòd si aliter fecerint, & ille, qui indignè accesserit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum Sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic Sabbato qui probati sunt, Episcopo repræsententur: Aliàs autem sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio nullum Episcopus ordinare præsumat.

Licet

Examinatio ordinandorum ad quem spectat.

Licet quidam istam examinationem ad officium Archidiaconi spectare dicant. c. adhac, &c. vt nostrum, de offic. Archidiacon. c. si quis. xciiij. distin. Gofred. in summa de tempor. ordinan. §. nunc videamus. Tamen hodie in Francia Archidiaconi de consuetudine amiserunt istud examinandi ius, vt nunc solos Episcopos examinare, vel committere videamus: ideo tenentur illi, qui examinauerunt: si indignus presentetur. c. si feruus, liiij. distin. necnon Episcopus tenetur. c. accepimus, de ætate & qualita. si malum examinatore & corruptum elegit, vel ignarum, sicut & exercitor nauis de facto sui magistri. l. j. §. magistrum. ff. de exercitor. actio. & debet episcopus eos adigere iuramento, quòd iuste eos examinabunt, & fideliter, & verè sententiam dicetur super his.

Hodie quoque non seruat illud scrutinium, seu examinatio, quæ fiebat secùdum formam positam in c. vno, de scrutinio in ordine faciendo. sed examinans, si reperiat examinatum idoneum, illum cathalogo ordinandorum inscribi mandat: & demum is suscipit ordinem, ad quem est examinatus. in prima verò tonsura parua est examinatio, in susceptione quatuor minorum est maior, in subdiaconatu debet esse maxima. quia in aliis examinari postea non solet: sed quidam bursam examinant, & Giesum imitantur.

De promotis per saltum.

Interdum etiã quis per saltum ordines recipit, verbi, verbi gratia, à subdiaconatu saltat ad sacerdotium, quod accipit sine diaconatu. & tunc interdicitur ei executio ordinis, quem recepit, donec quod est omissum suppleatur, id est diaconatus collatus sit. c. sollicitudo, liij. distin. & episcopus poterit cum isto ordinato dispensare, & ei cõferre diaconatum, vt tunc ipse ordinatus ministrare possit. per tex. in c. vno, de cle. per saltum promo.

Quod intellige, si non ministrauerit in ordine non suscepto, alioqui solius est Papæ dispensare: quando quidem effectus est irregularis, & incidit in pœnam clerici non ordinati ministrantis: de qua in c. j. de clerico non ordin. ministran. Hostien. in summa illius titu. Siluester de Prier. in sua summa, in verb. irregularitas. §. vndecimò quæritur, post Lappum allega. xxix. an dispense. & si impetret dispensationem, requiritur in ea absolutio, dummodò ritè se promoueri faciat.

De promotis sine examinatione.

Alij reperiuntur, qui furtiue, id est sine examinatione, & approbatione superioris se ingerunt ad ordines cum aliis approbatis ignorante Episcopo: & tunc si hoc erat prohibitum ab Episcopo ordinante sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda: tunc is ordinatus non poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione: secus si tantum erat prohibitio sine excommunicatione: vt in c. j. & per totum, de eo qui furtiue ordines recepit, summa Angel. in verb. irregularis. §. xxij. † Si tamen Episcopus dicat, Non intendimus ordinare non examinatos, & non approbatos, & tunc qui se ingessit non erit ordinatus, ideo oportet quod iterum ordinetur, iniungendaque est illi pœnitentia, priusquam ordinetur: quia valde deliquit, se ingerendo susceptioni ordinum ante approbationem. doct. ibidem.

De

De non promotis intra annum quando priuati censeantur, & quando possint excusari.

- 1 **R**EGULA iuris est notissima, quòd quicumque habet ecclesiam parrochialem, tenetur intra annum promoueri: alias amittet ipso iure ecclesiam illam, & potest per non promotionem tanquam vacans impetrari & conferri, c. licet canon, de elect. & elect. pot. in vj. etiam ante declarationem: veruntamen possidens non remouebitur à possessione, nisi vocatus & auditus fuerit, quia fortè ius habet retinendi. capitulo, licet Episcopus, de præbend. in sexto. † Ratio autem huius edicti est, quia præfectus parrochiæ & parrochianis, seruire debet illis, celebrando, confitendo, & alia, quæ ad verum curatum spectant, faciendo: quod præstare non potest, nisi promouetur: tum quia propter officium & seruitium datur beneficium. capitul. de rescrip. in sexto. Et quia periculum est animarum ex defectu pastoralis non seruientis: capitulo, ne pro defectu, de elect. Et si promotus fuerit tamen non cernat, nec celebret non vaccat ecclesia per non promotionem, sed inspecta ratione quod promotus si intra tres menses non celebret esset ipso iure priuatus, eo quod promouentur & celebrare decinunt & quoad effectum promoti non censentur vt scripsi in l. vinaria. ff. de verb. sign. & quacunque in festis saltem quatuor solennibus anni celebrare tenetur facit c. si quis in clere. 79. j. & c. si. de senten. excom. in vj.
- 2 **R**atio cur promoueri quis teneatur.
- 3 Adde regulam istam etiam factam esse ad cautelam, ne videlicet liberum sit alicui post receptos fructus ecclesiarum eas relinquere, & contrahere matrimonium: vt in c. commissa, de electio. lib. vj. Ideoque prouidetur, vt quis teneatur intra annum promoueri, quo melius eidem rei seruiat, cui fuit præpositus.
- 4 Quæ regula præter curatos ampliatur etiam circa alios, vt primò procedat quoque in vicariis perpetuis, clem. vna, de offi. vicar. quia licet non sint rectores ecclesiarum, sunt tamen rectores curæ animarum, & grex parrochianorum est eis commissus, arg. c. prouideas, de off. vicar. quamobrem eis incumbit, vt gregi eisdem credito deseruiant, vt illum pascant, & verbo doctrinæ & exemplo: c. quoniam. & c. inter cætera de offic. ordinar.
- 5 Secundò etiam habet locum in habentibus prioratus vel conuentuales aut curatos, clemen. ne in agro, §. cæterum, de statu monacho. quia prior conuentualis ratione monasterij & personarum eiusdem habet curam monasterij, & personarum tam in foro pœnitentialem, quam iudiciali, ideo promoueri tenetur, sicut aliam habens curam.
- 6 Intellige siue illa beneficia vel prioratus habeat in titulum, siue in commendam, per dictum §. cæterum, ibi collationis, seu commissiois sibi factæ: nam qui in commendam habet, non plus iuris habet, quam habens in titulum, nec minor idoneitas requiritur in commendatario quàm inhabente titulum, per capitulo. nemo, de electio. in vj.

Habens ecclesiam parrochialem intra annum promoueri tenetur.

Ratio cur promoueri quis teneatur.

Vicarius perpetuus promoueri intra annum teneatur.

Prior conuentualis etiam cõmendarius intra annum promouendus.

& dictus S. cæterum, loquitur generaliter, quando conferuntur aut committuntur; conferuntur in titulum, committuntur in commendam: vt in clementina vna, de supplen. negli. prælat. vt abundè scripsi in tractatu de pacificis possessorib. in quinta ampliat. num. 42. Si tamen cura rogatur per secularem vicarium dicerem non priuari priorem quia curatus actu non dicitur prioratus inferius abunde scribam.

Seculares & regulares intra annum promouentur.

Tertiò habet locum tam in secularibus, quàm in regularibus: vnde si commendetur ecclesia parochialis à Papa cuidam regulari, tenebitur is etiam promoueri intra annum, per d. c. licet cano. † Sic erit dicendum in seculari, cui prioratus regularis conuentualis, aut curatus est commendatus. Imò ab ordinario non posset ecclesia parochialis comendari cuidam, nisi qui actu sacerdos existat, c. nemo. ergo si Papa eidem commendet, tenebitur idem promoueri iuxta terminu iuris. Et ita fuit decisum in magna camera inquisitionum, anno 1534.

Arestum.

Præpositi decani an priuantur per non promotionem.

Tamen, S. cæterum, non habet locum in Præpositis, Decanis, & aliis præsentibus canonicis regularibus: tum quòd ille text. tantum loquitur de prioribus conuentualibus & curatis: tum etiam quia est constitutio pœnalis, ergo non extendetur, per l. cum quidam, ff. de liberis & posth. nam hoc expressisset Papa, si voluisset, c. ad audientiam, de decimis.

Nec refragatur quòd Benedictus xij. extenderit etiam ad Præpositos, Decanos, & alios præsentibus ecclesiis conuentualibus: vt patet in const. Bened. c. xxix. incipien. in super. versic. nos pari ratione: hoc est verum in ecclesiis conuentualibus monachorum, quia in illis est speciatim statutum, ergo in aliis locum non habet, quæ non sunt ordinis sancti Benedicti, quibus expressè monachis illa lex est data: vt consuluit Federicus de Senis consi. xxv. casus talis est, quidam. & Domi. consi. cxxxij. casus talis.

Promoueri an teneatur qui non recipit fructus primi anni.

Quartò extende, etiam si habens ecclesiam parochialem non recipit fructus primi anni propter deportus, quos vocant Galli, nihilominus tenebitur promoueri, alioqui priuatus erit anno elapso per ca. licet cano: tum quia grex est eidem commissus, vt ibi: & habet pacificam possessionem curæ, ac liberum exercitium animarum: ergo propter earum periculum tenebitur sic promoueri, glos. & doct. in c. commissa, vbi Domi. & Philip. Perus. de elect. in vj. & in c. si tibi concessio, de præbend. ibidem. & Domi. consi. cxxv. dubia, in iij. q. vers. super tertio. † nam licet nil illo anno recipiat, quo seruire teneatur, tamen parare se tenetur, vt eo tempore, quo fructus recipere licebit, sit idoneus ad seruiendum, & sic promoueri tenebitur illo anno. Nec obstat quòd per adeptionem secundi non vacat primum, cum ex eo nihil recipio: magna si quidem est ratio differentie inter vtrumq; , cum inducere vacationem primi, ex quo nil ex secundo percepi, & sic nec illud censeor habere, nimis graue esset, & perpetuū esset detrimentū. Sed quòd teneat promoueri intra illu annum est potius honor, quàm onus; cuius honoris si quòd sit incommodum in non percipiendo fructus primi anni, temporaneū est illud, & modicum cuius ratione prætor non habet, l. scio. ff. de rest. in integ. † Adde quod c. si tibi,

si tibi, nil de hoc ultimo dicit: sed hoc tantum de primo æquum videlicet esse, vt non debeat vacare primum, quamdiu nil recipis ex secundo: quia non videor habere pacificam possessionem plenam, nec videor renunciare beneficio primo, ex quo lucrum habeo, propter secundum, ex quo nihil consequor: & huius sententiæ sunt do. de Rot. decis. lxj. sufficit, in no. & do. Ge. consi. lxxvij. formantur, col. vlt. pluribus comprobarem, nisi putarem istam sufficere. Si tamen quis retineret sibi omnes fructus, & renunciaret parochiali ecclesiæ, putarem eum qui nil percipit, promoueri non teneri: quia nil habet, & episcopus eum non promoueret, sic per c. episcopus, de præben. & postquam non viuut de altari, seruire non tenetur, c. cum secundum, de præb. vnde ille qui recipit fructus, tenetur sacramenta administrare, & eo mortuo tenebitur resignatarius intra annum promoueri, & ita putarem dicendum in hoc casu: secus in præcedente, in quo paruo tempore caret fructibus, hic multò & fortè ad vitam non recipiet. Et hoc tenet Ioan. monachi in d. c. si tibi concessio quamuis gloss. contra: quia postquam alter recipit fructus habet cure exercitium autoritate Papæ ergo alter resignatarius quia plenè non dicitur illud beneficium habere quandiu alter viuet non tenebitur promoueri quia cessat ratio c. commissa vt retrocedere possit post fructus perceptis quos huic non percipit. Nec debet imputari vt dicit gl. isti qui illud beneficium accepit sicut si accepisset beneficium. Cuius nulli esset fructus ratione forte belli quia non est eadem ratio: nam qui recepit beneficium cuius nulli sunt fructus hic solus habet & titulum & curæ exercitium, sed quando sunt omnes fructus reseruari resignanti hic habet curæ exercitium autoritate Papæ: ergo non debet imputari illi qui accepit titulum beneficij, cuius non potest fructus recipere, quia si non haberet alium titulum Episcopus eum non promoueret, sed teneretur illi providere si eum ordinaret per c. si Episcopus de præb. in vj.

14 Animaduertendum est tamen, quòd non promotus intra annum, & si postea recipit fructus, non ideo redditur inhabilis ad alia beneficia: quia pœna illa non apponitur in d. c. licet canon. verum tamen tenebitur fructus restituere, si animum promouendi non habuerit, c. commissa, de elect. in vj. de Rot. decis. cccxxvj. nora quòd non admittitur, in antiq. vbi dicit contrarium in Cancellaria teneri: supra dixi in dispen. super de-

Recipiēs fructus post annum non promotionis au sit inhabilis.

15 sectu natalium teneri restituere postquam non seruit. † Sed an is, qui non habuit animum promouendi, possit postea conueniri ad fructuum restitutionem, & condemnari à iudice ecclesiastico: quòd videtur, per d. c. commissa, sed contrarium visum est Senatui, anno 1522. die xxj. Nouembris pro magistro Petro du Gar. appellante à Decano & capitulo Ambianesi, quia hoc procedit, vt ad restitutionem teneatur in conscientia. † Et sic debet moneri per suum confessorē, nō quòd detur alicui actio, quòd est norandum. Melius tamen esset fructus in hoc seculo reddere, quàm ad inferos cum illis deuolui, vel à Papa compositionem impetrēt, seu ab illis, qui in indulgentiis istam componendi potestatem habent.

Conueniri an possit ad fructuū restitutionem nō habens animum promouendi.
Arestum.

In capellanis
quando non pro-
motus sit priua-
tus.

Quintò procedit c. licet, etiam in capellanis, quando quis in illarum 17
fundatione dixisset expresse velle: c. licet, habere locum in hac capella: vt
si presbyter nō fuerit promotus intra annū, quòd sit ipso iure priuatus, &
alteri etiam eo nō vocato conferri possit. Ita videntur decidere Dom. de
Rota decis. cvij. nota quòd vbi. in antiq. quia non licet à fundatione dis-
cedere, c. significatū. de præb. clem. quia contingit. de religios. domibus,
& sic potest sustineri conclusio, quòd habens capellā tenetur intra annū
promoueri: alioqui ea post annum est priuatus, intelligendo vt supra.

Prorogare annū
promotionis nō
potest episcopus.
Annū promotio-
nis episcopus ab-
breuiare non po-
test.

Sextò etiā procedit, quamuis episcopus prorogasset istum annum: quia 18
non potest episcopus dispensare super ætate, nec hoc tēpus prorogare, c.
præterea. & c. indecorum de ætate: nam cūm Decretal. licet canon. per
mittit episcopo dispensationem super residētia, ergo super alio prohibe-
re videtur: argumen. c. qualis, xxy. distinct. c. nonne, de præsump. Ioā. mo-
nach. in d. c. licet, maximè quia illa Decretal. licet est text. concilij, con-
tra quam episcopus non dispensat, c. cūm dilectus, vbi glo. de elect.

Septimò postquā annus datur à iure volenti promoueri, non pote- 19
rit etiam episcopus illum annum abbreviare, & monere istum curatū ad
breuius tempus capescendum, quo sacerdos fiat: nam indultum à iure
beneficiū nemini est auferendū, per reg. indultū, in vj. facit l. fin. §. donec,
C. de iu. deli. hoc expresse docet Bo. de vital. in cle. vna, in q. iij. de of. vic.

Habitas in curia
per annū & non
promotus perdit
parrochiale que
in curia vacat.

Octauò declara, quòd si possidens hanc parrochiam ecclesiam in 20
curia absq; huiusmodi promotione facta intra annum, tunc post annum
in curia vacabit: & ad solum Papam collatio pertinebit, c. ij. de præb. in
vj. Sed episcopus post mensem conferre poterit. c. iij. ibidem. Collecta.
in c. ecclesia, in fi. de sortileg. & Prouincial. in ti. declaratoria super pro-
ponente seu vouente, & c. versi. beneficium residentis in curia.

Nonò procedit etiā si sit inseruitio Archiepiscopi, vel episcopo. Nam
quamuis fructus possit canonicus in absentia recipere. c. cum dilectus, &
seq. de cleric. non residen. tamen promoueri tenebitur: quia hoc priuile-
gium à iure non datur, sicut fructuum perceptio. & c. licet canō. omnes
adstringit, & priuilegiatus in vno non est in alio. Doct. in auth. habita. C.
ne fil. pro patr. Et quia priuilegium percipiendi fructus potius Episcopi
fauore datur, quā canonicis.

Decimò etiam nihil prodesset si ad subdiaconatū vel ad diaconatum
licet sint ordines facti promotus fuerit quia text. in d. c. licet canō. dicit
ad sacerdotium promouetur, & ideo vacabit parrochialis ecclesia post
annum ac si ad aliquem ex ordinibus promotus non esset quia non est sa-
tisfactum legi nec extendimus pœnam. Sed oportet vt in suis terminis
seruetur. Idem habemus in d. c. commissa.

Episcopatus ab-
batia que nō ua-
cant per nō pro-
motionem.

Nunc limitatur hæc regula primū non habere locum in episcopa- 21
tibus & Abbatibus: quia in his non inuenio hoc statutum fuisse, quorum
tamen expressa requireretur mentio. glo. singul. in c. ij. de præb. in vj. sed
d. c. licet canon, loquitur solum de parrochialibus ecclesiis. † Et licet 22
tex. in cle. in agro §. ceterum, & sequenti, loquatur de prioratu cōuen-
tuali,

tuali, tamen non loquitur de Abbatibus: ideo in ea non habebit locum ille
text. tum quia odiosum est, ideo restringendum: c. statutum, de ele. in vj.
reg. odia, de reg. iur. in vj.

23 Ad hæc per adeptionem beneficij incompatibilis non vacat episcopa-
tus, c. cum nostris, de concef. præb. sic nec Abbatia ob id etiam non va-
cabit per non promotionem: quia nec quidem hoc est expressum à iure:
sed de episcopis est text. in c. j. & per totum. 100. dist.

24 Idem si ecclesia parrochialis erigatur in cathedralem, quia perdit no-
men parrochialis: vt consuluit Domin. consil. cxxv. dubia, in fin. & sic no-
mine parrochialis nō cōtinetur vt no. in c. cū nostris, de cōcesi. præb. Pe-
trus de Perus. in tra. de mut. status ecclesia. scripsi superius in tract. vno.

25 Ideo iura antiqua remanebunt in his incorrecta, videlicet c. cū in 23
cunctis. §. inferiora, de elect. vbi Abbatibus ibi comprehenduntur, teste Pa-
nor. ibidē. vnde potest Abbas priuari, si monitus non promouearur: Nem-
pe in concil. picta sic statutum fuit vt Abbates decani & præpositi qui
presbyteri non sunt presbyteri fiant quod si aliqua iusta causa prohiben-
te presbyteri aut diaconi esse non potuerint prelationes amittant c. j. de
ætā. & qualita. & sic etiam in episcopatibus, & Abbatibus monitio requiri-
tur, antequā vacent per non promotionem: quā monitionē hīc & aliis
casibus hodie contemnūt archiepiscopi & episcopi facere in suarum per-
niciem animarum, cū ipsi vigilare deberent supra gregē, at vereor ne
quidam circa ferarum, vel mulierum venationē potius inuigilent, quā
circum animas: Precor domine domine facias, vt videant.

Moneri debent
episcopi & ab-
bates ut promo-
ueantur.

26 Abbates quoque nolentes promoueri suā grauiter onerare conscien-
tiam arbitror, ni iustum aliquod afferant impedimentum, si quidem non
secundum Abbatiarum institutionem officium eis iniunctum exequun-
tur, sed à probis quibusq; munus hoc sanctum & religiosum miserè præ-
ripiunt: quamobrem non sine grauissima culpa tenentur ad fructuum re-
stitutionem: quia cessat causa seruitij, ergo & fructuum lucrū, per l. quod
dictum. ff. de pactis, c. cum cessante, de appellatio. & si essem in consilio
procuratorem statui, vt etiam omnis isti ipso iure post annum essent pri-
uati per nō promotionē, imò quòd essent presbyteri ante adeptū episco-
patum vel abbatiam: quia hodie infantibus dantur, & si senibus conce-
dantur, isti nolunt promoueri. Imo licet diaconi Cardinales nō teneantur
promoueri nisi ad diaconatū ratione cardinalatus tamen si habeant Epi-
scopatū promoueri tenentur sicut alij Episcopi instar habentis præben-
dam diaconalem si recipiat parrochiam ecclesiam d. c. licet & puto tor-
queri in inferno illos qui nunquam fuerunt promoti & tamen deuora-
runt in vita cibaria sacerdotum & Papa illos debet cōpellere. Nam hac
in mundo quidam tales sunt ad deuorandū bona pauperum proni.

27 Secundò non procedit in ecclesiis collegiatis etiam parrochialibus.
per c. statutum, de elec. in vj. nam illa qualitas addita generi, facit illud
transire in aliam speciem: vt docet textus. in l. ius ciuile, ff. de iustit. & iu.
Panormita. in c. bonæ. j. no. j. de postul. præl. Barbat. in tract. de præstan.

Cardinal. j. q. j. partis, nu. 14. plenè Albert. in tractatu de augmento, in ij. conclusione.

Habens dignitatem curatam vel collegiatam non priuatur per non promotionem.

Tertio limitatur in dignitatibus etiam curatis: & sic Decanus etiam ecclesiæ curatæ non tenetur intra annum promoueri, quia c. cum in cunctis. §. inferiora, de electio. non recipit suppletionem, nisi in merè parochialibus: ergo in aliis locum non habebit: & simpliciter ecclesia parochialis non comprehendit parochialem ecclesiam, quæ dignitas est, si quidem illam qualitatem habet, Ioã. Andr. & alij in d. c. statutum, per illum tex. † nam postquam in c. licet canon, fit mutatio in ecclesia parochiali, ergo in aliis remanet, c. cum in cunctis, immutatum: unde sine monitione non priuatur quis dignitatibus curatis, etiã quia in illis apponitur pœna, cle. vt hi qui, de ætate. & sic cõsuluit Federi. cõs. xxv. casus quidam & cõs. lxxxvj. casus & c. prior quidã: igitur alia pœna non erit adicienda.

Decani Præpositi & Archidiaconi non priuatur ob non promotionem.

Et sic illius non promotionis pœna locum non habebit in decanatus, præposituris, aut Archidiaconatibus: vt docet Dom. consilio cxxxj. quoniam, consil. seq. plenè consuluit etiam prætextu nouæ constitutionis, & Roma. consil. eccxxv. quoad primum, q. ij. plura congesi in libr. meo, in d. c. statutum: ideo qui possedit præposituram curatam in ecclesia collegiata sine promotione per annum, non tamen est priuatus, nisi fuerit monitus: vt refert Boër. in decis. Burdegal. q. cxix quidam renunciauit in fin. quia non est parochialis simpliciter, de qua loquitur, c. licet canon: licet æquum & bonum esset vt per concilium, vel per Papam hoc statueretur: & hoc ad Dei seruitium tenderet. Tamen obtinentes dignitatem vel canonicatum in ecclesia cathedrali vel collegiata quandiu in sacris non sunt, non habent vocem in capitulo, nec nisi dimidiam partem distributionum quotidianarum clem. vt tu. qui de ætate. & qualitate addit etiam consuetudo vt non sedeant in superioribus consuetudo fuit per senatum approbata contra quosdam canonicos ecclesiæ lothiarum requirente procuratore Regio in causa appellationis cautoris illius ecclesiæ, contra quosdam canonicos 1554. die v. Iunij in magna classe, seu camera.

Vnitam parochiale cappellam possidens non est priuatus si intra annum non promoueat.

Quarto non procedit, quando ecclesia parochialis esset principaliter vnita præbendæ, vel alteri beneficio simplici, c. extirpandæ §. qui verò, de præb. & c. super eo, illo titul. in vj. Si quidem eo casu beneficium vnitum assumit naturam eius, cui vnitur, per c. reolentes, in fine, de statu monach. Anto. in c. j. ne sede vacan. gloss. & doct. in d. c. licet canon: tum quia principale tunc attenditur, non accessorium, quod sequi naturam principalis conuenit, l. cum principalis, ff. de regu. iur. scripsi in tracta. de vnio. supra, secus si æquè principaliter: vt docet Nicol. Milius in verb. curatum, in vlt.

Curam obtinens fori contentiosi non comprehenditur in c. licet canon.

Quinto idem si non habeat curam fori pœnitentialis, sed tantum fori contentiosi, Cardinal. in clement. vna, q. xx. de offic. vicar. vbi dicit, quod Archidiaconus habet curam fori contentiosi, capitulo primo, & finali, de officio Archidiacon. & tamen non tenetur fieri sacerdos

dos intra annum, sed sufficit quod fiat diaconus, c. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. quamobrem sine monitione non priuaretur: quia d. c. licet canon. loquitur in ecclesia parochiali simpliciter, non in quocunq; beneficio curato: † & superius in declara. bullæ & signaturæ retuli differentiam inter ista: nam parochialis ecclesia dicitur, quæ parochiam habet, & territorium ad eius curam deputatum: vt docet Panor. in c. extirpandæ, de præb. & Nico. Milius in verb. ecclesia parochialis, & scripsi in verb. parochialis, in §. statuimus, ij. de colla. in Concord.

33 Sexto quando nulli sunt parochiani, forte propter bellum, vel aliâ glo. & doct. in d. c. licet canon. Nam clericos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui ad sacrosanctas ecclesias, vel ad monasteria permanet non diuagantes, neque circa ministeria diuina desides, cum propter hoc beneficium eis indulgemus. l. generaliter, C. de sacro. eccles. c. generaliter, xvj. q. j. facit. l. ij. ibi, in actu positi, vt dign. ordo seruet. lib. xij. & cessante causa cessat effectus. l. quod dictum, ff. de pactis, c. cum cessante, de appellatio. & Io. de Serua in tract. de benefi. in ij. parte, q. xliij. Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ, in ij. parte, fol. 46. quia si non habeat curam actu, cessat ratio d. c. licet canon: vt scribunt Anch. & alij per illum tex. in cle. vna, col. j. de offic. vicar.

Beneficiarius non habens parochianos promoueri an teneatur.

34 Sed si reuertuntur parochiani, tenebitur is promoueri ab eo die, quo reuertuntur, siquidẽ incipit actu parochialis esse: veruntamen erit tutius, vt quod ipsi parochiani moneant curatũ, vt eis seruire teneatur, ne scilicet ignoratiã vllã prætere de valeat: de qua inferius dicitur, † Eum autem verũ esse curatum docet Staphil. in tract. de literis gratiæ, tit. de qualitat. & statu benefi. verfic. patet igitur, qui certũ habet territorium limitatum & quod ipse curã exerceat per se non per vicarium perpetuum, & quod iste sic instituat: Ego vidi præceptum fieri ab episcopo, seu eius officiali isti curato, statim reuersis parochianis ad instantiam illorum, vt residere haberet, & promoueri intra tempus iuris, alioqui episcopus prouidet.

Monendus curatus reuersis parochianis.

35 Septimo curatus poterit ecclesiam suam permutare cum alio beneficio in fine anni, cap. commissæ, de elect. in vj. cum ea ante finem anni priuatus non sit, vt ibi dicitur. & sic tenent Do. de Rot. decis. clxxxvij. aliã est decis. xxxvij. nota quod tenens ecclesiam. tit. de præb. in anti. licet contrarium alibi dicatur fuisse iudicatum in Ro. decis. ccclv. nota quod non 36 promotus, aliã est decis. vj. tit. de rer. permut. in antiq. † Sed primæ sententiæ adheret Aufr. decis. cccclxxj. dicens esse communem & veriorem: quia suum est beneficium ante finem anni, ergo potest illud permutare etiam decies: vt firmat Oldr. in consil. ccij. factum tale, per illum text. in c. commissæ, & Aegid. Bella. decis. clxxvij. non promotus, ac Rochius in tracta. iurispatro. in verbo honorificum. quæstio. xxx. Et in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, non finit obligationem. l. in omnibus. j. ff. de actionib. & obligat. sic nec priuatur 37 quis ante vltimi diei elapsum. † & is cum quo permutatur tenebitur intra alium annũ etiã promoueri, aliã priuatus erit. de Rot. dec. cvij. aliã est

Curatus verus quis.

Curatus in fine anni potest ecclesiam permutare.

dec. j. tit. de rer. permu. incip. nota quod ubi, in anti. t. nā quilibet habens 40 parochialem intra annum promoueri tenetur, siue sit primus, siue post eum alius; siue causa permutationis habeat, siue ex alia prouisione.

Lite durante curatus promoueri non tenetur.

Octauo limitatur, quando litigiosa esset ecclesia parochialis: nā computatur hic annus à die commissi regiminis, & pacificæ possessionis, per tex. in c. comissa, de elect. in vj. vel à die, quo potuit esse pacificus: vt ibi, & c. licet. ij. de præb. in vj. Aegid. Bella. decis. cliij. Papa, & decis. lxxxij. super hoc, ubi dicit hoc probandum à non promotis, videlicet litē habuisse vel habere, alioqui securus nō erit, teste Do. cōf. lxxxij. Bonifacius, col. iij.

Fingens uel procurans litem est priuatus.

Cuius prætextu vidi multas impetrari parochiales, quia possidens lites sibi fingebat, sed ante Deū cui omnia sunt aperta, iste qui fingit litē, satis est priuatus, nec aliquem habet titulum: ideo que recipiendo fructus est prædo & fur, & falsarius, quod falsò nomen curati sibi vendicat, & ascribit, cum non sit, quamobrem tenebitur ad restitutionem fructuum, vt quos ex re non sua (cum sit priuatus) accipit, & mala fide: alioqui non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, per reg. peccatum, de regu. iur. in vj. & hic in inferno perpetuo, nisi resipiscat, cruciabitur. Facit tex. in l. cum hi. §. si cum lis: ibi, ne circumueniatur, &c. ff. de transactio.

Episcopus fauore studij dispensare poterit, cū volente studere, ne vacet interim beneficium, per d. c. comissa, & c. cū ex eo, de elect. in vj. dummodo hic fuerit promotus ad subdiaconatum ante annum, vt ibi, & docet Old. d. consil. ccij. & de Rota decis. clxxxvij. nota quod tenēs, aliās est decis. xxxvij. sub tit. de præb. in antiq. Vnde vidi episcopi dispensationem sic conceptā, formula dispensationis episcopi. Ioan. & c. Petro & c. vt non tenearis ad diaconatū, vel sacerdotij ordines promoueri hinc ad septennium dummodo tempore durate in aliqua vniuersitate approbata resideas & literarū studio insistas: & intra annum ad subdiaconatus ordinē promotus fueris, tecū de gratia speciali prouiso dispensamus quod tua ecclesia in tēporalibus & spiritualibus nullum patiatu detrimentū. Actum &c. Dicitur residens & studio insistas: quia non sufficit in studio esse nisi quis studeat. l. si quis ante, & ibi Alex. ff. de acquir. posses. gl. in proem. vj. Bart. in l. si quis Titio. ff. ex quib. caus. maior. dixi in scholast. priuileg. 26. & seq. ubi multa scripsi de hac scholasticorum residentia, & quando excusentur.

Præterea cum quis habeat ius in d. beneficio, donec sit annus elapsus, nec antea priuatus intelligatur: ideo in fine anni Papa vel ordinarius fauore studij dispensare poterit, cū volente studere, ne vacet interim beneficium, per d. c. comissa, & c. cū ex eo, de elect. in vj. dummodo hic fuerit promotus ad subdiaconatum ante annum, vt ibi, & docet Old. d. consil. ccij. & de Rota decis. clxxxvij. nota quod tenēs, aliās est decis. xxxvij. sub tit. de præb. in antiq. Vnde vidi episcopi dispensationem sic conceptā, formula dispensationis episcopi. Ioan. & c. Petro & c. vt non tenearis ad diaconatū, vel sacerdotij ordines promoueri hinc ad septennium dummodo tempore durate in aliqua vniuersitate approbata resideas & literarū studio insistas: & intra annum ad subdiaconatus ordinē promotus fueris, tecū de gratia speciali prouiso dispensamus quod tua ecclesia in tēporalibus & spiritualibus nullum patiatu detrimentū. Actum &c. Dicitur residens & studio insistas: quia non sufficit in studio esse nisi quis studeat. l. si quis ante, & ibi Alex. ff. de acquir. posses. gl. in proem. vj. Bart. in l. si quis Titio. ff. ex quib. caus. maior. dixi in scholast. priuileg. 26. & seq. ubi multa scripsi de hac scholasticorum residentia, & quando excusentur.

Et hæc est communis opinio & vera, teste Aufser. in decis. Tholosa. q. 44 cccclxxj. vide Aegidium Bellamer. decis. cliij. vtrum, & decis. dccxxv. si impetrans, & Roman. consil. cccxxv. quoad primum, in iij. q. & si possidens istam ecclesiam parochialem moriatur vltima die anni, vacabit beneficium per mortem illius, cum adhuc non sit priuatus. d. c. comissa.

Promoueri in Francia tenetur quis in secundo anno pacificæ possessionis.

Paul. Paris. consil. cxix. super hoc, in fi. vol. iij. † Notandum est, quod post quā annus iste computatur à die pacificæ possessionis adeptæ: & in hoc re- gno pacificā possessionē quis non dicitur habere ante annum, ob id post annum pacificæ possessionis alterū habet annum ad promouendum, ne si promoue

promoueretur in primo anno, & postea in fine anni ei beneficium euinceretur, esset presbyter sine beneficio, & mendicare cogeretur in opprobrium totius cleri. c. diaconi. v. in xcij. distinct. quod ne contingeret, iura prouiderunt, ne quis ordinaretur sine beneficio vel patrimonio, c. postulasti, de rescrip. c. episcopus & c. cum secundum, de præb.

46 Et si episcopus sciuisset istum non habere beneficium, haud quaquam eum promouisset: ideo quia irrita non potest esse de iure nouo ordinatio. d. c. cū secundum: melius erit, quod non promouetur, quam si postea nudus remaneret. Ita declarauit Senatus Paris. in camera (vt dicit) Dominij, anno 1547. in mēse Februario, pro magistro Petro de la Berniere, contra Chastin. Relatore Do. Sancierio Cōsiliario eiusdē curiæ: per quod declaratur iura canonica, maximè d. c. comissa. ubi glo. valde titubat quamobrem nota istā declarationē apprimè vtilē, & hodie cōmunē in dict. curia.

Arestum.

47 Nonò limitatur cum iniusto impedimento detentus non potuit promoueri: c. comissa, & in clem. ne in agro. §. ceterum, de stat. monach. glo. in verb. priuatus, c. licet canon, vtpote si valetudine aduersa, vel alio iusto impedimento quis effectus fuerit, non erit priuatus: & sufficit isti valetudinem hanc probare, licet speciem infirmitatis non probauerit: vt Do. de Rota asserunt in decis. Fastol. causa xj. & quod dicatur iustum impedimentum, scripsi in glo. impedimento. §. j. de coll. in Concord. & in tract. de exonijs, in ord. Reg. in iij. tomo.

Iustum impedimentum excusat non promotum.

48 Et an sufficiat probare impedimentum, si in fine anni superuenerit, Aegid. Bellamer. decis. lxxxij. super hoc negatiuè concludit, si non poterat intra illud tempus promoueri: Sed contrarium dicerem: nam poterat illud beneficium resignare vel permutare, seu dispensationē habere de non promouēdo id temporis vel breue impetrare, vt vno die promoueretur: ideo impedimentū etiam in fine anni superueniens excusat à non promouendo: & finito impedimento secundum eum annus dabitur integer, vel tantum saltem temporis, quantum restabat tempore impedimenti, per not. in c. cum ex eo. de elect. in vj. & per c. si electio, de elect. ibidem,

Impedimentū in fine anni eueniens an excuset.

49 cle. vna, de in integ. rest. † Ideo priusquam amoueat possessio, debet citari possessor, vt cognoscatur, an fuerit iusto, seu legitimo detendus impedimento, c. licet ij. de præb. in vj. gl. in c. comissa, de elect. ibidem: & hæc est communis opinio doctor. ibi: & debet citari principalis & non procurator vt dicunt Do. de Rota, decis. dcl. sciendum, aliās est decis. xxij. tit. de sent. & re iudic. in anti. & opus est quod citatio ad istā declarationem faciendam perueniat ad notitiam possessoris: vt firmant Do. de Rot. decis. dclxxj. dic quod si opponatur, aliās est decis. xxj. tit. de dol. & contumac. in antiq. & Aegid. Bella. decis. clxxvj. auditor.

50 Hodie post annum in Francia conferunt ordinarij, & facta ab illis collatione, vel prouisione à Papa, impetrantur literæ in causa nouitatis directæ iudici Regio, coram quo impetrans dicit se canonicè beneficium affectum, & esse in possessione beneficij, quod vacauit per non promotionem talis, &c. nisi impedimentum probet aduersarius vel promotionem

Præcis Francia in prouiso per non promotionē alterius.

tionem aut dispensationē, adiudicabitur impetranti possessio, saltem per recredientiam: & sic seruatur in forensi iudicio. † Sed ante adiudicationem vno finito termino, dari poterit alius ad probandum dictum impedimentum, quia de graui agitur præiudicio: vt decidit Aegid. decis. clxxvij. in casu: & vide eum decis. clxxx. si priuatus. & ista causa regetur legibus & statutis illius curiæ coram quo agitur: vt not. in c. j. de spon.

Nesciens se habere curam an priuetur per non promotionem.

Decimò si pater vel patrius, aut alius retinuerit bullas sui filij, vel nepotis aut alterius, non procedet priuatio: nam hoc casu cū filius, vel alius ignoret se curatū esse, nō currit ei tempus, nec priuatus nisi à die quo scit, cū dicatur id iustum esse impedimentum, secundum Dom. in c. commissa. de elect. lib. vj. Io. de Selua in tract. de benefic. in iij. parte q. iij. in fin. quia non est negligentia, vbi non est scientia, c. ij. & c. quia, de concess. præb. † Sed peccatis, qui sic retinet bullas & non facit certiores eum, cui beneficium acquisiuit: nam quilibet acquirere potest alteri, sed non acquisiuit. nam quilibet acquirere potest alteri, sed non acquisitis priuare sine facto domini. l. id quod nostrum est. ff. de regul. iur.

Sed in hoc fraus esse posset, quia pater semper posset retinere bullas filij sui, & sic quilibet posset excusari: & hic pater rapax deuoraret bona ecclesiæ: & sic spoliarentur beneficia & bonis, & seruitio. Ideo dicerem fauore ecclesiæ quòd hic non promotus est priuatus, & imputetur ei, qui acquisiuit illi puero beneficium, nec pro eo non impetrauit dispensationem, vel tempore debito eum promoueri non curauit: nam summa ratio est, quæ facit pro ecclesia, l. sunt persone, ff. de relig. alioqui quilibet excusaret se, dicens se ignorasse habere curatum beneficium: & nunquam daretur vacatio per non promotionem, quod esset valde absurdum, & puto quòd si Papa hodie interrogaretur sic statueret.

Vndecimò minor dispensatus ad obtinendum parrochiale, non tenebitur promoueri intra annū, nec priuatus erit ex defectu promotionis, per tex. iuncta glo. in c. quia intantum, de præbend. vbi Panor. dicit quòd minor dispensatus ad ecclesiam parrochiale, censetur dispensatus de non promotendo, quod est accessorium. Idem tenet Fel. in c. postulasti, de rescrip. & Io. de Selua in tract. de benefic. in iij. parte q. l. j. & superius scripsi inter dispensationis effectus.

Sed nisi xvij. anno ad subdiaconatum, in xx. ad diaconatum promotus fuerit, vacabit beneficium per nō promotionem, teste Ancha. consil. ccxij. vltra alia.

Contrarium tamen fuit iudicatum Burdeg. vt refert Boër. in decisio. Burdeg. q. cxix. quidam, in fi. quia capit. licet canon, est odiosum, & sic nequaquam extendendum: & quia loquitur quando non fuit promotus ad sacerdotium, ideo non intelligitur in aliis ordinibus.

Minor non promotus ad subdiaconatum & diaconatum suo tempore an priuatus sit.

Alioqui dictum c. extenderemus, contra glo. in c. fi. de iure parro. & alia iura volentia priuationem non extendi ad alios casus: per §. fin autem, ibi, non est quælibet lex tale quid dicens, in authentic. de non eligend. secundo nub. collatio. prima. & hæc vltima sententia videtur magis

gis æqua: quia hic poterit promoueri ad omnes ordines. in xxv. anno, & ita satisfacere illi tex. qui tantum requirit promotionem ad sacerdotium non ad diaconatum, vel subdiaconatum.

59 Si tamen fuerit cum aliquo dispensatum, ne ad aliquem ex sacris teneatur promoueri, &c. non tenebitur promoueri in hoc tempore præstituto à iure: alioqui nihil prodesset ei dispensatio: vt supra dixi. quod Papa concedere solet. sed hoc poterit Episcopus nec dispensare cū scholastico ad septennium ne promoueri teneatur intra annum ad subdiaconatum. c. cum ex eo. de elect. lib. vj. & superius dictum fuit.

Curatā ecclesiā non parrochiale habens promoueri nō tenetur intra annum.

60 Duodecimò non procedit etiam in ecclesia curata non parrochiali, per d. c. licet canon. & abundè scripsi differentiam in form. man. glo. cum cura, & seq. in Concor. quia istud c. licet canon: loquitur tantum in ecclesia parrochiali, & est correctorium iuris, quamobrem odiosum ac restringendum, c. statutum, de elect. lib. vj.

61 Decimortertio limitatur in ædicula, seu capellania, etiā ex fundatione requirente sacerdotium, quæ à Papa fuit alicui collata cum dispensatione: nisi præuia monitione priuari nō possit aliquis ex solo defectu promotionis intra annū: nam c. licet canon, loquitur de ecclesia parrochiali, ergo non habebit locum in alio beneficio. Idem tenet glo. in verb. residentia. §. ordinat, de colla. in pragma. ob id maximè, quòd si pœnale & priuans: quamobrem non erit ad alios casus trahendum. Sic decidunt do. de Rota, decis. dxx. nota quòd tenens capellaniā, aliās decis. iij. tit. de pœnit. in antiq. Et Roma. consil. cccxxv. quo ad primum, vbi dicit etiam eo casu nullam esse collationem ordinarij factam non sacerdoti.

Capellaniā obtinens intra annū promoueri, non tenetur.

62 Tamen si in fundatione diceretur expressè, quòd si capellanus nō fuerit intra annū promotus, esset priuatus, vel quòd habeat locū. c. licet canon, tūc in vim statuti hoc c. seruabitur: vt decidit Staphil. in tract. de literis grat. rubr. de variis mod. vaca. versic. intelligo tamen. & allegat decis. Rotæ clxxx. nota quòd vbi, aliās decis. lxij. tit. de rescrip. in antiq. quo loco nulla huius mētio habetur: sed vide quæ dixi supra in v. ampli. & Boër. q. ccxxij. in decis. Burdeg. & sic possunt conciliari, vt nō priuetur obtinens ædiculam requirentem promotionem nisi expressè statutis illius ecclesiæ id cautum fuerit, & dictum de hac pœna: vt supra scripsi.

63 Decimoquarto non procedit, si duo vel plures præficiantur ad ecclesiam parrochiale & neutri eorum sit commissa cura: tunc licet vterque confessions audiat, baptiset, & alia quæ ad curam spectant, faciat: tamen in eis non habebit locum d. c. licet canon: quia sicut vna sponsa duos non potest, aut plures habere spōsos, c. j. de spon. duorum, sic nec ecclesia duos curatos, c. cum non ignores, de præb.

Commissa cura nō priuatur quis non promotus, si non sit curatus.

64 Et quemadmodum in vnaquaque ecclesia presbyter vnicus esse debet, ita ipsa ecclesia, quæ sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest inter plures presbyteros diuidi, sed vnum duntaxat habebit sacerdotem, qui eam sincere, & castè regat: c. sicut in vna. xx. q. ij. sic consuluit Oldrado. consil. lxvij. quæstio talis: aliās in vna ecclesia duo essent capita: quod esset

fer monstrum, c. quia plerique, de offi. ordinar. Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de qualit. & statu benefi. versic. requiritur & tertium.

Vnde si collegium committat curam duobus, neuter curam habebit, 65 sed tantum curæ exercitium: & cura penes collegitum erit, & non apud singulos, c. irrefragabili. §. excessus, de offic. ordin. arg. l. intantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis.

Curam quando quis dicatur habere.

Si verò collegium committat vnum ad tempus, etiam ille non erit curatus, sed vicarius temporalis, apud quem non erit cura, per not. in c. cum ex eo, de elect. in vj. glo. in extrauag. Execrabilis. Io. xxij.

Verum si committeret vnum, quem non posset destituere, & is ab episcopo susciperet literas regiminis: tunc ille haberet curam, & intra annum teneretur promoueri, iuxta clem. vnam, de offic. vicar. & Innocen. in c. si cum non ignores, de præb.

Et tenetur collegium eligere vnum, cui animarum cura assignetur de consuetudine: & ille reddet administrationis, & villicationis rationem: ut dicitur in Euangelio, *Redde rationem villicationis.*

Duo curati in una ecclesia esse possunt.

Non tamen negatur quin plures clerici, si ecclesiæ patiantur facultates possint esse in vna ecclesiæ: c. illud. vij. q. j. sed non tanquam curati: quia non possunt esse duo capita in vno corpore quasi monstrum, c. quoniam, de offic. ordin. hoc etiam probat Staphil. in tract. de literis gratiæ, rubr. de qualit. & statu benefi. versic. requiritur & tertium. nisi factæ essent duæ parrochiæ, & partita cura de Papæ autoritate.

Parrochiale esse oportet probare.

Decimoquinto limitatur, cum non appareret ecclesiam esse parrochiale: quia de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. vnde si parrochialis ecclesia per quadraginta annos fuerit possessa tanquam vnita alteri, præsumetur quod non fuerit curata: & ille qui sic eam possedit, non priuatur per non promotionem: quia pars oportet probare illam qualitatem, videlicet eam esse parrochiale. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. Sic consuluit Oldra. consil. ccxcvj. de iur.

Negans promotionem non probat.

Decimosexto si impetrauerim ecclesiam parrochiale, dicens possessorem ultra annum eam detinuisse, necdum fuisse promotum, sufficit quod probem eum tantundem illam detinuisse, licet non probem negatiuam illam, quod non fuerit promotus: quippe debet ipse possessor probare se esse promotum: negantis enim non est probare. l. actor. C. de proba. cap. quoniam, illo tit. decidit Aegid. Bellamera, decis. ccccxv. si impetrauit, qui allegat c. ex parte, de rescrip.

Promotus post annum non potest parrochiale ecclesiam retinere.

Decimoseptimo si quis non fuerit intra annum promotus, statim priuatus est beneficio. l. i. §. capitul. licet canon. ob id quamuis postea fuerit promotus, non potest illud beneficium retinere sine noua collatione imò semper impetrari potest, ut vacans. doct. in capitul. cum venerabilis. de except. ideo qui sentit se non esse promotum, debet hoc Papæ narrare, & petere sibi de nouo conferri, alioqui recipiendo fructus furti committit, utpote ex re non sua fructus recipiens, doct. in c. fin. de rescrip. in vj. Sed

73 Sed vix obtinere poterit nouam collationem sine compositione fructuum, nec potest hic iuuari decreto, de pacificis possessoribus, quanto-cunque tempore possederit, cum absque titulo possideat: & decretum requirit verum, aut coloratum titulum: ut abundè scripsi in tract. de pacific. possessor. in prima limita.

74 Decimo octauo ecclesiæ fundatæ ad commoditatem subditorum longè comorantium, licet parrochianos habeant, non sunt tamen parrochiales ecclesiæ, videlicet ad hoc, ut eas obtinens (nisi promotus fuerit intra annum) priuatus sit illis, per d. c. licet canon, quia simplex est beneficium & causa succursus factum, ideo in hac patria succursus vocant: de quibus Decius in c. ex parte, quinto, de rescri. allegat Panormit. in c. recolentes, in fi. de statu monach.

Possidens ecclesiam quam succursus uocant non est ea priuatus, si non fuerit intra annum promotus.

75 Item qui istum habet succursus, audire potest iura ciuilia, si presbyter non sit, licet parrochiale obtinens ecclesiam matricem non possit ea audire, c. si. ne cleric. vel monach. iuncto c. j. illo titulo in vj.

76 Præterea per adeptionem istius ecclesiæ & succursus non vacat primum beneficium curatum, si quidem ista beneficia cõpatibilia videntur, teste Lapo alleg. cxvj. testator ausit, aliàs incipit Philippus, in fi. vide quæ scripsi supra in titul. de erectione in parrochiale, & ista pendere dicitur ab altera principali. ut docet Archid. in summa, xxj. q. j.

77 Decimonono si post annum quis impetrauerit beneficium non promoti, demum lite cum eo durante, ipse illud impetrauerit per rescriptum si neutri, vel si nulli, dicunt aliqui non valere hanc vltimam impetrationem: nam cum neutri ius competere asserit, ergo nec sibi malè igitur ipse recipit fructus, & perperam litigat super dicto beneficio, videtur que in-

Lite durante an per rescriptum si neutri, beneficium quod proficitur tur quis possit impetrare.

78 habilis. † Sed respon. valere: quia dum dicit ius non competere, intelligi debet de tertio, non de ipso impetrante: & si conditionaliter dixerit, si neutri ius competas, quod petit sibi prouideri, adhuc etiam hoc fieri poterit: & valebit etiam nouissima impetratio, per ea quæ superius abundè scripsi in tract. si neutri.

79 Vigesimo si Papa mandet conferri Titio beneficium vacans per non promotionem Sempronij, hoc ipso censetur declarare Sempronium priuatum esse illo beneficio. nec requiritur alia declaratio: ut consuluit Ancha. consil. ccxcij. vltra alia refert Philippus Probus in additio. ad Ioan.

Per Papa prouisionem fieri censetur uacationis declaratio.

80 Mona. in c. volentes, de priuileg. lib. vj. † & licet de iure in casibus ipso iure priuantibus requiratur sententia declaratoria: ut in c. cum secundum. de hæreti. in vj. tamen in hoc regno sine declaratione impetratur beneficium, & demum agitur possessorio: ut supra dictum fuit.

Vigesimo primo non priuatur is qui non potest promoueri, utpote si quis homicidium commiserit, cui est prohibitum à iure ne celebret, & ne promoueatur. c. tua. c. quæris. de ætat. & qualita. Henric. Duell. Bonifac. in clem. ne in agro. §. cæterum. in fin. de stat. monach. Quid si hic homicida rehabilitatus fuerit, non tamen ad omnia, sed citra altaris ministerium, an si non promoueatur sit priuatus? Quod videtur: quia re-

stitutio concedit quod adeunt priuatio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. l. iij. §. si in metallum. ff. de munerib. & honorib. Contrarium putarem: quia gratia non inducit necessitatē. l. saxe. ff. de offic. proconf. l. galus. vbi Barto. ff. de liber. & posthu. & non quicquid potestati iudicis permittitur, subiicitur eius necessitati. l. non quicquid. ff. de iudic. l. j. C. quomod. & quando iud. & quod ad gratiam indultum est, non inducit necessitatem. l. legata. ff. de leg. j. Imol. in l. talem. in fi. ff. de heredib. instit. quod est verum si non fuerit restitutus, aliās cōtra, per d. l. iij. quia eo casu res rediit ad primam naturam. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

Priuato an possit iterum beneficium conferri.

Ultimò ei qui priuatus est per non promotionem, non potest iterum 81 beneficium illud conferri, ne priuatio reddatur elusoria, & sit verbis lex imposita, & non rebus. c. commissa, de elect. in vj. clem. ne in agro. §. ceterum, de sta. mon. † quod est verum ab ordinario: sed à Papa poterit ei 82 dem conferri, facta priuationis illius mentione, quia est suprā ius, c. proposuit, de concess. præb. nec tenetur iure, c. j. de const. in vj. c. nemo, cum glo. de elect. lib. vj.

Priuato quoque propter delictum conferri potest beneficium à Pa- 83 pa, facta priuationis illius mentione, c. ad aures, vbi Panor. in fi. de poenis. & doct. in cap. cum inter, de renunciat. aliās non valeret prouisio, l. si aliquid, C. de susceptor. lib. x. vide Fel. in c. fraternitatis, de hæret. & quamuis his in casibus priuatus non sit non promotus intra annum: tamē si cessante impedimento non promotus fuerit & tenuerit beneficium etiam simplex in conscientia tenetur ad restitutionem fructuum: quia non seruit beneficio: & alius promoueretur & seruiret, capit. finali, de rescrip. in vj. alioqui nulli essent presbyteri, nisi obtinerent ecclesias parrochiales: & in fundatione verisimile est, quod fundatores hoc voluerint: nec intentio eorum fuit dare cuidam non sacerdoti: & qui sacerdotio nō fungeretur, vt alibi dixi.

Alia multa possem hīc congerere, quæ fortè lectorem deterrerent ab 84 horum lectione: ideo cum his finem dicendi faciam, gratias Deo optimo maximo agens immensas.

Dispensatio de non residendo.



Moneri beneficiarius potest ut resideat.

Beneficia pro spirituali seruitio sunt instituta, feuda pro temporalibus.

CONSERVANTVR nobis etiam beneficia per dispensatio- 1 nem non residendi: potest enim ordinarius monere beneficiarum non residentem, vt resideat: qui nisi monitionibus obtemperet priuari poterit. cap. ex tuæ, & sequen. de cleric. non residen. nisi per dispensationem sibi prouideat. Si quidem Deus optim. maxim. elegit sibi tribum Leui, vt ipsi seruiret, maximè circa arcam Domini, cui beneficia id est decimas, & alia bona spiritualia dedit, Numer. 18. & scripsi in tracta. de decimis. quæstione j. Bona verò temporalia idem dominus temporalibus viris, id est laicis, & aliis tribubus assignauit. † Et sic pro seruitio spirituali institutum est benefi- 2 cium.

cium. c. si. de rescri. in vj. c. concessio. xij. q. ij. gl. in c. si. de offi. vicar. c. si. j. q. ij. & pro temporali seruitio constituta sunt feuda. c. vno, de forma fidelit. & in tit. seq. ibidem, nec non officia temporalia. l. penul. C. de test. militari. l. pen. de domesticis, & protecl. lib. xij. & nullus per substitutum seruire potest. l. nullus qui nexu. C. de decurio. lib. x. sic est in stylo parla. libr. iij. rub. de residen. officia. regio. & superiùs dixi in prima parte, tit. quare instituta sunt beneficia.


3 Vnde sequitur prælatos maximè teneri residere, vt docet Hiero. in Le- *Prælati maximè residere tenentur.* uiti quo, his verbis. Si quis vult pōtiffex esse, nō tam vocabulo quàm meritò imitetur Moysen, imitetur & Aaron: quid enim dicitur de eis? quòd non discedunt de tabernaculo domini? Erat ergo Moyses indefinenter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat, vt aut à Deo aliquid 4 disceret, aut ipse populum doceret? † Hæc duo sunt pontificis opera, vt *Officium prælati & sacerdotis est ut discat & doceat.* à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sapiùs meditando, aut populum doceat: sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerat, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses, ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, sed quid facit? orat, & donec orat vincit populus eius: si relaxauerit & dimiserit manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indefinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt piè viuere in Christo. c. fin. xxxvj. distinct.

5 Sed quidam ex nostris prælatis terruerunt nos, qui in vita populum *Episcopi curam secularium negotiorum assumere non debent.* ipsis commissum non visunt, nec quidem instruunt. Quid ergo faciunt? curas secularium principum & aliorum, cum terreni sint, assumunt, contra statuta concilij Carthag. quo sic fuit statutum. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet sed electioni & orationi, & verbo prædicationis tantummodò vacet. c. Episcopus. ij. in lxxxvij. dist. vbi etiam dicitur, Episcopus aut sacerdos nequaquam sæculi curas assumant, sin aliter deiiciantur: alij curias sequuntur.

6 Sed audi qui scribat Ambros. Ad palatium Imperatoris irè liberè nter, si hoc congrueret sacerdotis officio, c. conuenior. xxij. q. viij. Sed væ illis mundo deditis, quia domus eorum infernus erit, nisi resipiscant.

7 Tenetur ergo beneficiatus, si debitum velit officium exequi, residere *Beneficiatus residere tenetur in suo beneficio.* in suo beneficio: nam quodlibet beneficium secundum doct. residentiam exigit. c. quia nonnulli, de cleric. non residen. tex. in c. præterea, de præb. dicit singula officia & beneficia assiduitatem exigunt personarum. c. fin. de cleric. non residen. Io. de Selua in tract. de benefic. in iij. parte. q. x. & talis persona beneficio quærat. quæ residere in loco, & curam eius per se ipsam valeat exercere. d. c. quia nonnulli, de cleric. non residen.

8 Tamen de generali consuetudine mundi beneficia simplicia non exi- *Simplicia de consuetudine nō exiunt residentia.* gunt residentiam: vt scribit Alex. in consi. j. vij. volu. & Felin. in c. dilectus. ij. col. j. de rescript. vide plenè Nicol. Milium in repertorio, in verb. beneficium. quæst. xxxij. versic. beneficium curatum vel non &c. Nam post-



quàm beneficiarius recipit temporalia beneficij, dignum quoq; est vt seminaret spiritualia. c. cum ex officij, de rescrip. Sed hodie ad seruendū Deo sumus tanquàm testudines, & cancrinam pigrè accedimus, & velut cācer retrorsum imus: vt scribit Hosti. in c. ij. de offic. archipresbyt.

Peccat non residens, & fructus non debet recipere.

Itaq; non residens beneficij fructibus priuari potest, & peccat mortaliter, qui eos recipit, ne legitima subsit causa fortè studij, vt asserit Angel. Clauas. in sua summa, in verb. clericus, vij. nu. 4. sed cōverti debent in ecclesiæ vtilitatem. c. pen. de cleric. non residen. vel nisi sit priuilegiarius. gl. & doct. in c. de cetero. illo tit. Paul. Paris. consil. xxxij. licet regulariter, in princ. vol. iij. & consil. seq.

Distributiones quando presentibus accrescant.

Verū gl. in cle. vt hi qui, in verb. pars dimidia, de ætate & qualita. refer 10 aliud esse in distributionibus quotidianis, quæ presentibus accrescunt, quod est verum, quando in fundatione vel statuti ecclesiæ dicitur: verbi gratia, statutum dicit quod inter presentes in missa distribuatur aureus: si non sint nisi duo, illi nihilominus habebunt aureum.

Si verò dicatur in fundatione cuiuslibet distribuendum esse solidū, tunc 11 siue plures sint, siue pauciores, nihil vltra distribuetur, vt asserunt Card. & Imol. ibi, & gl. in verb. neq; in ti. de tenē. capitula tēpore missæ, in prag.

Imò quoque non residens priuari potest beneficio post monitionem. 12 c. ex tuæ, de cleric. nō resid. Panor. in c. ex parte, ibid. de Ripa in c. j. in ix. notab. nu. 28. de iudic. & Ancha. consil. xvij. super primo. Oldrad. consil. cxcv. articuli. Ioan. de Selua q. iij. in iij. parte, & q. sequēti, decisionē Neapolit. ccxxix. Serenissimus, nisi per dispensationem sibi consulatur.

Valeret tamen statutum episcopi, quod absentes per certum tempus 13 sine licentia eius priuari essent, etiā sine monitione, teste Panor. in c. quoniam. §. porrò, col. iij. versic. aduertendum tamen, vt lite non contesta. & Federic. consil. cix. quæstio magis, ac Oldra. consil. clxxxj. de autoritate. Card. consil. cxxxij. Archipresbyter, col. iij. & cōsi. cxxx. in quadam causa. hoc plenè docet Henric. Boteus in tract. de synodo episcopi. in iij. parte, artic. j. nu. 148. plus addens statutum ligare omnes, qui habēt in illa dicecesi beneficia, etiam si resideant alibi.

Priuilegiarius literas de nō residendo habere nō debet.

Verū in casibus, quibus non tenetur curatus residere, non adstringi- 14 tur rescriptum seu literas habere de non residendo, per no. in c. clericos, de offi. vicar. c. ad audientiam, de cleric. nō resid. arg. c. adiicimus, xvj. q. j. hoc expressè decidit Cardinal. q. xiiij. num. 25. de offi. vicar. sed potest sua autoritate curatus, & ex causa vicarium ad modicum tempus constituere. c. si quis in clero. vij. q. j. doct. in c. cum ex eo, de elect. in vj. doc. in cle. vna, de offi. vicar. facit tex. in c. fi. de offi. ord. nisi hoc prohibeat statutū synodale vel prouinciale. c. illud, & c. nihil. vj. q. j. facit l. j. ff. de off. eius. Henric. Boic. in c. clericos, col. ij. de offi. vicar. Henric. Boteus in tract. de synodo episcopi, in iij. parte, artic. j. nu. 279. versic. quartò infero.

Et tunc nō valet cōsuetudo, quod inferior episcopo possit in ecclesia 15 curata instituere vicarium ad tempus: vt consuluit Roma. consil. ccclvj. circa primum. col. ij. num. 6. qui vicarius ad tempus non potest dici curatus;

tus, quia pro voluntate cōstituentis solūm exercet curam, & illius nomine. glo. in verbo impendant, in clementi. dudum. §. ac deinde, de sepultur. probat Domi. Gemi. consil. lxxxvj. in causa, col. j.

16 Ideo si episcopi pro illis literis acciperent pecuniam, simonia cōmitterent, per c. nō satis, & seq. de simo. & hodie ferè omnes eā incurrunt simoniam, quādoquidem semper accipiūt nescio, an cōsuetudo illos excuset.

Prelati pro literis de non residendo pecunia recipere non debent.

17 Et an valet consuetudo, quod impeditus iustè non teneatur vicarium relinquere: docet glo. & doct. in c. cum omnes, de constit. vide Anto. Butrium consil. l. j. in facto.

18 Et is vicarius tēporalis ad nutū reuocari potest, & ad voluntatem cōstituētis, nisi fuerit approbatus ab episcopo, tunc ante annum sine causa destitui non potest: alioqui tenebitur reuocans ad damna & interesse: & ita de consuetudine seruatur in hoc toto ferè regno, maximè in lingua Occitana: quandoquidem ad tempus prohibitum, post tempus est cōcessum. l. non solūm. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunciat. & ibi doct. nisi fuerit ad certum tempus constitutus: quia durante illo tempore reuocari non debet instar locationis. l. qui ad certum. ff. loca.

Vicarius tēporalis ad nutum reuocari potest.

19 Interdum conceditur hæc de non residendo facultas à Papa, & ali- quando ab episcopo. cap. penulti. & per totum, de cleric. non residen. A Papa dari potest ad biennium, quinquennium, ac in perpetuum: si iusta causa lepræ, vel alia moneat, sed non ab alio inferiore. c. licet canon, de elect. in vj. sic consuluit Panor. consil. xcviij. in causa, col. j. & seq. in j. volu. sed solet ad septennium dari commorantibus in studio, per regulam Cancel. liij. quæ probatur in capitu. cum ex eo, de elect. lib. vj. etiam ab episcopo, vt ibi.

Facultas nō residendi à Papa & ab inferiore datur.

20 Seruire per se tenetur Curatus, cum electa sit industria suæ personæ: & vnus opera non est alterius opera. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cōdict. indeb. & actus in quo est electa industria personæ non potest per alium explicari. l. nemo, ij. ff. de duob. reis. c. j. de offic. deleg. c. si is cui, illo tit. in vj. & curæ animarum exercitium, & regimen est ars artium. c. cum sit ars, de ætate & qualit. nam alius à curato fortè erit ignarus, vt pœnitentias pro criminis qualitate non possit imponere, vel innotescere. c. mensuram, de pœnitent. dist. j. & ibi glo.

Curati industria est electa: ideo per se tenetur seruire.

21 Insuper casus multos referunt doct. in quibus potest quis per vicarium deseruire, in c. extirpandē. §. qui verò, de præb. quos ego putarem breuius reduci posse ad casus sequentes. Nam deseruire potest quis per vicarium in casibus à lege, statuto vel consuetudine permisis. Casus autē hi præstituti à lege, aut propter necessitatē, aut vtilitatē ecclesiæ, vel personæ.

In casibus à lege statutis potest quis per alium seruire.

22 Et quibus casibus excusatur quis à residendo, fructus suos facit, perinde ac si resideret. c. super specula, de magist. c. ij. de priuil. in vj. quod declarata procedere in xij. casibus, quos scripsi in scholastic. pliuileg. xxxj.

Excusatus à residendo lucratur fructus.

23 Propter necessitatem ecclesiæ, vel vtilitatem excusatur quoq; clericus à residendo, vtpote si pro negotiis ecclesiæ sit absens, constituere vicarium potest, etiam si residere iurauerit. c. ex parte ij. de cleric. non residen.

Necessitas & utilitas ecclesiæ excusant à residendo.

Adde quosdam casus de rescriptos per glo. in l. verum. §. ex facto, in verb. deponere. ff. de minor.

Dummodò non hoc affectauerit. §. item tria, de excusa. tutor. in instit. 24 doct. in c. de cætero, de cleric. non residen. facit tex. vbi Hippol. multa cumular in l. j. §. cum quis. ff. de quæstio.

Student excusat à residentia.

Item si fuerit absens ob studium. c. cū ex eo, de elect. in vj. debet tamen 25 (vt afferunt doct.) abesse cum licentia sui prælati. c. relatum, de cler. non resid. sed de consuetudine non petitur, nec requiritur in secularibus clericis hæc licentia: quæ consuetudo valet, vt Innoc. Hostien. & alij docent in c. inter quatuor, de cler. non residen. & c. relatum, ibidem: vbi alternatiuè loquitur de licentia suorum prælatorum vel studio literarum.

Nec aliquid soluere debent pro literis de non residendo, quippe sunt 26 ab omnibus exempti, vt scripsi in scholastic. priuileg. xxx. nec aliàs cogi possunt ad residendum per prælatum: quia postquam à iure excusantur, Episcopus non est supra ius, ideò non poterit eos monere, vt resideant: quòd si fecerit, abutitur, tanquam veniens cõtra sanctos canones. c. inter, de cleric. non residen. & potest ab hac monitione appellari tanquam ab abusu ad parlamentum.

valetudo aduersa excusat à residentia.

Adhæc excusatur quis ob necessitatem ingruentem persone, vtpote 27 si valetudine afficiatur curatus, tunc per substitutum deseruiet. c. ad audientiam, de cleric. non residen. c. j. & per totum, de clericor. ægrotan. & c. vno, illo tit. in vj. facit l. aut si valetudine. ff. de procurator. l. si cui. §. si. ex quibus cau. maior. aut si necessariò fuerit occupatus. c. adhæc, vbi do. de off. archidia. vbi episcopus occupatus plures habere potest vicarios facit c. quoniam, de off. ordinar.

Vel etiã si necessitas inest personæ, cum habet plura beneficia, quippè 28 non posset in vtroque residere. d. c. non potest, de præb. in vj. ob id alteri per vicarium seruiet. c. extirpandæ. §. qui verò de præb.

Pestis an excuset.

Idem si pestis viget in loco beneficij: vt probat plenè de Ripa in tract. 29 de peste, in ij. parte. q. v. versic. quintò pestis excusat. allegat tex. in argu. in c. ad supplicationem de renunc. vbi prælato licet renunciare beneficio, in quo turè morari nõ potest, & c. pastoralis. vij. q. j. vbi dicitur posse fugere propter inimicitias, cle. ne in agro. §. si. de statu monac. cum similibus.

Sed in hoc casu pestis, ego dicerem cõtrà, nisi reperiret vicarium, qui 30 id temporis seruiret: nam in Euãgelio dicitur, *Mercenarium fugere lupum venientem*: sed bonus pastor nõ fugit, sed opponit se pro muro hostibus, sicut Christus & Apostoli, ac deniq; diuus ille Thomas Cantuari. archiepiscop. vt in eius vita continetur: licet quidam insani illi sancto viro maledicant.

Et in tempore necessitatis, quæ maior esse potest necessitas quàm pe- 31 stis? ideo dicerem id temporis teneri seruire per se, vel per alium, etiam si mortis corporalis immineat periculum: quia melius est mortem pati, quàm gregem tempore necessitatis deserere: sed potest monere parochianos, vt confi teantur, dum sani sunt, quos, si maluerint infirmitatem expect

expectare, per fenestram audire illos poterit, aut aliàs ex longinquo nec ingredi tenebitur, si valeat infirmus surgere.

32 Item personæ necessitatem voco, vt si contigerit aliquem à Papa euo- *Vocatus à Papa excusatur residentia.* caritunc is à Papa vocatus poterit per vicarium deseruire. c. cum dilectus, de cleric. non residen. quod est verum, quando erat principaliter pro seruitio Papæ.

33 Secus si pro lucro suo, veluti quia est scriptor bullarum, aut procurator in palatio, tunc non excusatur, quia sui lucri gratia abest. text. in l. scrinarios, vbi Alexan. & Iason. C. de testamen. milit. Reipublicæ enim caussa eos abesse solos intelligimus, qui non sui commodi caussa, sed coacti absunt. l. Reipublicæ, & l. non verè. ff. ex quibus cau. maior.

34 Vnde declaratum fuit in concilio Constan. selsion. xix. quòd benefi- *Præsentibus in concilio generali omnes fructus recipient etiam distributiones.* ciati præsentibus in concilio recipient omnes fructus, etiam distributiones, quæ dantur præsentibus: nam censentur præsentibus, & habentur pro residentibus: vt ibi, etiam si caueretur statutis ecclesiæ contrarium, quibus hoc casu derogatum est.

36 Idem dicit Angel. Clauas. in sua summa, in verb. clericus. vij. q. num. 2. *Absens in seruitio episcopi quando lucretur fructus.* quando quis esset in seruitio Episcopi, nisi propter ambitionem, vt posset capere beneficium aliquod, tunc enim non excusaretur: quod est notandum velut quotidianum.

Excusatur etiã is, qui est in seruitio legati, vel Archiepiscopi. c. ad audientiam, & c. de cætero, de cleric. non residen. ac c. cum dilectus, vbi doc. ibidem. & de Archiepiscopo intelligendum est, quando clericos suæ diocesis, non autem suffraganeorum recipit, arg. c. pastoralis, de offic. ordi. c. vno, de foro competen. in vj. *Vel in seruitio legati aut archiepiscopi.*

37 Restringe tamen, quòd Episcopus vltra duos non habeat, ibi, in d. c. *Duos ex canonicis episcopus accipere potest.* ad audientiam, nisi ecclesia tot & tantis abundaret canonicis, qui possunt sufficere ad seruitium ecclesiæ, remotis quatuor vel pluribus, quos Episcopus habet.

38 Vt videmus in ecclesiis regularibus secularitatis, ad quas tot confugerunt vndique irregulares apostatæ, vt laqueus confringeretur illorum: sic enim apostatas & irregulares appello, qui ex illo non erant monasterio, vel nisi eorum expressa fuerit habita mentio in bulla: quod aliàs non est præsumendum: nec iure seculares facti sunt, ob id non possunt postea obtinere beneficia, cum sint excommunicati, relinquentes habitum & apostatantes.

39 Secundò limitatur, vt procedat, cum Episcopus eos haberet pro suo seruitio, secus si eos asciiisset absque iusta caussa, ad venandum fortè, vel pro voluptate ad ludendum. capitul. inter, vbi Hostien. de cleric. non residen.

40 Tertio non posset Archiepiscopus ecclesiæ Tholosanæ habere cano- *Episcopus suos canonicos excusare à residentia potest, non alios.* nicos ecclesiæ Paris. pro negotiis ecclesiæ Tholosanæ: c. cum dilectus, ibi circa nos, de cleric. non residen. arg. c. si compromissarius, versic. restringitur, de elect. in vj. hoc docet Io. Andr. in c. vno, de cleric. non re-

siden.col.ij.lib.vj.in Nouel. facit l.ij.§.diuus Adrianus.ff.de iure fisci.

Quartò nec quidem habere duos permitteretur, si cultus diuinus ex eo destrueretur ob paucitatem ministrorum.c.pen.de cleri. non residen. vel si ecclesia remaneret destituta literatis, cantoribus, aut aliis necessariis:remanerentque soli canonici illiterati & stolidi, qui graue possent asferre detrimentum,& scandalum ecclesiæ.

Necessitate cessante curatus seruire tenetur.

Quintò finita necessitate, vicarius definit posse seruire, verum curatus per se deseruiet: nam cessante causa cessare debet effectus: lege quod dictum. ff. de pact. capitu. cum cessante, de appella. & quod belli calamitas introducit, pacis lenitas sopiat. l. vna, in prin. C. de caducis tollen. Ias. plura ad hoc congerit in l. prima, in vltimo notab. ff. de offi. eius. & do. Tiraque. in suo tracta. cessante causa.

Sextò procedit, cum illa necessitas esset causa mediata, cur iste curatus non residet, alioqui nequaquam excusaretur, vt quia antea forte non residebat. d. c. ad audientiam. doct. in c. j. de cleri. ægrotan. text. in l. pe. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. facit text. in l. socium qui. ff. pro soc. scripsi in §. j. in gl. impedimento, in fi. de colla. in concord. ibi vide quæ dixi.

Septimò non creditur impedito, vel occupato, nisi appareat de causa: vt plenè probat Ias. in d. l. j. col. xij. ff. de offi. eius. veritatem enim spectamus. l. si fortè. ff. de castren. pecu. & doct. in l. si donatione. C. de col.

Abbas duos monachos à non residendo sua utilitatis causa excusare potest.

Octauò idem in inferiore prælato dicunt doct. per c. relatum, ibi, nisi fortè de licentia suorum prælatorum, de cleri. non resid. vbi prælatus inferior etiam à residentia dispensat duos, quos secum ducit, vtpote Abbas, dummodò sit iusta causa, vt dictum fuit.

Sacerdotes in aliena diocesi celebrare nõ debent sine literis.

Nonò non debent admitti etiam ad celebrandum sacerdotes simplices in aliena diocesi, sine licentia sui episcopi: vt dicit Panor. in c. fraternitati, de cleri. non resid. facit c. primum, & per tot. de cleri. peregr. & Ange. Clauas. in verbo clericus. vij. in fin. quod non seruant hodie sacerdotes nec vicarij Episcoporum, sed hoc seruare deberent, & inuenirent maximè Paris. multos apostatas.

Religiosus in ecclesia parrochiali vicarium præficere potest.

Item si religiosus obtineat parrochiam ecclesiam, poterit per vicarium deseruire, & debet, nisi dispensatum fuerit secum per Papam, quòd per se deseruire valeat. col. ij. vbi glo. de stat. monach. c. j. de capel. monach. scilicet ob religionem, cui iam est obligatus, à qua non debet egredi, tum propter habitus diuersitatem, cle. j. de elect.

Nisi religiosus propter prædicationem foret ecclesiæ valde utilis. capitulo quod Dei timorem, de statu monachor. cap. doctos, & sequenti. xvj. q. j. Adde quæ superius scripsi in dispensatio. religios.

Extraneus vicarium in ecclesia præficere tenetur.

Idem cum extraneus non valens loqui idiomate patriæ beneficium haberet ex dispensatione Papæ, tunc quoque necessarium est illi vicarium præficere, qui populum instruat: capit. quoniam. & cap. inter cætera, de offi. ordinarior. de his extraneis plura se offerunt inferius dicenda, secundum varietatem rescriptorum, in tertia parte, in rescriptis mixtis.

Idem

50 Idem si cui necesse fuerit peregrinationis votum implere, durante absentia propter suæ personæ necessitatem per vicarium deseruiet. c. fin. de voto: quod est verum, si votum fuerit emissum ante beneficium adeptum: sed postquam accepit quis beneficium, obligatus est ad residentiam etiam si modicum sit beneficium. capitulo conquerente, de cleri. non residen. à qua residentia non potest absolui etiam ex voto, sine facultate & licentia sui superioris emisso. c. sicut ex literis, de iure iur. c. magnæ, vbi no. de voto.

Peregrini per vicarium deseruiunt.

51 Idem dicendum est, si quis deseruiat: tamen adhuc vt cultus augeatur diuinus vult vicarium vnum, aut plures habere, tunc hoc non denegatur eidem, quia ad laudem Dei tendit, per c. illud, & c. nihil. vij. q. j. & no. in c. clericos, de offi. vicar. nec autoritas prælati requiritur hoc casu, vel aliquæ regiminis literæ, cum ipse curatus per se regat.

Per se deseruiens vicarium habere potest.

52 Idem si parrochia sit ampla, & aliqua ecclesia, quam succursum vocant ab illa dependeat, tunc quoque vicarium autoritate sua alteri illarum præficere poterit. c. ad audientiam primo. de eccles. ædificand.

Vicarium præficere in succursu quis potest.

53 Ab homine etiam dispensatio de non residendo peti solet, si fortè dispenset Papa, vel episcopus ex iusta causa, c. relatum, ibi, vel pro alij honestis causis de cleric. non residen. c. proposuit, de filiis presbyter. c. cum ex eo, de electio. in vj. alioqui dispensans non est tutus. Federic. consil. cclxvj. de iure communi. & plenè Ioan. de Selua in tract. benefic. in iij. parte. q. viij.

Ab homine dispensatur à residentia.

54 Nec excusatur dispensatus de non residendo, nisi iustam habeat causam per iura prædicta, & per glos. in c. non est, de voto. & hoc nominatim docet Angel. Clauas. in sua summa, in verb. clericus. vij. in princ. idque propter multa mala, quæ pauperibus contingunt, & ecclesiæ propter sui curati vel prælati absentiam.

Dispensatus à residentia sine iusta causa nõ est tutus.

Mala que contingunt ex absentia beneficiorum.

55 Primò deseruitur hospitalitas, quam omninò Deus nobis iniungit: vt c. de monachis, de præb. & negliguntur pauperes, qui sunt membra Christi: vt patet in Euangel.

56 Ecclesiæ ruinam patiuntur ex beneficiariorum absentia. cum nullus sit, qui eas reedificet, c. fundamenta. §. dignè, de ele. in vj. ibi. Nunquid obduxit obliuio, quæ vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hæc nunc peregrina regimina? nunquid non hæc destructio mœnium, deformatio proueniens ex ruinis luce clariùs manifestant? nunquid non hæc ipsa veneranda Dei templa præsentis manu sacrilega diebus nostris nefariè violata proclamant? & c.

57 Cultus minuitur diuinus per mercenarios, qui non seruiunt, & quibus nulla est cura de ouibus vt sacrum docet Euangelium. & text. in c. ex parte, de consti.

58 Hæreses nascuntur, & pullulant, cum pastor est absens: vt in Euangelio, *Maledictus homo seminavit zizania* cum dormiret pastor, vel absens esset.

59 Summatim omnia insurgunt mala ex absentia pastorum & prælatorum:

rum: veluti docet ipsa experientia, c. quàm sit, de elec. cui malo subuen-
tum esse magnoperè desiderarem.

Adde quòd hic dispensatus de nō residendo nequaquam recipiet fru-
ctus beneficii, nisi concedatur hoc expressè in dispensatione, vel nisi fauo-
re studij, sic esset dispensatus, capitul. cum ex eo, de electio. in sexto, cap. ex
tuæ, & capitul. relatum, de cleric. non residen.

Aut si statutum vel consuetudo esset in contrarium, vel dispensa-
tus esset super ætate, huc enim tendere videtur dispensatio, vt minor
interim fructus percipiat. Ioan. Andreas in dicto capitul. cum ex eo, in
verbo iusta. & Anto. Butri. capitul. at si clerici, de adulteriis, versicul.
ad quartum principale, de iudic. facit gloss. in capitul. quia intantum,
de præbend.

Statutum potest
permittere ut quis
per vicarium de-
seruiat.

Per statutum verò permitti potest, vt quis per vicarium deseruiat: si
statutum factum sit cum causa, & autoritate episcopi, cap. cum omnes,
de constitut. alioqui non. glo. & doctor. in cap. secundo, de verbor. & re-
rum significatione, in sexto. Federic. consilio cclxxxvj. de iure.

Nec sufficeret adhæc auctoritas vicarij episcopi, nisi specialem super
hoc habeat potestatem, teste Federic. consi. cclxiiij. si canonici. & supe-
rius scripsi in materia vicariorum episcopi.

Nisi præfata statuta fuissent introducta à capitulo sede vacante: quia
tunc omnis iurisdicção penes capitulum erat deuoluta, & ita perinde
valebunt, ac si ab ipso episcopo ædite essent c. j. ne sede vacan. Federic.
de Senis consil. xvj. capitulum, de ecclesiæ, & superius dixi in tract. de-
uolutionum.

Consuetudo quæ
do absentem excu-
sare possit.

Interdum id consuetudine videmus indulgeri, veluti quia fortè
Canonici sunt pauperes, vt non possint commodè viuere ex fructi-
bus præbendæ: tunc potest introducere consuetudo, quòd recipiant
aliquid deseruiendo per vicarium: vel si aliàs ex iusta causa fuerit in-
ducta consuetudo, capitulo cum omnes, de constitution. capitulo ad
audientiam, de cleric. non residen. Ioannes de Selua in tracta. de bene-
fic. in iij. parte, quæstion. vj. Panor. & alij in dict. cap. extirpandæ. §. qui
verò, de præben.

Non tamen valet consuetudo de non residendo in curatis, cum hæc
nimis sit ecclesiis, & animabus damnosa: capitul. licet canon, de ele-
ction. in vj. gloss. in §. nam ecclesiarum, in verb. resident, in proemio
pragmati. sanctio. sic docet Felin. in d. cap. cum omnes, col. xvj. refert &
sequitur de Ripa in libro respons. de legib. capitul. xiiij. ex impensis, in
octauo dubio, & in capitul. cum M. nu. 41. & sequenti. de constitutionib.
plenè Ioan. de Selua, in tractat. de benefi. in quarta parte, quæstione se-
cunda: imò peccat mortaliter non residens, quia facit contra naturalem
iustitiam, qua tenetur ipsemet ex suscepto officio gerere curam ouium
Christi: vt testatur Caietan. in sua summa, in verbo beneficium ecclesi-
asticum, quem refert Henric. Boreus in tractat. de Synodo episcopi, in ter-
tia parte, artic. primò, num. 150.

Præt

67 Præterquàm in casibus, in quibus excusatur: vt superius dixi. Et quan-
do beneficium esset ita tenue quòd ex illo commodè viuere nō posset: vt
68 decidit Ang. de claua. in sua summa in verb. clericus viij. † Amplia præd.
quoque procedere pluribus aliis casibus, in quibus videlicet maior erit,
aut similis ratio: nam tunc poterit Episcopus, vel alius indulgere, ne per
se resideat, per text. in §. porro. quæ fuit prima causa benefic. amittendi,
ibi, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior: vt proindè sciat
vtrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum.

69 Veluti si doctor aliquis vtiliter legat in vniuersitate multos erudien-
do, quamobrem putarem excusandum à residentia in loco beneficii, si-
cut scholastici: de quibus in scholastic. priuileg. scripsi per authen. mul-
tò magis. C. de sacrosan. eccles.

Omnes casus nō
residenti ad tres
reducuntur.

70 Viginti quatuor casus in quibus licet per vicarium deseruire, enume-
rat Io. de Selua in trac. de benefic. in iij. parte q. vj. post Pan. & alios in c.
extirpandæ. §. qui verò, de præb. qui ferè omnes cōprehenduntur sub tri-
bus casibus, quos supra scripsi. Primus ratione vtilitatis ecclesiæ, videli-
cet fauore studij: c. relatum, de cleri. non residen. c. cum ex eo: de electio.

71 Secundus ratione necessitatis belli, aut pestis. Panor. in c. per tuas. per
illum text. de donat. Imol. in c. fin. de cleric. nō residen. Tertius est quan-
do à iure hoc est expressum, vt absentia pro seruitio Episcopi, vel sui su-
terioris. cap. cum dilectus, & cap. de cætero, de clericis non residen.

72 Idem dicimus in officialibus Regijs, vt residere teneantur in locis, qui
bus tanquàm officiales præfecti sunt, vt plenè statutum est in ordinatio.
Regijs. ru. De la residence que sont tenuz, faire mesmement les officiers Royaux.
& scripsi in Concord. in §. primo. de collatio. in glossa residentia.

Officiales regij
ad residentia te-
nentur.

73 De triplici residentia vide per Inno. in c. si. de cleric. non residen. quem
plenè refert & prosequitur Barba. in clem. gratiæ, col. xj. & seq. de rescri.

74 Adhæc clericus secularis habens beneficium exigens residentiam, vt
pote curatum, sortitur ibi domicilium, secus si non requirat residentiam,
per tex. in c. dilectus ij. de rescrip. vbi amplè Feli. & alij in ca. ex ore, de pri-
uile. quid autem operetur effectus domicilij, conscribo in tract. de domi-
cil. elect. in ordinatio. Reg. in iij. tomo.

Domiciliū quis
habet in benefi-
cio curato.

75 Superest hîc videre, Quis facultatem non residendi valeat concedere?
Respondeo, is qui residendi necessitatem imponit. Eius enim est solue-
re, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de sponsal. l. tertia, de re iud. l. eius est vel-
le, de reg. iuris. ideo Rex poterit Consiliariis, & aliis officialibus suis fa-
cultatem non residendi in Palatio suo concedere: vt patet in ordinatio.
Regijs, in dicto titulo De la residence. &c.

Facultatem non
residenti quis cō-
cedere possit.

76 Sic quoque Papæ datum est non residendi facultatem omnibus be-
nificiariis indulgere, necnon Episcopis, idem à iure permissum est in c.
licet canon, de elect. in vj. Hactenus de residentia, ad alias dispensationes
veniamus.

77 Dispensatur interdum cum Episcopo, vt ea beneficia, quæ tempore
promotionis obtinebat, retinere possit: cui sic dici solet in bulla: vt com-
modiùs

Dispensatur cum
Episcopo, ut de-
lias habeat bene-
ficia.

Contra episcopos insatiabiles.

modiùs sustentari valeas de alicuius subuentionis auxilio, &c. alioqui vacant priora beneficia per adeptionem episcopatus lapsò trimestri ad consecrandum, per c. cum in cunctis. §. cum verò, de elect. dixi in §. fin. de mand. Apostolic. in concord. † Hodie verò tanta viget ambitio vt quis non vno contentus viuat episcopatu, sed nec quidem centum: quin si cunctos haberet episcopatus, & abbatias totius regni, nihilominus adhuc esuriret: patet in multis, qui deuorent episcopatus, cõsumuntque abbatias regni, nec non aliorum, quos Deus Opt. max. sua gratia dignetur illuminare, & ambitum illorum compefcere. † Interim verò nõ putarem summum Pontificem tutum in largiendis huiusmodi dispensationibus, aliquando plus æquo liberalem: nec quidem ambitiosum miserè esurientem dispensatum in conscientia, veluti suprà dictum fuit: quamobrem dicendum eis foret potiùs in præfatis dispensationum literis, vt citiùs & celeriùs in infernum descendere valeas, de alicuius subuentionis auxilio tibi prouidemus, &c.

Dispensatur etiam cum extraneo non loquente idiomate patriæ: de qua dispensatione dicitur inferiùs in rescriptis mistis.

Alia pleræque sunt dispensationum species, quas tanquàm raras, & parum in forensi iudicio agitari solitas consultus prætermittam, finem imponens huic secundæ parti nostræ præcticae, de his gratias Deo agens.


PRAXIS



PRAXIS BENEFICIARIAE TERTIA

PARS. BENEFICIA AMIT-

TENDI MODOS CONTINENS.



SUPEREST, Beneuole lector, tertiam attingere partem, videlicet modos amittendi beneficia: quod & si videatur exosum beneficiariis, tamen hoc scire non mediocriter eis conducet: vt deinceps ea præcaueant amittere, vel incidere in eos amittendi modos: & vix amitti possunt: nisi alteri adquirantur. Sed quia pars hæc per se posset complere iustum volumen, si vellem ea sigillatim prosequi, quæ huic materiæ videntur congruere, tamen breuitati consulam, ne scriptorum multitudine potiùs hanc confundam materiam, quàm planè tradam: decreui tantum hinc ea referre, quæ necessaria & quotidiana sunt huic Methodo de amittendo beneficio, secutus in hoc ordinem Iurisconsult. titul. de acquir. vel amittend. possess. licet Imperator dixerit, de acquir. & retinend. possess. Idem quoque Iureconsult. fecit in titul. de acquir. & amittend. hæred.

- 2 Imprimis igitur sciendum est, beneficium duobus modis amitti, ipso iure vel per sententiam. Primò beneficium amittitur ipso iure, quando ius statuit ob aliquam causam criminis fortè, vel aliam iustam beneficium amittendum: vt in casibus seq. dicitur. *Amittitur beneficium duobus modis.*
- 3 Idem ferè est ipso facto, quod ipso iure. c. ij. vt cleric. vel monach. lib. vj. vt si lex priuet quem ipso facto, id est simulatque fuerit commissum crimen, sicut læsæ maiestatis, vel hæresis, l. quisquis, C. ad leg. Iuliam maiestatis, c. cum secundum, de hæretic. in vj. quia hoc casu factum lex notat, & non sententiam, l. palam, circa fin. ff. de ritu nupt. glo. in authentica, de incest. nupt. in verb. imminere, colla. ij. facit textus, in l. fin. verfic. scituros, C. locati, vbi nam ista æquiparat Imperator, videlicet ipso iure, & ipso facto. *Ipso iure & ipso facto idem significant.*
- 4 Videamus ergo casus in quibus ipso iure beneficium amittitur: primò

R

Ipso iure per hæresim uacat beneficium.

per hæresim: hæreticus enim ipso iure beneficium suum amittit. cap. ad abolendam, de hæretic. §. j. ibi, & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, seculari relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus: ibi ponuntur verba executionem denotantia, videlicet spoliatus: ideo notatur priuatio ipso iure: vt docet Ant. Butr. in c. fin. col. ij. de postul. Fel. in c. Rodolphus, de rescrip.

Hæretici beneficium impetrari potest.

Et sic beneficium hæretici potest impetrari tanquam vacans ipso iure: si tamen continuò post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum arbitrium Episcopi regionis publicè adiurare consenserit, & satisfactionem congruam exhibere, tunc ei beneficium relinquatur, vt ibi: nam humanum est peccare, diabolicum perseuerare, & Angelicum se mendare. gl. in l. consentaneum. C. quomod. & quando iudex. nec enim aduertisse videtur, qui statim redit. l. ij. ff. de diuort. l. quod calore, de reg. iuris, etiam bona illis restituuntur: vt ibi, & in c. cum secundum, de hæretic. in vj. Ioan. And. & alij in c. quia diligentia, de elect. Fel. cons. x. Troiano.

Hæreticus quando beneficium retinere possit.

Notanda sunt tamen requisita ad hoc, vt hæreticus semel lapsus nihilominus retinere possit illud beneficium: quæ requisita selegi ex præallegato tex. in d. c. ad abolendam. Primò requiritur quòd deprehensus fuerit in errore: ibi, post deprehensionem erroris: ergo quomodocumq; deprehensus fuerit in errore, siue coram iudice ecclesiastico, siue laico, beneficium vacabit, nisi statim errorem agnoscat, & abiuret.

Intellectus ad c. ad abolendam.

Specialèq; est hoc crimine hæresis, vt post crimen commissum liceat poenitere: quòd regulariter in alijs criminibus non est. l. qui ea mēte. ff. de furtis, doct. in l. si pecuniam, de condic. causa data.

Continuò ad fidem redire debet hæreticus.

Secundò requiritur, quòd continuò, idest simulatque deprehensus est in hæresi paratus sit hæresim abiurare, alioqui si tantum ignis metu, vel poenæ, non est recipiendus. ibi, continuò siquidem, *Oderunt peccare mali formidina poena. Oderunt peccare boni virtutis amore.* dicit Horatius in Epistol. & refert glos. in l. j. circa fin. ff. de iustit. & iure & in c. eum qui, de præb. lib. vj. alioqui nunquam punirentur hæretici, quia dum videret ignem in eos parari, palinodiam canerent. Panor. & Felin. in d. capit. ad abolendam.

Poenitere quando hæreticus possit.

Ideo vera poenitentia est, quæ voluntariè fit, & corde contrito. c. j. & per totum, de poeniten. dist. liij. & incontinenti dicunt quidam, antequàm hæreticus neget: & super hoc recepti sint testes: & antequàm probatum fuerit crimen, vt postea non recipiatur. & hæc est sententia Archid. in c. vt commissi, de hæreti. in vj.

Alia fuit sententia Panor. in c. excōmunicamus j. de hæreti. quòd licet hæretico poenitere in quacumq; parte iudicij, etiam post sententiam, ante tamen executionem: & antea non dicitur pertinax: vt requiritur in cle. j. de summa trinit.

Tertia fuit opinio, quòd hæc poenitentia & reuocatio sit arbitraria. ii arg.

arg. l. respiciendum, in fin. ff. de poenis, hoc docet Grilland. in tract. de hæretic. in j. lib. q. v.

12 Ego verò dicerem esse distinguendum super hoc: nam si dicamus hæreticum velle retinere beneficium, & bona sua, nec puniendum, tunc debet statim redire: idest antequàm neget. & fiat alia probatio contra eum, vt tunc nullam subeat poenam, nisi abiurationis, quia sponte redit: sicut probat tex. ibi, nisi continuò post deprehensionem erroris: & sic continuò, ibi intelligitur, post deprehensionem erroris, antequàm processus factus sit, quia sponte resipiscit.

13 Si verò probato iam crimine, peractòq; processu velit poenitere, tunc facile ei non est danda venia: quia non sponte resipiscit, sed metu ignis perterritus, nec continuò, nisi iudex poenitentiam magnam videat: quo casu nihilominus debet eum beneficio priuare, & priuatim declarare, vel ad tempus suspendere, vel coadiutorem dare, vt videat an planè resipuerit necne: debet quoque eum condemnare ad multam, quòd tandiu distulerit, nec non ad omnes expensas, & ita debet intelligi secunda opinio c. vergentis, de hæretic. in vj.

14 Tertio requiritur quòd sponte sua, non suasionibus, non metu coactus ibi, sponte. Ita docet Paul. Grilland. in tract. de heretic. lib. j. q. v. & Boer. in decis. Burdegal. q. cccxlj. & q. cccxliij.

15 Quarto quòd ad fidei vnitatem redire velit, nam si statim atque liberatus esset animum haberet resiliendi à fide, nequaquam reciperetur ibi ad fidei Catholicæ vnitatem.

19 Quintò quòd hæresim abiurare si paratus ad arbitrium Episcopi illius regionis, in qua fuit deprehensus, aut si ille Episcopus esset hæreticus, aut suspectus: vt nonnullos videmus, quòd ad arbitrium inquisitoris fidei debeat abiurare.

17 Sextò quòd abiurare publicè sit paratus, ibi publicè consenserit abiurare: ergo abiuratio occulta non sufficit, nisi ex iusta causa secus visum fuerit Episcopo, aut inquisitori.

Abiurare publicè quis debet. Satisfactio congrua hæretici quæ sit.

18 Septimò quòd congruam satisfactionem presto sit exhibere, quæ erit ista congrua satisfactio? Respon. vt si dogmatifauerit, idest concionatus fuerit, vbi docuit, ibi contrarium dicat: & vbi prædicauit, ibidè illa, quæ prædixit, dicat esse falsa, petendo super his veniam ab illis, quibus falsam doctrinam tradidit, rogètque illos, vt eam primam falsam doctrinam exuant abiiciantque à corde, & istam veram, quam nunc, cum ecclesia canit, fidem recipiant.

19 Nec consona videtur satisfactio simulata, scilicet verbo tenus, & postea contrarium agat: veluti soluere non videtur, nec satisfacere, qui reprobos nummos soluit. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignora. actio. & qui sic soluit, vt recuperet, non liberatur. l. qui sic. ff. de solu.

Hæreticus negas si postea fuerit probatum contra eum non recipitur ad abiurandum: sed est comendendus.

20 Non etiam congrua satisfactio videtur, si comprehensus hæreticus neget quidem illa se dixisse, sed asserit se credidisse, & credere contrarium, aut si non cathègoricè fateatur suum errorem, sed dicat se crede-

re, quod ecclesia sancta credit: nec enim liberatur, quin (si probatum fuerit per testes illum hæc dixisse) veniat statim igne comburendus.

Quia postquam est testibus conuictus, sua negatio nil valet: nam 21 sufficit quem confiteri aut conuinci. capitul. at si clerici, de iudic. capitul. nos in quenquam. ij. quæsti. prima, & imposterum non est iste recipiendus ad pœnitentiam, nec ad abiurationem, quia non continuò, nec sponte hoc facit.

Quippe non est ei indulgenda venia, qui non recognoscit peccatum, 22 sed negat crimen, tanquam alter Cain. capitul. serpens, & capitul. nunquid Cain. de pœnitent. distinctio. prima. nec dicitur satisfacisse negando, sed recognoscendo & abiurando, dicto capitul. ad abolendam. Nam in manifestis maxime criminibus oportet confiteri peccatum, si veniam quis speret, capitul. quem pœnitet, & capitul. veritas, cum similib. de pœnitent. distinctio. prima, capitul. cuius, xj. quæsti. prima: nec est venia donandus, quia superbus, & non humilis, ergo ad ecclesiam non reuertitur, nec est paratus abiurare hæresim, quam negat. c. cum humiliatus. xij. q. ij.

Ad hæc omnes hæretici sic dicendo, euaderent in maximum nostræ 23 fidei detrimentum: quod nequaquam est ferendum, secundum opinionem Domin. de Rota, decisio. dccclxxv. accusatus. vbi compluribus aliis probatur hæc sententia, & idem dicitur in titul. de hæretic. in eisdem decisio. & ita vidi seruari contra quendam astutum hæreticum.

Obtinens beneficium ad preces hæreticorum est priuatus. Quinimò non solum hæreticus est priuatus beneficio, sed etiam is, 24 qui obtinuit beneficium ad preces hæreticorum scienter: quod si retinuerit, est inhabilis ad alia quæcunque beneficia. capitul. ij. §. adhæc, de hæretic. lib. vj.

Filij hæreticorum inhabiles ad beneficia obtinenda. Et filij hæreticorum non sunt quidem his beneficiis priuati, quæ habebant ante delictum à patre commissum, sed postea sunt inhabiles ad obtinenda. capitul. quicumque, & capitul. statutum secundò, de hæretic. in sextò. Aufrer. in decisio. Tholosan. quæsti. cxx. Hippoly. in tract. de fideiuss. in xij. quæsti. nume. 120. post glos. in capitul. satis. lvj. distinct.

Idem in nepotibus ex filio descendentibus. c. vt commissi, §. pruan- 26 di, illo titul. facit capitul. felicis. §. quod si quis, de pœnis, eod. lib. vj.

Hæretici post triennium post sunt molestari. Quamobrem isti hæretici post triennium non sunt tuti decreto, de 27 pacifi. possessor. etiam si possederint post delictum, quia sine titulo sunt: & semper vacat beneficium, ideo semper impetrari potest: vt scripsi in tract. de pacifi. possessor. in iij. limita.

Ingressus beneficium ut est eo priuatus. Schismaticus est priuatus. Item qui vi ingreditur possessionem beneficij, ius quod in eo habet 28 iure ipso amittit. c. eum qui, de præb. lib. vj. † Schismaticus ipso quoque iure 29 beneficium amittit. c. nos consuetudinem. xj. distinct. & capitul. quia diligentia, de election. tum quia dicitur hæreticus, cum nullum schisma sit, quod non aliquam sibi coningat hæresim, vt rectè ab ecclesia

reces

30 recessisse videatur, c. inter. xxiiij. q. ij. † & propriè is dicitur schismaticus qui se ab vnitatem ecclesie Roma. diuidit, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos & sacerdotes, episcopatus & beneficia conferendo. gloss. in summa xxiiij. q. j. Panor. & alij. in rubr. de schismat. & Ioan. de Anania, in rubri. de schismatic. dicit istos à Deo, necnon ab hominibus puniri.

31 Vt enim scirent homines quàm graue & detestabile sit hoc crimen, ostendit Dominus in Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbit: patet etiam in c. denique, vij. q. j. & in c. in nomine, xxij. distinct. & quicumque episcopatum, vel beneficium à schismatico accepit, est excommunicatus, vel si ordinationi suæ cõsentiat, c. j. de schism. hoc expressè docet Ange. de Clauasio in sua summa, in verb. schismat. §. iij. plus dicens solum Papam in hoc dispensare, c. quia diligentia, de elect.

32 Amittit etiam beneficium ipso iure is qui perpetravit crimen læsæ maiestatis, necnon omnia bona. l. quisquis, C. ad leg. Iul. ma. c. cum secundum leges, de hæretic. lib. vj. nam de crimine hæresis adhuc crimen bonum est argumentum, per glo. in l. Manicheos, C. de hæreti. gloss. in c. j. de testib. lib. vj.

Amittit beneficium qui ledit summam maiestatem.

33 Praterèa simoniacus ipso iure priuatur beneficiis, c. insinatum, vbi Feli. & alij, de simo. doct. in c. ij. de rescript. extrauag. cum detestabile, de simo. in communibus. nec refragatur verbum amoueat, futuri temporis positum, in d. c. insinatum, quia denotat executionem: ergo intelligendum est iam priuationem esse, per text. in c. abbate, ibi petit adiudicari eidem monasterio locum ipsum, & vos exinde amoueri, de re iudi. lib. vj. Anto. in c. fi. col. ij. de postulan. Fel. in c. cum non ab homine, de iud. siquidem istud crimen æquiparatur crimini hæresis, & læsæ maiestatis, c. j. vbi gloss. vlt. de testib. lib. vj.

Simoniacus beneficio est priuatus.

34 Intellige quando crimen erat notorium, secus si occultum, quia tunc veniret priuandus, nisi rehabilitetur, c. presbyter, j. q. j. Panor. & alij in c. nisi, de renun.

35 Limita quoque in resignationibus simoniacis, quæ non valent in præiudicium resignantis: ideo qui per simoniam resignauit, videtur quod iterum possit resignare. gloss. & doct. in c. super hoc, in verb. pecuniæ, de renunciat. hoc expressè docet Innocent. in c. cum vniuersorum, in fine, de rerum permutat. Archidiaconus in c. dudum, in principio, de præb. in vj. Domi. de Rota decis. ccxxxvj. nota quod resignatio, in antiquis. Dominus Geminianus consilio cxxv. dubia, in primo dubio, vbi dicit

Resignatio simoniaca an valeat in præiudicium resignantis.

36 posse priuari, † Ratio diuersitatis est, quia per renuntiationem nihil iuris queritur illi, in fauorem cuius fit resignatio: c. quod in dubiis, & c. admonet, de renunciat. Ideo is qui dedit pecunias ad habendum beneficium, non potest priuari iure, quod non habet, cap. seruus, de capitis diminutione, in institut. † secus est in collatione, per quam ius queritur, c. si tibi absentis, de præbend. in vj. Ideo facta simoniaco nulla est, quia dando pecuniam, vel aliàs simoniam committendo, fit inhabilis, c.

R iij

ordinationes, prima quæstione prima, & capitul. sanè. xv. quæstio. ter-
tia, capitul. inquisitionis, de accusatio. scripsi in tracta. de pacific. pos-
sess. in quarta limit. & in addition. ad Ioan. Naucle. in tracta. de simon. in
pœnis, quas ibi contra simoniacos congesti: & dicam hodie quid in tit.
de simon. infra.

*Sodomiticus be-
neficio est priua-
tus.*

Adhæc ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum com- 38
misit, grauissimum enim est crimen. c. mulier. xv. q. j. vt iura armentur
gladio contra reos huius criminis. l. cum vir, C. ad legem Iul. de adulter.
& hoc crimen apostasiæ à natura vocat Lucas de penna in l. ij. & seq. C.
de exactor. & excep. lib. xij. Barb. confi. vlt. in j. vol.

*Cardinalè per-
cutiens ipso iure
perdit beneficiũ,
et idem in per-
cutiendo episco-
pum.*

Percutiens Cardinalem capitul. felicis, de pœnis, in vj. vbi adduntur 39
aliæ pœnæ.

Idem si quis iniuriosè, vel temerè percusserit episcopum, aut cœperit, 40
seu bannierit, vel hæc mandauerit fieri, tantum vel habuerit, hoc ipso pri-
uatur beneficiis. clem. j. de pœnis.

*Homicidũ qua-
lificatũ ipso iure
priuat.*

Idem quoque est in homicida qualificato, videlicet in assassino, & 41
conducto pretio ad aliquem interficiendum: vt in c. j. de homic. lib. vj.
Alex. confi. clxvj. in vij.

Idem iuris si parentes interfecerit, vel eorum alterum, siue fratrem, 42
c. inquisitionis, vbi Felin. col. j. de accusa. Ioan. de Anania confi. lxij. præ-
supposito.

*Falsarius litera-
rum Papæ bene-
ficiũ amittit.
Professione uat
cat beneficium.*

Falsarius literarum Papæ beneficium amittit ipso iure. c. ad falsario- 43
rum de crimine falsi.

Idem post professionem in religione factam non antea, c. beneficium, 44
de regula. lib. vj. & antea non valet collatio. etiam facta professione, teste
Paul. in confi. ccccxxxij. cum statutum, in fi. in j. vol.

Item si beneficiati alicuius ecclesiæ rectorem, vel clericum alium 45
ipsius ecclesiæ, per se vel alios occidere, vel mutilare præsumperint be-
neficium prorsus amittunt. c. in quibusdam, de pœnis.

*Cogens clericũ
resignare amit-
tit beneficium.*

Item is qui coëgit clericum resignare suum beneficium, fortè carce- 46
ribus eum premendo, donec resignauerit. cle. multorum, de pœnis: & re-
signatio coactè facta nullius est momenti. ibidè. vide c. sciant de electio.

*Apostata et non
promotus intra
annum sunt pri-
uati.*

lib. vj. † Item apostata à fide beneficium amittit, quia plusquam hæteri- 47
cus est: vt docet Azo. in summa C. de apostat. & ad clericatus officium ad-
mitti non debet. c. penul. & fi. 50. distinct. & Prouerb. vj. c. dicitur, *Homo
apostata vir inutilis*, & is est, qui à fide discedit: est quoque alterius gene-
ris apostata dictus, scilicet cum transgreditur præceptum, alius etiam ir-
regularitatis, vt quando dimittit habitum & religionem. gloss. not. in c. j.
de apostat. qui duo postremi non sunt ipso iure beneficiis priuati, vt per
Panor. & alios ibidem.

*Parrochialem
obtinens nõ pro-
motus intra an-
nũ priuatur illa.*

Non promotus intra annum ad sacerdotium obtinens parrochia- 48
lem ecclesiam est ipso iure priuatus, c. licet canon, de electio. in vj. & in-
ferius in materia dispen. plura super hoc scripsi: & in his casibus benefi-
cium impetrari potest etiam ante aliquam sententiam declaratoriam.

Ipso

49 Ipso iure etiam mera voluntate nostra beneficium amittimus per li-
beram resignationem, vt per totum titul. de renunciat. quemadmodum
si res pro derelicto sit habita, statim nostra esse desinit, & occupantis fit,
l. j. ff. pro derelicto. §. hoc amplius, de rerum diuis. in instit. l. quod seruus,
ff. de stip. seruo. de resignatione statim dicitur, ac per mortem amittitur be-
neficium: quia mors omnia soluit. §. deinceps, in authen. de nupt. colla. iij.
glo. in l. ex his, ff. de legib.

*Resignatione be-
neficiũ amitti-
tur.*

50 Per sententiam quoque beneficium amittitur, quãdo priuationis sen-
tentiam requiritur post crimen, vel aliam causam, vt communiter: nempe
si quis homicidium committat, per sententiam est suo priuandus benefi-
cio, c. clericis, ibi honore priuetur & loco, de cler. vel mon. c. ex literis, de
excessib. prælat. Pau. in c. vlt. ibid. & sic requiritur factum & ministerium
51 beneficiarij, & sententia priuationis iudicis. † Ideo potest quis ante sen-
tentiam priuationis resignare, cum non antea sit priuatus, c. fraternitati,
de cleric. excomm. mini. Felin. Dec. & de Rip. in c. ij. de rescrip. & Feli. in
c. inquisitionis, de accus. Aufre. in decis. Tholos. q. ccccxxxvj.

*Homicida est be-
neficio priuandus*

52 Nisi quis impetrasset illud beneficium cum clausula, quod per cessum
aut priuationem impetranti deberetur: verum quia hæc clausula refer-
uationem importat, quæ est sublata in Francia. Ideo resignatio bona est
etiam si post priuationem fuerit appellatum à sententia, per l. qui à latro-
nibus. §. fi. ff. de test. & ita obtinuit episcopus Vticensis in magno cõsilio per
resignationem cuiusdam scelesti priuati, dummodò fiat mentio illius pri-
uationis & processus. † Ergo beneficium homicidæ frustra impetratur,
53 quia potest interim à Papa rehabilitari: tum etiam quia nondum est pri-
uatus, ideoque resignare potest in fauorem amici, qui post rehabilitatio-
nem ei restituet, vt dicit Thomas Ferrar. cautel. xliij.

*Priuatus resig-
nare potest, pen-
dente appellatio-
ne.*

54 Et ista rehabilitatio à solo Papa cõcedi solet: nec possent episcopi hoc
indulgere: licet doct. in c. ij. de cleric. non ordin. ministr. & in c. ij. de cler.
pug. in duel. dicant episcopum posse dispensare cum homicida, vt bene-
ficium simplex retineat: sed non circa curatum: quod dicerem procedere
postquam hic homicida fuisset à Papa factus habilis, aliàs episcopus inha-
bilem istum habilem facere non poterit.

*Rehabilitatio ho-
micidæ à solo Pa-
pâ conceditur.*

55 Publicus etiam cõcubinarius beneficiis etiam priuari debet: vt abun-
dè scripsi in tit. de public. concubin. in Concor.

56 Sacrilegus quoque suum amittit beneficium per sententiam priua-
tionis, c. venerabilem, de electio. verfic. nunquid enim, cap. quemadmo-
dum, de iureiurand. gloss. in cap. cum omnibus, lxxxj. distinctio. non enim
debet fructum consequi ex eo, quod nititur destruere, cap. ex eo, de regu.
iuris in vj. & quia impeditur promoueri ad sacros ordines. si quis presby-
ter, 50. distinct. & est infamis, c. fi. de furtis. Panor. & alij in c. conquestus,
de for. compet.

*Sacrilegus bene-
ficijs priuatur.*

57 Bannitus perpetuè etiam beneficium perdit, quia priuandus est,
cum beneficio seruire non valeat. Panormitanus & alij in c. cum non
ab homine de iudiciis, & in capitulo secundo, de arbitr. & ita visum fuit

*Bannitus benefi-
cio est priuandus.*

Arestum.
Periurus beneficii obtinere non potest, sed eo priuatur.

Senatui Tholosano, anno 1539. in vigilia natiuitatis.

Periurus amittere debet beneficium per sententiam: quippe non merentur regere ecclesias, qui sunt irretiti crimine periurij, c. querelam, de iureiuran. cap. constitutus, in ij. de appellat. docto. in cap. ij. de rescript. scripsi in tract. de pacifi. possess. in iij. limit. nu. 218. & seq. de quo periurio intelligatur.

Exterus etiam est beneficio priuandus, vt statim dicitur in rescripto misto, seu communi, & qui per collusionem obtinuit beneficiū, c. audiuius, de colluf. de regend.

Incendiarij amittunt beneficia.

Incendiarij clerici beneficia amittunt, quia de iure ciuili capite puniuntur, l. capitalium. §. incendiarij, ff. de pœnis, vbi dicit tex. plerunq; viui exuruntur, & pessimam & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam autoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur: vt ait Innocen. in c. pessimam, xxij. q. viij.

Beneficiarius pro graui delicto beneficium perdit.

Insuper ne lectorem tot criminibus onerem, alia nō prosequar crimina. sed generaliter notādum addam, quōd clericus debet priuari beneficio pro quocunq; graui delicto, non aliās per tex. in c. fatis peruersum, lvj. distict. & c. inuentum, xvj. q. vij. Panor. in c. ex tua, de pœnis, doct. in c. at si clerici. §. de adulter. & c. cum non ab homine, de iud. caueat ergo illa committere, quicunq; non vult beneficia amittere.

Priuari quis nō debet, nisi à iure dicatur.

Non tamen hæc priuationis beneficij pœna debet infligi à iudice, nisi exprimat à iure, glo. sing. in cap. si. de iure patr. c. si compromissarius, de electio. lib. vj. §. optimum, in authen. de nō eligen. secund. nub. colla. ij. Iaf. in l. illam. nu. 12. de colla.

Nisi iudex condemnaret clericum esse degradandum, & traderetur iudici seculari, iuxta tex. in c. cum non ab homine, de iud. & in c. degradatio, de pœnis, in vj. tunc quoque poterit eadem sententia priuare eum suis beneficiis.

Per sententiam quis nō est priuatus beneficiis si hoc non exprimat.

Alioqui per sententiam latam super crimine, nō est quis priuatus beneficiis: nisi fuerit hoc expressum in sententia, c. qualiter, ij. ibi, quoad diminutionem capitis, id est degradationem intenditur, de accu. & Rot. in decis. vlt. de re iudic. Bald. in l. cum fratrem, C. de his quibus vt ind. Ioan. de Ana. in c. fin. col. j. de homic. † nisi priuatio beneficij ipso facto irrogetur, tex. in c. j. §. sacri, vbi Domin. Gemin. de homicid. lib. vj. Panor. in c. inter, circa fin. de excessib. prelat. Ioan. Bernar. in praxi criminali, c. cxxij. in verb. beneficijs priuari.

Priuato beneficio est relinquenda vinea, quam ipse plantauit.

Hoc postremò non est omittendum, quōd si clericus in terra ecclesie sterili, & inculta suis expensis & industria vineam plantauerit, licet postea beneficio priuatur etiam propter delictum, tamen sibi ex bono & æquo relinqueretur illa vinea ad vitam suam: vt asserunt Innocent. & Panor. in c. fina. de peculio cleric. quos sequitur Barba. columna ij. facit quod scribit tex. & ibi doct. in c. ad aures, de rebus eccles. Panor. in c. de multa, col. iij. nu. 14. de preben. hætenus de modis amittendi, veniamus ad resignationes.

De

De resignationibus.



ST A materia non valdè frequens est, & beneficiariis plurimum odiosa: cum nemo illorum resignare cupiat: ideo quæ breuitate potero, istam pertractabo materiam. *Resignatio quid sit.*

Primò dicam, quid sit resignatio, quātum attinet ad hanc materiam. Respond. est iuris sui libera dimissio seu cessio iuris sui ad differentiam alieni: quia iuri quod tertius habet in beneficio renunciando, nil ago, c. dilecto, in fi. de preb.

Etiā dico iuris: nam si nil iuris habeam, non possum resignare, l. si vniuersa, de leg. C. l. traditio, ff. de acquirend. rerum dom. l. obseruare, in fi. de offic. procons.

Libera dimissio dicitur, non coacta, quæ nullius est momenti, c. super hoc, de renun. & inferiùs plenius dicitur.

De tacita renunciatione.



QU O T V P L E X est resignatio? Respond. duplex. tacita & expressa: tacita est, quæ ipso iure fieri intelligitur absq; verborum alia expressione: vt adipiscendo secundum, quis tacite videtur resignare primum, quod de iure incompatible est cum alio, capitulo de multa, de prebend. *Duplex est resignatio.*

Secundò pacificè curatum beneficium adipiscendo, videor gratiæ ad alterum incompatible renunciare, c. gratiæ, de rescrip. lib. vj. & cle. gratiæ, illo titulo. *Multis modis quis tacite resignat.*

Tertiò qui litigat super beneficio, & recipit secundum, quod cum primo teneri non potest, illi primò renunciat tacite. gl. & doct. in d. cle. grat. etiam si protestaretur se nolle relinquere primum: quia protestatio est factio contraria, c. cum M. de const.

Quartò dicitur quis tacite renunciare, si nomet alium Decanum, & tamen litigabat super illo Decanatu, vel illi honorem exhibuit tantquam decano, c. ex ore, de his quæ fiunt à maio. par. cap. scripsi in tract. momi. quæst. j.

Quintò postulando pro eo tacite quis iuri suo renunciat, c. ex literis, de transact. iuncta glo. in l. vlti. ff. de inoff. testa. Host. in summa, de renunciat. §. qualiter, in fi.

Sextò si non promoueatur intra annum, c. licet canon, de elect. lib. vj. & superiùs fusiùs scripsi in dispensa. de non promouendo, in ij. parte.

Septimo impugnando potestatem eius, qui ei contulerat, dicens fortè eum non posse conferre reg. ex eo quod nixus est impugnare: fructum consequi non potest, de reg. iur. in vj.

Octauò dando collationem suam parti aduersæ, vel eam incidendo, tacite renunciat, l. Labeo, ff. de pactis.

Nonò

Nonò cedendo liti super beneficio motæ, l. postquam, C. de pactis, intelligendo vt infra dicam.

Decimò non prosequendo per tres annos, iuxta decretum de pacifi. possess. vt ibi per totum titulum. vide Paris. consil. lxxxvj. an capitula, vol. iij. & consil. cxlv. cum ex facto, col. iij. in. iij. vol.

De resignatione expressa, pura & condicionali.

Expressa resignatio duplex.

Cause mouentes ad resignandum.



EXPRESSA est, quæ à resignante verbis ad hoc accommodis fit: & de hac loquitur totus titulus.

Et hæc etiam duplex est, pura seu simplex: altera condicionalis, seu ob causam. Simplex est, quæ ex mera liberalitate proficiscitur, cū aliqua tamen causa. Quæ verò sint causæ, quæ mouere possint ad resignandū? Respon. ægritudinis, vel quia se nō esse parē oneri ferendo nouit, vel alia ex causa: vt in c. nisi cū pridem, de renunciat. vbi propter debilitatē, & scientia defectū, malitiam populi & scandalum, vel propter aëris intemperiem, vbi est cæli locique grauitas, quis mouetur ad resignandum: & alias causas ponit ibi Host. summa illius tituli.

Affectio carnis labefaciat totam ecclesiam.

Hodie causa causarum est affectio carnis: quia omnes volunt suos consanguineos præficere ecclesiis, quibus fortè malè præferunt, vt pessimè quoque illi postea præsent, c. graue, de præbend. c. vno, vt eccles. benef. & ista est, quæ iam dudum labefacit totam ecclesiam, c. vno, vt ecclesiast. benef. Altera est etiam causarum Regina pecunia: vt in toto titulo de simo. c. fertur, j. q. j.

Altera sub conditione, vel ob causam: & quædam fit ob causam permutationis, cum alio beneficio, altera ratione fauoris sanguinis, vel alia ratione, & dicitur in fauorem, de quibus inferius, & hæc nunc obtinent in foro.

Successorem nemo olim sibi eligere poterat.

Notandum quòd olim quando episcopi erant senectute, vel quauis alia infirmitate grauati, non valentes seruire ecclesiæ, successores eis uiuentibus, sibi eligere non poterant: vnde quamuis diuus Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ suæ finem præsentit, successorem sibi Clementem eligere voluerit: prohibitum tamen illi in concilio Antiocheno fuit: c. vnde, & seq. viij. q. j. vbi cum synodo & iudicio episcoporum, & electione clericorum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, hoc fieri debet: & eum qui dignus extiterit, eligere & promoueri, c. episcopo, ibidem: quia eligendo successorem electioni derogabatur, quod graue erat. c. plerique ibid. † Si tamen is præfectus ecclesiæ valetudine, vel senectute adeò graui affectus esset, vt seruire non valeret, dabatur ei à Papa coadiutor, c. petisti, & c. seq. vij. q. j. qui postea si dignus inueniebatur, post illius obitum designabatur successor, c. quia, ibidem, c. nisi cū pridem, de renunci. & in c. j. & per totum, de cleric. ægrot.

Aliquem

beatus Petrus præficere volebat, in dicto capit. vnde, lxxx. quæst. j. vbi sic dicitur. † Clementem hunc vobis ordino episcopum, cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedræ trado: quem præ cæteris expertus sum. Deum colentem, homines diligentem, discèdi studiis deditum, sobrium iustum, benignum, patientem, scientem, nonnullorum ferre etiam ex his, quæ verbo Dei instituuntur, iniurias.

9 Sed hodie ferè omnes carnis sequuntur affectum: vt sanguinis ratio tantum habeatur, & in fauorem illorum resignationes fiant. quod Moyses amicus Dei reprobauit: is potuit vtrique filios suos successores principatus facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, quod tamen exhorruit, sed extraneum de alia tribu Iosiam videlicet elegit, c. Moyses, viij. q. j. vbi etiam sic scribitur.

Affectu carnis resignantes mouentur.

10 At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non querant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt &c.

11 Verum quomodocumq; fiat hæc expressa resignatio, fieri debet in manibus eius, qui conferre potest, c. admonet, ibi te inconsulto dimittere. & cap. fin. de renunciat. Nec perdit beneficium renuncians, donec is apud quem huiusmodi beneficium est resignatum, approbet resignationem, d. c. fina. de renun. quia in superioris potestate est eam recipere, vel non.

Coram quo resignatio fieri debet.

12 Ioan. Andr. in cap. ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte. glo. in verbo renunciaste, titulo de subla. Clementi. literis, in pragma. † Vbi limitat in litigioso, cui absq; alia superioris approbatione renunciare licet, quando videlicet est probabile dubium, an litigās ius habeat, c. ij. de in integr. restit. Quod putarem verum, quādo renunciaret colligātū iam habenti ius: secus si alteri, c. j. de reg. iur. in vj.

13 Valebit tamen renunciatio facta coram laico quoad resignantem, vt non repetat beneficiū, d. c. quod in dubiis, & c. iij. de renun. si ratam eam habuerit superior, de Reta decis. dlxxij. aliàs est decis. xliij. quidam cardinalis obtinens. tit. de renun. in antiq. decis. j. eo. tit. gl. in d. verbo renūciaste, in prag. Panor. in c. quod Dei timorē. gl. ij. de statu monach. iuri quoq; ad rem potest quis renunciare in consultō superiore, Cle. gratiæ. de rescr. Et si quis renunciaret sine superiore, licet non perdat ius, tamen perdit possessorium. ideo possessorio non poterit agere coram iudicibus secularibus, teste Angel. in l. penult. ff. de offi. præsid. Et si resignatio, vel constitutio procuratoris ad resignandum nocta fiat, debent adesse tria lumina, vt resignans planè videri & cognosci possit. l. j. §. tria. ff. de vent. in spic. si verò fiat interdiu, fenestræ apertæ esse debent, vt plenè cognosci possit à notario & testibus: aliàs erit suspecta resignatio, vt docet Capol. in l. j. §. fin. ff. de verbor. signific. Et hodie per edictum Regis signari debet manu infirmi procuratorum.

Resignatio facta coram laico anoneat.

14 Sic & officium non potest resignare nisi coram concedente, l. legatus, ff. de

ff. de offi. præf. quod est sing. vt docet Ro. sing. cccxlvij. an tabellio, imò punitur aliter resignans, l. fi. C. de defensor. ciuita. Bar. in l. j. C. de peti. bo. subla. lib. x. Panor. in c. ij. nu. 10. de rest. spol.

De Regressibus.

Regressus quando approbentur vel reprobandentur.



TEM interdum datur substitutio reciproca in beneficiis: Papa autem admittit resignationem talem, scilicet cum regressus: vt si is, cui confertur, præmoriatur, episcopatus reuertatur ad resignantem: & resignans retineat semper fructus quosdam episcopatus: & non improbarem quidem hunc regressum, quando fieret ex causa, videlicet quod designatus successor est valde dignus: & is qui resignat iam longo tempore ecclesie deseruerit, & nullum aliud habet beneficium, quo senectuti consulere & viuere possit: sed regressus qui fiunt tantum ratione sanguinis sunt damnabiles & resignanti, & Papæ, nec non illi cui confertur.

Resignatio cum ingressu, & accessu.

Idem in ingressu, vt si Papa contulerit mihi beneficium: & antequam ego accipiam possessionem, illud resignem, Papa concedet: quod si resignatarius præmoriatur, quod ego ingrediar meum beneficium, quod nunc resigno. Cum accessu verò est, vt si Papa velit episcopatum conferre puero, verum quia dignus non est, conferat suo præceptori, cum hoc tamen, quod post ætatem legitimam ipse propria autoritate possit accedere ad talem episcopatum, & vocatur cum accessu: sed hoc iure non vtimur in Francia: vide Paris. consil. lxxvj. an capitula, in iij. vol. vidi tamen vnam bullam sic in Francia expeditam, seu in Britannia.

Causa publica utilitatis iusta regressus conceduntur.

Aduertendum est, quod si isti regressus fiât ex causa publicæ utilitatis, vt melius ecclesie deseruiat, sunt fauorabiles & ampliandi, sin minus dånabiles & reprobandi: de quibus Papa est Deo opt. maximo redditurus rationem. Considerandum etiam est, quod ecclesie regulariter melius deseruitur per plures idoneos & bonos, quam per vnum, c. ex parte, de constit.

Vnde si tam resignans quam resignatarius sint idonei, hoc iuste fit: quia vterque interim deseruiet ecclesie: & quando vnus erit grauatus senectute, vel alio onere, alter supplere poterit: maxime cum resignans habet hoc in mente, vt Deo melius deseruiatur: & quia pius & religiosus nouit eum, in cuius fauorem resignat, d. c. nisi cum pridem, de renuntiatio.

Sed quando vterque est ignarus, ambo in foueam cadent inferni: cuiusmodi plerisque videmus ipsas ecclesias in vita labefactas: & vt omnino destruantur, eas suis nepotibus voluptariis resignant: hæc est hominum rabies & infania, vt in agone mortis cum sui rationem deberent reddere, se & suos profundius immergunt, & ad inuicem seipsos detrudunt in tenebras exteriores, quæ malum tanta cæcitas.

Iudicari in regressibus quomodo debeat.

Verum vt ad rem veniamus, notandum est in his regressibus iudicari debere, prout apparet ex bulla, & ex verbis signaturæ, & bullæ, quatenus videlicet conceduntur: vt nihil eis addendum sit à iudice, sed forma ipsa diligenter obseruanda, c. cum dilecta, de rescri. quia hi regressus pendunt omnino

omnino à potestate Papæ, & sunt introducti ex plenaria sua potestate, quæ in beneficiis habet. c. ij. de præb. lib. vj. verum cum in Francia comuniter non vsurpetur, eos ad suam patriam nunc rejicio, dicto prius quod cessiones cum regressu & reservatione omnium fructuum nulli dantur, nisi Cardinalibus: vt statuit Alex. vj. Pontifex maximus in tit. de reserua. iurispatr.

De pura resignatione.



PURA & simplex resignatio est, quæ fit sine conditione & pacto, c. tua nos, de simo. & hæc est propria resignatio. arg. l. j. ff. de donat. & hæc minus est frequens quam altera in fauorem.

Et quando pars sic resignat, ordinarius potest, cui vult, conferre, cum beneficium vacet per resignationem. c. j. & per totum, de renunc. *Post resignationem simplicem ordinarius potest conferre cui vult.*

Et ista debet fieri coram ordinario: nam conditio omnis simonia continet, & pactio. c. fin. de pact. c. ex parte. j. de offic. delegat. ideo non debet opponi resignando coram ordinario.

Potest tamen sic resignans sine simoniae labe rogare ordinarium, vt conferat tali. d. c. tua nos, de simo. qui rogans peccat, si ille pro quo orat non sit idoneus, c. tuam, de etate & qualitat. glo. in c. ordin. iones, j. q. j. plenè de Ripa in c. cum M. no. xxij. de constit.

Verum nec teneretur ordinarius illi conferre, pro quo rogatum est: d. c. tua, de simo. sed omnia eius arbitrio & fidei committenda sunt: quæ obrem rara est ista resignatio veluti multum periculosa, nisi fiat in fraudem madatariorum, vel nominatorum, seu expectantium: vt in c. fin. de renun. lib. vj. quia vicarij quidam & officiales episcoporum trapezitæ beneficiorum has procurant, damnantes se, & suos constituentes.

Et quamuis pura resignatio debeat esse coram ordinario, & conditio- *Resignatio in fauorem non fit coram ordinario contra Staphil.* nalis tanquam simonica non valet, per gl. & doct. in c. ex parte j. de offic. deleg. tamen Staphil. in tract. de literis gratiæ, tit. de variis modis vacand. verific. posset tamē. firmat aliquē posse in resignatione exprimere, quod in mente gerit, dicendo, resigno in fauorem talis: & isto casu cessat pactio & conditio, siue modus: quia expressio eorum quæ tacite insunt, nil operatur etiam in spiritualibus. glo. in c. significasti, de elect. glo. ij. & ibi Panor. in c. ad audientiam, ij. de rescrip.

Ego contrarium existimo verius: quia conditio expressa in fauorem, licet non dicatur non aliàs, tamen inducit simoniam, nempe omnis conditio. c. quam pio, j. q. ij. & c. cum pridem, & c. si. de pactis. Et non inest tacite, quod vni magis conferatur, quam alteri: vnde dicitur collator exercere liberalitatem conferendo vni, potius quam alteri. c. relatum, de præb. c. vno, de ecclesiasti. benefic. quod non faceret, si teneretur illi conferre, in cuius fauorem resignatum est. l. rem legatam. ff. de adimend. leg. Et in spiritualibus expressio eorum, quæ tacite insunt inducit simoniam. glo. in c. vno, de cleri. non residen. in vj. vel vsuram. c. si foeneraueris, vbi gl. xiiij. q. iij. Roma. consil. 500. & in additio. ad Fel. in c. nouit, de iudic. & ita seruatur. nam si resignaret quis in fauorem coram ordinario, posset illud

beneficium per simoniam collatum à Papa impetrari post ordinarij collationem, ideo non debet fieri, quicquid dicat Staphile.

De procuratoris ad resignandum constitutione.

Resignat quis per se, vel per procuratorem.



SCIENDUM est, quod resignare potest quis per se, & per alium, scilicet per procuratorem habentem speciale mandatum. c. cum olim. §. quia verò, de offi. deleg. l. i. iusiurandum ex conventionem. §. si procurator, de iureiur. ff. Hostien. in summa, de renunciari. §. quis renunciare.

Interdum quis impræsentiarum non resignat, sed procuratorem vel procuratores ad resignandum coram Papa, vel eius legato constituit, seu coram alio collatore, nam si quis resignaret in patria, illud beneficium statim impetrari posset ab alio tanquam vacans, ob id debet sic procuratores constituere, ut coram Papam, vel alio potestate habente resignatio fiat: & beneficium eo casu conferri non poterit alteri, quia simulatq; fiet resignatio, Papa vel alius collector providebit.

Impetratio facta per resignationem non valet.

Vnde ex stylo curiæ non valet impetratio beneficij facta per resignationem talis N. quia iam est facta collatio, & statim ideo non dicitur vacare per resignationem, quare impetrari debet alio modo, si possit, ut per inhabilitatem & incapacitatem eius, cui fuit collatum per resignationem, sed non per resignationem.

Veruntamen potest impetrari tanquam vacans per cessionem, & provisionem non acceptatam à tali N. c. si tibi absentem, de præb. lib. vj.

Procurator ad resignandum quomodo constituitur.

Constituatur autem hic procurator per instrumentum publicum, vel per literas etiam priuatas, clem. j. de procur. l. j. & l. si procuratorem. ff. eod. sed hoc rarum est, & vix recipiuntur priuatae literæ ad resignandum.

Sed regulariter in his resignationibus instrumentum solet esse publicum, ad vitandum falsum, cui debet subscribere resignans: ut est lege Regia cautum: imò ille notarius, qui scribit se esse procuratorem constitutum, non posset resignare: nec faceret fidem illud instrumentum: ut docet Bart. in l. ex sententia. ff. de testa. tutel. & Guido Papæ in decis. Delphi. q. cxxvj. an in hac curia. Bal. in l. iudices, C. de fide instr. & sic fuisse decisum in magna curia Neapolit. refert Marth. de affli. & decis. cccxvij. in causa.

Certus debet esse procurator ad resignandum.

Certus etiam debet esse procurator constitutus, & sic in instrumento nominatus, alioqui non valet procuratorium, l. ij. ff. de procurator. glof. in l. tutor incertus. ff. de testamen. tutel. scilicet ob falsum vitandum: ut docet Ioan. de Grassis, in tracta. de sub. procura. in verb. certos. facit text. in l. si binæ tabulæ. ff. de iniusto testamen. Alioqui tolleretur facultas reuocandi procuratorem, & intimandi ipsi procuratori incerto, clem. j. de renunciari. scripsi in rubr. de nomina. Reg. §. j. in verb. etiam per cessionem. † Et sic non valent procuratoria vacua, quæ in albo dimissa vocat, teste Chassa. in consuetudine Burgund. rubr. *Des droicts & appartenans*. §. quinto. glof. *sans procuration*. nu. 8. quod improbat Boër. in decis. Burdegal. q. cclxxiij. an valeat, col. ij. per text. in l. nominatim legatum accipiendum est, quod à quo

Vacua procuratoria & in albo an valeant.

à quo legatum sit intelligitur, licet nomē pronunciatum non sit. ff. de leg. iij. sed ille tex. parum ad hoc facit: quia sufficit quidē, quod intelligatur, de quo senserit. idē habetur in l. j. & ij. cū seq. ff. de lib. & posthu. sed quando nullus est nominatus, non potest intelligi de quo senserit constituens, ergo & c.

Tamen idem Boër. dicit semper vidisse obseruari, ut siue expleantur illa procuratoria antè, siue post, nihilominus valere. quia postquam sunt expleta, nemo conqueritur, ideo sustinentur potius de consuetudine, quam de iure. ego dicerem non valere, si non sint expleta à notario, qui confecit instrumentum, saltem si non scripserit aliquem procuratorem in instrumento, quia non est certus procurator.

Verum procurator sine speciali mandato resignare non potest, quia nec alienare. c. qui ad agendum, de procurat. lib. vj. Card. & alij in cle. vna, de renunc. & quia id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non potest. l. id quod. ff. de reg. iur. sic nec acceptare sine speciali mandato: quia per illam obligatur beneficiarius, cuius consensus requiritur. c. j. & c. ne capradæ. de cōces. præb. in vj. vbi doc. & in cle. j. in verb. presenti, illo ti. in vj. Imol. & alij in c. accedens, de præ. scripsi in gl. vl. ni. de elec. derog. in cōcor.

Resignare quis sine speciali mandato non potest nec acceptare.

Speciale mandatū dicitur, quando nominatim est expressum beneficium, & aliter resignatio non valet, etiam si esset procurator generaliter constitutus ad resignandum omnia, & quæcunque beneficia, quæ constituens habet, nec in vim procuratorij generalis potest beneficium resignari: ut l. Regia cautum est, tit. *de la reformation des provisions Apostoliques*.

Speciale mandatū quando dicitur.

Sufficeret tamen habere mandatū ad acceptandum beneficia. Panor. & alij in d. c. accedens, quia hoc fauorabile est, alterum odiosum. Vnde si quis potestatem habeat acceptandi beneficia, & dignitates, & quæcunq; alia beneficia acceptare poterit: quia constitutio procuratoris ad acceptandum est fauorabilis, & sic latè interpretanda: ut no. do. in c. sedes, de rescrip. c. j. de procur. in vj. Sic nominatim consuluit Bertran. consil. cccxxvj. quæsitum est, nu. 2. in iij. volu. ex j. editio. melius esset tamen

exprimere dignitates & curata, secundum eum. † Limitarem quando ex illa acceptatione procuratoris dominus priuaretur altero beneficio meliori, tunc non videretur ad hoc constitutus: l. si procurator. vbi Ias. plenè. ff. de condit. indebit. vnde vidi procuratorium, quo aliquis constituerat procuratorem ad acceptandum beneficia: & constituens habebat beneficium optimum curatum: procurator acceptauit minimum curatum, sed dixi per pacificam possessionem istius habitam à procuratore non vacare primum: quia non videtur ei ad hoc data potestas priuandi dominum beneficio maiori pro minimo, sed acceptandi beneficium simplex, per cuius adeptionem non priuabitur primo.

Acceptare non potest procurator beneficium per quod dominus melioriprius.

Sed si quis absq; mandato acceptauerit nomine Titij beneficium, & Titius postea ratam habuerit illam acceptationem: valebit illa acceptatio. doct. in c. accedens, de præb. gl. in c. quam sit. de præb. lib. vj. glo. & doct. in c. nonnulli, in fi. de rescri. Chassa. in consuetud. Burg. in §. v. glo. *sans procuration*. tit. *des droicts appartenans à gens mariez*. vbi dicit se consuluisse.

Acceptatio post ratam haberi.

Dummodo non sit alteri ius quæsitum ante ratificationem: quia rati habitio retrahitur, & mandato comparatur, per reg. rati habitio. de reg. iur. in vj. nec valet acceptatio facta per unum procuratorem, si sint duo, sine clausula in solidum, per glo. & doct. in c. si quis iusto, de elect. in vj. & in c. si duo, de proc. eo. lib. sic. docet Pau. Cast. conf. cclxxxj. in causa. nu. 8. in j. vol.

Procurator ad acceptandum & resignandum constitui non potest.

Item constitui non potest procurator ad acceptandum & resignandum simul, ut ex illo procuratorio possit & acceptare, & resignare. Acceptare quidem poterit, sed cum non habeat quid resignet, tempore quo fuit constitutus, etiam postea resignare non poterit, sic nec ad resignandum procuratorem constituere: ut plenè scripsi in tracta. nomina. q. xiiij. nu. 112. vbi allego Arestum post Do. de Rota, decis. dxxix. vtrum possit in antiq. aliàs est decis. xxvj. sub tit. de procurat.

Quilibet constitui potest procurator.

Procurator quilibet constitui potest tam ad acceptandum, quam ad resignandum, siue sit clericus, siue laicus, siue secularis, siue religiosus, dummodo constituatur quando quis beneficium obtinet, ut dictum fuit. glo. & doct. in cle. vna. de renun. scripsi in tract. nomi. q. xiiij. Staphi. in tract. de liter. gratia. rubr. de vi & effectu claus. versic. an autè laicus: licet Collecta. videatur tenere contrarium in c. ij. col. ij. de rerum permutat.

Procuratorium anno lapsa non valet.

Itè resignatio vi procuratorij anno elapso facta, non valet: ut lege Regia cautum est, tit. *De la reformation des provisions*, etiam si facta esset ante regiam legem, ut declaravit Rex anno 1551. die 19. Aprilis. quia voluntas mutata præsumitur ex longinquitate temporis. l. peregrè. ff. de acquir. posses. nec præsumitur quis velle resignare beneficium, quod multis laboribus acquisiuit, per c. super hoc. de renuncia. & c. quia non est verisimile, de præsumptio. & glo. in reg. cancel. xliij. dicit cancellariam non solere admittere procuratoria ad resignandum post annum: & sic censuit Senatus Tholosanus anno 1544. ut scrip. in tract. de pacific. posses. nu. 145. ex quo Aresto emanavit lex illa Regia, in tit. *De la reformation des provisions*. Etiam non recipiuntur procuratoria ad resignandum officia coram Rege post annum: ut sæpius vidi. Ita nec placet Regis quoad episcopatum & abbatiarum, & aliorum beneficiorum electiuorum nominationes, potest expediri post sex menses: ut est edito Regio cautum.

Placet regis non expeditur post sex menses Procurator constitutus ad resignandum coram Papa non poterit coram ordinario resignare.

Adhuc procurator constitutus ad resignandum coram Papa, non poterit resignare coram ordinario, vel alio: nam excederet mandatum, & sic non valeret, per cap. cum dilecta, de rescript. ideo solet in literis procuratorij apponi, quod possit resignare coram Papa ordinario, vel alio potestatem habente: prout resignantibus placet amplè concedere potestatem suis procuratoribus: & vidi interdum resignationem pronunciarì nullam, eò quod habens solum mandatum resignandi coram Papa. resignauerat coram episcopo.

Procurator generalis non potest resignare.

Itè procurator generalis resignare non potest, quia donandi potestatem non habet: l. procurator cui, ff. de procurator. c. ij. illo tit. in vj. Etiam si liberam habet administrationem, nisi expressè data sit ea potestas. c. fi. de offic. vicar. in vj. licet Cöpostel. teneat contra, per c. is cui, de elect. in vj. Sed hodie in hoc regno decisum est istud dubium per legem regiam, quam superius

superius adduxi: quia cautum est nullum procuratorem resignare posse ex procuratorio generali: & d. c. is cui, allegatum mecum facit: quia generalis procurator tibi non potest alienare, & sic nec resignare. Vnde aliàs consului pro mandatario cuius nomine procurator acceptauerat beneficium deterius, licet melius optare debuisset, per c. si pluribus. de præb. in vj. ut illa acceptatio non præiudicaret dicto mandatario, quia illi iam erat ius quæsitum ad melius, cui iuri non poterat derogare procurator generalis nisi mandatum haberet speciale eligendi deterius: nam in hoc requiritur expressum mandatum ut scripsi in tit. de elect. derog. in concor.

24 Vnde quod procurator etiam ante receptum mandatum potest resignare, dummodo certior factus sit se esse procuratorem, & verum sit: ut decidunt Do. de Rota, decis. cxxxv. si procurator, aliàs decis. vij. tit. de procur. in no. dicentes hoc seruari in Rota, & dec. ccxlvij. aliàs dec. xviiiij. nota quod vbi ad requisitionem. de proc. in antiq. & Alex. conf. cxlvj. in causa. col. vlt. in v. vol. & ita seruari de consuetudine scribit Boer. in decis. Burdeg. q. cc. lxxiiij. an valeat. abundè Francisc. Curtius conf. lxxiiij. præsupponitur.

Ante receptum mandatum procurator potest resignare.

25 Et hoc mandatum ei innotescat oportet per nuncium, vel epistolam domini, non alterius, per l. j. ff. de contra. emp. hoc docet Hippol. Marf. in l. si quis ne, nu. 64. ff. de quæstio. dixi in proce. in trac. de liter. obl. num. 22. in j. tomo consti. regiar. Nam si hoc fieret ad relationem extranei, summa nasceretur confusio & incertitudo, & quam sæpius illuderetur Papæ, vel aliis collatoribus, ut quia constituens potuit reuocasse mandatum, sicque desierit esse procuratoris, qui fuerat constitutus ad resignandum, quæ reuocationem continget extraneum ignorare. Ideo expectet procurator vel procuratorium, aut literas domini, nec aliàs expediat propter voluntatis mutationem, quæ potuit esse, tum ad vitandum falsum: vnde lege regni videmus cautum, ut non recipiatur quoad possessorem resignatio à procuratore facta ante receptum procuratorium, in tit. *De la reformation des provisions*, artic. x. & seq. in ordinatio. Reg.

Mandatum procuratoris quomodo debet innotescere procuratori.

27 Et si petatur ab eo procuratorium, illud debet exhibere, & in forma publica: aliàs non valebit actus teste Bar. per illum tex. in l. si quis inficiatus. ff. de pos. & ibi Alex. in additio. ad eum, & consil. lxxvij. in v. vol. Bald. in rubr. C. de pos. in iij. q.

Exhiberi debet procuratorium.

28 Beneficium autem resignatum in curia, dicitur vacare in loco, in quo procurator resignat, non eo loci vbi est constitutus. glof. & doct. in cle. j. ut lite penden. vnde si quis constituat procuratorem hic Paris. qui resignet in curia, in curia vacare censebitur, non Paris. quia in renunciatione procurator non præstat nudum ministerium: non enim dicit talis N. renunciat, sed ego procuratorio nomine: ideo si nudum præstaret ministerium, vacaret in loco, quo facta fuit constitutio: ut plenè declarat Bonifac. in d. clem. j. in decima conclus. & Petr. Paris. consil. x. bonum ius, in quarto volumine.

Beneficium ibi vacat, ubi est resignatum.

29 Consensus procuratoris interuenire debet, alioqui non expeditur resignatio, ut in reg. cancel. xxxiiij. si tamen quis constituerit procura-

Consentire pensioni an quis possit ante beneficium adeptum.

to rem ad imponendam pensionem beneficio, quod sperat, si demum ei conferetur, poterit procurator consentire pensioni, licet beneficium non esset suum tempore constitutionis: ut plene consuluit Paris. consil. xliiij. in iij. vol. facit glo. & doct. in cle. vlti. de rescript.

*Vnus resignatis
consensus sufficit*

Si tamen procurator semel consenserit, & fuerit expedita resignatio, sed inhabili, & incapaci, si quis postea beneficium illud impetret, num requiritur alius resignantis, nec procuratoris consensus, ubi semel est praestitutus, quia intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone, ubi plene scripti. ff. de verb. signific. c. non potest, de praeb. lib. vj.

*Constitutio procura-
toris sponte de-
bet.*

Constitutio ista procuratoris sponte fieri debet, aliàs per metum facta non valet. cap. accedens, de procur. & quia ibi non censetur esse consensus saltem liber, Panor. & alij in c. Abbas, de his quae vi. Ro. singu. dcllij, constitutio procuratoris: & plene Probus in additio. ad Ioan. Monach. in rubr. de renuncia. lib. vj. ideo Episcopi Placentini resignationem non valuisse, qui ad preceptum Regis renunciauerat, consuluit Dec. conf. ccxix. viso puncto. q. j.

Arestum.

Vnde anno 1510. die xij. Aprilis fuit condemnatus à Senatu Episcopus Trecoren. ad centum libras Paris. & ad expensas, damnas & interesse, eò quòd receptorem suum in carcerem detruferat, quòd nollet resignare beneficium, & eidem Episcopo mutuare centum aureos: quòd probatur in cle. multorum, de poenis: & sapius Episcopi destituunt suos officiales, qui eis recusant pecunias sub nomine mutui dare, ut quandoque famelicos Episcopos id efficere vidi, qui priuandi episcopatu essent.

*Cancellatū pro-
curatorij instru-
mentum nō pro-
bat.*

Notandum est, quòd si instrumentum procuratorij sit cancellatum, nullam facit idem, ne vis talis instrumenti valebit procurator postea resignare: quòd si resignauerit, non valebit resignatio. arg. l. inductum, ubi doct. C. de solutio. & l. si chirographum. ff. de proba.

Limitatur quando post resignationem reciperetur cancellatum: tunc enim nō vitaretur iam admissa resignatio, per regulam factam legitime non retractatur & c. & multa tenent facta, quae fieri prohibentur. l. patre, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & dicit Bald. in l. si vnus, in fine. C. de testamen. quòd si instrumentum productum fuit sine macula demum apud notarium actorum inueniatur maculatum, per hoc fides instrumenti nō minuitur, allegat l. j. ff. si tabulae testam. nullae extab. & l. gesta, in argu. C. de re iudic. alioqui esset in potestate partis reuocare, quòd bene gestum est.

*Cancellatio in-
valida nō nocet.*

Imò illae cancellations inuoluntariae factae à magistratibus, vel tabellionibus sine causae cognitione, non detrahunt fidei scripturae, secundum Bald. in l. si praeses, circa fi. C. quomod. & quādo iudex. Sequitur Ias. consil. xlvij. Ex facto, in fi. in j. vol. ubi etiam dicit sententiam cancellatam probare, ut per Bar. in l. acta, col. vlti. prin. q. pen. ff. de re iudic. Bal. in l. emancipatione. C. de fide instru. & qui est indebitè de matricula cancellatus, non habetur pro cancellato, Bald. in l. scriniarios. C. de testam. milit.

Item conuentio de permutando cum beneplacito Papae, etiam cum instrum

instrumento obligatorio non obligat partes, quòd minus possint poenitere, & pro vnus etiā voluntate reuocare ante implementum. l. j. ff. de rerum permuta. l. si pecuniam, de conditio. causa data. etiam si partes iurauerint non reuocare: sed reuocans erit periurus. gl. singul. in c. fin. de procura. in vj. abundè Boer. in decif. Burdega. q. ccvij. ad secundum, dicens ita seruari in praxi. Sed si partes conuenerint sub beneplacito Papae, si illi placuerit, & approbauerit conuentionem, vna pars non poterit reuocare post Papae confirmationem. c. venerabilis. de confirma. vti facit l. fin. C. de contrah. empt. cap. super eo. de conditio. apposit. sic cogitur quis cedere post petitam cedendi licentiam. c. quidam. de renuntia. glo. in clem. vnic. illo titu. & post postulationem praesentatam Papae partes non possunt resilire: aliàs semper illuderetur Papa. ca. bonae. ij. de postulat. praela.

*Conuentio par-
tium cum bene-
placito Papae an
obliget.*

- 37 Si tamen vna pars semel resignauerit, altera non, illa poterit compelli ad resignandum: vel ita resignans ad suum si malit poterit redire beneficium, per d. l. j. in fi. & l. naturalis. §. j. ff. de praescrip. verb. Collecta. in ca. ij. & c. cū olim, in fine, de rerum permuta. prouinciale, fol. 35. ver. duo tractauerunt, post Federic. consil. clvj. punctus talis. † Sed post collationem vtrique respectiue etiam à Papa factam, si vtraque pars velit resilire ab illa permutatione, & remanere in suo beneficio, possunt hoc petere à Papa, qui iterum conferet eis, & permittet remanere non obstante permutatione: ut docet Lappus allega. lxxxix. in Dei & c. factum. Etiam postquam procuratoris ad resignandum constitutio ad Papae praesentata non potest fieri reuocatio à constituyente per supra dicta. & sera prece subueniri sibi resignans desiderat. l. ij. C. de iur. & fact. ignor. Idem vidi in nominatione regia semel praesentata, quam Papa differebat admittere, ut reuocari interrim procuratorium non posset, teste Calde. consil. v. tit. de electio.

*Conditio-
nalis re-
signatio coram
Papa fit.*

De resignatione condicionali: quam in fauorem vocant.

- 1 **N**unc dicendum est de resignatione condicionali, & primo coram quo fieri possit. Respon. quòd coram Papa tantum, cum in ea versetur simonia, quam ordinarius purgare non potest: c. ex parte j. de offic. delega. Panorm. & alij in rub. de simo. † Nec quidem legatus hanc resignationem admittere iure potest, nisi super hoc expressam à papa habuerit potestatem: ex eo videlicet, quia conditio simoniam inducit. glo. & do. in c. pactiones. & c. cum pridem. de pactis.
- 2 alij in rub. de simo. † Nec quidem legatus hanc resignationem admittere iure potest, nisi super hoc expressam à papa habuerit potestatem: ex eo videlicet, quia conditio simoniam inducit. glo. & do. in c. pactiones. & c. cum pridem. de pactis.
- 3 Haec resignatio fit in fauorem talis N. nec aliter, nec aliàs, nec alio modo: & si postea conferatur à papa alteri, quā ei, in cuius fauorem facta fuit, non valet collatio: quia contra mādātū facta. gl. in c. olim, in j. in ver. traditā, de resti. spol. Ias. consil. clxij. col. iij. in ij. vol. & consil. lxxxvj. in fin. vol. iij. & de hac clausu. scripsi in tract. de pacifi. possessor. nu. 146. Paul. Paris.

*Collatio facta al-
teri quā ei in
cuius fauorem fuit
resignatum non
ualet.*

cons. xix. ad resolutionem, col. ij. in ij. vol. Curt. senior cons. viij. viso instru.

Et ista clausula non potest quis vti coram ordinario, vt quis resignet vel constituat procuratores tales ad resignandum in fauorem talis, vel vt conferatur tali, non aliter, nec alias, quia hæc clausula adstringit collatorem ad cõferendum ei nominato per partem: & est cõtra naturam resignationis puræ, quæ à mera pendet collatoris liberalitate: vt gl. & doc. tradit in d. c. ex parte. hoc nominatim docet Nico. Milius in verb. renunciatio beneficij simoniacè facta, vt refert Ruzeus in tract. regal. in xxxij. priuileg. in fi. facit glo. in c. ordinationes. j. q. & in l. ille autem. ff. de hære. insti.

Verum si istæ resignationes fiant coram legato, aut ordinario, potest legatus vel ordinarius conditionem reicere, & resignationem simpliciter admittere: vt firmat Boer. in tract. de dignita. lega. q. ij. quia illa clausula ad utilitatem, vel in fauorem talis, pro non adiecta habetur, secundum eum, & in dubio debet interpretari actum esse permissum. l. eum actum. ff. de negot. gestis, l. non solum. §. sed vt probari. ff. de nouis operi nuncia. Et quia sunt vt plurimum notariorum clausulæ, teste Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de variis modis vacand. versu. puto tamen. & probatur in cle. vna, de rerum permut. in casu speciali, vt non possit in causa permutationis conferri, ergo in alio casu sic: c. inter, de præbend. hæc Boer.

Contrarium verius esse arbitror: nam quando fit vnus actus cum aliqua qualitate & adiectione, non potest recipi pars illius actus, & pars eiusdem reiici. l. Aurelius. §. idem quæsit, vbi Bar. ff. de liber. lega. Alex. cons. lxxxvij. in causa, in j. vol. & cons. xxx. in vij. vol. ac cons. lxxx. ibid. Henri. Boic. in c. cum super, de concess. præb. Ias. in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui operis nuncia. Feli. in c. cum inter. col. iij. de re iudic. Hippol. in practica sua. §. postquam, nu. 24. Paris. in c. auditis. col. xj. de præscript.

Nec refragatur quod illa clausula in fauorem, habetur pro non adiecta, quod non putare verum: nam cur minus haberetur pro non adiecta clausula resignationis, & oēs aliæ clausulæ, cum non allegetur ratio diuersitatis, quia nulla clausula, nec quidē verbū debet esse in dispositione, nisi aliquid operetur. gl. in l. j. ff. quod metus causa. Bal. in ru. C. de contra. emp. q. ix.

Nec me mouet, quod debeat interpretari actum esse permissum, verum est in dubio. l. quoties. ff. de rebus dubiis, sed hic apparet expressè talem renunciationem non valere: ideo in certis non vtemur coniecturis. l. continuus. §. cum ita, in fi. ff. de verbo. obliga.

Minus me conturbat, quod sapius sunt clausulæ notariorum, quia hoc esset probandum. & in dubio præsumendum est pro instrumento. l. cum precibus, vbi Bal. C. de proba.

Etiā cle. vna, de rerum permut. probat contrarium: quia si non valeat permutatio, quando non confertur permutanti, sic non valebit conditionalis resignatio, quando non adimpletur conditio. d. l. ille, ff. de hæredib. insti.

Quomodo ergo procedetur coram legato? Respon. potest quis constitui re procuratorē ad resignandum coram eo, & ad retinendum resignanti pensionem talē &c. non aliter, nec aliās &c. & adijci potest clausula, quod roget consili

Resignatio coram legato in fauorem non valet, cõtra Boer.

Resignatio coram legato quomodo fieri debeat.

cõstituens Reueren. Legatū, vt tali N. conferat. & tunc Legatus cõferet illi pro quo rogauit, si velit, quia non arctator ad hoc. c. tua, vbi doct. de simo. & si præfato N. cõferat, constituet dictā pensionem resignanti. Si verò legatus alteri cõferat, valebit collatio, dummodo retineatur pensio resignanti. Alioquin non valeret prouisio, per illā clausulā. Non aliter, quod vsu venire potest his temporibus pro potestate reuerendis. Legati do. Veralli.

14 Notandum est in his resignationibus in fauorem hæc obseruari solere. *Requisita in resignatione in fauorem facta.* primò quod fiat coram Papa, & non coram alio, nisi qui potestatem hanc habeat à Papa, vt legatus.

15 Secundò quod ab ipso admittatur, alioquin resignans semper ante admissionem retinebit beneficium. c. inter, de præb.

16 Tertio cõferri debet beneficium illi, in cuius fauorem facta est resignatio: alioquin prouisio non valebit, nec quidē à Papa facta. c. vno, de rerum permut. li. vj. & ibi doct. alioquin esset auferre ius vnus, & dare alteri, quod non potest fieri, cum sit de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure gl. in l. ij. C. de precib. Impe. offerre. potest tamē Papa illam resignationem non admittere.

17 Quarto requiritur, quod is prouisus per resignationem acceptet beneficium, alioquin resignans semper in suo beneficio remanebit ratione illius clausulæ. Non aliter, nec aliās &c. quia non intelligitur dimissum, quod nondum ablatum est: l. nec vtilem. ff. ex quibus. caus. maior.

18 Quintò quod mittatur prouisus in possessionem vi istius prouisionis, si in possessione non erat. l. si ex stipulatione. ff. de acquir. possess.

19 Sextò requiritur, quod prouisio fiat illi, in cuius fauorem fit resignatio: & antequam reuocatio procuratoris perueniat ad notitiam collatoris, vel procuratoris, cle. vna, de renuncia.

20 Resignatio semel facta reuocari non potest. c. quàm periculosum. vij. q. j. remittentibus enim actiones suas amplius non est dandus regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. & quod semel repudiatum est, reintegrare minimè concedimus. l. cum quidam. C. de conditio. inser. & satis absurdum redire ad hoc, cui renunciandum putauit. l. si quis iulianum, C. de reb. cred. c. in causis, in fin. de electio.

Resignatio semel facta non potest reuocari.

21 Nisi ante perfectionem, vnde si inter partes conueniat de permutando, antequam expleta sit permutatio, altera pars resilire & pœnitere potest. l. si pecuniam. ff. de condit. caus. data. l. j. de rerum permut.

22 Nisi alicuius intersit, & tunc pœnitens soluere id quod interest teneatur. l. naturalis. §. j. de præscript. verb. l. nemo, de reg. iur. l. de ætate. §. Celsus, de interrogat. act. Et ultimo si procurator cõstitutus ad resignandum coram legato in fauorem talis Titij, & non aliter &c. nec aliās, nec alio modo resignet purè & liberè: & legatus contulerit Titio, valebit & resignatio & prouisio, vt plenè consuluit Petr. Paris. consil. xv. circa nu. 12. & seq. in iij. vol. quia in effectu mandatum adimpleuit, nec est egressus fines mandati: quia mobrem valet quod actum est. l. diligenter. ff. mand.

Constitutus procurator ad resignandum in fauorem, si resignet simpliciter an valeat.

23

24 Ego super hoc sequentes constituerem casus. primum, si resignans cum clausula, nec aliter &c. retinuerit sibi pensionem, vel aliud: & hoc non fuerit

fuerit secutus procurator, nec à Papa, vel legato concessum, non valebit resignatio, nec prouisio per c. cū dilecta, de rescri. quia forma mādati non fuit seruata, ob id nullum quod factum fuit. Sic cōsuluit Ias. cōsi. 86. nu. 15. vol. iij. etiā si resignās mortuus fuerit, & nō prosequatur: nā postquā resignatio nulla est, ita quoq; prouisio nulla est, facta ratione resignationis inualidā, ideōque beneficium vacabit per mortem, & nō per resignationem. Ideo resignatarius vel alius impetrare illud poterit per mortem vacans. Nā maiorē potestatem nō habuit legatus ex resignatione procuratoris, quā si dominus ipse resignasset retenta sibi pensione, & nō aliter nec aliās si non fuerit ei pensio retenta non valuisse prouisio deficiente forma. vt not. in c. pisanis. de resti. spol. sic cōsuluit Anchar. cōsi. 28. co. ij.

Resignatio relictis omnibus fructibus facta ualeat, licet Papa non reseruaerit nisi dimidia. Aliās si nō steterit per procuratorem, sed fortē Papa noluit admittere pensionem pecitam cū ipse plenariam habeat potestatem in beneficiis. c. ij. de præb. in vj. tunc pars non poterit conqueri: vt si quis resignet retentis sibi omnibus fructibus, & non aliter: si Papa recipiat resignationem retenta solū dimidia parte, valebit resignatio.

Dummodo procurator in sequens mandatum resignauerit, quia Papa nō adstringitur pactis partium: sed ista pacta sub beneplacito eius fiunt & quatenus ei placebit: c. cū pridem. de pact. si igitur ei non placeat nisi dimidia, non est qui conqueri possit, cū partes omnia ad iūctum ipsius referant. Alioqui sequeretur, quōd in partium potestate esset suspendere, & irritate illius voluntatem, & beneplacitum Pōtificis quamuis iustum: & quōd moderaretur eius potestas secundum voluntatem partium, vt etiam cogere eum facere, quæ vellent contra ius, quod esset absurdum: quippe non subiicitur Papa legibus, multō minū conuentionibus, quæ contra leges fiunt. c. proposuit. de concess. præbend.

Cū igitur non placeat Papæ approbare conuentionem partium, 27 vt quia fortē contra leges, non est ipsi, nec procuratori imputandum. & ita iudicauit senatus Burdegalen. vt mihi retulit doctissimus & illustris vir do. Ioannes Alefmus in eodem Senatu consiliarius meritisissimus, hoc anno 1552.

Arestum. Secundus casus si procurator constitutus ad resignandum in fauorem Titij, & non aliter &c. resignauerit simpliciter, & beneficium fuerit dicto Titio collatum: si nulla alia fuerit reseruatō, valebit & resignatio, & prouisio: quia procurator per æquipollens, secutus est mandatum, & sic ab eo gesta valebunt. l. si. ff. manda. quippe nullus est hīc conquerens.

Vide Ancha. consil. xxvij. rationes. & sic potest intelligi opinio Pauli 29 Paris. in d. consil. xv. in iij. vol. quia interest an procurator sequatur mandatum, saltem per æquipollens, & valebit: secus in Papa, qui voluntatem partiū nullo modo sequi tenetur, sed omnia pro nutu suo disponit, eiūsq; voluntas & dispositio ad amūsim nobis seruanda, dummodo procurator, vt dixi, iuxta mandatum resignauerit. † Non refragatur illa clausula, 30 non alter, nec aliās, quæ videtur conseruare ius suum resignati, vt no. eo. in l. si quidē. C. de excep. quia hoc est verū quādo procurator nō esset secutus

cutus mandatum & formam: secus in Papa, qui non adstringitur ad pacta partium seruanda, nisi quatenus sibi placent. c. proposuit, de concess. præb. alioqui semper illuderetur Papæ, & eius beneplacitum ex arbitrio partium penderet, contra c. bonæ ij. de post. præla. † Et si obiicias, ergo 31 Papa auferet alicui prohibito beneficium. Respon. hoc non faciet: nam beneplacitum Papæ quatenus concernit beneficium, vt tali conferatur, debet sequi voluntatem partium vel omnino recusare hoc Papa solet, & tunc non præiudicatur resignanti.

32 Sed si sint aliquæ conuentiones, quæ fortē contra ius sunt, vel turpes, Papa conferet beneficium ei quidem, in cuius fauorem est resignatum, sed turpes abiiciet conuentiones. c. cum pridem. de pact. & arg. not. in c. si. de condit. appo. & partibus de hoc conqueri non est liberum. vide Feli. consil. xj. Papa. Et plenē Tiraq. in trac. de vtroque retract. §. viij. glōf. vij. & quæ scripsi in l. si qua pœ. de verb. sig.

De reuocatione procuratoris quomodo, & quando fieri possit.

ID E N D V M est quando procurator constitutus ad resignandum possit reuocari. Quo loco, ne quid præmittam, quo ad hanc praxim pertinere videatur, non verebor repetere tanquā necessariam regulam positam in concordantia in tit. de subla. cle. literis, in glōf. vlt. regula est, quod constitutus, procurator ad resignandum beneficium, vel beneficia, potest reuocari ante factam resignationem. cle. vna, de renuntia.

2 Sed oportet reuocationem intimare, seu denunciare collatori, seu procuratori cōstituto, aliās valebit resignatio, d. cl. vna. & nō solū vni est denuncianda reuocatio, sed oībus procu. si plures cōstituti sunt: alioqui resignatio facta ab illo, cui non est notificatū, valebit. c. si duo. vbi doc. de procu.

3 Reuocatio quoque tacita est intimanda procuratori, vnde si quis constituat procuratorem ad resignandum coram Papa, non poterit constitutare alium ad resignandum coram ordinario, nisi fuerit primo procuratori denunciatum: quia tacitum non debet plus operari, quā expressum. l. cum quid. ff. si certum petat. & constituendo secundū procuratorem, videtur reuocare primum. l. si quis §. vlt. ff. de procura. c. non iniuste, illo tit.

4 Et sic nō valeret intimatio facta parti, cū illa clausula nō loquatur de eā, tamen in casibus sequentibus valeret: videlicet quādo est procurator cōstitutus ad renunciandū causa permutationis, tūc sufficeret reintegrare parti denunciare: alioqui pars esset in dolo, si postea expediret permutationē. c. si. de proc. in vj. Fel. in c. ex parte decani, col. viij. ver. d. cl. j. de resc.

5 Idem quando procurator esset constitutus ad resignandum in fauorem partis, illi enim erit denunciandum: nam sua interest, & cum illo conuenit. l. si cū mandassem, ff. manda. gl. in verb. faciendā, in d. clem. vna, & Philip. Prob. in additio. ad Io. Monach. in rub. de renuntia. lib. vj.

Idem

Conuentiones partium quas Papa approbare debeat.

Reuocatio potest procurator ante resignationem.

Reuocatio resignationis notificanda est collatori, aut procuratori.

Reuocatio tacita est intimanda.

Intimatio reuocacionis quando parti fieri possit

Idem si in procuratorio nullus esset nominatus procurator, nec col-
lator sed coram quolibet potestatem habente, vt tunc intimatio parti fa-
cta sufficiat: alioqui dolus prodesset eidem, contra c. sedes, de rescript. &
hoc etiam docet d. Prob. in d. ru. de renuncia.

Item si non liceret collatori, vel procuratori intimare, fortè quia pars
iniuriosè detinetur: nam hoc casu sufficeret etiam reuocatio parti inti-
mata, vel etiam secreta, vt asserit Bonifac. in d. cle. vna facit l. quod te. ff.
si certum peti. Nam quòd per partem non stat, illi non est imputandum:
l. in iure. ff. de reg. iuris.

Præterea si procurator constitutus sit ad consentiendum sententiæ,
adiudicationis beneficij, poterit fieri notificatio reuocationis parti: quia
in iudicialibus hæc sufficit. d. c. ex parte Decani, & c. ij. de procur. in vj.

Imò etiam sufficeret denunciare notario, qui instrumentum pro-
curatorij recepit, antequàm expediatur, vt si postea conficiatur instrumentum,
& tradatur parti, tanquàm falsarius puniri debet, quando quidem iam est
reuocatus, & inhibitus per denunciationem, ne conficiatur instrumentum:
arg. l. si fundum. C. de rei vendica. doc. in l. contractus, de fide instrumen-
c. ex parte, vbi doct. de rescrip.

Interdum etiam non intimata reuocatio valet: vt quando procurator
ad resignandū erat per metum constitutus. tex. in d. cle. vna, in verb. spon-
te, & ibi glo. & doct. Io. de Selua in tract. de benefi. in tertia parte q. xvj.

Vel quando constituens mortuus est: tunc per mortem fit reuocatio,
quæ quidam etiam non intimata valet, quia non est, qui possit intimare.
Feli. in d. c. ex parte, col. x. verific. fallit. & vij. Nam mors omnia soluit. §.
deinceps, in authen. de nupt. colla. iij. & mandatum morte mandantis
expirat. lege mandatum. C. mandati. l. eius. ff. si certum peti.

Etiam si ageretur de præiudicio solius reuocantis, nihilominus vale-
bit reuocatio, licet non intimata: vt si procurator constitutus ad acceptan-
dum & resignandum reuocetur, valebit reuocatio, adeò vt ille posthac
acceptare non possit, nec beneficium acquirere. c. si. de procu. in vj. Bald.
in l. si mandassem, in repet. ff. manda.

Idem dicunt si constitutus esset procurator ad præsentandum vel eli-
gendum, vt tunc sufficiat reuocatio, etiam non denunciata: quia hic pro-
curator non habet ampliùs potestatem, d. c. fin. de procura. lib. vj.

Sed contrarium est verius, nam valet collatio vicarij, facta, antequam
ipsi vicario notificata sit reuocatio. l. si fortè. ff. de officio præsid. Ludo.
sing. lvj. fuit quæstio. scripsi supra plenè de his vicariis: & idem erit in præ-
sentatione & electione in casibus permisis. c. penul. de lect. in vj.

Vltimò ista reuocationis intimatio debet fieri coram notario & duo-
bus testibus, aut coram duobus notariis. clem. causam, de electio. dixi in
trac. nomi. q. lxiiij. non refert autem an fiat à notariis Apostolicis, vel Re-
gijs, cum non inueniatur prohibitum, vt scripsi in tract. de liter. obl. art. ij.
alia videre in d. Concor. Franciæ, in titul. de subla. cle. literis, vbi abun-
dantiùs scripsi: ad alia pergere nos oportet.

De

De causis resignationem irritantibus, &
primò de dolo.

- N**unc videamus, quibus ex causis resignatio possit annu-
lari. primò ratione doli annullatur, qui frequenter in his re-
signationibus interuenire solet, aut fraus, vis, metus vel si-
monia, & quandoque ista simul: ideo in resignatione ante-
quàm recipiatur, partes iurare debent ista, vel aliquid istorum non inter-
uenisse: c. super hoc, de renum. vnde si committatur alicui, vt recipiat re-
signationem, solet adscribi hæc clausula. At teneque provideas, quòd
in resignatione prædicta dolus, vis, metus, aut aliqua simoniaca labe
non interuenit &c. vt patet in regul. Cancell. in no. xxxviij. & si inter-
uenit, non debet pars diffiteri, aut contrarium iurare. † Alioqui colla-
tio illi facta non valet tanquàm periurio iam facto. per c. ij. de rescript. &
c. tua nos. primo, de iure iuran. prout tamen scripsi in tract. de pacific. poss.
in iij. limit. & hodie admodum pauca interueniunt resignationes, quæ
saltem alterum istorum non includant.
- Præterea non vult Papa valere resignationem puram dolo malo fa-
ctam, vt quæ non est simplex ac dolosa: vnde dicit gl. in c. penul. de his
quæ vi metusve cau. fiunt, secundum canones siue vi, siue metu, siue do-
loquis renunciet rei suæ, subuenietur ei contra omnem possessorem, per
c. reintegranda. iij. q. j. & q. ij. c. cum ecclesia, & seq. facit l. eum qui, ff. de
inoff. testam. non erit tamen ipso iure nulla resignatio, secundum doct.
sed annullanda. † Verùm quia dolus annullat alios actus regulariter,
quando præbet actui causam, l. & eleganter, ff. de dolo, & istos actus non
inuenio à lege exceptos: ergo continebuntur sub regula, maximè quia
in his beneficialibus bona fides, & non dolus interuenire debet, ca. cum
dilectus, de electio. licet hodie longè aliter accidat: & quia liber omnino
consensus requiritur in resignatione, c. super hoc, de renunciat. Sed vis,
metus, aut dolus interueniens excludit hunc liberum consensum; ergo
& c. l. si mulier §. si metu, ff. quod metus caus. vnde Prouerb. xiiij. c. scribi-
tur, *Filio dolo nil erit boni.* & sic renunciatio dolosa non erit bona, nec fru-
ctum afferet doloso.
- Ad hæc cuius canonicū abhorret precipuè vitiosum ingressum, c. j. & per
totum, de eo qui mit. in pos. in vj. sed non potest esse deterior ingressus
quàm dolosus, ideo recipi non debet. Nam iure con. ait, in l. j. ff. de doli ex-
cep. quòd ideo hanc exceptionem doli prætor proposuit, ne cui dolus
suus per occasionem iuris ciuilibus contra naturalem æquitatem profit.
- Nec refragatur, quòd dolus non vitiat in spiritualibus, vt pote si quis
dolo inductus fuerit ad ingrediendū religionē, c. constituit, xx. q. iij. resp.
non videtur deceptus, qui prouocatur ad bonū, & ad benefaciendū: ideoq;
dolos bonus est, qui non annullat actum: tamen res debent restitui, vt ibi
dicitur. Sed in beneficiis diuersum est: nam qui dolo beneficiū aufert ab

Iurāt partes do-
lum in resigna-
tione non in tera
uenisse.Resignatio dola
facta annulla sit.Dolus an in spi-
ritualib' vitiet.

T

alio remouet eum à seruitio Dei: quamobrem valere non debet illa dolo facta resignatio. † Secus si dolo quem inducerem ad acceptandum beneficium: valeret enim illa acceptatio, qua prouocatur ad seruiendum Deo: secus si ad resignandum. Item resignatio non dicitur actus spiritalis, cum potius sit à spiritualibus amotio, tenditque aliò quàm ad spirituale.

Matrimonium an dolo annullatur.

Minus obstat, quod dicit solet dolum non vitare matrimonium, ca. 8 ex parte, & c. dudum, de conuers. coniug. & quòd bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, c. inter corporalia, de translat. episc. respon. verum esse, cum est eadem ratio, sed longè diuersa est in matrimonio: nam in eo quis procurator ad acquirendum sibi, sed in resignatione ad relinquendum cogitur. † Adhæc in matrimonio licet quis dolo fuerit aggressus matrimonium, tamen ratum habetur in primo anno in quo canitur, *Exultate*. Item quia res non est integra post cognitam virginem: sed post renunciationem nil rati habetur, imò magna afficitur pœnitentia resignans. Ideòque dolo iste, nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico iuuare potest illum, cui resignatio emolumento cedit: vt etiam docet Fortunius in tract. de vltimo fine iuris, numero 335. & sequent.

Insuper meus Papæ non est conferre, si dolo interuenerit: ideo non valebit resignatio, nec Papæ prouisio ipsius deficiente voluntate: tñ quia subreptitia est prouisio, cum dolo non sit expressus in ea: non iuuabitur ergo dolo prouisus, decreto, de pacificis possessoribus: vt scripsi nu. 155. per tex. in c. j. xv. q. vj. vbi sic scribitur, Si quãdo à sacerdotibus, & autoribus ecclesiæ, quedam scripturæ quoquomodo per metum aut fraudem aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum valere censemus: & sic non præiudicat resignanti dolo inducã resignatio.

Litteræ Regiæ non impetrantur ad annullandam resignationem beneficii dolo facta.

Et quia dolo consensum excludit, teste Panorm. in c. cum dilectus, in si. de his quæ vi metusue caus. fiunt, & ibi, gl. dicit coram episcopo suo restitutionem hanc posse peti. Nec impetrari solent Regiæ literæ in hoc Regno ad infringendum huiusmodi resignationem dolo factam: vt scripsi Arestum in tract. de pacific. posses. numero 157. † Tamen si quis agat possessorio, & opponatur resignatio, replicabitur de dolo: & tunc poterunt impetrari literæ Regiæ directæ iudici: quòd si constet resignationem dolo factam, non obstante resignatione, & non habita ratione ad illam, ius administret partibus: & tunc iudex, si constet ei de dolosa resignatione, manu tenebit resignantem non obstante sua resignatione, vel restituet eidem possessionem, si eam amiserat per remedium reintegrandæ possessionis: & sic non conceduntur literæ ad resignationem rescindendam, vt iudicio rescissorio agatur: sed si possessorium intentetur, impetrari literæ possint, quod non habeatur ratio ad resignationem metu vel dolo seu vi factam, quod notes.

De

De vi in resignationibus adhibita.

SOLET etiam addi in resignationibus, ne vis interueniat. *Spoliati resignatio non ualet.*



Nam si spoliatus beneficio resignet illud per vim, non valebit resignatio: nec præsumitur, quòd sponte resignet spoliatus, c. sollicitè, de restitut. spo. & Do. de Rota ccxvj. nota quòd existenti, in antiq. & quæ vi, vel metu fiunt rata non habet prætor, l. j. ff. quod metus causa: siue prouisio subsequuta fuerit à Papa, siue ab alio quolibet ordinario: cum eadem ratio videatur in omnibus collatoribus, seu vis interuenerit, ab ipsimet collatoribus, siue ab aliis, c. sciant, de elect. in vj.

2 Et sic iste, qui spoliatus renunciauit, etiam post collationem alteri factam poterit intentare remedium, c. reintegranda, iij. q. j. nec iudices audient detinentem beneficium, donec restituta fuerit possessio spoliato, c. super hoc, de renunciat.

3 Limitatur quando spoliatus fuisset restitutus, & pacificam possessionem recuperasset: tunc Papa ad ipsius resignationem in forma gratiosa potest istud beneficium conferre: nec requiritur in hac prouisione facere mentionem spoliationis, nec apponere clausulam vocatis vocandis &c. quia restitutio facit, ac si nunquam esset spoliatus, & in pristinum statum restituit, l. quòd si minor, §. restitutio, ff. de min. l. prima, C. de sentent. passis, & ita seruat Curia Roman. quia non est spoliatus qui tinet.

Casus in quibus resignatio ui facta probatur.

4 Secundo non procedit, quando hæc resignatio coactè facta esset autoritate iudicis de causa cognoscentis, tunc quoque valeret, c. accepta, de restitutione spoliatorum. glossa & doct. in d. c. sollicitè, quia tunc præsumptio iuris tollitur, & inducitur notorietas defectus proprietatis, teste Socino in tractat. fallent. regula ccclxxvij. & Barbat. consil. xlviij. præclare, columna vltima, in ij. vol. & videtur metus purgatus † poterit tamen iste si grauetur, appellare, & non obstante hac collatione facta, etiam à superiore licebit vim probare: quia per sententiam non tollitur nisi præsumptio: vt per glo. & doct. in l. fin. ff. quod metus causa.

Vis autoritate iudicis facta non iuuat spoliatum.

6 Tertiò flectitur regula, si ante spoliationem resignasset, tunc nil impedit quo minus valeat, vt dicit Lopus alleg. xxij. quod est verum, si liberè, secus si coactè, vt supra.

7 Quarto si quis etiam post spoliationem restitutioni cum iuramento, vel per pactum renunciaret, rata habebitur huiusmodi resignatio, gl. in c. super hoc, in verb. resignationis, de renunci. de Rota decisi. lxxvij. nota quòd licet, & decisi. ccccxxvij. nota quid si spoliatus, in antiq. & Soc. supra in verb. spoliatio. & Nicol. Milius in verb. renunciatio, inuolabiliter enim debet obseruari iuramentum. authen. Sacramenta, C. si aduersus venditio.

Iuramentum petere restitutionem potest reuocari.

8 Poterit tamen hic resignans impetrare literas releuamenti ab hoc iu-

T ij

ramento præhabita illius dispensatione: nam ea facilitate qua fuit spoliatus, iuravit, vel promisit restitutionem non petere: quamobrem ei iuramentum, vel pactum nocere non debet: vt dicit in simili glo. & doct. de renunciantem exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento, in l. iij. C. de except. non numerat. pecun. & Felin. in c. si cautio, de fide instr. doct. in l. ij. C. de rescind. vend. scripsi in tract. de chirograph. recognitio. in ordi. Regiis, in primo tomo: tum quia pactum hoc vel iuramentum præberet materiam delinquendi, contra l. conuenire, ff. de pactis dotal. sic docet Socin. in d. tract. Fallen. regul. ccclxxvij. spoliato. & sic qui vi resignauit, post amissam possessionem aget remedio reintegrandæ possessionis: de qua abundè scripsi artic. v. glo. j. de sentent. executor. in j. tomo ordin. Reg.

De resignatione metu extorta.

Metu facta resignatio non ualet.



RESIGNATIO quoque metu facta solet annullari: nam quæ metu facta sunt, rata non debent haberi, l. j. & per totum, ff. quod metus causa, vnde in resignationis bulla solet apponi, Prouiso quòd metus non interuenerit: quippe renunciatio metu facta non ualet, nec perdit beneficium sic resignans: c. super hoc, & c. Abbas, & c. ad aures, de his quæ vi metusve caus. fiunt. de Rota decisio. ccij. nota quòd resignatio, in antiq. Henricus Boic. in c. quod in dubiis, de renunciat. & Fortu. in tracta. de vlt. fine, num. 275. dicit hanc renunciationem metu factam nullam, & Barba. consil. xxx. bene etenim, in iij. volu.

Metus parentum aut consanguineorum resignatio annullat.

Intellige etiam, si facta fuerit metu parentum, aut consanguineorum, c. sciant, de electione in vj. idem si metus ab ipsis collatoribus processerit, clementina multorum, de poenis, l. prima & l. sequent. ff. de liberali causa. Rota decisio. ccclxij. dubitabatur, in nouis. & Alexander consilio nonagesimonono, in casu, columna tertia, in tertio volumine, numero decimo. Petr. Paris. consil. lxxvj. renunciatio, in quarto volu.

Vexantes consanguineos clericorum sunt excommunicati.

Et isti sunt excommunicati vexantes consanguineos clericorum: etiam laicos, propter clericos, d. capitulo sciant, de election. in sexto, vbi multa addidi.

Ideo poterit agi vel vèdicatione ad beneficium sic metu resignatum, vel possessorio recuperandæ, gl. in §. ad tollendas, in verb. liberè, de elec. in prag. quia licèt resignans sponte, ius suum amittat, & possessionem, c. inter iuncta, gloss. de præb. secus tamen est in eo, qui coactè, vel per metum resignat. gl. in c. notificasti, xxxij. q. Panor. in c. maiores, in fi. de baptismo, & in c. cum locum, de sponsal. Alex. consil. xcviij. quoniam, col. ij. vol. iij. & consil. seq. Nam quæ metu causa gesta sunt, rata non decet haberi, l. j. & seq. ff. quod metus caus.

Quamob

5 Quamobrem in hoc regno Franciæ possumus petere coram iudicibus ecclesiasticis annullari talem resignationem: vt quidam asserunt in dicto capitulo, Abbas, & de Rota decisione tricentesima septuagesima-quarta, Fuit dubitatum, in nouis, siue nullam pronunciar, & declarari. Nam quoad effectum nulla dici potest, vt scribit Aufrer. in decisione Tholosa. quæstio. ducentesima octagesima quinta, vide Albert. Bru. consil. lxxxij. super difficultate, inter consilia Feudal. ¶ vel si agatur possessorio reintegrandæ & opponatur resignatio, probabitur metus: & non obstante resignatione iudex in possessionem restituet resignantem, vt supra dixi de dolo.

Praxis annullandi resignationem metu factam.

7 Cessabit tamen restitutio, quando purgatus est metus postea per consensum liberum: at nunquam censetur purgatus eadem causa durante & subsistente: vt asserit Bald. in l. ij. C. quod metus causa. & doct. in l. interpositas, de transactio. C. Dec. consil. ccxix. viso puncto. scripsi abundè in tract. de rescis. contra. in glo. xxij. in ij. tomo constit. Regiar. & quomodo purgetur metus scribit Petrus Paris. consil. cxxxv. Ioannes. col. j. & seq. in iij. vol.

Purgatus metus quando dicatur.

8 Adde quoque restituendam esse ecclesiam spoliato, vel metum passum, quam resignauit: quando scilicet ille metus interuenit, qui potuit cadere in constantem virum, c. ad audientiam, de his quæ vi metusve caus.

Metus cadens in constantem virum inspicitur.

9 sa fiunt. l. metum, j. ff. eod. ita consuluit Calder. consil. j. rub. de renun. ¶ & dicitur cadere in constantem virum, vt cum est metus mortis, verberum aut cruciatus corporis, c. j. quod met. caus. & l. iij. ff. eodem. Sic metum accipiendum Labeo ait, non quemlibet timorem, sed maioris mali: nec timorem infamiæ contineri Pedius dicit in l. iij. & vj. ff. eodem, iustus metus quis dicatur.

10 ¶ Iustus igitur metus requiritur, idest probabilis, & non leuis, c. fina. de app. Dec. in l. in omnibus causis pro facto accipitur id, in quo quis aliud perhorrescit, quominus fiat. ff. de regul. iur.

Metus iudicatur et dolo pro qualitate persone.

11 Et multas phrasas huius dictionis iusta exposui in l. iusta. ff. de verborum signifi. & ideo pro qualitate personæ considerandus, & iudicandus est metus, an sit iustus necne: c. j. eo. quia in meticulosis, & senibus & literatis, minor metus sufficeret, quàm in aliis militaribus viris: arg. l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. & in mulieribus minor quoque sufficit metus, c. causam matrimonij, de offic. deleg. c. cum locum, de sponsal. Corset. in sing. incipien. metus.

12 Idem in dolo iudicandum est, vt non omnis dolus, annullat actum, & contractum: sed talis dolus, qui etiam caderet in prudentem & sagacem virum: vt docet Baldus in rubrica. C. de rescindenda venditio. & in verbo metus, in margari. & Alexand. in additionibus ad Bartolum, in l. & eleganter, ff. de dolo, vt refert Hippolytus singulari quadringentesimo septimo, Non omnis metus, quod ibidem dicit se exercuisse proximis diebus in causa non leui, & obtinuisse, licèt haberet durum aduersarium.

T iij

De simonia in resignatione.

Resignatio simoniaca an valeat in praeiudicium resignantis.



Resignatio in hoc rescripto clausula talis apponitur. Attente provideas, quod simoniaca prauitas non interueniat aut alia pactio illicita. Nam renunciatio beneficij simoniaca non valet, etiam (vt dicunt) in praeiudicium resignantis, nec collatio, c. super hoc, in gl. pecunię, de renunc. Innocen. in c. cum vniuersorum, de rerum permutatio. Archi. in c. ordinationes, prima q. j. de Rot. decision. c. xxxvj. in antiq. Nicol. Milius in repertorio, in verb. renunciatio, q. iij. & ista est communis ferę sententię, quam infra reiicio.

Tamen ille qui per simoniam resignauit, quia deliquit, non poterit illud beneficium ita resignatum & collatum repetere, nec ille, qui simoniace adeptus est, retinere, per gl. & doc. in c. constitutus, de transact. Innocen. in d. c. cum vniuersorum, Cardin. in c. super, col. ij. in v. opposi. multa scripsit Ioan. Naucler. in suo tract. de simo. & ibi quoque scripsi in addit. sic consuluit Guido Papę consilio clxxij. frater Hogo: † Quinimodum potest eam resignationem superior admittere simpliciter, & tertio illud beneficium conferre: vt consuluit Domin. consi. cxxv. dubia, in prima q. sequitur Staphil. in tract. de literis grat. rub. de variis mod. vocatio. verfi. puto tamen.

Alioqui simoniaco faueretur, si beneficium, quod per simoniam resignauit, repetere liceret: quod nequaquam est faciendum, imo malitiis eorum obuiandum, l. in fundo, ff. de rei vendicat. c. sedes, de rescript. ne scilicet crimina remaneant impunita in maximum Reipubl. detrimentum, l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, c. vt famę, de senten. excom. † Cuius sententię videtur esse dominus Tiraquellus in tracta. de retractio. municipal. §. vigesimosexto, glossa secunda, numero decimo: quia licet non valeat renunciatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne amplius hoc repetat, cui renunciauit, c. quęm periculosum, vij. q. j. ibi vide alia per eum adducta.

Haętenus lector beneuole, secutus fui communem super his sententię, multis probatam rationibus: quamuis iurium interpretes super hoc varij fuerint, videlicet an simoniacus sit ipso iure priuatus necne: sed vt altius ista reperam, notandum est, quod si iura Decretorum inspiciamus dicemus priuationem necessarię, in c. presbyter, ibi priuetur j. q. j. & in Decret. etiam in occulto simoniaco sententię definitiuę depositionis requirebatur, in c. ij. de confessis, & in c. insinuatum, de simo.

Simoniacus ipso iure beneficio priuatus.

Sed vt omnia breuiter absoluam, arbitror dicendum habita iuris noui consideratione, simoniacum ipso iure priuatum beneficio, in quo simoniam commisit, text. est in extrau. cum detestabile, de simo. in communibus, ibi, per electiones veró, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu qualuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labefieri

De simonia in resignatione.

fieri, viribus omnino careant: in ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur: nec inde faciat aliquis fructus suos, se ad illorum omnium quę percepit restitutionem, sub animę suę periculo sit adstrictus.

8 Idem fuit statutum in concilio Constantien. in hęc verba, Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quęuis prouisiones simoniacę ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunq; deinceps factę nullę sint ipso iure: nullumq; per illas ius cuiquę acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionem tanquę iniquę ablata percipientes teneantur: Statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententię excommunicationis incurrant, etiam si pontificali, aut cardinalatus pręfulgeant dignitate, &c.

9 Et quamuis extrauag. cum detestabile, intelligant quidam doct. in simonia reali, videlicet cum aliquid datur vt is sit priuatus, secus in simonia conuentionali: vt scribit Cassador. in decis. v. de constit. Sed in concilio Constantien. nil dicitur de datione quoad priuationem, sed quoad excommunicationem: sic verum ipso iure annulat prouisiones, vultque nullum ius acquiri per illas. † Ergo si fuerit conuentionalis simonia, siue realis, collatio facta ipso iure est nulla: resignatiō quoq; simoniaca tenet in praeiudiciū resignantis, etiam si clausula fuerit in ea, non aliter, nec aliās, &c. quia is resignans non est vsus cōcessione iuris. cle. vna, de rerum permuta. ideo nec poterit ad suū redire beneficiū, quod ex suo delicto amittit, alioqui delictū non puniretur: vt superius scripsi. vide Petr. Paris. consi.

Conuentionalis etiam ipso iure priuat.

10 cxxxv. Ioan. in fi. vol. iij. † Ex quo inferitur, quod hodie beneficia simoniacorum ipso iure vacant, & possunt impetrari etiam absque alia declaratione, quę fieri poterit post impetrationem, per c. cum secundum leges, de hęret. in vj. Sed in hoc regno rarò fit declaratio: nam his casibus, quibus est ipso iure priuatio, post habitā collationem à Papa seu ordinario, impetrantur literę saisinę, & nouitatis super possessorio: vt scripsi in constit.

Beneficia simoniacorum impetrari possunt.

11 Regijs tit. de causis possess. beneficio. in iij. tomo. † Præterea quoad hanc priuationem non fit differentia inter notorium simoniacū, & alium, contra quem probata est simonia: semper enim probata simonia priuat ipso iure, & simoniacus est excommunicatus, vt supra: imò patet simoniacos veluti primos & præcipuos hęreticos ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti nõ respuerint ab exteris, id est laicis potestatibus opprimendos: omnia enim crimina ad comparationem simoniacę hęresis, quasi pro

Simoniaci dicuntur hęretici.

12 nihilo reputantur, c. fi. j. q. vij. † Licet fiat differentia quoad depositionem ab officio, quia occultus non deponitur, notorius sic. c. ij. de confessis, c. insinuatum, de simo. etiam fit differentia quo ad absolutionem & rehabilitationem, quę facilius est in occulto, quęm notorio simoniaco, in foro conscientię: & ab occulto minor datur taxatio, & cōpositio: vt sapius vidi, sed non fit differentia quoad priuationem.

Differentia inter occultum & publicum simoniacum.

Collatio simonia
co facta est nulla

Collatio quoque simoniaco facta nulla est, nempe eo ipso quod quis 14
conuenit super beneficio, & committit hoc crimen, est excommunicatus; tam per extrauag. cum detestabile, quam per constitutionem editam in concilio Constan. ob id collatio illi facta non valet, c. postulasti, de cleric. excommunicat. ministran. Ideoque beneficium illud potest impetrari.

Frustru restituit
simoniacus.

Vltimò simoniacus ad restitutionem fructuum omnium tenetur, 15
etiam si ecclesie seruerit, quia tanquam fur & latro non est ingressus per ostium: vt est in Euangel. & alia scripsi in addition. ad Ioann. Naucleri. in tracta. de simon. quæ sunt notanda, veluti parum hæcenus discussa.

Et sic ista quatuor annullant puram renunciationem, saltem quoad 16
effectum, vt illi qui vi, metu, aut dolo resignauit, subueniatur: inæqualitas tamen fructuum beneficiorum non annullat permutationem: vt docent Ioan. Monach. Andr. & alij, in c. vno, de rerum permut. lib. vj. sic cõsuluit Bertrand. consil. cccxj. etiam in ij. vol. ex prima editio.

Dari quando licet
pro vexatione redimenda.

Nota perpetuò, quod non potest dari pecunia, vel aliud temporale 17
pro beneficio consequendo, & acquirendo, etiam si daretur pro vexatione redimenda, cap. ad aures, & c. Matthæus, de sim. cap. significasti, de elect. licet redimere vexationem non sit contra bonos mores, l. Athletas, in fi. ff. de his qui notant. infam. vbi Angelus & Innocen. in dicto cap. ad aures, & Imol. in cap. super eo, de transactio. † pro iure autem quæsito, 18
tuendo, & retinendo, licet in sequentibus casibus. Primus est, quando is qui vult redimere vexationem haberet bonum ius & certum, secus si dubium. tex. in cap. dilectus, j. de simon. c. nullus, j. q. j. Panormitanus in capitulo cum pridem, de pac. & Felinus in dicto c. dilectus, j. de simo. † certum ius habere dicitur, si à consultoribus ei consultum fuerit ius suum esse præcipuum, l. eum quem, ff. de iudic. illis enim credendum est, l. si chorus, ff. de legat. iij.

Potentis aut calumniosi vexationem redimere licet.

Secundò quando is, cum quo litigarè, esset persona valde potens cõtra 20
quam vix, aut nunquam possem victoriam obtinere. Panor. & Fel. in d. c. dilectus, tunc mihi cedendum est: Ideo melius est, vt quicquam vexationis redimendæ causa recipiam: quia potentioribus pares esse non possumus, l. iij. ff. de aliena. iudi. † Idem dicerè, si non esset potens in diuitiis, sed 21
fauore, aut calumniarũ plenus: tunc etiam licitum redimere vexationem, etiam dando pecuniam, vel recipiendo. gl. in c. dilectus j.

Modicũ pro vexatione dari vel accipi potest.

Tertiò quando modicũ daretur, vt pote pro bullis, aut expensis factis in 22
illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta: & tunc etiã poterit dari pecunia collationis. gl. fing. in c. super hoc, in verb. pecuniæ, de renũ. & ibi eã sequitur Imol. & Fel. in d. c. dilectus, j. de simo. quia de modico tunc nõ curatur, l. scio, ff. de rest. in integ. c. ad quæstiones, de simo.

Vexans recipiendo pecuniã peccat.

Quartò notãdum est, quod licet dans pecuniã in casu permissæ pro vexatione redimendæ non peccet: tamen is qui sic recipit peccat, & est simoniacus, & dictã pecuniã restituere tenetur, arg. l. & generaliter, §. vlt. ff. de calum

calumnia. Hosti. in d. c. dilectus, quem refert & sequitur Ang. de Claua. in sua summa, in verbo simonia, in ij. nu. 10. & seq. nisi putet ius suum verum & bonum in principio, & postea iusto errore ductus componat: vt doct. no. in c. cum pridem, de pac.

24 Quintò pro possessione acquirèda, & pro iure meo tuèdo, licet etiam dare, & in casibus præmissis, vbi iniuste à potente quis opprimeretur, & illam facillè non posset consequi, aliàs non: vt dicit Inno. in c. ad aures, de simo. alioqui si simpliciter esset prouisum dare pro prouisione beneficij fieret fraus legi, quia nunquam daretur pro beneficio, sed pro possessione: & sic nunquam committeretur simonia, quod est absurdum: ideo tutius est cum vi redimere vexationem, & dare pecuniam, quod hoc facias cum Papæ beneplacito: & sola signatura sufficiet.

Pro iure tuendo
quando liceret
quicquam accipere.

25 Vidi præterea dubitari, an prouisus de episcopatu, vel abbatia, aut prioratu, beneficia conferre possit, antequam possessionem episcopatus vel alterius prælaturæ fuerit adeptus, aut quis illa conferre, vel interim ad ea præsentare valeat. Et super hoc putarem sequentes casus esse considerandos.

Prouisus de episcopatu an beneficia ante adeptã possessionem conferre possit.

26 Primus est quando episcopatus vel abbatia vacat per mortem, vel priuationem: tunc simulatque prouisum est alicui de tali prælatura, poterit prouisus conferre beneficia ad prælaturæ collationem pertinentia, c. nostri, c. transmissam, de elect. vbi statim post confirmationem potest electus conferre: ergo & prouisus à Papa quandoquidem prouisio habet vim electionis & confirmationis. doct. in cap. cum olim, de caus. possess. Panormit. in d. cap. nostri, in vltim. not. quia domino licet rem suam capere, & illius fructus, teste Innocen. in c. querelam, de electio. Refert Panor. in dict. cap. transmissam, col. vltim. & in puris incorporalibus sufficit habere ius. Innocen. in cap. cum nostris, col. penult. de concess. præb. refert Bald. in l. fin. colum. penult. C. de edict. Diui Adria. tollend. probatur. in cap. si tibi absenti, de præb. libr. vj. vnde patronus poterit præsentare antequam sit missus in possessionem hæreditatis: vt docet Bald. in l. final. & Roch. Curtius in tract. iurispa. in verb. ipse vel is, quæst. xj. vbi etiam ait sufficere institutionem ad hoc, vt quis habeat plenum ius, licet non apprehenderit possessionem. c. super his, de accus. Panor. in c. quod autem, in oppos. contra tex. de iurepatr.


27 Secundus casus est, cum episcopatus vel abbatia vacat per resignationem qualemcunq; non poterit nouus episcopus vel abbas conferre, donec possessionem acceperit, aliàs esset priuare possessorè sua possessione quod nõ licet, etiã si iniuste possideret. l. eum qui, de præb. in vj. c. placuit. xvj. q. vj. c. auaritiæ, de elect. in vj. c. licet episcopus, de præb. eod. Aufre. in decis. Tholos. q. cccclij. in fi. glo. in verb. promotus, §. censuit, de electio.

Nouus episcopus vel abbas an beneficia ex quãdo conferat.

28 in pragm. † Euidentiùs probatur: nam quandiu quis sustinetur in officio administrare potest, & conferre: c. fin. viij. q. iij. c. ad probandum, de re iudic. l. Barbarius, de offi. prætor. vnde excommunicatus toleratus potest conferre & præsentare, teste Innocen. in capit. si verè, in fi. de sentent.

Possessor episcopatus cõfert ante successoris aduentum.

excom



excommunic. & Panor. in d. c. ad probandum, col. iij. & is qui est in possessione presentandi iure presentat, licet verè ius patronatus ad alium spectet: c. consultationibus, de iure patr.

Proconsul ante
successoris aduen-
tū administrat.

Facit decisio Iurisconsulti dicentis, meminisse oportebit, vsque in ad-
uentum successoris, omnia debere proconsulem agere, cum sit vnus pro-
consulatus: & utilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia
sua prouinciales explicent. l. meminisse. ff. de offic. proconsul. ita quoque
decebit prælatus resignantem administrare, donec alter nouus veniat tra-
ctaturus negotia ecclesiæ.

Confirmatur per Imperatorem his verbis, Non est possibile, neq; por-
tabile omnino sine iudice relinqui prouinciā. §. fin. in auten. de administ.
collat. vij. Sic nõ decet ecclesiam Dei prælatis manere destitutam, & ca-
pitate, ne interim gregem dominicum lupus rapax inuadat. c. ne pro defe-
ctu, de elect. Quemadmodum etiam præfectus Aegypti non prius depo-
nebat imperiū, quàm successor esset Alexandriam ingressus, licet in pro-
uinciam venerit. l. vna. ff. de offic. præfect. Augustal.

Antiquus abbas
confert ante sibi
intimatam bullas.

Tertius casus est, Quòd resignans poterit conferre, donec bullæ pro-
uisionis fuerint eidem intimatæ, nouisq; prælatus fidelitatem, si quam
debet Regi, præstiterit, & possessionem acceperit extrauag. iniunctæ, de
elect. in communib. quo loco prohibet Papa, ne quis ante receptionem
literarum, administrationem bonorum accipiant, & sub verbo bono-
rum beneficia comprehenduntur, c. j. de præb. scripti in l. bonorum. j. ff. de
verb. signific. interdicitque Papa in d. extrauag. ne qui recipiant istos pro-
uifos sine literis: aliàs recipientes canonici vel alij suspensi sunt à per-
ceptione beneficiorum, donec gratiam habuerint à Papa: præterea quod
gestum est ante literarum receptionem est irritum, & sic omnes benefi-
ciorum collationes: vt ibi scribitur.

Præses ac iudex
ante successoris
notitiā cognoscat.

Præterea si præses prouinciæ manuserit, vel tutorem dederit, prius-
quàm agnouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. l. si fortè, ff.
de offic. præsid. ita quicquid prælatus resignans egerit, firmum, & ra-
tum habebitur vsque ad aduentum successoris: & quousque bullæ fue-
rint ei ostensæ.

Accedit quòd iudex potest exercere iurisdictionem quatenus venerit
successor, etiam vltra tēpus officij, l. meminisse, ff. de offic. præsid. & illius
temporis solita stipendia consequetur. d. §. fin. in authen. de admi. colla. vij.
approbat Ludouic. Roma. singul. cccxc. lex meminisse. Sic dicendum vi-
detur in prælato, qui licet constituerit procuratores ad resignandum, ta-
men potuit Papa non admittere, vel eum, in cuius fauorem resignatum
fuerat, multis modis repellere.

Collatio vicarij
reuocati ualeat.

Item valet collatio facta per vicarium abbatis, vel episcopi, ante scien-
tiam reuocationis, per d. l. si fortè, decidit Rom. fin. l. vij. fuit quæstio Ro-
mæ, & sing. dlxvj. quod l. si fortè habet locum in beneficiis, allegat gl. in

Gesta per lega-
tum reuocatum
ualent.

l. Tribunus, ff. de test. mi. Ias. in l. more maiorum, nu. 8. ff. de iur. omn. iud.
Consuluit etiam Calderin. consil. iij. de offic. legati, quòd valent ge-
sta per

sta per legatum reuocatum à Papa in publico consistorio ante notitiam
reuocationis, per c. audita, vbi doct. de restit. spoliat. c. j. versic. ex parte, de
concess. præbend. lib. vj.

36 Ad hæc si Papa manderet episcopo, vt alicui prouideat, inhibèdo ne alij
conferat: non tamen ei tollitur potestas alij conferendi ante notificatum
sibi tale mandatum, c. dilectus, ij. de præb. c. tibi, & c. duobus, de rescri. in
vj. c. si ca. de concess. præb. eo. multò minus in reuocatione tacita censebi-
tur reuocata potestas à prælato antiquo, prouidendo scilicet alteri, nisi
quoque fuerint illi notificatæ bullæ & literæ prouisionis: alioqui frustra
esset inuenta mandatorum presentatio.

Potestas conferendi
non aufertur
ante notitiam.

37 Et in dubio præsumitur reuocationis ignorantia. l. verius, ff. de proba-
tio. reg. præsumitur, de reg. iur. in vj. Fel. in c. cæterum, col. vij. versic. valet
processus, de rescrip. & Rota decis. cccclix. circa tertium dubium, in no.
& in additionib. ad Rom. d. singul. lvij.

Ignorantia reuo-
cationis presum-
tur.

38 Item valet sententia à iudicibus reuocatis lata ante notitiam reuoca-
tionis. c. audita, de restit. spoliat. vbi Panormit. & alij. Bald. in l. j. in fi. C. vt
lite penden. ac in l. mandatum, col. v. nu. 17. & sequen. mand. Fel. abundè
in d. c. cæterum.

39 Quinimò licet prouifus per Papam rectè fuerit certioratus de sua
prouisione, non tamen ei licebit administrare quicquam de bonis præla-
turæ, nisi prius habuerit literas Apostolicas. hoc probat capitul. super eo.
ij. in fi. ibi, contigerit literas recepisse, de appellat. Panormit. in cap. qua-
liter, no. j. de elect. vbi refert se fecisse hoc obseruari: nam quidam pro-
uifus curiæ Romanæ volebat post prouisionem constituere vicarium: di-
xi hoc facere non potuisse antequàm receperit bullas, quæ non sunt de
substantia prouisionis, sed probationis: vt per doct. in proce. m. sexti. & in
rubr. de constit. scripti in §. primo, in verb. literas, de mand. Apostolicis,
in Concordat.

Prouifus certio-
ratus non potest
conferre, nec vi-
cariū constituere.

40 Iidem quoad resignantem non sufficit, quòd ipse sciat literas Romæ
esse expeditas, nisi fuerint etiam ei intimatæ & presentatæ: nam debet
esse ei notum vt resignanti, sicut dicimus notum iudici, vt iudici. l. hæc au-
tem, §. non deffendi. ff. quibus ex caus. in possess. eat. Bart. in l. multum, circa
fi. de conditionib. & demonstra. Card. in cle. quia contingit, in iij. opof. de
religios. domib. potest enim aliquid esse notorium, nec tamen iudici no-
tum, cap. de manifesta, in fi. ij. q. j. cap. si duobus, de appel. consuluit Dec.
consil. cxcv. in causa, col. ij. nu. 5.

Resignanti bul-
la intimari de-
bet.

41 Ad hæc licet pars sciat resignationem admissam, nescit tamen an pars
acceptauerit, vel an vti velit literis, & prouisione sibi facta: ideo quousq;
fuerit ei intimatum, poterit recipere fructus, & alia facere tanquàm ve-
rus prælatus: vt docet Philip. Franc. in c. vt nostrum, versic. hoc tamen, col.
iij. de appel. vbi etiam dicit valere sententiā iudicis reuocati, antequàm
aliquis intimauerit ei literas reuocatorias: quia prius scire non præsumi-
tur, an pars illis vti velit.

42 Imò reuocatio videtur habere tacitam conditionem, nempe
si fuer

si fuerit intimata, argu. l. qui absent, ff. de acquiren. possess. vbi qui absent seruo scribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt statim velit serui possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus erit. Decius consilio ccxcv. in causa, col. penult.

Resignans quando iure et possessione sit priuatus.

Non me mouet, quod per resignationem quis sit priuatus & possessione, & iure, id est titulo, c. inter, iuncta gl. de preb. c. vno, vbi doct. de rerum permutat. in vj. quia hoc intelligitur de possessione iuris, quam perdit resignans, teste Innocent. in cap. quod in dubiis, de rerum permutat. secus in possessione naturali, cui potest incumbere, donec fecuerit praefatam resignationem amissam: imò si ista possessione, quam post resignationem habet, spoliaretur, veniret restituendus: vt docet idem Innocent. in c. super hoc, de renunc. Rota decis. clvij. licet reus, in no. & sic interim & praesentare licebit & conferre.

Indultum Cardinalis an extem- datur ad episcopatum de nouo acquisitum.

Quartus casus Cardinalis habens indultum à Papa, vt nullus possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia, non poterit vt illo indulto in beneficiis episcopatus, cuius non accepit possessionem: ideoque Papa legatus interim, vel alius poterit conferre beneficia ad episcopatum spectantia ante possessionis adeptionem: vt consuluit de Ripa lib. ij. de rescrip. c. xxxj. quæritur, allegans Dinum in reg. j. de regul. iur. in vj. & Archidiano in c. eum qui, de preb. eod. & Ancha. in regul. sine possessione, de regul. iur. eod. quia praelatus debet accipere possessionem antequàm administret, & ante adeptam possessionem conferre non debet in præiudicium illius, qui est in possessione praelaturæ. Innocent. in cap. in literis, de restitut. spoliato. Panor. in c. transmissum, per c. licet episcopus, de prebend. in vj.

Ita quoque si Cardinalis resignauerit, vt poterit suo indulto in beneficiis vacantibus, quousque bullæ Abbatiarum vel episcopatum, quos resignauit, sibi fuerint intimata: & resignatarius in possessionem missus episcopatus vel abbatia de nouo collata.

Consuetudo ut quis possessionem ante administrationem accipiat, ualeat.

Quintus casus est, vbi consuetudo viget, vt quis possessionem accipiat, antequàm administret, tunc non licebit conferre, vel alia facere ante possessionem adeptam, siquidem valet talis consuetudo. Panor. & alij in cap. transmissam, de elect. col. iij. per c. adhuc, & c. vt nostrum, de offic. Archid. alioqui frustra inducta esset installatio, & in possessionem missio, si non obseruaretur: c. si quis ordinatus, cum seq. xij. distinct. glo. in ver. promotus, in §. censuit, c. licet, de electio. pragmati. probanda tamen hæc esset, nisi sit notoria. Io. de Selua. in tracta. de benefic. in ij. parte, q. xv. Francisc. Marc. in decis. Delphi. q. xlix. in ij. parte decis.

Administratio- ne durante temporalium rerum episcopatus an episcopus conferre possit.

Sextus casus, licet Regaliorum iure noster Rex per delegatos & commissarios administret pendente vacatione temporalia: tamè adhuc poterit resignans conferre beneficia, antequàm resignatarius adeptus sit possessionem. Quia licet remota sit à resignante administratio temporalium, non tamen spiritualium: igitur is antiquus praelatus, cum sit in illa iusta pos-

possessione, quousque venerit successor, poterit conferre & praesentare, per c. consultationibus, de iurepatro. docet Io. de Selua in tract. de benefic. in ij. parte. d. q. xv.

48 Veruntamen licet in temporalibus longa regni consuetudine seruetur quod praelatus non administret ante receptam possessionem, & factam Regi fidelitatem, & praestitum iuramentum, quandoquidem ea sunt in manu Regis, secus tamen in spiritualibus: nam statim atque fuit collatus Episcopatus spiritualia omnia suscipiuntur à Papa, & sic ab eo tempore, quo prouisus suscepit literas, poterit conferre, nisi cum vacaret per resignationem: quia tunc in præiudicium resignantis existentis in possessionem, non poterit nouus praelatus conferre, donec adeptus sit possessionem suæ ecclesiæ, & literas suæ prouisionis receperit, secundum d. Extrauag. Iniunctæ, ergo simulatque receptæ sunt literæ, vel alicui est prouisum, dum nullus alius sit in possessione episcopatus, poterit episcopus conferre: Nempe hoc est fauorabile ecclesiis, vt earum euitetur dispendiosa vacatio. c. quàm sit, de elec. in vj. Qui fauor cessat in rebus, quæ iam habent commissarium & delegatum à Rege, qui interim administret. Ergo poterit episcopus per mortem prouisus statim atque nouerit suam prouisionem, conferre vel praesentare: quia tunc nulli fit præiudicium, & succurritur ecclesiæ vacanti: quod maximè est attendendum. c. si Apostolica, de prebend. in vj.

Consuetudo regni ut Episcopus ante fidelitatem factam non administret.

Ratione personæ & rei vitatur resignatio.

1 **V**LTRA supradicta aduertendum est, quod etiam renunciatio ex tribus maximè illegitima redarguitur. Prima ratione personæ renunciantis, utpote quia minor est, qui non potest resignare. cap. ij. de ætate & qualit. Benedic. in c. Rainutius, in verbo adiectæ, nu. 62. de testam. Si tamen renunciauerit, tenet celsio. glo. & doct. in c. ex parte, de restitut. spoliato. Sed si læsus fuerit dolo aduersariorum, restituetur.

2 Nam quamuis reputetur maior in beneficialibus. cap. fin. de iudic. in vj. adhuc tamen restituitur is, qui maior reputatur, per gl. & doct. in l. vna. C. si de momenta. possess. fuer. appella. quam doct. ibi probant, & Alex. consil. lxxx. in causa, col. j. in vij. vol. & ista est communis conclusio, secundum quam fuit iudicatum Burdegal. vt refert Boer. in decis. Burdegal. q. cccl. minor quatuordecim annorum. licet multi teneant contra, quos ibidem ipse refert.

3 Sed ego concluderem minorem restituendum, si causæ cognitio in hac renunciatione vel actu non interuenerit: quia sine curatore ipse non debet quicquã attetare. c. si. de iudic. in vj. cum non habeat plenam admi-

nistracionem: c. ij. de ætate & quali. ideo simpliciter admissam resignacionem minoris dicerem non valere quoad effectum, sed posse restitui.

Minor resignans an possit et a quo restitui.

Verùm si causæ cognitio coram superiore interuenerit, & expediens fuisse pupillo dictum fuerit, tunc resignatio valebit: nec minor restitui poterit, & ita videtur concludere Nicol. Milius in Repertorio, in verbo minor xliij. annis: non enim videtur minor circumscribitus, si fuerit vsus iure communi. l. fi. C. de in integ. resti. † Ideo si cum plura beneficia haberet, vno se exonerauerit, nequaquam videtur deceptus: vt cõcludit d. Probus in rubr. de renuncia. col. ij. in additio. ad Io. Monac. siquidem onus est intollerabile seruire duabus ecclesiis parrochialibus, cum sit ars artium regimen animarum. c. cum sit, de ætate & qualitate.

Et hanc restitutionem cõcedet Papa: nam soluere potest, qui & ligauit. l. si puellæ. ff. de sponfal. vel eius legatus: tamen ordinarius sine alia impetratione poterit dictam renunciacionem infringere cum causæ cognitione: quia ipse ordinarius instituit & destituit, c. cum ex iuncto, de hæretic. vel agent. possessorio, vt supra dixi, & non obstante resignacione manu tenebitur in possessione.

Furiosus resignare non potest.

Furiosus quoque demens, vel amens resignare non possunt, quia consensum non habent, nisi fortè dilucida haberent interualla. cap. quamuis. vij. q. j. l. fi. C. de cura. furio. l. furiosum. C. qui testã. facere possunt. l. in negotiis: vbi Deci. ff. de reg. iuris.

Defectus natalium non exprimat in bulla quia resignare conceditur.

Sed aliquando Papa concedit alicui facultatem resignandi sua beneficia, quæ non poterat resignare, vt fortè quia erant referuata, vel aliàs affecta: & tunc Papa concedit, etiam vt is coram ordinario possit resignare simpliciter, seu ex causâ permutationis, in qua concessione non est opus facere mentionem, quòd resignans patitur defectum natalium aut alias obstan. quia Papa non difficilius concessisset, si hoc fuisset expressum: atque satis Papa videtur certificatus, dicendo quæcunque beneficia obtines, aut in futurum obtinebis, permittimus resignare: † Imò si contingeret in supplicatione hos defectus exprimi, nec tamen debent in bulla cõcessionis inseri: nam quid impediret, ne daretur facultas resignandi, quæ tam exiguam continet gratiam? non tamen vitabitur bulla ex hac expressione.

Laicus resignacionem non recipit.

Secundò ratione personæ in cuius manibus fit resignatio, irritabitur: vt si fiat in manibus laici. cap. admonet, c. & quod in dubiis, de renuncia. vel si fiat in manu abbatis, vel alterius inferioris ab episcopo, qui renunciacionem permutationis causa admittere non potest: c. quæsitum, de rerum permut. Io. Monach. in rubr. de renuncia. in vj.

Episcopatus coram Papa est resignandus.

Tertiò ratione rei iudicatur inualida renunciatio: vt si episcopatus resignetur coram alio, quàm coram Papa: c. inter, & c. quanto, de translat. episcop.

Vel si quis renunciet iuri sanguinis, ex re eam renunciacionem illegitimam cognoscemus. l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis, de reg. iur. hoc docet Angel. Clauat. in verb. renunciatio.

Item

13 Item si ille cui prouisum est per consistorium de monasterio, vel ecclesia, literis non confectis cedat, vel moriatur, ex eius persona de nouo per obitum, siue per cessionem expedientur bullæ: quia per prouisionem factam per Papam in consistorio quæsitum est ius plenum: † Secus in aliis prouisionibus non consistorialibus: vt si quis resignet, aut moriatur literis non confectis, non datur noua vacatio: sed ad primum redimus vacandi modum: vt dicunt pragmatici Romani.

Literis non confectis an acquiratur ius.

14 Ad hæc resignatio liberè fieri debet, & purè id est sine pactione, conditione, vel modo, c. ex parte j. de offic. deleg. c. cum pridem, de pact. c. cum vniuersorum, de rerum permuta.

Libere fiat resignatio.

15 Non valet quoque resignatio facta in manibus vicarij, nisi specialem habeat potestatem ad recipiendum resignaciones. Rota decisio. xliij. nota quòd vicarius, & ccxviiij. nota quòd in antiq. Aegid. decis. xciiij. vicarius, & consuluit Calder. consil. iij. in rub. de renuncia. hoc plenè Staphil. probat in tract. de literis gratiæ, de variis modis vacatio. vers. hinc quartò dicitur. Et dixi superiùs in materia vicario. episcop. in j. parte.

Vicarius an resignaciones recipere possit.

16 Item accedere debet scriptura in resignacione. tex. in c. sicut vir, in fi. ibi petierit, vt ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante cõcedendum est, aliter id facere non valemus. vij. q. j. & ibi Archid. facit text. & ibi glos. in c. Consaldus, xvij. q. ij. ne postea factam reuocetur in dubium, & si voluerit postea resignans beneficium repetere, propria scriptura incipiat ei obuiare. capitulo saluberrimum, prima quæstione septima.

Scriptura in resignacione necessaria & subscriptio.

17 Ideo solent subscribere resignantes, & testes procuratorio constituto ad resignandum, propter vitandas etiam falsitates, quæ frequenter in his committi solent: & sic est casus specialis in quo scriptura requiritur, vltra numeratos per gloss. in c. j. de censib. lib. vj. Aliàs quomodo subscribere illi possent, nisi scriptura interueniret? quod lege Regia confirmatur in tit. *De la reformation des prouisions des benefices*, in constit. Reg. artic. iij. quamuis Collecta. in capit. ij. in fine, de rerum permutat. contrarium dicat.

18 Quid si resignauerim præbendam & canonicatum in fauorem alicuius fortè pressus infirmitate, qui demum eandem mihi reconualescenti resignauerit, an ego vltimus in choro & capit. sedere debeam, aut pro ingressu tanquam omnino nouus quid soluere? Do. Probus in rub. de renuncia. in additio. ad Io. Monach. docet istum teneri soluere ingressum ac nouissimo recipiendum esse loco: quæ sententia de stricto iure procederet, per tex. in cap. quoniam, de simon. tamen ex benignitate consuluit contrarium Paul. Paris. consil. xciiij. Michaël. in iij. volu. non enim videtur amisisse possessionem, qui semper eam tenuit, & sic statim rediit. l. quod calore. ff. de reg. iur. l. penult. de diuor. & vide quæ scripsi inferiùs in reg. de publican. resig. glo. xvij.

Resignans si iterum ei resignetur an debeat vltimus sedere, & pro ingressu soluere.

19 Insuper renunciatio est stricti iuris, & strictè interpretanda: vnde qui renunciat liri & causæ, non renunciat titulo beneficij. cap. quia circa de

Renuncians liri an renunciet titulo.

consanguinit. l. tres fratres. ff. de pactis, l. postquam liti, C. eod. & hoc docet Calder. confi. v. an habens, in fi. rubr. de præb. ideo renunciatio beneficij non inducitur, nisi expressè agatur. c. sanè, cum glo. penul. de renunciati. Dec. consil. dlj. plenè, col. j. & nisi in casibus à iure expressis. c. ex ore, in fi. de his quæ fiunt à maior. parte capituli, dixi in tract. nominat. q. j. & superiùs in tacita renunciatiōe.

*Iuuari nō potest
titulo cendentis
liti.*

Et sic quamuis partes inter se conueniant, vt altera consentiat sententiæ possessoris, per hoc altera pars non poterit se iuuare titulo illius, qui consensit: nisi ille consentiens sententiæ, resignauerit quoq; ius suum coram ordinario, vel Papa, & alteri parti fuerit collatum.

Quamobrem vt tutius negotium peragatur, solent conuenire partes, quod altera consentiet sententiæ ferendæ coram iudice laico, vel ecclesiastico: & quod dabit procuratorium ad resignandum coram potestate habente, & facta collatione iuuari resignatarius poterit iure illius resignantis.

*Resignatio rei-
tis fructibus non
ualet.*

Ad hæc si quis resignauerit beneficium retentis sibi fructibus propensione, non valet resignatio: nam decet quod ipse qui altari seruit, de altari viuat. c. cum secundum, de præb. tum quia venit contra constitutiones & iura regni, quæ prohibent vltra tertiã partem referuare, vt scripsi in tract. de pacific. possessor. in xvij. amplia.

Arestum.

Vnde cum quidam Maficonen. præfato modo resignasset in fauorem Vincentij Flauert: & demum eo mortuo ordinarius contulisset Bartholomeo magni: possessioque per iudicem Maficonen. fuisset adiudicata, dicto Flauert: curia perperam & malè fuisse iudicatum pronunciauit, & possessionem dicto magni per mortè prouiso adiudicauit, anno 1512. die v. Martij: Verùm alia fortè causa mouit Senatam: quia 25 propter impositam pensionem non solet vitari tota bulla. cap. si eo tempore, de rescrip. in vj. facit l. j. C. ne rei domi. ibi, cingulo, in quo obrepserant fraudulenter.

*Clausula uocatis
nocandis non
debet poni post
rem iudicatam.*

Item si postquam aliquis obtinuerit sententiam super beneficio, quæ translata in rem iudicatam, resignet in fauorem tertij ante possessionem adeptam: non apponetur in bulla, vocatis vocandis, cum iam aduersarius fuerit vocatus, & succubuerit: constatq; illum esse detentorem illicitum: ideo non est opus vltius cognoscere: sed apponetur clausula. Amoto dicto N. & quodlibet alio illicito detentore, de qua clausula scripsi in forma litterarum executorial. in Concorda. & in bulla nouæ prouisionis supra.

*Clausula parito
iudicato quado
non sit necessa-
ria.*

Si verò succumbenti resignaretur, qui priùs possidebat, tunc non fiet executio, si quidem ipse est in possessione, & contra seipsum ageret, sed fiet simpliciter prouiso: nec debet inferi clausula parito iudicato: quæ solet regulariter in eorum prouisione poni, contra quos sententia lata fuit: sed hoc est speciale vi resignatiōis sibi factæ: nec est opus traditione ei, qui iam illam habet. §. venditæ, de rerum diuis. in instit.

*Resignantis be-
neficium ex mo-
rientis ante xx.
dies dicitur uacare
per mortem.*

Item si quis infirmitate pressus resignauerit suum beneficium, nisi superuixerit per xx. dies beneficium vacare censetur per mortem, & non per

per resignatiōem: quod statuitur in regul. Cancell. xvij. & quia illa regula est de seruatis in Francia, licet bellè satis illustrata commentariis per Gomef. non verebor tamen quotidiana meâ scholia subiungere: & quæ dudum ex vsu forensi collegi, breuiter depromere: quod vt dilucidius peragamus, tex. inferamus.

Regula de infirmis beneficia resignantibus.

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, postea infra xx. dies, à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficiū quauis autoritate conferatur per resignatiōem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit: ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

GLOSSA PRIMA.

1



STA regula est à Iulio iij. Pontifice maximo nuperrimè scripta: vides aucta: quãobrem ad verbum transcribendam duxi, singulis eius verbis cõgruam interpretationem subnectendo: vt dicit Iurisconsult. in l. item veniunt, versic. apranda. ff. de petit. hæredit. Primò hoc verbum si quis, in hac regula positum, tam masculos quàm fœminas complectitur. l. j. vbi abundè scripsi. ff. de verbo. signific. glo. in c. generali, de elect. in vj. vnde si mulier valetudine aduersa detenta resignet, & intra xx. dies moriatur, vacat officium, abbatia, vel prioratus monialis per obitum: tum quod eadem sit ratio in mulieribus, quæ in viris: tum etiam quod verba conueniant, & sic dispositio l. iij. §. toties. ff. de damno infecto. Ad hæc quod lex sit generalis tam viris, quàm mulieribus, tex. in l. leges vniuersales. C. de legibus.

Abbatissa moriens intra xx. dies post factam resignatiōem cõprehenditur in hac regula.

Ratio cur hæc regula introducta sit, est, vt videlicet fraudes volentium de beneficiis testari, vitentur: nam ante regulam istam in agone mortis existentes resignabant, & sic erat quodammodo testamentum in beneficiis necnon successio, quæ tamen in his maximè prohibetur, etiam ratione consanguinitatis, c. j. de præben. nam quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. c. plerique. viij. q. j. prætereà tendit hoc in maximum præiudicium, expectantium, mandatariorum, nominatorum, ac ordinariorum, ergo restringendum etiam, quia à consilio hæc resignatio reprobata: vt statim in glo. seq. dicitur.

Papa an contentur in hac regula & Cardinales.

Quinetiam in Papa resignante habere locum hanc regulam voluit. **Gomes.** in commentariis huius regulæ q. j. quod putarem verum quo ad prohibitionem: ne successorem in confinio mortis sibi cõstituere, vel eligere debeat: sed quoad alia vix comprehenderetur, sicut nec Imperator quod tanquam rarum amplius non discussio.

Sed in Cardinalibus resignantibus aliquod beneficium fateor habere locum, cum in generali dispositione concernente animæ salutem, & bonum publicum, Cardinales cõprehendantur, maximè quando fraus apparet, quæ procul ab ipsis esse debet. **Gemi.** in c. si propter, de rescrip. in vj.

In episcopatibus & abbatijs procedit hæc regula.

Et Gomes. hîc, & in proæm. regul. **Cancel.** dicit hanc regulam seruari in episcopatibus, & abbatijs, & prioratibus electiuis: quorum nominatio in hoc regno ad Regem spectat. scripsi in s. j. in verb. dispendiose, de regia ad prælat. nominatio. fac. in concordia.

Familiares Cardinalium hic nõ excipiuntur.

Insuper **Gomes.** hîc frustra quærit, an habeat locum in familiaribus Cardinalium resignantibus: quia licet facta sit resignatio cum consensu illius Cardinalis, & sic iure expedita sit: tamen si moriatur resignans intra viginti dies, vacabit per mortem, non per resignationem: quandoquidem hîc nullus excipitur, & cum Cardinales cõprehendantur, multò magis & illorum familiares.

Si verò postea resignans moriatur, valebit prouisio per mortem, sed cum consensu domini sui Cardinalis, aliàs non per aliam regulam **Cancel.** quamobrem non possum satis admirari vanam in hac re disputationem **Gomes.** & quæ parum huic regulæ conferat.

In infirmitate constitutus.

GLOSSA SECUNDA.

Resignatio proxima morti reprobat.



V D I quid diuus scriba Hilarius Papa de his resignantibus his verbis, Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum seruntur alios designatis nominibus subrogare: vt scilicet non legitima expectetur electio sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu quod quàm graue sit æstimate. Ab vniuersis acclamatum est, hæc præsumptio

sumptio nunquam fiat, Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. cap. plerique. viij. q. j. itaque cum hæc renunciatio proxima morti sit, reprobatur: nondum tamen ante istam regulam declaratum fuerat tempus, ideo statuit hic. xx. dies in confinio mortis dici.

2 Imprimis in hoc tex. præmittenda sunt requisita, vt locum habeat ista regula. Requisita in hac regula primò in infirmitate. Primò enim requiritur, quòd aliquis sit infirmitate constitutus, ibi, constitutus: ergo si esset sanus resignationis tempore, licet postea fero quodam moriatur intra viginti dies, nec tamen habebit locum hæc regula: quia resignans non est in infirmitate constitutus. facit c. de his, de sepultur. vbi si constitutus in infirmitate donet monasterio, parochialis ecclesia canonicam portionem habere debet: secus si sanus donauerit, vt ibi, nisi præstiteris consensum resignationi post infirmitatem: vt declarauit Papa Paulus in fin. regularum suarum, in ij. regula.

3 Quia paria sunt resignare, vel præstare consensum resignationi. doc. in cle. vna, de renuncia. vnde si quis sanus resignet, & post datam superplicationis in infirmitatem incidens consentiat, nisi vixerit dies viginti connumerandos à die consensus huiusmodi, beneficium vacabit per obitum, vt est videre in d. regul. Pauli. & est bona declaratio, quam probat iste tex. & Erancif. Marcus ita docet q. cclxxxiii. in j. parte.

4 Vnde qui impetrauit per obitum, & allegat infirmitatem, eam probare debet sicut qui dolum allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. nisi resignans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc præsumitur, quòd antea fuerit infirmus, & hoc residet in arbitrio iudicis discutere, quando statim vel non, l. vna. C. de emenda. feruor. per. glo. ibi scripsi in interpreta. l. diuus. ff. de senatu. con. Sillania.

5 Intellige siue tempore resignationis fuerit leuis febricula, vel quartana verus, seu grauis & dura infirmitas: nam sufficit per istum text. quòd moriatur ex illa infirmitate intra xx. dies, nam interdum in principio leuis est infirmitas, & postea sensim nisi occurratur, ingrauescit, licet quandoque differant in alia materia, l. quæsitum. ff. de re iudica. l. secunda, si quis cautio.

6 Etiam procedet iste textus seu febris sit continua, siue continens siue intermittens, aut interpolata (vt dicunt Medici) nam si id temporis quis resignet, & postea moriatur intra viginti dies, locus erit huic regulæ: vt per obitum censeatur beneficium vacare: quia licet intermiserit dolor in febre interpolata, nihilominus hîc quamdiu humor est abundans in corpore, dicitur in ægitudine constitutus: vt dicunt Medici: ergo habebit locum hæc regula.

7 Nec refragatur l. final. C. de curator. furios. vbi furiosus tempore dilucidi interualli potest contrahere, & alios actus facere, quippe tunc cessat furor, at hîc in febre interpolata non cessat infirmitas: ergo nec cessabit hæc regula.

8 Extenditur etiam iste textus ad reincidentem in morbum: vt si quis tempore resignationis, videbatur sanus, tamen postea rein-

Reincidens in morbum an continentur in hac regula.

cidit in pristinum morbum, ex quo mortuus fuit intra xx. dies: vacabit hoc beneficium per obitum, quia censetur constitutus in infirmitate tempore resignationis, licet parum intermiserit, & non fuerit continua infirmitas. l. qui tertiana. ff. de ædilit. edicto: quippe non videtur sanus, qui statim ad infirmitatem rediit. l. penul. ff. de diuort. glo. in l. Martius. ff. loca, & Ioan. Franciscus de Ripa. in tracta. de peste, fol. 142. versi. in super quæro. † Vbi limitat quando reincidisset ex noua causa, vt per luxuriam, ex qua nascitur omne venenum: quia tunc nequaquam censetur infirmus fuisse tempore resignationis: secus si reincidisset ex pristina causa, quod præsumitur, per ea quæ superius adducta fuere. l. quod ita. ff. de ædilit. edicto. & luxuriam dicit valere esse blandum venenum, quod facilius est accusare, quàm vitare, facit capitul. quia sanctitas, §o. distinct.

Intellige de infirmitate corporis, quæ carnem & corpus grauat, & postea dissoluit: de qua loquitur dict. l. quæsitum, ff. de re iudica. cap. nisi cum pridem, de renuncia. c. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio. vbi Panor. scribit sex causas, ex quibus infirmitates solent hominibus contingere. Et in quibus profit tradit Benedi. in repet. c. Raynutius, in verb. mortuo, j. de testam.

Infirmitas animi non continetur in hac regula.

Secus de infirmitate animi, quæ furiosis inest, prodigis, amentibus, & aliis descriptis in l. j. & seq. ff. de ædilit. edicto: nam de hac non intelligitur hæc regula. Sed de vtraque infirmitate, vide per tex. & gl. in l. secunda, ff. de testam. quippe resignatio ab his facta non valet: vt inferius dicam. Alias beneficium non vacabit nisi per obitum dict. l. in negotiis. ff. de regul. iuris. c. j. & c. si quis insaniens. xv. q. j.

Et quando loquimur de infirmitate, intelligimus de corporis infirmitate, licet interdum soleat in iure canonico exprimi infirmitas corporis, in c. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio.

Senex an infirmus dici possit.

Nec intelligetur de senes etiam capulari, qui propriè non dicitur infirmus, & cui non conueniunt verba, nec dispositio: c. indemnitate, §. supradicta, de elec. in vj. Et lata differentia est inter senes & infirmos, quippe videmus plerisque senes ita penè robustos, quàm iuuenes, maximè qui castè vixerunt: nam hircosos, vt ita dicam, senes ferè valetudinarios videmus: ob id dicerem, quòd si senex nulla valetudine interna detentus, sed tantum naturali senectute resignauerit, licet postea ex superueniente infirmitate moriatur intra xx. dies, non habebit locum hæc regula, sed resignatio valebit: quamuis contrarium videatur tenere gloss. in pragma. sanct. in §. item quod omnia, in verb. permutationis, de collat. quam suo more transcribit Ioan. de Selua, in tract. de benefic. in iij. parte. quæstio. xvij.

Sanus infectus peste an comprehendatur in hac regula.

Sic quoque dicerem hæc regulam non habere locum in sano infecto peste, & renunciantem meru pestis instantis, nec in eo qui volebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, vel bellum: quippe non sunt hi constituti in infirmitate, licet in periculo sic: sed iste text. infirmi

firmitatem requirit, quinimò sani sunt, & integri, & possunt euadere periculum, si ipsi velint, & Deus permiserit.

15 Et xc. infirmitatis priuilegia describit hic Gomef. q. ix. constitutus enim in infirmitate dicitur, qui iam afficitur valetudine, & infirmitate: vt probatur à simili in c. ij. & c. indecorum, de ætate. scripsi in §. j. in glo. constitutum, de nomina. reg. in Concorda.

Constitutus in infirmitate quis dicitur.

16 Si tamen quis affectus vulnere lethali resignet, & non vixerit per viginti dies, vacat beneficium per obitum: & locus erit huic regulæ, quia simul atque faucius est, maximè si lethali vulnere, dicitur in infirmitate constitutus, intantum vt Medici cum isto regulis vtantur eisdem, quibus cum alio febricitante, l. si. ff. de his qui deiecerunt. & superueniens febris ex tali vulnere creditur emanare, sicq; dicitur infirmitate grauari. l. ita vulneratus. ff. ad legem A qui. Igitur in eo procedet hæc regula. l. vna C. de emenda. seruo.

Vulneratus dicitur infirmus.

17 Quæ satis comprehendere videtur prolixam distinctionem Gomef. volentis hanc regulam procedere in magno vulnere, ex quo poterat mors sequi, secus si ex modico vulnere, l. vulneris magnitudo. ff. de iniuriis, vbi Angel. & l. j. §. vitium, ff. de ædilit. edicto. Hippoly. in practi. sua, §. & quia. sed quorsum illa? si dicamus enim tale vulnus esse, ex quo mors superuenerit, non video qua ratione leue vulnus possit appellari.

18 Aduertendum est, quòd licet furiosus non possit resignare, vt supra diximus: si tamen quis mentis erat compos ante infirmitatem, & doloris causa incidit in rabiem, is non poterit resignare, nec alios actus facere: l. in aduersa. ff. de testam. l. in negotiis, ff. de regul. iuris, vnde tria oportet probare, infirmitatem & furorem, & quòd id temporis fuerit furiosus.

19 Nam licet probatum fuerit eum varia & diuersa dixisse deliria causa morbi, nisi probetur quòd eo tempore resignauit, vel constituit procuratores ad resignandum, valebit resignatio, sicut testamentum, per text. in l. quoniam, ibi, seminecis & balbutiens lingua profudit, C. de testament. Benedi. in repetitio. c. Raynutius, in verb. in extremis, per illum tex. hoc etiam docet nominatim Petr. Paris. confi. xv. circa fin. nu. 9. col. ij. in iij. volumi.

Tria probanda ad irritandam resignationem infirmi facti furiosi.

20 Si verò fuerit facta resignatio à furioso, habente dilucida interual- la, non præsumetur facta tempore sanæ mentis. capitul. super hoc, de renuncia. ideo oportet quòd resignatarius hoc probet, per text. iuncta glossa in capitulo fina. de successione ab intesta. in verb. compotem. quod probat Lanfranc. in capitulo. quoniam, in verb. testium, columna xxxvij. de probat. & Alexan. consil. cxxxj. in primo vol. & confi. lxxxv. nu. 6. in ij. vol.

An presumatur facta tempore sanæ mentis.

21 Vltimo noto tres casus ad huius regulæ elucidationem. Primus est quòd infirmus tempore resignationis si moriatur intra viginti dies, vacabit beneficium per obitum: & ad hoc facta est hæc regula.

Tres casus ad regulæ intellectum.

Secun

Secundus casus si infirmus tempore constitutionis procuratoris, factus tempore resignationis moriatur intra viginti dies, non habet locum hæc regula, quia tempore resignationis oportet quod sit infirmitate constitutus, per hunc text. qui tamen in hoc casu non erat & sic non habet locum regula:

Tertius casus, si resignans sit sanus tempore constitutionis procuratoris, & postea tempore quo resignat sit infirmus, & moriatur intra viginti dies de infirmitate, beneficium vacabit per obitum: quia verba & meus conueniunt, ergo & dispositio. l. iij. §. toties. ff. de damno infecto. & quia rationes huius regulæ locum habent: nam hic de suis beneficiis quodam modo testari videtur, siue inopinata mors fuerit, siue alia, quia sufficit rationes esse & verba, nec æquitatem video in contrarium.

Derogari an huic regulæ possit, & à quo? respondeo, derogari posse: 24 nam omnis res per quasunque causas nascitur, per easdem & dissoluitur. c. j. de regulis iuris. & ab eo qui illam condidit, & sic à Papa: quia eius est dissoluere, cuius est ligare, l. si puellæ. ff. de sponsal. & nihil tam naturale, quam eodem genere quodcunque dissoluere, quo colligatum est: l. nihil. ff. de regul. iuris.

Intellige ex causa iusta, quæ mouere possit ad tollendum rationem huius regulæ: nempe si quis valetudine detentus aduersa videat beneficium fortè in manus hæreticorum incidere posse, si per obitum vacet: ob id infirmus illud resignauerit in manibus Papæ, iustè poterit Papa huic regulæ derogare.

Quæ licet sit iusta derogatio, tamen eius est iustior: ideo potestas Papæ data est, vt iustiore sequatur sententiam: & hoc probat tex. in cap. vnde. viij. quæstione prima. vbi diuus Perrus inducebatur sic ad eligendum successorem Clementem: & sic non est inconueniens legem esse iustam, & derogationem iustiore: nec sequitur, hoc est iustum, ergo contrarium est iniustum: & cum sit hoc peritis notorium, pluribus non probabo.

Derogari huic reg. potest etiam in mensibus graduatorum. Sed an Papa possit derogare huic regulæ in mensibus graduatorum 27 & nominatorum? hoc multis argumentis probavi in §. præfatique ordinarij, in verb. vacare, de colla. in concordia. vbi allegavi Senatufcon. audita parte & vniuersitate à duabus classibus conclusum, & demum probatum.

A deo quod hodie iniuriam facit reuerendis. Senatui, si quis semel ab eo iudicata ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendar: l. nemo. C. de summa trinita.

Princeps derogando iuri, non abutitur. Nec est abuti, si Papa prouideat ne in hoc casu locus sit regulæ: 29 alioqui Rex & princeps quando derogat legi à se editæ abuteretur: quod quàm sit stolidi iudicij dictum, nemo non videt: nec est reseruatio, nec species ipsius, quia statim prouisio facta à Papa ad resignationem valetudinarij valet: & Papa decernit, quod licet intra viginti dies resignans moriatur, non vacet per obitum, huic regulæ derogando

30 gando, ac si facta non esset: † Nec per hoc dicitur derogare regulæ, de verisimili noticia, quia non vacat per obitum: quia Papa facit vt non sic vacet, nec iniuriam facit ordinario admittendo resignationem, & non vtendo reg. in hoc casu, quia eam tollere potest, & sic illi derogare.

31 Nec priuilegium fuit datum nominatis & graduatis miserationis gratia, sicut viduis & orphanis, ac id genus hominibus, vt in l. j. C. quando Imperator inter pupillos. scripsi in articu. fin. de sentent. prouision. in constitution. regul. sed fauore literarum & literarum. *Præuilegia data nominatis quare fuerunt illis concessa.*

32 Alioqui non competeret scholasticis diuitibus, vel saltem illis, quibus bellè prouisum est à parentibus diuitibus: & tamen omnibus scholasticis hæc priuilegia competunt: vt doct. notant in interpreta. authen. habita. C. ne filius pro patre. vbi etiam scripsi in tractat. de scholastic. priuileg.

33 Nec dicitur derogatio huius regulæ iusta, contraria utilitati publicæ, sed conueniens, vt prædixi: & sic non obest l. iubemus primo, C. de sacrosanct. ecclesi. & quamuis non videatur in dubio derogatum priuilegio vniuersitati concessio. l. decurionibus secundo, C. de silentia. lib. xij. tamen si hoc exprimat in derogatione, non est opus coniecturis: l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.

34 Et ita derogatio in vno casu facta non tollit omnino priuilegium, nisi in illo casu iustiore: & multa specialia possunt circa idem concurrere, quando de voluntate concedentis appareret.

35 Vnde potest Papa dispensare cum minore ex causa, vt habeat beneficium etiam curatum, licet ibi duo sint specialia, & quod habeat beneficium curatum, & quod non promoueat durante tempore minoritatis: vt dicam infra de dispensatione: & hæc no. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vfucapio.

36 Nec me mouet illud vulgare, quod approbo, non possum reprobare, l. Pomponius, ff. de negot. gest. l. in arenam, C. de inoffic. testamen. sed episcopus probauit collationem, ergo eam reprobare non potest, licet facta sit per resignationem: verum ipse episcopus non reprobat collationem, quam fecit: sed ista regula eam nullam reddit, vt in text. patet, ibi, collatio nulla sit: & postquam collatio est nulla, beneficium est vacans huius regulæ autoritate: ergo episcopus illud conferre denuo poterit, quia in eo non deliquit.

37 Nec etiam refragatur c. inter cætera, de præbend. ibi episcopus tenetur de euictione, quando contulit beneficium, quod non potuit conferre, quia fortè alij debitum, vt inter permutantes: de quibus loquitur ille text. sed quando episcopus resignationem ab infirmo factam recipit, & confert Titio: hoc potest episcopus facere, quia beneficium vacat, & nulli est debitum.

38 Ideo si postea autoritate huius regulæ remoueat beneficium à d. Titio, quia infirmus moritur ante viginti dies, non tenebitur ordinarius: quia

Derogatio iusta non est utilitati publicæ contraria.

Reprobare collatio quando possit à collatore.

Episcopus quando de euictione teneatur.

quia hoc non facto suo, sed legis peruenit: non magis quam si homicida priuatur suo beneficio: alioqui quando aliquis priuaretur autoritate legis, episcopus teneretur: quod est absurdum, etiam episcopus contulit beneficium, quod conferre potuit, quia nulli alij debitum, in c. inter cætera, erat permutanti debitum, ideo episcopus teneretur.

Lex nō fit ad alii cuius incommodum.

Nec me conturbat, quod hæc regula est facta ad cōmodum & libertatem ordinariorum, & contra commodum Papæ. respon. quis diceret, nisi vellet insanire, quod quis contra se tantum legem vellet ferre, quippe de natura legis est, vt generalis sit. l. leges vt generales. C. de legi. & vt non fiat ad commodum vel incommodum alicuius, alioqui non est lex, sed fæx. c. cum omnes, de constitutio. † Iraque debemus dicere hanc regulam generalem, vt omnes liget, & maximè quatenus rationes se ad illos extendunt: sicut dicimus de ordinariis.

Resignauerit.

GLOSSA TERTIA.

Resignatio quacunque hic comprehenditur.



SECUNDO requiritur quod is infirmus resignauerit, nam si resignare tantum promiserit, vel constituit procuratorem ad resignandum, non procedet hæc regula: sed vacabit verè beneficium per mortem possessoris: siquidem aliud est promittere resignare, & aliud resignare: argumento l. aliud. ff. de regulis iuris. Decius consilio quingentesimo secundo, & sequenti. Et qualiscunque fuerit hæc resignatio, locum habet regula: siue enim facta fuerit referuatis fructibus, siue non, seu purè, seu in fauorem, semper dicitur resignare: & cui adaptantur verba, & dispositio legis quartæ. §. toties. ff. de damno infecto, aliàs in facultate partis esset seruando sibi pensionem, aut fructus, istam regulam tollere: quod non est dicendum: quia nemo potest facere, quin leges in sua dispositione locum habeant. l. nemo. ff. de legatis primo, & sic intelligitur cum effectu. l. j. ff. quod quisque iuris, c. relatum, de cleri. non residen.

Resignatione seu facta coram ordinario nō poterit iterum fieri coram Papa.

Idem si quis resignasset coram ordinario causa permutationis, & postea coram Papa simpliciter: si primo facta fuerit resignatio ab infirmo coram ordinario, & ab ordinario admissa, valebit quidem, si resignans viuat ultra viginti dies: si verò citius moriatur, non valebit collatio facta ab ordinario, per istam regulam, nec ipsius Papæ prouisio, quia non vacabat beneficium: & sic non poterat illud Papa conferre: sicque iudicatum fuit, vt scripsi in §. volumus, in gloss. vltim. de collat. in Concorda. vbi licebit alia videre: & sic computabitur tempus à die quo resignauit, non ab eo die quo procuratores constituit ad resignandum, per istum text.

Siue

Siue simpliciter, siue ex causa permutationis.

GLOSSA QUARTA.

1 **H**AEC VERBA sunt in regula Innocen. octaui, quæ licet nunc desint in regul. Iulij iij. nihilominus crederem in quacunque resignatione procedere, siue simpliciter facta fuerit, siue causa permutationis: de quibus superius dictum fuit nam indefinitum verbum resignauerit, æquipollet vniuersali. c. vt circa, de electio. libr. vj.

2 Sed dubium est, an is, qui permutauit cum ægro, qui decesserit intra viginti dies, possit ad suum redire, beneficium, si contingat ab eo, quod habuit, euinci: quod videbarur, per c. si beneficia, de præb. in vj. quidam tamen contrarium asserunt propter animum fraudandi, quem videtur habuisse: nam cum cerneret istum ægrum, non debebat ab eo extorquerè suum beneficium in præiudicium expectantium, & ordinariorum: & cum hoc tentauit, non est vsus iuris concessione, ideoque priuari debet vtroque. cle. vna, & ibi gl. j. de ret. permut. nec dolus huic debet patrocinari, c. sede, de rescrip.

Permutans cum infirmo si illius beneficium amittat, an ad suū beneficium redire possit.

3 Tum impurandum illi est, quod vltro se periculo exposuerit, si quidem poterat cogitare istum moriturum, quem videbat infirmitate premi: quapropter eidem non est subueniendum. l. si fideiussor. §. j. ff. qui satisfacere cogan. & pro hoc est text. formalis in c. j. in fi. de renunciat. in vj. ibi. & eidem renuncians habita omnino careat, & ambita: quod debet intelligi, cum appareat de fraude, quæ videtur apparès eo ipso, quod beneficium ægri recepit. l. Medicus. ff. de extraordina. cogni.

Prædicta declaranda sunt, quando sanus iam renunciaffet beneficio secus si tantum ex parte valétudinarij facta fuisset: quia eo casu hic sanus vtrunque habebit beneficium, & bona (vt dicunt fortuna gaudebit) vt supra dixi hac parte.

4 Intellige verò beneficium illius, qui facta permutatione obiit ante xx. dies, vacare per obitum illius: & de hoc non est dubium beneficium quoque resignatum per sanum compermutantem vacabit per suam resignationem, eo quod hic annullatur collatio infirmi: vt vult text. quod per obitum censeatur vacare: sed non potest valere permutatio ex vna parte: l. prima. ff. de rerum permuta. & inferiùs dicitur, ideo vacabit vtrunque: & is qui fraudem fecit, amittet suum beneficium: caueat ergo quis ne perniciosas huiusmodi permutationes facitet. alibi dicam abundantius: quia res est ardua, & maximè infrà de permut.

5 Amplia etiam istam regulam habere locum siue permutatio facta fuerit de æqualibus beneficiis, seu de inæqualibus: tum quod text. indi-

Permutatio etiā inæqualis hic annullatur.

stinatè loquatur de permutatione, ergo de omni permutatione: vt not. Hostien. in summa, de rerum permutatione. & doct. in rubric. illius tituli, per l. de pretio. ff. de public. in rem actio. & si voluisset hic Papa tantum intelligere ad beneficia æqualia dixisset, iuxta capitul. ad audientiam, de decim.

Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio, & resignando priuat ordinarium sua collatione, & nominatos ac alios spectantes: Nempe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianen. quod permutat cum alio beneficio sito in episcopatu Parisien. & postea moritur intra xx. dies: nisi hæc esset regula, Nominati Aurelianen. essent priuati illo beneficio: quia beneficia causa permutationis vacantia non debentur eis. §. volumus, de coll. in Concord. Sed per obitum vacare censetur, per istum text. & sic nominatis debebitur.

Nec refragatur quod hæc regula extracta sit ex visceribus. c. secundi de renunc. in vj. & sic debet intelligi secundum illud, quia respon. illum text. esse factum ad obuiandum fraudibus, quæ fiebant expectantibus per has fraudulentas permutationes: iste verò text. est factus ad obuiandum fraudibus, quæ fiebant ordinariis & expectantibus, ne quis testetur de beneficiis, ne ve sit in illis successio: vt in c. j. de præb. à quo dicere potius hanc regulam elicita, necnon ad obuiandum malitiis illorum, qui suadent infirmis, vt beneficia sua resignent: vt dixi in tract. nominatio. q. xvij. nu. 5.

Quod si dicatur fraudis præsumptionem abesse, quando sunt æqualia, respon. successionem non cessare: vt dixi. At quando sunt plures rationes, vna cessante non cessat dispositio. §. affinitatis, de nup. in instit.

Fauorabilis est
hac regula.

Nec obstat quod hæc decisio est odiosa, quam obrem restringenda: l. cum quidam, ff. de liberis & posthumis. Respond. Imò est fauorabilis: quia iuri conformis, & introducta ad fraudes euitandas. Et miror Domi. Gomef. tenere contrarium super hac regula, quæstione xix. appellans eam odiosam, quam in aliis fermè quæstionibus iam dixerat esse fauorabilem, vt quæ concernit animæ vtilitatem, & bonum publicum: hoc in quæstione prima, tertia, & quinta, & sexta, ac plenius decima septima, sic vt valde sibi contrarius fuerit in hac regula: nisi solutionis gratia dicamus esse partim fauorabilem, partim odiosam, sed mallem eam vocare fauorabilem, & concilio generali conuenientem: vt probaui supra in glo. ij.

Aliq

Aliquod beneficium.

GLOSSA QUINTA.



ERTIVM requisitum, quod aliquis resignauerit beneficium, ibi beneficium quod largè intelligitur, vt comprehendat etiam dignitates, per glos. in regul. prima, de regul. iuris, in vj. & in clemen. auditor, de rescri. & quæcunque alia beneficia ecclesiastica, siue regularia, siue secularia: cum textus hic simpliciter loquatur: Atque officia ecclesiastica, & capellas, & capellanias. gloss. in clemen. secunda, de deci. Feli. in capitul. postulasti, de rescript. scripti in tract. nominatio. quæstio. ix. etiam si esset hospitale, quod solet dari in titulum, per clement. secund. de præbend. scripti in tract. nominatio. quæstione xv. & sic in altaribus & leprofariis, & aliis quibusque non exceptis, quæ in titulum conceduntur. doct. in clement. quia contingit, de religios. domib.

Beneficiū omne
hic comprehenditur
ecclesiasticū

Intellige siue vnum resignauerit, siue plura, argu. l. iij. §. j. ff. de negot. gestis. scripti in §. præfat. que graduati. in verbo nominationis, de colla. in Concord. quia indefinita æquipollet vniuersali, capit. vt circa. de electione. lib. vj.

Non tamen haberet locum in officiis profanis resignatis coram Papa vel Rege: quia tunc oportet, quod dies xl. viuat resignans ex statutis Regni Franciæ, & eius communi obseruantia: vnde quando officij Regis admittitur resignatio, solet Rex in literis excipere, dummodò resignans infirmus non sit, & viuat per quadraginta dies: vt habetur in decis. Francif. Marc. cclxxxiiij. in prima parte: habebit tamen hæc regula locum etiam in collationibus à Rege factis de quibusdam beneficiis quorum collatio ex priuilegio Papæ spectat ad eum, vt fuit iudicatum in hoc Senatu, prout scripti in §. primo, in gloss. dispendiosè, de nomi. reg. in Concord.

Resignas officiū
regium, xl. dies
viuere debet post
resignationem.

Dimiserit.

GLOSSA SEXTA.



OC verbum prius fuit additum per Paul. tertium, & tunc approbatum per Iuliu tertium: facit c. si beneficia, de præb. lib. vj. & plenè scripti in tract. de pacifi. possessio. numer. 147. cum seq. nam si fortè quis in infirmitate constitutus dimiserit seu reliquerit beneficium, fortè quia eum poenitebat tot deuorasse fructus beneficiorum, & animas pauperum: & demum intra viginti dies moriatur, beneficium dicitur vacare per mortem, non per istam dimissionem: vt locum habeat hæc regula: alioqui fraus sic fieri posset huic re-

Dimittēs benefi-
cium resignare
illud videtur.

gulæ dicendo, ego dimitto beneficium, cum in agone sim constitutus: & qui dimittit, tacite resignare videtur: vt superius scripsi, & plenius in tract. de pacif. pof. in xxij. amplia. nu. 147. & sequenti.

Aut illius commendæ cesserit.

GLOSSA SEPTIMA.

Commendatarius mories in tract. xx. dies continetur in hac regula.



VAMVIS olim doctores Ultramontani dicerent esse dubium, en ista regula procederet in eo, qui cedit commendæ, & multa producerent, quæ refert hîc Gomef. quæstione decima-tertia, & Cassad. decis. xxxij. hodie non erit amplius dubitationi locus, quandoquidem hic textus expresse decidit: quod si quis cesserit commendæ, & moriatur intra viginti dies, beneficium vacabit per mortem, non per cessionem commendæ: pro titulo enim habetur hæc commendæ: vt scripsi supra tractatu de commendæ, siue sit commendæ perpetua, siue temporalis. vnde si parochialis ecclesia fuerit commendata per sex menses alicui, & interim iste pressus infirmitate cedat commendæ, nisi vixerit tempore præstato post cessionem, dicerem hunc textum locum habere: quia verba conueniunt huic textui dicenti Commendæ cesserit: hic cedit commendæ: ergo, &c. nec loquitur iste textus de perpetua magis, quàm de temporalis: sed simpliciter ait, dimiserit. dimittit autem is qui cedit commendæ etiam temporalis. capitulo nemo, de electio. in sexto. ergo textus iste locum habet: licet Gomef. contra. vide quæ dixi in tractatu de pacificis possessoribus amplia. v. numero. 35. cum sequen.

Seu ipsius beneficii vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ.

GLOSSA OCTAUA.



INTELLIGE quando resignans ius habebat in illo beneficio, alioqui cõtra: vnde si beneficium vnitum quis resignauerit, quod possidebat, sed erat vnitum in eius vita vt potest fieri etiam eo non consentiente, clem. vlt. de rebus ecclesi. non alienand. licet moriatur ante viginti dies non censetur vacare per obitum, per ista regulam: nec alio modo, sed vnio fortitur effectum.

Post dissolutionem vnionis beneficii resignati in hac regula comprehenditur.

At si beneficium erat vnitum, & ego possessor illius consenserim vnionis dissolutioni, resignauerimque illud beneficium vnitum: si demum intra xx. dies moriar, vacabit per mortem beneficium, non per resignationem per hæc verba. addita. Iulium Papam tertium, etiam si consenserit

consenserit dissolutioni vnionis per supplicationem signatam dum esset sanus.

Idem dicerem, si quis infirmus resignaret beneficium alterius: nam ^{Resignans non suum beneficium si postea non uiuat per xx. dies, non uacabit tamen per mortem illud beneficium.} quamuis ipse moriatur ante xx. dies, tamen illud beneficium non suum nequaquam vacabit per eius mortem: nam beneficium quod si quis habet, sine facto perdere non potest. lege id quod nostrum. ff. de regulis iuris, quia non potuit resignare, quod non habebat. lege si vniuersæ, C. de legatis. s. seruus, institutionibus. de capitis diminutio. requiritur ergo quod is, qui resignat ius potentius habeat.

Et sic dixi, quod si ex tribus colligantibus vnus in infirmitate constitutus resignauerit, & moriatur, vt hic, beneficium quoad alios colligantes non vacabit per obitum, nec erit eis opus noua impetratione: secus si iste mortuus ius potentius haberet: quia tunc etiam haberet locum hæc regula. quia iste resignat beneficium, & moritur intra viginti dies, &c.

Extende quoque præfatam regulam in eo, qui bullis nondum leuatis ^{Bullis nondum leuatis resignans an cõtineatur in hac regula.} resignaret ius præteritum: quia textus iste non requirit possessionem: nam qui ius ad beneficium habet, ipsum beneficium habere censetur. lege qui habet actionem. ff. de regulis iuris. & quia rationes huius textus habent locum in isto. ergo & decisio: quamuis minus sit habere ius, quàm beneficium. lege minus. ff. de regulis iuris, maxime in Francia, vbi sunt infiniti processus & longiores. capitulo fundamenta, de electionibus in sexto.

Et postea intra xxx. dies.

GLOSSA NONA.



QUARTO requiritur, quod resignans moriatur intra viginti dies: quod si postea, non habet locum ista regula: vnde si decesserit vigesimo primo die, tunc valebit resignatio: nec censetur vacare beneficium per mortem illius resignantis. Accipitur autem hîc dies, pro die naturali vigintiquatuor horarum, prout more Romano sumitur, & communiter, vt l. more. ff. de feriis. scripsi in l. secunda, ff. de verb. signific.

Habebit quoque locum hæc regula, etiam si admissa resignatione ^{Per mortem Papæ non extinguitur hæc regula.} moreretur ordinarius intra viginti dies, vel Papa: quia licet per mortem Papæ extinguantur regulæ, tamen hæc lex regni facta est, eo ipso quod in Parlamento fuit recepta & registrata: quæ intantum fixa manet, vt nihil officiat mors Papæ. Tempus autem registrationis huiusmodi fuit ^{Regula quo anno registrata.} anno 1493 die xx. Nouembris: & ab eo tempore seruata.

A die per ipsum resignantem præstandi
consensus computandos,

GLOSSA DECIMA.

Viginti dies à
die præstandi cō
sensus computa
tur.



QUINQUE computantur isti viginti dies à die consensus præstandi: hoc addidit Iulius secundus, & hoc confirmavit postea Paulus tertius: nam si quisquam resignauerit calendis Ianuarij, vigesima prima die censetur viginti dies, & si vixerit post resignationem per viginti dies, à die tamen consensus per decem octo dies tantum, nequaquam censetur vixisse viginti dies, ita quod beneficium vacabit per mortem.

Et intellige siue consensus fuerit præstitus per procuratorē, siue per resignantem: nec sufficeret consensus præstitus per constitutionem procuratoris: sed requiritur quod consensus præstetur, vbi fit resignatio.

Secunda resignatio est inutilis.

Sed si quis bis resignauerit, sufficit quod viuat xx. dies à die consensus præstiti primæ resignationi, quia illa valet, altera nō, cum per resignationem primā nullum ius habeat postea resignans, quamobrem iterum resignare non poterat: in præsentia, cum aliis multis, de renuncia c. inter, de præb. nec secunda resignatio inutilis impedit primam vtilem, iuxta no. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. pet. c. ex tenore, de rescrip.

Vnde si in prima resignatione derogatum non fuerit huic regulæ, sed in secunda: sic non impedit illa derogatio huius regulæ, quominus beneficium vacet per mortem, videlicet si resignans moriatur intra viginti dies à die primæ resignationis: quippe secunda resignatione & prouisione nulla existente derogatio quoque tanquam accessoria non valebit, l. cum principalis. ff. de regulis iuris. & alia dixi in regula sequenti, de publicandis resigna.

Collatio ante procuratorij receptum non valet, unde consensus præstare oportet.

Imò si quis vt procurator primò resignauerit ante procuratorium, & domini consensum, licet ex post facto procuratorium fuerit missum & receptum: non tamen valebit collatio ante præfatum domini consensum, aut eius procuratorium, nisi de nouo conferatur: quia pars non potest ratificando conferre, quamobrem rursus desideratur nouus conferentis cum collatione consensus, in partis siquidem potestatem non est ratificare collationem nullam: sed requiritur & consensus & prouisio conferentis & resignantis. vide quæ dico infra in regul. de publican. resigna.

Consensus post resignationem præstari solet.

Ideo si cōtingat ante procuratorium receptum, procuratorem in vim procuratorij mittendi resignare: dic quod si tale procuratorium præcesserit illam collationem, valebit quidem prouisio: Si verò procuratorium factum fuerit post collationem, non valebit prima prouisio: & ita seruant pragmatici Romani: quod est notandum. & sic requiritur primò resignatio, postea consensus præstatio: nec consensus præstatur ante resignationem: vt in l. j. no. ff. de rerum permu. doc. in casu per hoc, de renun.

Et.

7 Et sufficit quod sit infirmus, vel tempore quò resignat: vel si id tempore erat sanus, & tempore consensus præstiti erat infirmus, habebit locum hæc regula: cum hæc duo tempora considerentur hic, videlicet resignatio, & præstandi consensus: ac oportet quod his duobus temporibus sanus sit, sicut de testamento & hærede dicitur in §. in extraneis. instit. de hæred. & qualita. Bal. in c. constitutus, de rescrip. quia maxime attenditur tempus consensus, quò omnia perficiuntur, sicut conclusionē. l. si voluntate. C. de rescindend. vendit.

Sanum sufficit esse uel tempore resignationis uel consensus.

8 Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. j. ff. de noxol. ista qualitas est iuncta verbo, ergo debet intelligi vel tempore resignationis, aut tempore consensus, vt hic patet. Et sic nisi vixerit viginti dies à die præstiti consensus, vacabit per mortem beneficium resignantis.

9 Vnde infertur quod dies consensus nō computatur in termino viginti dierum: & hoc probatur per dictionem à, quæ separationem & exclusionem denotat, per gl. in l. datio. ff. de actio. empt. & c. statutum, de præben. in vj. vnde si quis resignaret calendis Iulij, & vixerit vsque ad vigesimum diem, adhuc habebit locum hæc regula, vt censeatur per obitum vacare: verum si lapsus fuerit dies, valebit resignatio: quippe non computabitur hoc tempus de momento ad momentum, sed tota dies computatur: vt si quis resignauerit hora vij. calendarum Iulij, tamen die xx. seq. illa hora vij. non erunt lapsi dies illi viginti, sed requirit tota dies euoluta. l. iij. ff. de minor. l. qua etate. ff. de testamen.

Dies consensus nō computatur nec de momento ad momentum.

10 Verum de stylo curiarum Franciæ illi viginti dies computantur à die resignationis admissæ, & hoc in fauorem tam ordinariorū quam graduatorum, & nominatorū: & sic fuit sæpius in Parlamentis Galliæ iudicatum, teste Boër. q. ccclvij. quæritur. Sed hoc ante declarationem istam Pauli, quæ etiā est repetita per Iulium iij. & sic extincta videtur cum suo autore: nec potest ob hoc argui, quod nō habeat locum in ordinario, etiam si non repeteretur, intelligeretur de prouisionibus, quæ à Papa fiunt, tamē non excluderet tex. aliàs collationes ordinariorū, per alia verba, vt dicam.

De ipsa infirmitate decesserit.

GLOSSA UNDECIMA.



SEXTO requiritur, quod resignans de ipsa infirmitate decesserit, aliàs si fato quodam moreretur, non haberet locum hæc regula, ibi de ipsa infirmitate decesserit. Et hoc dicit gloss. hîc, & Franciscus Marc. quæstio. lxxxv. in decis. Delphi. in j. parte, & dicitur tam mori ex infirmitate, etiam si febris ratione illius superuenerit: vel aliud acciderit ab ipsa infirmitate, secus si extrâ prouenerit. capit. ij. de clerico percussore, capit. continetur, de homicidio. l. alumna. §. finali. ff. de adimendis legatis.

Mori quando quis dicatur ex illa infirmitate.

X iij

facit capit. de his, de sepulturis. Vnde si quis in infirmitate constitutus resignauerit, & postea quispiam eum gladio peremerit, vel domus in eum ceciderit, non habebit locum ista regula, quia non decepsit ex ipsa infirmitate, & poterat forte cadere. per tex. in l. item Mela, §. Celsus scribit. ff. ad legem Aquil. & Soci. in repet. c. ad audientiam, in vij. q. princip. in xxxv. q. de homi. Et liberatio facta per infirmam abbatissam non valet, si de infirmitate decepsit, teste Matth. de Afflic. in deci. Neapol. q. clxviii. *Mors quid sit, et an procedat in morte ciuili.* Ergo relinquatur arbitrio Medicorum, quando censeatur obiisse mortem ex ipsa infirmitate. Bart. in l. si rixa. ff. ad legem Cornel. de Sicar. plenè scrip. in repet. l. Diuus. ff. ad Senatuscōf. Sillan. Et quando nunquam bene reconualuit, præsumitur ex infirmitate præcedenti decepsisse quoad hanc regulam, secus quoad puniendum delinquentē poena legis Cornel. de Sicar. l. vna, C. de emenda. seruo. Fel. in c. presbyterum, de homicid. & Hippol. consil. vij. summi cœli. mors autem, vt cuicumque patet, est separatio corporis & animæ. l. si mater. C. de insti. & subst. & quotuplex fit mors, vide per Lucā de Penna in l. j. col. vij. C. de desert. lib. xj. & Cardin. in clem. j. vt lite penden. Et an habeat locum in morte ciuili, quod non probat glo. & doct. in c. susceptū, de rescript. lib. vj. nam verbum, decepsit, verificatur regulariter in morte naturali. l. si decepsit, ff. qui satisda. cogāt. scripsi. ff. de verb. sig. l. cedere diem. Et quomodo probetur mors, scribit Bart. in tract. suo quomodo & qualiter probetur mors; & Alexan. consil. xxv. in v. vol. abunde scripsi in artic. vlti. tractatu de regeſtis, in secundo tomo constit. reg. ob id non repetā: & sic sufficit duo probare primò, resignantem infirmum tempore resignationis, & demum mortuum intra viginti dies: quia præsumetur mortuus ex ipsa infirmitate, non si fuerit contrarium probatum.

Ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur.

GLOSSA DVODECIMA.

Admissa debet esse resignatio.



SEPTIMO requiritur, quòd ista resignatio sit admissa, vel per Papam, vel legatum ordinarium, vel alium, ibi ac ipsum beneficium quauis auctoritate cōferatur per resignationem; & in registris curiæ Paris. habetur, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficiū vbicumque, etiam si in curia Romana. &c.

Et sic conuenit huic declarationi per Papam Paulum editæ: quippe nisi resignatio sit admissa, nihil actum est: ideoque cessaret dubium, an vacaret per mortem; nempe cum hîc non abdicauerit à se beneficium per resignationē, sed illud tempore mortis habeat, proculdubio vacabit per mortem, quæ omnia soluit. §. deinceps, in auth. de nup. & sic requiritur collat

collatio: alioqui dubium non haberet iste text. vt dixi, & hoc verbum conferatur, esset superfluum, & frustra positum contra tex. & glo. in l. j. ff. quod metus causa.

- 3 Adde per hæc verba quauis auctoritate cōferatur, regulam hanc habere locum etiam in ordinario, cap. & alio quocunque, vt plenè scripsi in tract. nominatio. q. xvij. nam si quis infirmus resignauerit coram eo beneficium, vel simpliciter, aut causa permutationis: & postea resignās moriatur ante xx. dies, illud beneficium ordinarius poterit iterum conferre, quia de nouo vacat per hanc regulam: & quotiescunq; vacat, ordinarius potest illud conferre, seu vacet per resignationem siue per non promotionem, vel per obitum, aut aliàs. *In ordinario an hæc regula locū habeat.*
- 4 Et sic censeatur habere vim duarum personarum, l. si consul, ff. de adoptio. & sicut alter cōferre potuisset illud beneficium, ita & hic: nam quando competunt vni duo iura, sublato vno, nihilominus alterum remanet illæsum, l. si domus, vbi Bartol. ff. de seruit. vrb. præd. l. quoties duplici, de reg. iur. nec hoc fit per extensionem: sed quia hîc expressè hoc statuitur, ibi, quauis auctoritate conferatur.
- 5 Nec refragatur variationem esse prohibitam maximè collatoribus, clem. vna. de renuncia. Respon. verum esse contra ius, & in malum, sed iure permittente licet: imò magnæ prudentiæ est, si reuocaueris id, quod malè egeris. c. magnæ, xxij. q. iiii. vt plenè scripsi in interprete. l. quod iusfit, in præfa. ff. de re iud.
- 6 Nec prima collatio potest impedire secundam, quia prima nulla reditur huius regulæ auctoritate: & sic quod est nullum, non potest impedire secundam collationem. doct. in c. ex tenore, de rescript. quia prima collatio est nulla. *Collatio nulla nō impedit secundā.*
- 7 Igitur hoc casu poterit idem beneficium duobus cōferri, quia bis vacauit, per resignationem videlicet, & per mortem: nec est diuidere beneficium conferendo duobus, quando diuerso tempore vacauit, c. tuæ, de præb. scripsi in glo. Concordat. in verb. vni. §. j. de colla. verū tamen æquum esset, vt si is cui primū contulit ordinarius sit bonus & doctus, eidem relinquere, si non sit aliis beneficiis oneratus, & iterū illi eidem per mortem conferret, & sic non variaret. *Duobus idē beneficium conferri potest.*
- 8 Imò si collator non conferret istud beneficium, sic nunc per mortem vacans, puniretur: vt dicitur in c. de multa, de præbend. ergo potest, & debet illud beneficium conferre: velut plenè scripsi in tract. nominatio. q. xvij. nu. 5. ibi vide, si non graueris, vbi respon. ad consilium Decij, nec est verisimile quòd Papa voluerit in vno loco per hanc regulam prouidere videlicet Romæ, & adscribere sibi legem, & non alij. Imò puto quòd omnem fraudem per hanc regulam voluit excludere, quæ fieret resignando præcipuè in fauorem: nam sic quodammodò videtur fieri testamentum de beneficio, quod est perniciosum, & ita fuit in Rota conclusum: vt refert Cassador. in decis. xxxj. sapius, in decisione sup. regu. cancel. Et d. Gom. in hac regula sapius ita fuisse iudicatū refert. q. xxvj. ego quoque scripsi

*Arestum ut hæc
regula non pro-
cedat in ordina-
rio.*

scripsi sic in Francia fuisse iudicatum, in dict. quæst. xvij. tract. nominatio. Tamen anno 1550. in vigilia Assumptionis fuit prolatus Arestum con- 10
trarium, super parrochia de la Boyfiere, Andegauen. in quo sancitum fuit
hanc regulam non habere locum in ordinario: quandoquidem ordinarius
cum resignatur coram eo, potest non recipere, quia simpliciter coram eo
resignatur: quod si receperit, sibi impuret: secus in Papa, qui solet ei con-
ferre, in cuius fauorem resignatur. quæ liberalitas, ne sibi nimium damno-
sa sit, & ad vitandas successiones, restringitur per hanc regulam, ut non possit
collatione sua priuari, nisi vixerit per viginti dies: ideo si ordinarius per
resignationem contulerit: ipse non poterit postea conferre, ex eo quod
non vixerit per viginti dies: hoc Statuit Senatus variationis gratia, & aliis
multis rationibus inuicem allegatis.

Ego verò putarem Aresta non esse in eadem specie, & in indiuiduo: si 11
tamen contraria essent, arbitraret supplicationem à collatoribus Regi
porrigendam, & exquirendam eius voluntatem, an primum velit seruari,
an vltimum: per vltimum enim approbatur collatio nulla facta per istam
regulam. † Quod an fieri possit, vix mihi persuadeo, datūque vitiosa pos- 12
sessio, & ingressus ad beneficia, contra ca. vnic. de eo qui mittitur in pos-
sess. lib. vj. aufertur etiam libera conferendi potestas, tollitur denique li-
bertas ecclesiastica, ac Papæ & Legatorum facultas prouidendi tollitur
per indirectum: nam si approbetur collatio prima per resignationem, ergo
non poterit iterum conferri etiam à Papa: unde ad vitandum hæc & alia
absurda, quæ possent euenire, primò inhærerem Senatuscōsulto, videlicet
hanc regulam habere locum in ordinario.

Sed fateamur quodcumque velis Arestum, non tamen Papæ, vel eius le- 13
gato nocebit vel alteri qui non contulit: unde cum collatio per resigna-
tionem ab ordinario facta sit nulla per hanc regulam, licebit Papæ, vel
legato prouidere per obitum, non obstante collatione ordinarij: cum hoc
Arestum non videatur eos ligare. Idem si capitulum contulerit per resi-
gnationem, ut Episcopo non prohibeatur conferre per mortem.

Nec obest, quod Arestum approbat collationem ab ordinario factam: 14
verum est quoad eundem ratione variationis: ut is ordinarius, qui iam
contulit per resignationem, non possit aliis amplius conferre, sed non
quoad alium: ideo etiam iure deuoluto poterit immediatus superior illud
beneficium conferre: nam ad suos terminos est restringendum.

*Cautela ut bene-
ficium per obitum
conferatur.*

Imò posset idem Episcopus per mortem iterum conferre, quia non 15
potest ab eo auferri collatio: Sed prouisus per mortem conueniet super
petitorio prouisus per renunciationem, qui si possessorio velit agere,
consentiat eum possessorem, & non in possessione molestandum. verum
quia nulla est sua collatio per hanc regulam, dicat, peto eam nullam de-
clarari: & ea sic declarata, adiudicari mihi beneficium, quod iudex eccle-
siasticus decerneret, videns primam collationem nullam huius regulæ au-
thoritate. Et quod nullum est, non potest tractu temporis conualesce-
re. l. quod in initio. ff. de regulis iuris: & regul. non firmatur, illo titulo,
in

in vj. quod nota tu, qui per obitum es prouisus, ut obtineas beneficium,
vel impetres à Papa, cui non potuit Senatusconsultum nocere: & nec
quidem iure aliis collatoribus.

16 Et si vno die fuerit à Papa collatio facta per resignationem cum de-
rogatione huius regulæ, & eodem die per obitum ab ordinario, Papæ
collatio præsumitur facta prius, tam ratione prærogatiuæ, c. si à sede, de
præbend. in vj. quam etiam resignationis: ut fuit decisum in hoc Senatu,
anno 1524. die 24. Decembris, & valebit per ea quæ no. Felin. in c. in no-
stra, corrolario xvij. & in cap. capitulum, de rescrip. & abundè scripsi in
tract. de pacific. possessio. circa finem, etiam si is cui collatum est ab ordi-
nario, prius acceperit possessionem: ut ibidem scripsi.

*Collatio per resig-
nationem & obi-
tum eodem die
utra valeat.*

17 Præterea non habet hæc regula locum, si collatum fuerit beneficium
per priuationem: licet is qui priuatus est, esset id temporis in infirmita-
te constitutus, & moriatur intra viginti dies: nam hæc verba non con-
ueniunt: & sic nec dispositio: capitul. indemnitatibus. §. supradicta, de
election. in vj.

*Infirmitas priua-
tus moriens in-
tra xx. dies non
continetur hic.*

18 Et iste tex. dicit, per resignationem conferatur: quippe vacatio per re-
signationem differt ab ea quæ fit per priuationem. cap. susceptum, de re-
script. in vj. capit. cum in illis. §. primo, & seq. de præben. ibidem: si tamen
ipse ante priuationem resignauerit sanus: & postea ex sententia condem-
nationis moriatur, non habebit locum hæc regula, quia nec verba ad hoc
tendunt: & si infirmus accusatus resignaret coram Papa subreptitia esset
resignatio, & prouisio: & sic vacaret verè per obitum. idem si vacet per
contractum matrimonium, & postea is intra viginti dies moriatur ex la-
bore Herculeo vxoris nouæ, nec tunc obtinebit iste tex. quia verba non
conueniunt, ut dixi.

19 Sed an possit quis pendente lite super priuatione beneficij resignare?
Respon. posse, per glo. in verb. finita, in c. secundo, ut lite pendente, in vj. non
tamen ex causa permutationis, ne decipiat permutantem secum: ut docet
Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de variis modis vacatio. versi. & per
supradicta, & Boër. in decis. Burdegal. quæst. ccix. tractatur. nu. 6. & quæst.
seq. Dominic. consil. cv. ad supplicationem, quæst. ij. nisi fuerit adiecta clau-
sula, In interpretatione, & cum decreto, quod resignatio illius cedat in
fauorem impetrantis: quod solet concedi post primam priuationis sen-
tentiam, antea verò non.

*Resignare an
quis possit lite
pendente.*

20 Sed vix reciperetur hoc in Francia, quia sapit reservationem: Et sic
hoc casu confertur beneficium alteri, quam permutanti, quando scili-
cet fuit impetratum per istius priuationem: Si tamen hic priuandus in
infirmitate existens resignaret, & moreretur ante priuationem intra vi-
ginti dies, esset locus regulæ: & idem etiam in eo, qui intra mensem de-
bet priuari parrochiali ecclesia per non promotionem: si antea infir-
mus resignet & moriatur, puto hunc tex. locum habere: quia & mens &
verba ad hoc tendunt: secus si pridie quam priuaretur, resignaret, & post-
ea à iure esset priuatus: capitul. licet, & capitul. commissa, de electio.
in sexto.

in sexto. Etiam anno 1552. die 23. Decemb. in publica pronuncia. Do. primus Præses adiudicauit possessorium cuidam magistro Petro, qui obtinuerat collationem per mortem ab episcopo Treceñ. quāuis idem episcopus contulisset præposito Treceñ. per resignationem causa per mutationis facta: sed quia non vixerat viginti dies, vacauit per mortem, vt hinc constat.

Collatio huiusmodi nulla fit.

GLOSSA DECIMATERTIA.

Collatio nulla an
faciat vacare aliud
beneficium.

R sic collatio facta per resignationem est nulla: & quod nullum est, nullum producat effectum: unde vidi dubitari, an hæc collatio facta ei, qui habet duo beneficia, faciat ea vacare, per tex. in clem. si plures, de præb. Respon. non: quia postquam est nulla, nullum fortietur effectum vulgata regul. non præstat impedimentum, & c. si tamen in vim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertij pacificam, vacarent alia duo: vt ibi per eum qui, de præb. lib. vj. quamuis ipso iure collatio nulla sit, vt nec coloratum præstat titulum: ne melioris sit conditionis stultus, quam sapiens: ideoq; in eius detrimentum valebit, at in eius commodum minimè: veluti si per triennium hic possederit, non iuuabitur beneficio, de pacificis possessoribus vt abudè scripsi in tract. de pacific. possess. in Cõcordat, & postquam collatio est nulla, per istum tex. non potest haberi rata: sed oportet quod de nouo per mortem conferatur: alioqui is qui possidet ex collatione prima nulla, non est tutus etiam in foro conscientia, quia sine titulo est.

Ipsūque beneficium nihilominus per obitum censetur vacare.

GLOSSA DECIMAQUARTA.

ADDIT etiam iste text. quod non solum collatio per resignationem facta nulla est: sed etiam beneficium fit collatum censetur vacare per obitum. & ita poterit conferri tanquam per mortem vacans, etiam ab eodem collatore, qui contulerat per resignationem, quia diuerso iure vacat: nec distinguit iste tex. an ab vno & eodem, vel à pluribus. Ex quo patet, quod actus factus per infirmum in præiudicium tertij non valet, unde emancipatio facta à patre de filia, vt testetur, non valet in præiudicium illorum, ad quos hæreditas deuoluebatur. Anch. consi. cccxxx. fuisse, quia in fraudem censetur fieri. Plura adducit Bened. in repetit. c. Raynutius, in verb. in extraneis, nu. 23. & seq. de testam. & plenè Barb. in c. in præsentia, nu. 38. de proba. sic fieri videtur in fraudem & præiudicium illius, ad quem beneficium vel res debet venire post mortem, cui fraudi resistitur hinc.

Actus factus in
præiudicium tertij
non valet.

Etiam quia pressus infirmitate graui facillè resignat, quod secum deferre non potest. Et hoc videbatur ab eo donari non mera liberalitate, sed quia non poterat illud diutius tenere: vult vt alius post mortem habeat

habeat vt sic causa mortis donare videatur, & quodammodo testari de beneficio. l. j. & seq. ff. de donation. causa mortis. nam si hinc non resignasset, vt vacasset beneficium per mortem, ita etiam vacabit: quia resignatio pro non facta habetur, per hanc reg. docet Io. de Selua in tract. de benefic. in tertia parte. q. xlvj.

3 Teneatur etiam hinc resignas, si resignet in fauorem certæ personæ, quæ sit inhabilis: & ei beneficium conferatur ad interesse illi ecclesiæ, & in conscientia: vt abundè docui in interpreta. c. postulasti, in glo. de cleric. excommunicat. ministran. veluti dum tenet ecclesiæ præficere nepotulum fortè suum inhabilem, vel alium minus idoneum: & superius scripsi poenas collatorum indignis conferentium.

Resignans in fauorem indigni, tenetur ad interesse.

4 Secundò ex ista regula cõcludit Ludouic. Rom. consil. cccxliij. quoad primum, col. j. quod licet nulla sit collatio, per istum tex. tamen resignatio valebit, quia non annullatur hinc: & sic beneficium resignatum in curia, si non sit derogatum huic regulæ, non poterit ab altero conferri, scilicet ratione referuationis, quæ tamen in hoc regno non habet locum: vt supra dixi. † Quod si resignatum esset coram ordinario, tunc nulla esset referuatio: ideo poterit ordinarius postea conferre per mortem: vt etiam concludit Gomef. q. xxxij. ideo concludendum est, quod si beneficium in curia sit resignatum, aut extra eam debetur nominatis, si moriatur in mensibus nominatorum, videlicet infra præfatos xx. dies: si verò cõtingat id in mensibus graduatorum simplicium, itidem eis graduatis debetur: vt scripsi. in §. præfati que graduati, de colla. in Concor. sicut etiam debetur mandatariis, aut aliis expectantibus: quicquid in contrarium dicatur: sed in hoc regno ita feruamus, licet verè vacet per resignationem, tamen censetur vacare per obitum: quæ ficta vacatio tantum operatur, sicut vera: vt inferius dicitur.

Beneficium sic resignatum uacans per obitum debetur mandatariis, & nominatis.

6 Tertio notabimus hinc collationem generaliter accipi etiam pro institutione, & qualibet alia prouisione, per tex. in c. vno, vt ecclesiast. benefic. sine diminutio. conferant. scripsi in §. statumimus, in ij. in glo. conferantur, de collat. in Concord. & in §. j. de manda. Apostoli. in verb. collationem, in concord. vbi scripsi præsentationem, largè dici collationem post Barba. in cap. abbatem, de rescript. col. penulti. sed hinc expressit verbum collationis, quia solita est sæpius fieri, quam præsentatio: & plura alia adducere & probare, nisi do. Probus hoc plenè deduxisset in additio.

7 ad Ioan. Monach. in c. cum in illis, de testamen. † Et sic teneo contra De- cium contrarium consulentem in consilio cccxliij. nam si quis aduersa valetudine detentus resignet adhibito patroni consensu, & institutione facta moriatur intra viginti dies: quod tunc vacet beneficium per mortem: verba regulæ sunt ad hoc expressa: nempe hic est infirmus, & resignat beneficium, ac moritur intra xx. dies: igitur locum habebit hæc regula: tum quia procedit eadem ratio in resignante quæ in alio: ob id eadem dispositio locum habebit. l. illud. ff. ad legem Aquil. quicquid dicat, & distinguat hinc Gomef. q. xvij.

Collatio generaliter accipitur.

Infirmitas resignans moriens ante xx. dies post præsentationem & institutionem facit vacare beneficium per obitum.

Vbi dicit videri fraudem cessare, quando patronus consentit, sed non 8
 esset resignans testari de suo beneficio: quamobrem licet vna ratio cesset,
 non tamen alia, arg. §. affinitatis, de nup. in instit. adde. que scripsi in tract.
 nominatio. q. xvij. & in glo. dispendiosæ, de nomina. Regia. in Concord.
 igitur patronus per mortem iterum præsentabit, & ordinarius instituet,
 sicut quando pluries vacat.

Quartò patet, quòd hic vacat per obitum fictione istius regulæ, non 9
 verè: quia verbum censeatur, positum in hac regula denotat fictio-
 nem, per tex. in cap. j. & cap. is qui, de procurator. in vj. & cap. j. de arbi. vi-
 de quæ scripsi in regula de publican. resignatio. in verb. non per resigna-
 tionem, inferius.

*Ficta uacatio
 dicitur hic quæ
 comprehenditur
 in prouisione.*

Vnde si beneficium vacans per obitum tantum debeatur alicui, non 10
 debebitur sic vacans per hanc regulam: vt in reg. de impetrantibus per
 obitum de familia Cardinalium: etiam si clausula quouismodo esset in-
 scripta, quæ veram vocationem & non fictam videretur comprehendere.
 arg. l. iij. §. hæc autem verba. ff. de nego. gestis, & l. j. ad legem Falcid. ita vo-
 luit Gomef. q. xxxv. & aliis quæstio.

Sed vt superius scripsi contrarium est verius: quia tantum operatur fi- 11
 ctio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l. filio. ff. de libe. & posthu.
 Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. Sed si verè vacaret per obi-
 tum, comprehenderetur in collatione per obitum: ergo & hoc casu, ma-
 ximè etiam propter mentem Papæ præsumptam ex verbis generalibus
 in bulla, & signatura positis, siue per obitum vel aliàs quouismodo vacet,
 non debet intelligi, siue verè sit e fide.

Nempe si Papa fuisset interrogatus, an veller conferre, etiam si vaca- 12
 ret per hanc regulam, sanè contulisset, quia plenam gratiam vult impar-
 tiri: debemusque respondere, quòd verisimile erat ipsum responsurum. l.
 Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. & beneficium principis plenissimè
 venit interpretandum, maximè contra concedentem. l. beneficium. ff. de
 consti. princip. Et hoc intellige procedere cum vacabat per obitum tem-
 pore resignationis.

*Collatum benefi-
 cium per resi-
 gnationem non
 potest retineri,
 si uacet per mor-
 tem.*

Sed dubitat Gomef. Quod si infirmus resignet beneficium in curia, 13
 quod alicui per resignationem confertur, aut aliàs quouismodo vacet:
 postea resignans moriatur intra viginti dies, an hic resignatarius possit
 retinere beneficium hoc tanquam per mortem vacans, cum sic fuerit
 eidem collatum? Respondeo non, quia tempore resignationis non vaca-
 bat per obitum; ergo Papa non hoc casu videretur contulisse, nec presumi-
 tur velle conferre beneficium vacaturum, sed tantum vacans. cap. j. de
 concess. præben.

Et quoad illa verba per obitum, dicas ex stylo posita nil hoc casu ope- 14
 rari, quæ tractauit Gomef. quæst. xxxiiij. sed tam subobscurè, vt vix extri-
 care se valeat.

Adhæc quando quis obtinet beneficium per resignationem, non pa- 15
 titur nec incurrit eorum pœnas, qui viuētis beneficium impetrant, quas
 superius

superius enumeravi: & quia de his sepius dubitari vidi, ob id abudè scripsi
 regulam cum ampliacionibus & limitationibus in materia subrogat. in
 decla. reg. de subrog. collitigan. in ij. parte.


16 Notandum est præterea, quòd licet per resignationem quis sit priua-
 tus & possessione, & proprietate, id est titulo. cap. inter, iuncta glossa, de <sup>Resignans pos-
 sessione priua-
 tus quomodo in-
 telligatur.</sup> præbend. c. vno, de rerum permutat. in vj. hoc intelligitur de possessione
 iuris quam perdit resignans, teste Innoc. in c. quod in dubiis, de renun-
 ciat. quippe si priusquam deserit ipso facto incumbere possessioni, spo-
 liaretur, haud dubie veniret restituendus. teste Innocen. in c. super hoc. de
 renuncia. Rota decisio. clviij. licet reus, in no. & hoc dicitur in regula de
 publicandis resignationibus quam inferius elucidabo post tractatum
 permutationum.

Etiam per obitum vacare censetur, licet resignatarius beneficij resi-
 gnati possessionem acceperit intra viginti dies, & publicauerit illam re-
 signationem: vt docet per regu. de publicand. resig. de qua inferius scri-
 bam: quia hæc regula non habet rationem ad possessionem, sed tantum
 an is viuat viginti dies post resignationem.

Et quamuis prouisio etiam Papæ sit nulla, per hanc regulam, si tamen
 Papa in bulla conferendo illud beneficium dispensauerit cum resigna-
 tario vt istud secundum beneficium possit retinere cum primo, & loco
 dimissi, vel dimissorium aliud vel alia, &c. si resignans moriatur ante vi-
 ginti dies, & sic secundum beneficium resignatum nunc vacat per obi-
 tum: tamen proderit eidem ista dispensatio, vt alia duo in vim istius
 bullæ retinere possit, quia rescriptum si duo diuidua contineat, vno ex-
 tincto aliud supererit. c. si eo tempore, de rescrip. in vj. vt superius scripsi in
 prima parte.

Nec obest, si dicatur extincto principali extinguitur & accessorium.
 l. cum principalis. ff. de regul. iur. respon. dispensationem non esse acces-
 soriam prouisioni, sed æquè principalem, ideo non vitiatur sublata colla-
 tione per resignationem, vt superius scripsi in materia dispensat. in se-
 cunda parte.

De permutatione.

1  MITTITVR quoque beneficium causa permutationis <sup>Collatio alteri
 quam permutan-
 ti facta nulla est.</sup> resignatū, quod licet de iure decretalium posset alteri con-
 ferri, quàm permutanti. c. inter, de præb. tamen hodie colla-
 tio facta alteri, quàm compermutanti nullus est momenti.
 c. vno, de rerum permutat. lib. vj. & in clem. vna eodem. Bertrand. consil.
 cccxxij. quicquid, in primo vol. ex prima editione.

2 Imprimis hoc loco dicendum erit, quid sit permutatio, quæ sic bre- <sup>Permutatio quid
 sit.</sup> ui describi potest. Permutatio est certæ rei ad alteram facta mutua præ-
 statio. l. j. ff. de rerum permuta. Hostien. in summa sic definit, permutatio

Rei nomine & bonorum beneficium coniunctur.

est vnus rei pro altera vicaria præstatio, quæ in idem reincident. † Vbi rei appellatione beneficium etiam comprehenditur: vt constat per totum titul. de rerum permuta. in decreta. & in vj. & in clemen. si quidem, in tex. de beneficiis tractatur: sic scripsi in bonorum appellatione, in c. j. de præbend. & in l. bonorum, j. ff. de verborum signific. & clariùs hæc descriptio patefiet inferiùs, in materia etiam continetur ius: vt scripsi in l. rei, in j. ff. de verbo. sign.

Requisita in re signatione.

Verùm vt plenius hanc elucidemus, sequentia notanda sunt in permutatione requiri. Primò quòd ab vtraque parte beneficium resignetur: aliàs si recusaret alter resignare, non esset permutatio. dict. cap. vno, de rerum permuta. in vj. & in clem. nisi, vt inferiùs dicam. Et sic cum ego resigno beneficium meum, debes dare procuratorium ad resignandum tuum: quod non poterit ex post facto reuocari, scilicet facta ex vna parte signatione. l. j. ff. eodem. licet aliàs reuocari re integra possit: vt dicitur statim.

Collatio causa permutationis fieri debet.

Secundò requiritur collatio beneficiorum ex causa permutationis vacantium: nec aliàs sufficeret conuentio partium, nec quidem approbatio episcopi, nisi de nouo conferret, clem. vna, eod. tit. quia à partibus ius non datur. Hostien. in c. ex ore, de his quæ fiunt à maiore parte. Federic. in tract. de permuta. benefi. q. xxvij. Bertrand. consil. cccxxij. quicquid, in primo vol. ex prima editione.

Tertiò quòd nomina & cognomina amborum in permutationis literis exprimentur, aliàs incerta esset permutatio. c. inter, de præben. doct. in d. c. vno, de rerum permutat. lib. vj. ideoque non valeret. cap. ij. vbi doct. de elect. in vj.

Nomen ex primere quando in permutatione sufficiat.

Tamen interdum nomen solum exprimitur sine cognomine, vt in cardinalibus, quorum solent nomina tantùm exprimi cum titulis cardinalatus, vt Hieronymus tituli sancti Martini in montibus cardinalis egregij, vt in regul. cancella. xxx.

Idem videmus in principibus, vt tantùm nomen soleat exprimi sine cognomine: vt Henricus Rex Franciæ. Antonius Dux Vandomiæ: & Gallicè, Loys monsieur, Iean monsieur, & sic nomen monsieur. Dominus in fine ponitur ad differentiam aliorum: cum in aliis anteponatur, vt dominus Petrus, scripsi in glo. Concordat. in verb. magistro. §. j. de collatio. nam ex his est certitudo sufficiens: & sic non est opus alia expressione, l. j. de dote prælegat. & notoria non indigent expressione. cap. manifesta. ij. q. j.

Collatio causa permutationis quando non tribuat ius.

Quartò requiritur, quòd vterque ius habeat in beneficio: alioqui si quis nihil iuris habens in beneficio, illud permutaret, non valeret permutatio. d. c. vno, ibi sua beneficia, de rerum permutat. c. cum venerabilis, de exceptio. l. j. ff. de rerum permuta. vbi Pædus ait nullam contrahi permutationem, si res aliena detur: quia datum non videtur, quod retineri non potest. l. non quocunque modo. ff. de leg. j. vt est in regul. xxxviiiij. Collecta. in c. j. de rerum permuta.

Et

10 Et solet poni hæc clausula in prouisione summi Pontificis. Attentè prouideas quòd neutri permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ius habuerit in beneficio per ipsum resignato: ideo poterit resignans protestari se ad suum rediturum beneficium, nisi res ita se habeat. c. si beneficia, de præben. in vj. † Et si facta fuerit resignatio, debet vterque de nouo habere collationem: secus si tantùm fuerit dimissio. d. c. si beneficia, vbi doct. & c. cum vniuersorum, de rerum permuta. Panor. & alij in c. cum venerabilis. de excep.

12 De consuetudine non petitur noua collatio: quòd quis redit ad suum beneficium: vt not. Ioan. Andr. in c. vno, eo. tit. in vj. & scripsi in tracta. de pacific. possessor. in xxij. extens. num. 145. Et stylus Franciæ fuit allegatus, & secundum eum iudicatum anno 1525. die ij. Maij: ideoque poterit agere etiam possessorio is, qui redit ad suum beneficium, etiam antequàm redierit: vt semper vidi seruari: quia non censetur diuertisse, qui statim rediit. l. iij. ff. de diuor. nec possessionem amisisse ciuilem. l. clam possidere. §. si. ff. de acquir. possess.

Sine collatione noua quis ad suum redit beneficiu. Arestum.

13 Vnde si permutauiero beneficium sancti Victoris cum Titio, & deum velim redire, quia compermutatum non habeo pacificum: si Titius interim moriatur, & per mortem quis petat in eius locum subrogariis subrogabitur saluo iure meo, adeò quòd si datum mihi beneficium non remaneat, sed à me euincatur, non obstante alterius morte, & collatione, ad meum redire poterò beneficium: vt sæpiùs vidi in curia decidi.

Redire ad beneficium meum possum licet alteri collatum sit.

14 Sed dubitari vidi, Cum quis vult mihi resignare beneficium, quod tamen alij vult ordinarius conferre pro suo arbitrio: an ego possim expedire causa permutationis, licet beneficium non habeat, nominando beneficium eidem, quod non habeo? Respon. cum non intersit, nisi partis arbitror permutationem valere: quia parti semper liberum est, aut ad suum redire beneficium, aut ad complementum permutationis agere. l. j. ff. de rerum permuta. l. naturalis. §. j. de præscrip. verb. ergo non poterit alius agere.

Non habens beneficium an permutare possit.

15 Nec obest in Papa, quia ipse potest admittere etiam in fauorem, quod non potest ordinarius: ideo loco fauoris fiet hæc ficta permutatione ordinarij committant fraudes & quamuis subtili, tamen iustissimo medio: nam si dedi tibi rem causa permutationis, & postea nolim ego tuam, sed sim contentus eam tibi dare, non irritatur: ideo permutatio. d. l. j. de rerum permutat. vbi docto. sic nec infringetur beneficij permutatio, si pars non conqueratur: quia si partes sint concordæ, quid ad iudicem? l. j. §. inde. ff. de noui oper. nuncia.

Cautela ut beneficium habeam.

16 Sed ad propositum redeundo, an noua collatio desideretur in eo, qui vult redire ad suum beneficium causa permutationis resignatum? tutius esse arbitror ad vitandam intrusionem, quæ maxime timenda est, vt saltem auctoritatem quis superioris exigat, quæ loco collationis erit, nisi de consuetudine, vt dixi.

Redire non potest ad suum beneficium, q. de liquit.

Y iij

Probare an de-
beam permutan-
tem necum ius
habuisse.

Non poterit tamen is redire, qui in permutatione facienda nõ requi-
17 fuit patronum aut aliter deliquit, quia non est vñs cõcessione iuris, tex.
& ibi glo. in clem. vna, eo. Collecta. in c. cum olim, eo. nisi de consuetudi-
ne non requiratur patroni consensus, vt inferiùs dicam.

Permutas posses-
sionem apprehen-
dere debet.

Nec tenetur quis probare ius habuisse permutantem in beneficio, sed
illum habitum & reputatum fuisse curatum illius loci, & fuisse in posses-
sione illius pacifica: nam impugnanti & dicenti illum non habere ius, in-
cumbit onus probandi. Panormit. & alij in c. illud, de præsump. de Rota
decif. cix. agenti, in nouis, & in decisio. capel. Tholos. q. ccclxvij. scilicet
quando possedit longo tempore, & pacificè propter tolerãtiam superio-
ris. † Secus si de recenti: vt docet Paul. Paris. conf. xxxvij. attẽdatur, col. j.
18 in quarto vol. Boer. in decis. Burdeg. q. ccv. tractatus. nume. 5. & qui nunc
adeptus est beneficium permutatum, requiritur quòd apprehendat pos-
sionem; l. j. ff. de acquir. posses. quæ est facti, l. denique, ff. ex quibus causis
maior. ideo ad alium non transit, si non sit apprehensa per eum, qui illam
oprat. l. cum hæredes. ff. de acquir. possess. scripti in tract. de mater possess.
in iij. tomo ordi. reg.

Episcopus benefi-
cij sibi conferre
debet beneficium
non inferiùs, &
quid de exẽptis.

Quintò acquiritur etiam causa in permutatione, quàm episcopus dis-
19 quirere debet. c. quæsitum, vbi doct. de rerum permuta.

Sextò quòd per episcopum, in cuius diocesi situm est beneficium, 20
conferatur, capit. omnes basilicæ. xvj. quæstio. vij. in his enim permuta-
tionibus autoritas episcopi, vel superioris requiritur, non inferioris, qui
permutationem approbare non potest, & in vim illius conferre dict. cap.
quæsitum, de rerum permutatione. nisi inferior hoc præscriperit. glof. &
doct. in clement. prima, de rebus ecclesiæ non alienand. doct. in capitul.
cum olim, & capit. auditis de præscriptio. si verò ecclesiæ permutandæ
sint exemptæ, ad Papam pertinet, non ad episcopum approbatio. glof. &
doct. in clement. vna de supplend. negli. prælator. & in clemen. vna, de re-
rum permuta.

Permutatio sine
consensu patro-
ni an fieri possit.

Septimò requiritur illorum consensus, ad quos præsentatio spectat, 21
vel electio, aliàs non valebit permutatio: glof. in clemen. vna, eodem. &
Felin. in capitul. cum Bartolus, column. quinta, de re iudicat. & Cur-
tius in tract. iurispatronatus, in verb. honorificum, quæstione iij. & Pe-
trus de Vbal. in tracta. de permuta. benefic. quæstione quarta principa.
numero 42. † Qui si noluit consentire, cogi poterunt, dum utilis sit 22
ecclesiæ permutatio: vt docet Federic. in dict. tracta. quæstione vigesi-
ma quarta: vt superior approbare eam poterit. Panormitan. in capitul.
nullus, de iurepatro. dicam inferiùs versic. xvj. Panormit. in disputat. in-
cipien. Augerio. & hodie vñs communis obtinuit, quod post requisitio-
nem patroni maximè etiam eo non consentiente permutatio approba-
tur ab episcopo, & valet: & sic iudicauit totus Senatus Parisien. vt retu-
lit d. Quadrigarius.

Spirituale cum
spirituali eius
in re cum iure
in re nõ ad rem.

Octauò requiritur, quòd spiritualia cum spiritualibus permurentur, 23
non cum profanis, & ius in re, cum iure in re: nec enim valeret permu-
ratio

ratio de iure in re ad ius in rem, vnde non licet permutate mandatum, vel
nominaciones cum beneficio, per c. fi. de rerum permuta. Federic. in tra.
de permuta. benefi. q. xij. & abundè Math. de Affictis in decis. Neapol.
q. xvij. quia istæ literæ non extenduntur ad alias personas. c. p. & g. de of-
fi. deleg. Regia curia.

24 Nec potest fieri permutatio cum iure spiritali alterius generis: vnde
non possum permutare decimas vel ius patronatus cum beneficio. doct.
in c. fi. de rer. permuta.

25 Nonò si beneficium pacificum esse promissisti, moueatũq; mihi postea
lis super eo. tu debes eam profequi & à me propellere molestiam omnem: *Litem profequi
debet is qui me
cum permutauit.*
alioqui si euincatur reuertar ad meum beneficium. c. si beneficia, de præ-
ben. in vj. vel debes erga me condemnari ad beneficium similis valoris. &
secundum qualitatem primi mei quod resignaui. alia scripsi in s. volumus
in verb. permutationis, de colla. in concordia. & vide Petrum de Vbal. in,
tract. de permuta. benefic.

26 Decimò redire possum ad beneficium, quod tibi dimissi, si ius habe-
bam ad illud. d. c. si beneficia, ibi sua beneficia, de præben. in vj. diuersum
est si nullum ius habuisssem: & hoc si fortè notorium esset, fortè per sen-
tentiam, aut aliàs: vt glo. decidit in regul. xxxvij. in regul. Cancell. alle-
gans Io. And. ita tenere, in c. vno, de rerum permuta. in vj. & Federic. in tra-
cta. de permuta. benefic. q. viij. † Tamen opinio secundum gl. contraria
*is cui dimiss be-
neficiũ, si ad il-
lud reuertar, nõ
potest obijcere,
quòd ius non ha-
bebam.*

27 est valde æqua: nam is cuius causa dimissi, non potest referre quæstionem
dominij, per l. si conditionis. C. loca. quamobrem is non poterit impe-
dire, quominus reuertar ad possessionem mei beneficij, quam ei tradi-
diuide in reg. cancel. xxxvij. & per Aegid. in tract. permuta. in parte vn-
decima. q. iij.

28 Vndecimò si causa permutationis Titius resignauerit beneficium, vt
mihi causa permutationis conferretur, quod mihi fuit collatum: & an-
tequam ego resignem meum, ipse præmoriatur, vtrunque habeo, & (vt
dicunt) bona fortuna gaudere potero: quia non est, qui de hoc conqueri
possit. doct. in l. vna. ff. de rerum permuta. & iuste ego obtinui. & mihi col-
latum fuit, & sic canonicè obtineo. c. j. de reg. iuris: & per me nõ stat, quin
adimpleam permutationem, & sic nil est imputandum mihi. l. in iure. ff.
de reg. iuris. facit tex. non ad hoc expensus in l. si quis Titio. ff. de lega. ij.
& nemo potest me cogere ad implendum permutationem: quod secus
esset in profanis. doct. in l. j. ff. eo.

29 Si tamen resignatio fuerit facta, & ab altera parte recusata, tunc quia
is semper remanet in possessione, in qua moritur: ideo per mortem
vacare censetur, per regul. cancel. neque enim intelligitur amissum,
quod alteri ablatum non est, l. nec vtilem. ff. ex quibus causis maio. licet
Alex. Antila suo tracta. permuta. dicat per renunciationem vacare, sed si
non sit admissa à superiore, habetur ac si facta non esset, capitulo quod
in dubiis, & c. super hoc, de renunciatio. ergo quilibet suum habebit
beneficium.

Duodecimò Papa solet, si peratur, derogare regulæ cancellariæ xvij. 30
dicenti, quòd si resignans non vixerit per viginti dies, beneficium vacet
per mortem, & non per resignationem de qua superius scripsi.

Decimotertiò si conferatur beneficium, quod est sub iure patrona- 31
tus laicorum, requiritur patroni consensus, vel Pontificis derogatio: quæ
tamen non recipitur in hac patria Galliæ consuetudinaria: vel quòd de-
uolutio facta sit ad papam: vt in regul. Cancell. Inno. xl. habetur: scripsi
suprà in signatura, in gl. necnon iuri patronatus. Collecta. in c. cum olim,
de rerum permuta.

Quando literæ
Regiæ impetra-
ri possunt.
Arestum.

Decimoquartò si velim rescindere permutationem inualidam, & ad 32
meum redire beneficium, non possum hoc consequi per literas Regias,
sicut in re profana. Et ita reiectus fuit per arestum Io. Rosseau ab impe-
tratione suarum literarum prosequente Pidoux, anno 1522. die septima
Septembris.

Sed coram ordinario agendum est, videlicet ecclesiastico iudice: vel 33
poteft agi possessorio coram iudice Regio: vt superius in hac parte di-
ctum fuit.

Noua prouiso
causa permuta-
tionis quæ con-
tinere debeat.

Decimoquintò in noua prouisione ex caussa permutationis debet fie- 34
ri mentio de beneficiis, quæ permutantes habent, & de qualitatibus ipso-
rum, aliàs non valebit permutatio coram papa facta. Domi. de Rota decis.
dxcij. dic quòd si aliquis, in antiq. facit c. cum in illis, de præb. in vj. doct.
in c. ad aures, de rescrip. Feder. tamen in tract. de permuta. benefi. q. xvij.
credit permutationem valere non facta mentione aliorum beneficio-
rum, quam eorum quæ permutantes habent.

Verùm melius & tutius est de omnibus fieri mentionem, nisi sit clau- 35
sula, pro expressis habent. de cura quoque, seu aliis qualitatibus exprima-
tur: & sic tenuit maior pars auditorum Auenionen. vt refert Aegid.
Bellamera, consi. xxxij. pro introductione, col. penultima, vers. quid
dicendum.

Permutatio etiã
ex interuallo fieri
potest.

Decimosextò permutatio poteft fieri & vno instanti, & ex interual- 36
lo, coram ordinario, & coram Papa, teste Federic. in d. tract. de permuta.
benefic. q. xj. ideo poteft admitti hodie resignatio à Parisi. Episcopo, de
beneficio in hac diocesi sito: & post aliquot dies aut menses recipietur
resignatio beneficii siti Burdegala.

Vnde si quis resignauerit suum beneficiũ caussa permutationis quod 37
fuit collatũ Seio: verùm quia beneficium Seij erat alterius diocesis lon-
gè distantis, dictus Seius possedit vtrunque beneficium per duos vel tres
menses pacificè: quare tertius primum impetrauit in curia Romana tan-
quam vacans per adeptionem secundi incompatibilis, quod à Titio obti-
nuerat, per c. de multa, de præb. demum pro complemento permutatio-
nis Seius resignat illud primum beneficium, quod confertur Titio com-
permutanti: dicerem valere talem nouissimam collationem: prout docet
idem Federic. d. q. xj. & Collecta. in c. fi. eo.

Imperari non
poteft beneficiũ
quod permutans
alteri cedere de-
bet permutanti.

Quippe fieri poteft collatio ex permutatione, vel vno aut diuersis 38
tempori

temporibus: & ita no. doct. in c. vno. de rerum permuta. in vj. ideo per
adeptionem beneficii permutati non vacabat illud primum, quod tene-
batur permutans alteri dare: deoque impetrari à tertio nõ potuit: quan-
do quidem non contendebat illud retinere compermutans, vt dicitur in
extrauag. Execrabilis.

39 Et sic limitatur hoc casu illa regula, Quod per pacificã adeptionem
secundi incompatibilis vacet primum. no. Aegid. in tract. permuta. in pri-
ma parte. q. v. & in q. iij. partis quintæ: ideo cum non sit tempus à iure præ-
fixum ad recipiendas permutationes, poterit Episcopus etiam post sex
menses conferre: quòd si recuset, poterit cogi à superiore. c. nullus, de iu-
re patro. vel superior cõferre poterit: vt Federic. scribit in eo. tract. q. xxix.
& Collecta. in d. c. fin. in prin. doct. in cle. vna, eo.

Per adeptionem
secundi quãdo nõ
vacat primum.

40 Decimosseptimò permutare licet vnum beneficium cum pluribus &
plura cum vno, necnon curata cum simplicibus, seu cum curatis: vt no.
Io. And. & alij per illum tex. in c. cum venerabilis, de exceptio. quia non
reperitur hoc prohibitum, ergo permissum, l. cum prator. ff. de iud. Fede-
ric. in tract. de permuta. benefic. q. xij.

Vnum beneficiũ
cũ pluribus per-
mutari poteft.

41 Si tamen qui recipit curatum, non sit dispensatus ad aliud curatum,
perdet primum per adeptionem secundi: nisi diceretur in prouisione
Papæ, quòd istud vltimum possit retinere cum illo, quod habet: & sic
fuerit quoad hoc secum dispensatum: vt docet Aegid. in tract. de permu-
ta. q. xj. partis iij. & Collecta. in d. capit. quæsitum, columna iij. de rerum
permuta.

42 Decimosoctauò præsumitur fraudulenta permutatio ratione inæquali
tatis non solius, sed cum aliis coniecturis. c. ad quæstiones. vbi docto. de
rerum permuta. Panor. & alij in c. j. de cleri. non residen. Collecta. in c.
cum olim, de rerum permuta.

Inæqualitas fa-
cit præsumere
contra permuta-
tionem.

43 Item quando beneficium erat de proximo vacaturum. c. commissa,
de elect. in vj. c. ij. de renuncia. ibidem. c. beneficium, de regular. ibidem.
c. ex transmissa, de renuncia.

44 Adde fraudis præsumptionem induci, si fiat permutatio cum benefi-
cio, vel capellania ficta, vel canonicatu, qui nullius erat momenti: quia
iactare suum quis in dubio non præsumitur. l. cum de indebito. ff. de pro-
ba. Paul. Paris. consi. cxxx. ad demonstrandum. col. j. & secunda in quarto
volumine.

Contra permuta-
tionem præsu-
mitur si detur si-
cutus canonicas
tus, & nullius
momenti.

45 Consanguinitas etiam auget fraudis præsumptionem contra permu-
tationem. Parisi. in dicto consil. cxxx. post Bartol. in l. post contra-
ctum ff. de donatione & in l. si forte, de castran. pecul. l. si donatio-
ne. C. de colla. l. data. C. de donat. Panor. in dicto capitul. j. de cleric.
non residen.

Cõsanguinitatis
ratione præsumi-
tur contra per-
mutationem.

46 Idem cum is qui renunciat, semper remanet in possessione beneficii
resignati. l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pignus vel hypo. solui-
tur. Bar. in d. l. post contractum, in vj. coniectura. ff. de dona dicam in re-
gu. de publicand. resigna.

Concor



*Concordia partium
folius Papa ap=
probare potest.*

Concordia quoque seu conuentio inter partes notat simoniā, rex. in c. 47
cūm pridē, de pactis. Panor. in c. cūm vniuersorum, vij. no. de rerum per-
muta. Paris. d. confi. cxxx. col. ij. & non spectat ad episcopū probare con-
cordiam partium, sed ad Papam tantūm, vel eius legatum hanc habentem
potestatem. c. fi. & c. cūm pridem, de pact.

*Coniectura simulata
permutationis.*

Alias coniecturas simulata permutationis poteris elicere ex dicto 48
confi. Paris. & ex his quę abundē scripsi in gl. ult. in §. volumus, de colla.
in concordia. vbi posui xiiij. coniecturas: & quomodo excusari possint hæc
coniecturę melius quām alibi: adhęc quando in collationibus benefi-
ciorum præsumatur dolus & fraus, tradit Io. de Selua in tract. de benefi.
in iij. parte. q. xvij.

*Permutatio etiā
dissimilibus be-
neficijs consistit.*

Decimononō permutatio non impeditur siue consistat in beneficijs 49
conformibus, siue difformibus: vt vocant doc. veluti si permutetur præ-
ben. cum beneficio curato, nec non beneficia manualia licebit permuta-
re: quia possunt esse beneficia perpetua: l. sufficit. ff. de cōdi. indebi. gl. in c.
si gratiosa, de rescrip. Feder. in tract. de permuta. benefi. q. vj. & seq.

Tamen hæc permutatio non immutabit qualitatem horū beneficio- 50
rum, quo minūstent semper manualia, vt reuocari possint etiam si per-
mutatio à Papa fuisset approbata: quia non intendit Papa consuetudines
& statuta religionum, aut coenobiorū tollere, quia ea verisimiliter igno-
rat, cūm facti sint. c. j. de consti. lib. vj.

Nisi hoc ex certa scientia facere & expressè diceret, quòd non reuo- 51
centur. vt docet Aegid. in tract. de permuta. q. vij. partis iij. de quibus ma-
nualiis plenè scripsi in tract. de pacifi. possessor. limita. vj. nu. 272. & seq.
& poterit maximè in hoc regno beneficium commendatum permuta-
ri cum alio non commendato, vel commendato: quia commenda est ti-
tulus. c. dudum ij. de elec. Panor. in c. cūm olim, eodem post Federi. eo ti.
& tract.

*Conuentio partium
quando simo-
niam inducat.*

Vigesimò quando fuerit cōuentum inter partes de permutatione fa- 52
cienda, dicunt doct. esse simoniā: omnis enim pactio inducit simoniam.
d. c. cūm pridem, & c. fi. de pactis, vnde partes non debent ita pacisci: in-
telligite, quòd inter partes non debet fieri conclusio permutationis nisi
si & quatenus approbabitur à superiore. c. quæsitum. & c. cūm vniuerso-
rum, de rerum permuta. Dec. confi. cxlj. ad plura, alioqui si partes non
possent conuenire, nunquā fieret permutatio.

Vnde quamuis partes fecerint instrumentum obligatorium de per- 53
mutando sua beneficia cum beneplacito sedis Apostolicæ, vel legati ha-
bentis ad hoc potestatem, nequaquā simoniam committunt, referuan-
do tamen voluntatem superioris, nec prohibent iura patribus promitte-
re se curaturas, vel permutatio fiat ab his, à quibus recipitur, per l. in illa.
ff. de verborum obligatio. capitul. ex literis. de sponsal. secus si nulla su-
perioris habita ratione hæc machinarentur inter partes: capi. cūm olim,
vbi Collecta. de rerum permuta. Boër. in decisi. Burdegal. quæstione ccv.
tractatus.

Vltimo

54. Vltimò si resignatio facta in curia nō fuerit publicata intra sex men-
ses, vel extra intra mensem, aut possessio petita: & resignans moriatur in
possessione, tunc beneficium censetur per mortem vacare, non per resi-
gnationem. tex. in reg. cancell. xxxiiij. Innocen. viij. quam vt frequentif-
simam in hoc regno subiiciendam hoc loco duxi, nostrisque aliquot
schollis interpretandam.

Regula de publicandis resignationibus.

ITEM idem dominus noster statuit & ordi-
navit, quòd quæcunque beneficia ecclesiastica,
siue in Romana curia, siue extra eam resignata,
nisi de illis facta resignatione, si in eadem curia
intra sex menses, à data supplicationis & non à
die præstiti consensus computandos. Si verò ex-
tra dictā curiam facta sint, intra mensem ex tūc
vbi dicta beneficia consistūt publicata fuerint:
vel possessio illorū ab eis, quos id contingit, pe-
tita extiterit, Si resignantes ita postmodū in eo-
rundē resignatorū beneficiorū possessione de-
cesserint, non per resignationē, sed per obitum
huiusmodi vacare censeantur, collationes quo-
que & quæuis aliæ dispositiones de illis tāquā
per resignationem vacantibus facta, & inde fe-
cuta nullius sint roboris vel momenti.

GLOSSA PRIMA.



Hæc regula fuit recepta, & in curia parlamenti registra-
ta anno 1493. die 27. Augusti, vnde est lex regni effe-
cta, ideoque per mortem Papæ non tollitur: vt glo. dicit
mortē Papæ non
est reuocata.
in simili lege canonizata, in capitul. imprimis, in verb.
capituli, secunda quæstione prima. scripsi in tracta. nomin. quæstione
v. num. 15. & habet locum in beneficijs ecclesiasticis, de quibus in re-
gul. prima, de regul. iuris, in vj. & in titul. vt ecclesiastic. benefic. &c.
non

non verò in beneficiis temporalibus, videlicet in feudis, licet à Papa dentur, de quibus in rubric. de his qui feudum dare possunt, in vrb. feudor. & in Decreta. de feudis, quam differentiam tradit text. in c. felicis, de pœnis, in vj.

Ratio quare morte possessoris vacare beneficii intelligatur. Ratio huius regulæ, cur morte possessoris censeatur vacare beneficium, est: quia possessor censeatur dominus. l. siue possideris, vbi gl. C. de proba. Federic. consi. xiiij. co. ij. per l. si. C. de rei vendi. facit l. ij. C. de proba. Feli. in c. cum venerabilis, col. iij. post Panor. de exce. cle. j. & ibi Imol.

Locans fructus beneficii prouisus presumitur. vt lite penden. Ideo ex locatione præsumitur collatio & prouisio: vt is, qui locauit, prouisus censeatur. c. vestra, de loca. aliàs enim esset intrusus & sine titulo: quod non est præsumendum, quia delictum præsumere non debemus; l. merito. ff. pro socio. c. estote, de reg. iuris.

Etiam quia interest populi agnoscere pastorem suum, vt ab eo sacramenta recipiant, non à mercenario, & qui non est pastor: & est in Evangelio, & in c. omnis, de pœnitent. & remissio. vt ne resignantes sine titulo fructus ad se non spectantes percipiant, ac ne contrahentes cum his decipiantur: cum veri pastores non sint, & vt fraudes vitentur volentium occultare has resignationes: & vt beneficia non fiant hæreditaria, & c. j. de præbend.

Donans & retinens nil agit. Per simile est, quòd vulgò dicimus, donare & retinere simul esse prohibitum, l. si quis argentum. §. penultim. C. de don. vt si donans remanserit semper in possessione, donatarius nihil habebit: l. sicut §. superuacuum, ff. quibus modis pignus vel hypothecc. soluitur, nam donator qui possidet, præsumitur simulatè actum celebrare, vt docet Bal. in l. prima, C. de donatione ante nupti. Boër. in consuetudine Bitur. in §. primo, de donatione. Iaf. in consi. xxxvj. factum, in primo vol. vbi consuluit dationem in solum simulatam, si is reperiat possidere, qui dedit in solum: sic & resignatio præsumitur simulata, quando resignans in possessione decedit.

Episcopatus & dignitates constitutoriales non continentur in hac regula. Item quia hic text. generaliter loquitur, quòd quæcunque beneficia ecclesiastica, &c. Ergo comprehendit dignitates, officia ecclesiastica, tam regularia quàm secularia & alia quæcunque beneficia quæ in titulum vel commendam perpetuam conferuntur. gloss. in capitul. primo, de regul. iuris, in vj. & superius scripsi in principio huius libri, & in regula proxima: non tamen dignitates episcopales, cum sint dignitatum culmina, capitul. penultimo, de præben. nec archiepiscopatus, nec abbatia, glo. in capitul. secundo, de præbend. in vj. vbi multa addidi. Et in regula de in firmis resignant. Gomez. quæstio. xiiij. dixit generaliter in consistorialibus hanc regulam non habere locum: nam per cedulam, non per supplicationem huiusmodi beneficia Papa in consistorio proponit, & de illis prouidet: vt in §. primo, de nomination. regi. in concordia. sed non est Papæ proponere hæc, sed protectoris Franciæ coram eo, aut sollicitatoris, seu alterius cardinalis: vt scripsi in dicto. §. primo, de nomination. regi. in Concordia.

Siue

Siue in Romana curia,
siue extra.

GLOSSA SECVNDA.

RER HABEC verba patet hanc regulam habere locum tam in beneficiis resignatis in Curia Roma. quàm extra: vt infra dicitur. Et dicitur Curia Romana vbi est Papa. glo. & doct. in c. ij. de præb. in vj. Doctores in clemen. auditor, de rescrip. & beneficium dicitur in curia vacare, quando ibi fuit resignatum, non vbi procuratorium ad resignandum est conceptum, glossa & doctores in clementina j. vt lite pend.

Et cum ista regula sit paulò difficilis ob intricacionem tex. ideo sic legi debet, & intelligi. Quòd quæcunque beneficia siue in curia, siue extra resignata, si resignantes in possessione decesserint, non per resignationem: sed per obitum vacare censeantur: nisi dictæ resignationes factæ in Curia publicatæ fuerint intra sex menses: si extra, intra mensem, vel possessio petita fuerit.

Collationes quoque de illis tanquàm per resignationem vacantibus factæ nullius sint roboris, vel momenti si resignantes illa, postmodum in possessione mortui fuerint. Ergo sequentia requiruntur hîc.

Primò quòd beneficium in curia sit resignatum, vel extra ibi, siue in Roma. Curia, siue extra eam resignata &c. quippe sola promissio de resignando non sufficeret, ponderando ibi resignata, vt supra dixi in reg. de infirmis resig. in gloss. iij. Secundò quòd resignans in possessione moriatur: vt inferius dicitur, & declarabitur quando mori dicatur in possessione.

Tertiò quòd moriatur post sex menses, vel mensem, vt inferius dicam. Itaque si ante sex menses, non habebit locum reg. vnde si resignatarius moriatur ante sex menses, non tenebitur is, cui prouisum est per obitum publicare, tum quòd non est resignatarius, nec subrogatur in ius eius, sed ei de nouo confertur, ideo ad hoc non tenetur: quia ista reg. de hoc non loquitur, nisi de resignante, & eo, in cuius vtilitatem fit resignatio. etiam non inuenitur iure cautum, quòd collatio facta per obitum debeat intra istud tempus publicari: nec est aliqua lex tale quid dicens §. si autem, in authen. de non eligend. secun. nub. colla. j. tutius tamen est ad vitandas opiniones publicare. Quartò quòd publicata non sit resignatio intra sex menses, si in curia facta sit: si extra curiam, intra mensem, quando fuerit igitur publicata intra tempus hîc præstitutum, non vacabit per obitum, sed per resignationem: idèoque per resignationem collatio valeret à contrario ducto argumento: vt inferius dicitur per istum textum.

Z

Quartò quòd possessio adepta seu petita non fuerit ab his, quos id contingit, aliàs dicitur collationem per resignationem valere, sumendo argumentum à contrario: quod est in iure validum. l. j. ff. de offic. eius. c. cùm Apostolica, de his quæ fiunt à prælato. Et si vnum ex eis defuerit, non habebit locum regula, vt infrà dicam: & sic valebit prima prouisio facta per resignationem.

Resignata.

GLOSSA TERTIA.

Resignationem requirit hæc regula, non alium vacandi modum.

REQUIRIT insuper hæc regula, quòd beneficium vacet per resignationem, per hoc verbum, & verbum resignationes & resignantes infrà eo. Et sic non haberet locum, quando beneficium vacaret per non promotionem, aut per priuationem: nempe cùm tex. exprimat vnum vacandi modum, aliud non comprehenditur. c. susceptum, de rescrip. in vj. c. cùm in illis. §. ij. de præb. ibidem. Et adde verbum non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur: nec enim verba tex. conuenirent, quæ loquuntur de resignatione, non de priuatione, vel alio vacandi modo.

Resignatio tam simplex quàm permutatio- nis causa hic conuenitur.

Intellige siue resignata fuerint simpliciter, aut ex causa permutatio- nis: cum iste text. indefinitè loquatur, & vtraque potest dici resignatio. Sic consuluit Roma. consil. cccclxv. in re præsentì, quamuis in eo dubitet Gomef. hïc q. iij. vide quæ dixi in regul. de infirmis resignantibus, & superius. Etiam si permutatio fuerit facta causa vtilitatis, vel necessitatis ecclesiæ, sicut fieri debet. c. quæsitum, de rerum permuta. tum quia verba huius regulæ conueniunt, & rationes, & quamuis non omnes, sufficit tamen vna, arg. §. affinitatis, de nup. in instit. alioqui nunquàm haberent locum in permutatione, quæ semper ex his causis est faciendâ: vt suprâ in materia permuta. scripsi: & publicatio, quæ hïc exigitur, est de forma, qua omiſsa actus est nullus. l. cum hi. §. si prætor. ff. de tranſact. c. cùm dilecta, de rescri. nec æquipollens sufficit, quando aliquid est de forma. l. diligenter. ff. mand. vnde cognitio Episcopi de causa necessaria inquirentis in permutatione, non sufficit ad publicationem, quia alio tendit: & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. de reb. credi.

Imò etiam habet locum, si quis cesserit commendæ, quandoquidem resignare dicitur, & beneficium resignatum, cùm videlicet commenda pro titulo habeatur: ideòque latius insistendum non arbitrator: licet Gomef. quæstione quarta, teneat contrà, cui superius responsum fuit.

Resignans recipiens fructus si bireservator nō.

Non tamen obseruaretur hæc regula, si Papa resignanti fructus omnes

omnes referuasset, quandiu viueret, vt eos per se reciperet, aut capere posset: tunc enim licet ille fructus iuxta Papæ voluntatem receperit, & sic in possessione mortuus fuerit, non tamen vacabit per obitum beneficium, sed per resignationem, ac si regulæ derogatū esset: siue beneficium exigit residentiam, siue non (licet de iure beneficium omne requirat residentiam.) † Nam Papa sic conferendo, videtur huic regulæ derogare, quæ foret aliàs contraria collationi factæ per ipsum, & sic frustranda. Et ista consuluit Petrus Pau. Paris. consil. xxxix. an regula, in iij. volum. per consequens enim perceptione fructus permilla, permillum quoque censetur resignanti, in possessione manere: vt sic Pontifex intelligatur huic regulæ derogare voluisse. arg. l. ij. ff. de iurisd. omnium iud.

Censetur mori in possessione quoad hanc regulam.

6 Quamuis Gomef. q. ij. hïc teneat contrarium, vbi Papa sibi retinisset denominationem. Nam ad quid nominatio, si possessio non esset. nempe dicitur hïc si resignans moriatur in possessione, non autem dicit, in denominatione: ideo sufficit quòd resignans in possessione remaneat autoritate Papæ.

7 Nec decipiuntur parrochiani, aut expectantes, cùm hoc fiat iure, & à Papa, cuius autoritate nemo decipitur. l. j. C. de his qui veniam ætat. impetra. licet Gom. contra statuat tres casus, videlicet quando resignans sibi retinuit fructus: vt eo casu locum habeat regula, quod improbau.


8 † Secundus casus quando fructus & denominationem retinuit resignans, & tunc non habeat locum regula, & hïc est sine dubio.

9 Tertius quando beneficium non requirit residentiam, nec habet denominationem, & habet locum regula. Sed isti casus mea sententiâ videntur superuacanei: nam si Papa referuauerit alicui fructus, & quòd illos possit per se recipere, & sic in possessione remanere: tunc non habebit locum regula, quicquid iactet Gomef.

10 An verò locum habeat iste tex. si quis resignauerit ius, quod in beneficio habet. & Gomef. dicit non habere: quia loquitur hæc regula de beneficio possessio per resignantem, quæ in resignatione iuris non potest verificari, vt ipse firmat: tum quia text. iste dicit de beneficiis, non de iure.

Regula ista an habeat locum in resignante ius.

11 Contrarium existimarem, quia eadem ratio militat in resignante ius, quæ in resignante beneficium: nam renunciando iuri, renunciat & beneficio, c. ij. & c. super hoc, de renunciat. & potest quis super beneficio litigare, simulque esse in possessione beneficij: qui si resignet ius suum, & semper remaneat in possessione, necdum petita à resignatario: certè quin locum habeat ista regula diffiteri non potest, quicquid dicat Gomef. quæstione xx. nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem. ff. de regulis iuris, etiam post ius habitum acquirere possessionem poterit: & ita respondeo adductis ab eo, non tamen per hæc fiet præiudicium litiganti, si ius potentius habebat.



Nisi de illis factæ resignationes si
in eadem curia intra sex
menses.

GLOSSA QVARTA.



INTELLIGE resignationes infirmari, nisi fuerint publicatæ intra sex menses, quando in curia facta est resignatio: & ob id statuitur longius tēpus extra curiam, quandoquidem ex omnibus partibus ad eam confluunt homines etiam ex remotissimis regionibus, qui non possunt publicare, nec bullas habere intra breue tempus. facit l. quinquaginta. ff. de excusa. tutor. §. qui autem, illo tit. in instit. c. ij. de priuileg. in vj.

*Papa resignatio-
nem conditiona-
lem recipit, etiā
capita quadam
reijciendo.*

Quæro quid si aliquis constituit procuratores ad resignandum in fauorem Titij retenta villa, iustitia, & tali molendino, non aliter nec aliās Papa confert non retenta iustitia, vel sub restrictione, si non excedat mediam partem, an valeat talis resignatio? Breui respon. valere: nam hoc relinquitur beneplacito Papæ, cui non placet hoc reseruare, ergo pars non potest conueniri: quia contractus do, vt facias, non ligat superiorem in beneficialibus. gl. & doct. in cap. cum inter. primo, de elect. Nam superior his conuentionibus non ligatur: sed potest admittere prout ei placet, teste Archid. in cap. ij. col. ij. de præb. in vj.

Nam in omni actu semper censetur excepta superioris autoritas, capitul. venientes, de iureiurand. hoc expresse decidit Franciscus Marc. in secunda parte, decisione Delphin. quæstione cxxxj. vbi in Parlamento Delphinali sic fuisse iudicatum asserit, & supra in tract. de resigna. cond. dixi etiam sic fuisse in senatu Burdegalen. iudicatum, & ibi respond. obstant.

*Sex menses pro-
rogari possunt
ad publicationē
faciendam.*

Fallit si intra sex menses, hoc tempus ad tres alios menses prorogatum fuerit: quod fieri solet in patria obedientiæ ex causa, vel ad longius tempus, argument. capituli quia diuersitatem, de concessione præbend. l. prima. ff. de iure deliberan. in patria verò consuetudinaria vix obseruaretur, si resignans moreretur in possessione post sex menses, & intra tempus prorogatum, nisi ex magna causa prorogatum esset tempus: nam cum ista regula recepta sit, vt lex Regni, & sic publicata & registrata, & non eius derogatio vlla, seu prorogatio, quia per istas prorogationes nunquam fieret publicatio. Et sic fraudarentur nominati, graduati & mandatarij: & daretur via delinquendi. Ideoque vix reciperetur in Francia. Sed hi sex menses, à quo tempore computentur, audi.

A data

Adata supplicationis, & non à die præstiti
consensus computandos.

GLOSSA QVINTA.



DECIDIT hic text. à quo tempore computentur hi sex menses, nempe à die supplicationis, non à die consensus sic cut in regula, de infirmis resignantibus dictum fuit: & hoc additum fuit per Pau. iij. ann. 1540. die xiiij. Aug. nunc quoque per Iulium Papam iij. approbatum, ad rescandum dubia super hoc contingentia. Nam per datarium solet apponi data in supplicatione, à quo tempore currit tempus istud. facit l. tali. ff. de iure dotium. quamuis Gomef. asserat à tempore consensus computandum. q. vij. vide Petr. Paris. disputantem in consi. cxlij. quod terminus, in iij. volu. & ista opinio iam dudum à senatu recepta est, & secundum eam iudicatum.

*Sex menses pu-
blicationis à quo
tempore currant.*

Si verò extra curiam factæ sint.

GLOSSA SEXTA.



QUOCVNQVE siue à legato, Archiepiscopo, vel alio quocunque: quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus, de leg. ij. ff. etiam si ab Abbate, vel alio inferiore, Abbatissa vel quocunque alio, etiam si à laico qui ex speciali priuilegio conferat: de quo tradunt doct. in c. dilectus, iij. de præb. facit c. regenda, & c. nouerit, x. q. j. & ideo collatio facta à legato extra curiam debet intra mensem publicari, vt hic: quia cum sit in patribus, hoc fieri facile poterit.

*Collatio à quo-
cunque facta ex-
tra curiam debet
intra mensem pu-
blicari.*

Intra mensem.

GLOSSA SEPTIMA.



SED quomodo computatur hic mensis? Respon. prout est in Calendario: vt si calendis Ianuarij collatio facta fuerit extra curiam, & vsque ad Calendas Februarij non fuerit publicata, & resignans decesserit, non valebit prouisio per resignationem facta, per istum textum. gloss. in capitul. quam sit, de electio. in vj. scripsi abundè in forma manda. Apostol. in gloss. post mensem. & hoc si mortuus fuerit resignans in possessione, secus si viuat: vt inferius dicetur.

Z iij

Extunc.

GLOSSA OCTAVA.



D E S T intra sex menses, si in curia vel infra mensam: si extra curiam, hæc clausula in gratiæ rescripto posita gratiam magis efficacem reddit, teste Decio, consil. ccccv. vi. debetur, in principio. glo. in clement. vna, de concess. præbend. vbi scripsi.

Vbi dicta beneficia consistunt.

GLOSSA NONA.

Publicatio in quo loco fieri debeat.



H O C text. soluitur quæstio, in quo loco publicatio fieri debeat? & tex. respondet, in loco beneficij faciendam esse, per hæc verba, vt videlicet prouisio nota fiat ordinario collatori, qui aliàs posset (vt ignarus resignationis & prouisionis) alteri conferre: vnde materia litigandi, quæ plus satis pullulat, excresceret: cum vt prouisio atque acceptatio notæ, manifestent alterum ius in ipso accepto beneficio habere. Roma. consil. ccccxxxij. quo ad primum. Et vt sciat populus, atque cognoscat suum pastorem, quod maxime decet: vt habemus in Euangelio, *Oues mea cognoscunt me.*

Limitatur quando non posset fieri eo loci, vt pote ob periculum belli, pestis, ob insidias inimicorum, vel aliud iustum periculum per c. vbi. §. porro, de elect. in vj. & c. statuimus, de offi. deleg. ibidem, clem. vna, de foro competen. clem. vna, de concess. præbend. sic Roman. d. consilio ccccxxxij. quoad primum. quia sufficit aliquid fieri per æquipollens, quando sic non potuit impleri pro forma: vt plenè Albert. Brunus in tracta. de forma & solennita. actus, rub. de potentia & effectu formæ, limit. xxxij. scribit post Fel. in c. cum dilecta, col. xvij. num. 13. limit. vij. de rescri. Idem firmat Cassador. in decis. j. de dolo. tamen debet publicare in alio loco, in quo scit parrochianos illius beneficij resignati degere, vel vbi fortè exercetur iurisdictio. de Ripa in tract. de peste, in v. speciali pestis, in contractibus. Maleret. in tract. electio. fol. 80. colum. iij. Gomes. hîc, q. xij. quomodo verò fiat hodie publicatio, dico infra in glos. seq. nume. 26.

Publicatio an intra ecclesiâ fieri debeat.

Et nota tex. istum non dicere, publicationem esse faciendam intra ecclesiam, sed vbi beneficia consistunt: & ita sufficit quòd fiat extra ecclesiam, in Cimiterio vel in alio loco beneficij: vt concludit Dom. d. consil. lxxv. in causa, in fine. plenius Panormita. in consil. xcix. illud, colum. ij. in ij.

in ij. volumi. vbi dicit, quòd si parrochiani clauerint ecclesiam, potest capi possessio extra: & in ecclesia fieri dicitur, quando ante eam fit, clement. caussam, in verb. in domo, de election. debet tamen ibi fieri, quando populus adest, vel tempore mercatus aut Missæ, vel prædicationis: vt inferius dicitur.

Publicatæ.

GLOSSA DECIMA.



C O N S T A T quòd paria sunt, non esse, vel non apparere esse, l. in lege, ff. de contrahen. emptio. l. duo sunt. de testa. ru. tel. procedere videmus etiam in libertatibus. l. si pluribus, ff. de manumissis testa. vnde cum interdum collationes fiât secretè in cameris, dicit Hostien. in summa, de concess. præben. ob id debent publicari: imò electiones clam factas annulat summus Põtifex in c. quia propter, in fi. de elect. & clandestinas collationes suspectas habet. c. vno, vt ecclesiast. benefic.

Publicari debet collatio per resignatione facta.

2 Ideo vult ista regula collationes huiusmodi publicandas esse, scilicet, vt expectantes, nominati & graduati sint certi, & ne deludantur, putantes effectum sibi esse beneficium, quod tamè erat resignatum: tum vt subditi sciant verum eorum prælatu, ac episcopi quibus curam animarum committere, & rationem exigere, necnò iura episcopalia percipere debeant, c. conquerente, de offic. ordinar. videant que an sint idonei, c. ordinarij, de offic. ordinar. in vj. etiam si notorium esset possessorem resignasset, adhuc publicatio ista requiritur: vt docet Gomes. hîc.

Publicata quando dicatur collatio.

3 Publicatæ quando dicantur? Respon. quando palàm factæ sunt. l. sed si pupillus. §. proscribere, ff. de tributor. actio. palàm autem fieri diuersimodè intelligitur secundum qualitatem beneficiorum: vt si beneficia consistant in ecclesiis cathedralibus, conuentalibus, seu collegiatis, is qui vult capere talium possessionem, & publicare, debet habere notarium, seu scribam illarum ecclesiarum, & ille instrumentum possessionis conscribere debet, si qui recuset, alter notarius Regius, vel Apostolicus adhibitis duobus testibus poterit instrumentu huius missionis in possessionem conscribere: vt lege Regia cauetur in titu. de reformatio. prouif. artic. xij.

Publicatio quomodo fieri in ecclesijs cathedralibus debeat.

4 Et si vnus diceret se notarium ecclesiæ, cum plures essent, valebit quidem receptio & instrumentum, quamuis non esset scriba: sed is, qui sic asserit se esse, cum reuera non esset pœna falsi tenetur. l. eos. ff. de falsis.

5 Si verò agatur de adipiscenda possessione beneficij curati, tunc coram notario & testibus capere possessionem quis debet, & sufficit, siue sit notarius Regius, siue Apostolicus, postquam ibidem nil dicitur. artic. xiiij. in lege Regia.

Possessio beneficij curati quomodo possit apprehendi.

Quod adhuc diuersimodè fieri posse dicamus. Primò fieri potest 6 actus huiusmodi possessionis in Missa solenni, die dominico, aut festo, populòque denunciatur, qui diebus illis adesse debet. c. vt dominicis, de parochianis. glo. in clement. prima, in verb. eas, de sepulturis, & in clem. caussam, in verb. solennitati, de electio. & in clem. vna, in verb. ad diuina, de foro competen. & in clem. caussam. §. verum. in verb. solenniter, de electio.

Dicendo missam parochiale factis dicitur publicatio fieri.

Secundò possessionem hanc solennem agit resignatarius, sacra faciendi & dicendo Missam in illa ecclesia parochiali sibi collata, vel ibi præiudicando tanquam curatus: vt docet Paul. Paris. consil. xxxix. an regula, in fine, in iij. volu. post Domi. Gemi. consil. lxxv. in caussa, columna secunda.

Die mercatus publicatio resignationis & collationis fit.

Tertiò si die mercatus, aut nundinarum is resignatarius acceperit 8 possessionem interdiu, non noctu, & quando multitudo conuenerat: nec aliàs sufficeret coram quatuor testibus accepisse possessionem, ad hoc vt intelligatur publicatio facta: nec dicitur publicè factum ob fraudes, quæ possent in huiusmodi testibus contingere prohibendo illis ne quicquam dicant: in l. in fraudem, ff. de his quibus vt indig. glossa in capitulo primo, de clandestin. desponsa. Dec. in l. quo tutela. §. clam. ff. de regulis iuris.

Vbi ius redditur, publicatio fieri potest.

Quartò si fuerit publicata eo loci, quo ius redditur, & hoc aut in platea communi, aut in auditorio caussarum proprio, in quo sita est ecclesia: vel si publicata fuit coram præside prouinciae, & in illo auditorio, in cuius territorio sita est illa ecclesia: vt dicto articulo xiiij. de refor. prouif. quia latere non potest, quod fit in loco vicino. cap. quosdam, & cap. seq. de præsumpt.

Executor bullæ publicationis quo modo facere debeat.

Quintò poterit executor bullæ conuocare multos, coram quibus 10 publicatio fiet, veluti ædiuos (quos marguilliers, siue operarios ecclesiarum vocant) & parochianos in bullæ fulminatione: nam iudicis intimatio legitima censetur. l. fin. C. Communia de leg. quam allegat Romanus consil. vj. quod dicta fulminatio tamen in Francia fieri non solet, sed possessio capi per presbyterum vel clericum, seu notarium, qui mittit in possessionem. † Sed si fuerit facta fulminatio ad cautelam, valebit, si nec nocere poterit: & hoc est tutius in resignatione, licet in aliis, non fiat.

Publicatio fit si ostendatur collatio & missio in possessionem collatoribus.

Sextò publicatio fit, quando insinuatur & notificatur collatio, & missio 12 in possessionem patronis, seu collatoribus, vel eorum vicariis, & dato illis exemplo signato manu notarij, vel secretarij eorum, si velint: & de ista notificatione instrumentum fieri debet, quod non tenetur ostendere, nec eius exemplum tradere prouifus collatoribus: quia hoc cautum non est: notarius tamen requisitus hoc denegare non debet, dum solua-

Papa mortuo publicatio etiam fieri debet.

tur eidem. † Et hæc publicatio fieri debet siue tempore illius pontificis, 13 qui contulit, siue tempore successoris, si non fuerit antea facta: vnde consilij contra aliquem, qui prouisionem obtinuerat per resignationem à Paul. iij. quo tamen mortuo intra sex menses postea bullam obtinuit à Julio iij. immed

immediato successore, sed non accepit possessionem, nec publicauit illam intra sex menses: vnde resignans mortuus est in possessione: dixi vacare per obitum: quia verba conueniunt regulæ: nempe resignatum est beneficium, publicata non fuit resignatio, resignas in possessionem mortuus est, igitur & dispositio locum habebit. l. iij. §. roties, ff. de damno infecto. † Nec mors Papæ tollit, quin prouifus capere debeat possessionem, & publicare, quandoquidem hinc non prohibetur: nec dubium est in hoc regno Franciæ dicente lege Regia, quam supra adduxi. Sed poterit istam publicare prouisionem etiam post sex menses, ante tamen mortem resignantis: vt inferius dico: quicquid dicat hinc Gomef. quæstione sexta.

15 Sed instat adhuc Gomef. quærens vbi nam facienda sit huiusmodi publicatio, dicens quosdam dixisse, sufficere dum fiat coram notario & testibus, si in curia fuerit resignans: alij dicunt in Cancellaria, vel in Camera Apostolica, vel in audientia contradictarum, quando frequens adest populus: vt Cassador. decis. xxij. super hac regula. Ipse verò dicit in dignitatibus, & ecclesiis parochialibus faciendam esse publicationem in loco beneficij, in simplicibus verò posse fieri in audientia Contradictarum Romæ.

Romæ an publicatio fieri possit.

16 Ego verò putarem simpliciter publicationem esse faciendam in loco beneficij, vt dictum statim fuit, siue sit dignitas, seu curatum, siue simplex beneficium, intelligendo velut supra dixi in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, ac conuentualibus: si hoc fiat in ecclesia præsentem scriba, seu notario ecclesiæ, & interdiu: verum in parochiali, quod publice in ecclesia in prædicatione, in mercatu, vel aliàs: vt supra dixi. & idem in beneficio simplici, vt teneatur quis publicare quemadmodum dixi, vel intimare vicario, seu episcopo, tradendo eidem exemplum: nam valde laboriosum & difficile esset ire Romam ad publicandum collationem factam.

17 Nec satisfactum esset rationibus regulæ, quæ sunt, vt ordinarij collatores sciant, quinam teneant beneficia, & possideant in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quippe eorum interesse vertitur. c. ordinarij, de offic. ordinarij. in vj. & §. inquirant, de collatione in Concordat. & pragmat.

18 † Nam ex ista publicatione Romæ facta non tollentur intrusiones: nec per hanc ordinarij poterunt scire vacationem aut collationem: expectantes quoque non certiorabuntur, nec nominati, aut graduati, nec mandatarij Apostolici. Adhæc quia tex. dicit publicationem faciendam in loco beneficij, quando fieret Romæ non esset in loco beneficij: igitur non putarem valere Romæ factam, nisi in beneficiis vrbis, non aliis.

19 Aliter parum feriret hæc regula, volens resignationem publicari, nam de iure testes debent interesse in adeptione possessionis, sicut in aliis actibus aliàs actus non posset probari. capitul. ij. & capitul. licet, de testibus. Ergo hæc regula requirens publicationem aliquid addit iuri communi. Et quod non dicatur publicatio coram duobus aut tribus testibus

testibus, consuluit Panor. consil. xcix. Saluatoris, & c. illud, in primo volu. & Dom. dicto consil. lxxv. in causa. col. ij. hoc approbat dom. Arnol. Ferron. in commentariis, ad consuetud. Burdegal. §. fi. de subhasta.

Si verò beneficium consistat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel cō. 20 uentuali, possessio capi solet in principio Missæ maioris, vel in fine, aut in vesperis, & vt supra dictum fuit: & bonum esset istam possessionem sic captam registrari, & inscribi in libro ecclesiæ, apud quem possessio capitur, & per curatum in suo libro: imò satis dicitur publicata resignatio, si quis adeptus sit possessionem, qua vtatur & se notoriè gerat procurato vel beneficiato: nam per æquipollens adimpletur mens regulæ: vt tenet Gomef. q. xj. † Quod tamen sufficere non putarem in Francia: quia 21 nos legem habemus, de qua supra scripsi, quã nostrates Galli seruare tenentur, aliàs possessionem amitterent, non autem plenum ius, quod forte possunt habere in beneficio: siquidem lex civilis priuare non potest eo iure, quod dare nusquam ei licuit. l. iij. ff. de re iudic. doc. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.

*Bulle per mortē
Pape si non pos-
sint obtineri, nō
uacabit benefi-
cium per obitū.*

Notandum est etiam, quòd si Papa moreretur antequàm bullæ po- 22 tuissent expediri: & postea per longum tempus vacaret sedes, & resignans moritur in possessione: quia sine bullis resignarius non audeat recipere fructus, tunc non vacaret per obitum resignantis: quippe non stat per ipsum resignarium, ergo illi non est imputandum. reg. in iure civili. ff. de regulis iuris. Auriol. in additio. ad montem Laudun. in c. pen. de elect. in vj.

Imò dicit Petr. de Vbal. in tract. de success. ab intesta. in secunda parte 23 colum. xvij. quòd si Papa moriatur ante sex menses, expirat regula: ergo non tenebitur quis eam seruare: sed ego puto cū ista sit de registratis in curiis Parliamentorū Regni, non extingui per mortem Papæ, cū, vt dixi, facta sit lex Regni. Fuit autem registrata in hoc Senatu anno 1492, die 27. Augusti, & secundum eam multoties iudicatum: vt patet in præfat. ad rubr. de colla. in Concord. vbi scripsi. vnde si postea obtinere possit bullas, tenebitur hanc seruare regulam.

Vel possessio illorum ab eis, quos id contingit petita extiterit.

GLOSSA UNDECIMA.

*Publicatio in
possessio post sex
menses ante mor-
tem resignantis
fieri potest.*



IC secundum registrum curiæ Romanæ est alternatiua ad veritatem, cuius sufficit alteram partem esse veram. l. si hæredi plures. ff. de cōditio. institut. l. si is qui. §. vtrum, ff. de rebus dub. cap. inter cæteras, de rescript.

Sed in registris curiæ Parisien. est hîc coniunctiua, ideoque requiritur public

publicationem esse factam, & possessionem captam, aliàs vacat per obitum: veruntamen in forensi iudicio seruatur, quòd quocumque resignatio fuerit publicata, & possessio accepta per resignarium, sufficit: quamuis tempus hîc præstituatur: quia in hoc non seruatur in praxi, dummodo quis capiat possessionem & publicationem, vt supra dictum est, faciat ante resignantis mortem per tres aut quatuor dies: vt in l. filia. ff. soluto matrimon. vt inferiùs dicitur.

Siresignantes ista postmodum in eorundem resignatorum.

GLOSSA DVODECIMA.



STA dictio postmodum, interpretatur vsque ad mortem, videlicet si resignantes post sex menses decesserint in possessione beneficiorum, quæ resignarunt in curia, beneficia vacabunt per obitum & non per resignationem, etiam si Papa mortuus fuerit post sex menses: vel collator alius post mensem: imputandum enim est resignario, cur intra sex menses nō obtinuit bulla, & non publicauit suam prouisionem: vnde cum per eum ster, sibi venit imputandum. regul. in iure. ff. de reg. iur. vnde cautela esset in hoc casu, quādo mortuo Papa quis non potest obtinere literas, vt iterum resignetur coram ordinario, qui conferet isti resignario non valenti obtinere bullas, & ex collatione ordinarij accipiet possessionem, & sic resignans non morietur in possessione: & ita secunda resignatio in hoc valebit, vt resignans cedat suæ possessioni.

*Cautela pro eo
qui non potest
bullas à Papa ob-
tinere.*

Et per istum tex. patet, à contrario sumendo argumentum, quòd si resignans moriatur intra mensem, vel ante sex menses, in possessione beneficium nō vacabit per obitum, sed per resignationem: quia hîc dicit postmodum, quamuis Auriolus tenuerit contrarium in cap. eam te, num. 267. de rescrip. nam quod in vno prohibetur, in alio permittitur. cap. fin. de filiis presbyterorum. l. cū præ or. ff. de iudic. nec iste textus statuisset tempus, si antea voluerit regulam locum habere: quòd tanquàm omnibus notum, non diutiùs insistam comprobare.

Possessione.

GLOSSA DECIMATERTIA.



LIVD est possidere, aliud in possessione esse. l. si quis ante. ff. de acquir. possess. nam colonus dicitur esse in possessione, licet non possideat: & qui mittuntur in possessione causa rei seruandæ, dicuntur quoque esse in possessione, licet non possid

*Possidere aliud
est, quā in posses-
sione esse.*

possideant, per l. ij. §. creditores, ff. vi. possidetis, & l. cum legati, quibus ex caus. in possess. eatur. Dec. in c. consultationibus. colum. ij. de offic. de. legat. vnde per hoc verbum, si resignans post resignationem semper receperit fructus, & alios actus: sicut verus curatus fecerit, & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficium vacabit per obitum, etiam secundum quosdam, si resignans tanquam conductor dicere se fructus recipere (nisi de locatione constaret) adhuc enim in possessione esse dicitur. † Alias fieret huic regulæ fraus, nec publicaretur resignatio: nam resignatarius permetteret resignantem vti fructibus beneficij, locando sic verbo fructus beneficij: quamobrem obuiat hæc regula fraudibus istis, disponens hoc casu vacare per obitum: sic consuluit Corneus conf. cxxxvij. licet multas. in ij. volum. alioqui verus rector ignoraretur, vel sic duo essent vno instanti curati, & rectores beneficij, contra tex. in c. cum non ignores, de præb.

Et quia non est petita possessio, nec publicata, cum ipse resignans semper fuerit in possessione: ob id si in ea moriatur, erit locus huic regulæ, per text. in l. sicut. §. superuacuum, ff. quibus modis pignus vel hyp. soluitur.

Quod verum esse putarem, si sciente & consentiente resignatario resignans iste fecerit aliquos actus tanquam curatus, quos non potuisset resignans, vt conductor aut vicarius facere, & hoc debet maxime considerari.

Resignans non potest iuste post resignationem fructus capere.

Imò resignans, qui post resignationem, quam sit expeditam remanet in detentione beneficij, & capit fructus, non est in conscientia tutus: nec ille in cuius fauorem resignauit, si permittat, teste prouincia. fol. 33. vers. consultus, & c. quia resignans per resignationem amisit ius percipiendi fructus, cum amiserit beneficium & possessionem illius, cap. post translationem. §. rursus, de renun. c. inter, de præb. & sic est malæ fidei possessor, qui fructus non facit suos. l. bonæ fidei, ff. de acquir. rerum domi. gloss. in c. grauis, de resti. spoliar.

Is etiam cui fuit resignatum peccat, permittendo resignantem vti beneficio, cum non sit pastor: & verus pastor dimittit oues mercenario, qui non seruit, vt verus pastor, vel prout tenetur, publiceque interest eum qui ius habet in beneficio possidere illud: eum verò qui non habet ius, eiici, arg. c. cum nobis, de elect. c. constitutus, & c. oblatæ, de appell. Tum propter hospitalitatem, quam exerceret verus curatus, vt tenetur, non verò mercenarius, c. de monachis, de præb. Tum vt oues pastorem suum agnoscant, velut est in Euangel.

Quod verum existimarem, quando resignans clam fructus acciperet, vel tanquam curatus, tunc enim peccaret, secus si tanquam conductor: quia tunc resignatarius donare videretur, & potest: dum modò hoc fiat sine conuentione, alias esset simonia: nisi Papæ autoritas interuenisset, c. cum pridem, de pactis, c. quam pio, prima quæstione secunda, nec inuenio prohibitam donationem inter eos: sed hoc casu vacabat beneficium

cium per obitum, vt dixi: & fuit prolatum Arestum contra eum, pro quo resignatio fuerat admittenda: sed ipse non receperat possessionem in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gaubard, pro Giberto de Columbe, die 13. Augusti, anno 1540. idem quoque Arestum fuit latum & pronunciatum vij. Septemb. 1526. inter magistrum Nicolaum Pondene, & Falconem de Cusi, ratione præbendæ ecclesiæ Annicien.

Arestum.

8 Item quando resignatarius possessionem recepit, & eam publicauit: sed tamen resignans est semper in possessione, dico vacare per obitum: quia non dicitur accepisse possessionem, nisi duret: nam verum non dicitur, quod non durat verum. l. si pro patre, §. verum, ff. de in rem verso. plenè Hippol. in l. qui falsam, nu. 51. cum sequen. ff. ad legem Cornel. de falso. text. & ibi gloss. in c. ij. de verborum significat. † Vbi non videtur fuisse, quod postea non durauit: sic nec possessio capta, quæ non durauit. l. ij. §. fin. quib. ex caus. in possess. eatur. facit quod dicunt doct. in clemen. fin. in princip. de vita & honest. clericor. de eo qui momento fert vestes bipartitas, vt puniri non debeat poena illius text. alias fieret fraus huic regulæ: nam resignatarius caperet possessionem, & postea eam relinqueret suo resignati, qui semper remaneret in possessione, quod damnat iste text.

Per obitum vacat beneficium post publicationem, si resignans in possessione moriatur.

10 Quid si resignatarius ipso die mortis resignantis beneficij possessionem acceperit, an valeat? Respon. non, nisi resignatarius probet se quoque ante mortem accepisse possessionem, l. filia, ff. soluto matrimo. not. per Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari, ff. de operis noui nuncia. Fel. & Dec. in c. in præsentia, not. xij. de proba. & c. auditis. de præscript. Socii consil. lxxvij. nu. 7. in ij. vol. quia pro mortuo habetur, qui de proximo est moriturus. d. l. filia, & l. huic scripturæ, ad legem Aquil. & pro cincto, qui de proximo cingendus est. l. pen. ff. de testa. milita. & plenè Hippol. in repet. l. vnic. nu. 70. cum sequen. C. de raptor. Anch. consil. ccccxxx. fuisset, in fi. Barbat. in c. in præsentia. nu. 38. de probat. † vidi reprobata resignationem, & publicationem factam die mortis: quamuis probatum fuisset ante mortem factam, in magno Regis consilio.

Possessio accepta die mortis resignantis non valet.

12 Primò fallit hæc regula in beneficiis consistorialibus, quæ cum in consistorio resignentur, & ipsorum resignatio ibidem recipiatur, satis dicitur publicari. argumen. l. omnium. C. de testamen. Gomez. quæstione quinta. sed cum non sufficiat publicatio sola, sed possessionem quoque adeptam esse requiratur, dicendum videtur, quòd in his etiam locum habeat: nec enim sufficit ista publicatio facta Romæ: cum hæc regula dicat, publicationem esse faciendam, vbi beneficia consistunt, & sic non Romæ: vt superius dixi.

Limitationes ad hanc regulam.

13 Secundò non procedit in beneficiis temporalibus, vt pote in feudis: vt dictum fuit in gloss. j. supra.

14 Tertio limitatur quado vacaret alio modo, quam per resignationem: vt scripsi supra in glo. ij.

15 Quarto derogatur huic regulæ, quando tempus sex mensium fue-

rat à Papa prorogatum : vt in glos. quarta abundè traditum fuit.

Quintò si Papa mortuus fuisset, antequàm bullæ potuissent expediri in-
tra sex menses : vt suprà dictum fuit, in glo. x. publicata.

Sextò non procedit, quando causa possessionis esset mutata, vtpote, 17
si hic resignans tanquam curatus esset in possessione, demum resigna-
tarius post adeptam possessionem, & publicationem isti locaret : & is
resignans in possessione tanquam conductor moreretur : non vacaret
beneficium per obitum, quia publicata fuit resignatio, & possessio ap-
prehensa : vnde non procedit hæc regula, sicut videmus in eo qui reti-
net vsum fructum. l. quisquis. C. de donation. l. si is qui pro emptore, in
princip. & ibi doctor. ff. de vscap. Boer. in §. primo, titul. de donation. in
consuetud. Bitur.

Derogatio ad regulam an recipiatur. Septimò, si derogatum sit expressè huic regulæ à Papæ, quia tunc ha- 18
betur ac si nusquam fuisset edita : tamen in hoc regno foret hoc periculo-
sum, quando quidem recepta est, & registrata in Parlamētis : & sic effecta
ius Gallorum, ob id vix ista derogatio reciperetur.

Nam si ius ciuile receptum sit, & canonizatum, aut in iure canonico 19
descriptum, licet tollatur ius ciuile, non tamen tollatur illud, quod est ca-
nonizatum, per gloss. in l. vna. C. de colla. donat. lib. x. Petrus Gerar. sing.
xxvii. scripti in tract. nomina. q. v. nume. 16. maximè cum hodie extet lex
Regia de reforma. prouiso. in cōsti. reg. & quia posset præbere materiam
delinquendi : quod reprobatur in l. conuenire. ff. de pact. dotal.

Noua prouiso post sex menses an valeat. Octauò non procedit, quando resignatarius de nouo impetrasset etiam 20
nulliter, quia non vacabat ante obitum : tamen ista noua prouiso supplet
omnes diligentias, & æquipollet publicationi : tum quod noua prouiso
fit coram Papa, ergo coram omnibus. l. omnium, vbi Ias. & alij. C. de te-
stamen. Gomez. q. xj.

Contrarium teneo ratione fraudis vitandæ, nam resignatarij semper 21
ita possent impetrare de nouo : & illa impetratio nulla est, quia beneficiū
non vacat ante obitum, & est subreptitia : nisi fiat mentio primæ resigna-
tionis & prouisionis : nec obstat quòd fiat coram Papa, ergo publicata :
hoc est falsum, quia ista regula in resignatione facta coram Papa requirit
publicationem, vbi beneficia consistunt, multò fortius in noua prouisio-
ne postea facta : alioqui semper fieret fraus regulæ, & nunquam esset illi
locus, vt scripsi in tract. de pacific. possessor.

Publicatio ex possessio ante mortem sufficit quòd fiat. Nisi post obitum impetraretur, tunc enim isti valeret sicut alteri facta 22
prouiso, quia non est contraria isti regulæ.

Item vult dicere Gomez. hîc, quòd sufficit, si publicatio fiat in- 23
tra sex menses, & possessio petita sit ante mortem, quæstione octa-
ua. ego verò puto per istum textum, requiri publicationem, &
possessionem fieri intra sex menses, si resignans eo tempore mo-
riatur.

Si verò resignans non moriatur intra sex menses, nec intra annum 24
sufficiet resignatio capere possessionem, & eam publicare ante resi-
gnantis

gnantis mortem : nec ista duo diuerso iure censuri debent : & ita serua-
tur in Francia.

24 Sed hîc statuit sex menses, quando vacauit in curia, eò quòd si postea
resignans moriatur, resignatarius est in culpa, cur non accepit possessio-
nem, & non publicauit resignationem, ideo vacabit per obitum : & hoc
probat tex. requirens resignantem in possessione decedere, & sic ista tria,
vt declarat tex. ibi, postmodum & c. & superius in principio huius regulæ
dictum fuit.

25 Nonò limitant alij, quando quis resignasset ius, quod habet : nam hic
text. loquitur de resignante beneficium. Contrarium tamen suprà tenui
in glos. iij.

26 Decimò non procedit, quando obstante impedimento non fuit ade-
pta possessio, nec facta publicatio : vt suprà dictum fuit in glo. ix. A duer-
te tamen, si possit dici impedimentum circa locum excusare : vt si in
vno loco fieri publicatio non possit, quòd in alio valeat : sed impedi-
mentum circa rem non, id est si non fuerit facta publicatio, vtpote quia
erat minor, vel ignorabat hanc prouisionem & collationem : certè
adhuc vacabit per obitum, ætate, vel ignorantia non obstante, nec
impedimento, si illud aliquo modo vitare potuit, per istum text. qui
loquitur in rem, videlicet collationes quæque, & quæuis aliæ disposi-
tiones, de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, nullius
sunt roboris vel momenti : alioqui posset quilibet allegare ignorantiam
vel impedimentum, & sic vitare regulam, & fraudem adhibere, adeò
quòd nunquam resignatio publicaretur : ideo his fraudibus iura ob-
uiant, tam ciuilia quàm canonica, l. in fundo. ff. de rei vendicatio. capitu-
fedes, de rescript. & imputandum est huic, quare non paruit legi, in-
quantum potuit : vt docet l. Imperator, ff. de appellat. sic consuluit Petrus
Parif. consil. cxliij. quòd terminus, columna prima, & sequen. in quarto
volumine, & sic iudicauit magnum Regis consilium anno 1543. dict. Ia-
nuarij, pro Francisco Matthæo, contra Nicolaum de Berri. putarem ta-
men, quòd si pars aduersa impediret publicationem, quòd non vacaret
per obitum, quia dolus non debet alicui prodesse, capitu. sedes, & seq. de
rescrip. sed pro facta haberetur, l. in omnibus causis, & l. in iure ciuili, ff. de
regulis iuris.

Impedimentum an excuset à publi- catione.

27 Vndecimò fallit, quando resignatarius moreretur ante resignantem, 25
etiam non accepta possessione, tunc beneficium vacabit per mortem
cessionarij verè, poteritque per illius mortem impetrari : quia hæc regula
non vult veram vacationem tollere, sed nouam fingere : & vbiunque ve-
ritas adest, fictio cessat, l. si filius familiæ, ff. si certum petat. l. filio. de liber.
& posthum.

Morte resigna- tarij uacat uerè beneficium.

28 Item in isto casu quid opus est fictione, cum veritas patès sit, & in cer-
tis non est locus coniecturis, l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. oblig. nec
tunc expectabitur obitus resignantis : sed ipse poterit illud beneficium sic
vacans per resignatarij obitum impetrare.

Si resignans re-
tineat bullas, an
uacet per obitū.

Duodecimò quando resignans retineret bullas, & resignatarius nescit 29
sibi factam esse collationem, tunc non vacabit per mortem, etiam si per
decennium retineret bullas: tum quòd ignorantia non currit tempus: tum
etiam quòd ratio huius tex. cessat. Dom. & Perus. in c. commissa, per illum
tex. in verb. annus, de elect. in vj. nec potest ignorantia fraus adscribi. ¶ Ve- 30
runtamen quia fieret fraus regulæ: nam sic resignantes consanguinei sem-
per retinerent bullas, ob id dicerem adhuc istam regulam habere locum
in odium resignantis, qui non publicauit resignationem, & legem non est
secutus, & ut omnis fraus consanguineorum cesset.

Retentio posses-
sionis rei à Pa-
pafacta derogat
huic regulæ.

Decimotertiò non procedit, si quis resignasset retento sibi stallò in 31
choro, & loco in capitulo, & sic moriatur in illa possessione: nam cum re-
signatarius sit in possessione illius dignitatis, nò censetur resignans mori in
possessione, nisi in possessione loci & stalli in choro, quæ non extinguuntur
cum persona, sicut canonicatus ad effectum, c. dilecto, de præben. & supe-
riùs scripsi, quòd Papa in hoc videtur derogare isti text. retinendo, quòd
ipse sit in possessione talis rei.

Item si Abbas, vel alius resignauerit suam abbatiam, & retinuerit 32
sibi regimen & administrationem ipsius monasterij, si resignans sic in
vita utatur, & nouus Abbas post eius mortem veniat, valebit pri-
ma prouisio: nec dicitur mortuus in possessione, postquam sibi illud
retinuit: verum quoad hoc isti regulæ derogatum, & dispensatum esse
censetur.

Constitutio pre-
carij an profit
quoad istā reg.

Decimoquartò non habet locum, si resignans constituat se possidere 33
beneficium nomine resignatarij, glo. in ista reg. vide Domin. de Rota. de-
cis. cl. licet amicus, in no. & Boër. in §. j. in addit. de donat. in consuetud.
Bitur. facit cap. cum venissent. de restit. spoliat. scripsi in præfa. ad tract.
de mater. possessor. in tertio tomo ordinatio. regiarum: requiritur tamen
etiam hoc casu publicatio, aliàs regula locum haberet. Limitationes alias,
beneuole lector, hinc addere poteris, si quas ex tuo poteris inuenire inge-
nio, maximè illam, quòd non habeat locum in vnione, quæ etiam inuita
parte fit, & ipse possessor erit, & ius habebit quamdiu uiuet. clemen. fina.
de rebus. eccles. non alienand. & quia etiam hoc solet resignanti retineri,
& quamuis non retineretur cum iustam habeat causam, dicerem non
habere locum hanc regulam.

In vnione an
habeat locum.

Decefferit.

GLOSSA DECIMAQUARTA.

Obitus non con-
tinet matrimo-
nij contractum
nec mortem ci-
uilem.



LT SIC non habet locum, si resignans post sex menses
ducat uxorem, quia licet habens malam uxorem sepul-
tus esse videatur: tamen beneficium non censetur vacare
per matrimonium quoad resignatarium, etiam si is, qui
contrax

contraxit illud, fuerit in possessione beneficij quoufq; uxorem habuerit,
quia nò dicitur verè decedere, per hoc verbum, & obitum, quod separa-
tionem animæ à corpore denotat. l. si decefferit. ff. qui satisda. cogan. nec
dicitur obiisse morte: licet beneficia, quæ non resignauit, dicantur per
contractum matrimonium vacare: vt plenè scripsi in §. monasterijs, de no-
minat. Reg. in glo. vacare, in concordia. nec habebit locum in morte ciuili,
cum hoc verbum obitus, in ea nò verificetur: vt doct. scribunt in c. susce-
ptum, de rescrip. in vj. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & post-
humis. scripsi in regu. de infirmis resignantibus superiùs.

Non per resignationem, sed per obitum
huiusmodi vacare censeantur.

GLOSSA DECIMAQUINTA.



PER fictionem intelligas quæ non recipere probationem in
contrarium, per glos. in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. quam
sequitur Barbat. in repet. l. cum acutissimi, col. iij. C. de fidei-
commis. & Fel. in c. quanto, col. ij. de præsump. vel per præ-
sumptionem iuris & de iure, quæ etiam non recipit probationem in con-
trarium, c. penult. de sponsa. & sic nò admitteretur volens probare, quòd
vacauit per resignationem: quia ista fictio vel præsumptio pro veritate ha-
betur: & quoad iuris effectum. Et tantum in casu ficto, fictio operatur,
quantum veritas in casu vero. Bar. in l. j. §. hoc autem Senatusconsultum.
ff. ad Senatusconf. Sillania. firmat Cassad. in decis. super regul. Cancel. rub.
de vnionibus, decis. ij. Ratio huius regulæ est: quia possessor censetur do-
minus, per l. si. C. de rei vendica. l. j. de proba. & supra dixi in glo. j. alias ra-
tiones, & verbum censeatur, dinorat regulariter fictionem: vt scripsi in l. si
is qui pro emptore, post Bart. & alios. ff. de vsucapio.

Fingitur uacare
per obi. um, licet
uerè uacet per
resignationem.

Collationes quoque & quæuis aliæ dispositio-
nes de illis tanquam per resignationem vacanti-
bus factæ.

GLOSSA DECIMASEXTA.



INTELLIGE quòd collationes, institutiones, & aliæ
prouisiones sic factæ per resignationem annullantur per hoc
verbum, & quæuis aliæ dispositiones, quæ verba compre-
hendunt omnem prouisionem, siue Papæ, siue alterius: vt
scripsi in §. præfati que ordinarij. in ver. dispositiones, de collation. in

Collatio conti-
net hic commen-
dam.

Concorda. Et sic comprehenditur hęc commenda: vt si fortè datum fuerit in commendam per resignationem alicuius: vt supra dictum fuit: & collatio capitur etiam pro commenda: vt scripsi in §. Itatuimus, ij. de collatio. in Concorda. Et sic collationes factę per resignationem illius, qui mortuus est in possessione, nullę sunt, & quęcunque inde secuta fuerunt.

Et secundum istam regulam fuit sæpius iudicatum, videlicet pro magistro Hugone Rogier, contra Gulielmum Carton, qui per resignationem obtinuerat beneficium à Papa, sed nō acceperat possessionem viuentē resignante, ob id reiectus fuit anno 1505. die xxij. Decembris. Idem censuit Senatus inter Martinum de Rogis, & episcopum Ebroicē. anno 1526. die vij. Septembr. inter Nicolāum Prudhome, & Falconē de Cufsi: & superiùs alia adduxi Senatuscōsulta ad hoc, vt appareat istam regulam esse in viridi obseruantia in hoc regno.

Arefla.

Coloratum titulum nō habet resignatarius.

Et sic constat per hanc regulam, quòd collatio per resignationem facta est nulla, & sic non est colorata: vnde si is cum ista collatione nulla possederit per triennium, non iuuabitur decreto de pacific. possess. quod tenetur habentem coloratum titulum, quem iste non habet, vtpote quia est resolutus resignante mortuo in possessione: ob id ista collatio facta resignatario nullius est momenti: vt scripsi in tra. de pacific. possess. limita. prima, nume. 159. etiam probatur per verbum sequens, & inde secuta. & quamuis primò dum fuit facta collatio, fuisset coloratus titulus, postea tamen per mortem nullus factus fuit,

Et inde secuta.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Possessio sine publicatione nō valet.



L SIC possessio accepta per resignatarium sine publicatione non valet, nec potest manuteneri in possessione, in qua resignans mortuus fuerit ante publicatam resignationem: cum hęc annullatur & titulus, & alia inde secuta: vtpote si resignatarius iterum alij resignauerit, & postea primus resignans in possessione moriatur: tunc resolveretur ius tã primi resignatarij, quàm secundi, per l. lex vectigali. ff. de pigno. & inferiùs dicam. Notandum est tamen, quòd si resignatarius moriatur in mense deputato graduatis, debetur beneficium graduato, per Concordata, quia verè vacauit beneficium per obitum resignatarij: ideo amplius non resolveretur per mortem resignantis, qui iam exutus est omni iure & possessione: & sumus extra casum regulę: quia graduatus ex suo iure venit, resignatarius primus vel secundus ex iure resignantis: ideo ius illorum resolveretur, sed non hoc casu: & quia

quia fraus potest fieri cum resignante & resignatario, sed cum resignante & nominato minimè: quia nominatus non recognoscit resignantem: ideo sumus extra regulam, quę non habebit locum in hoc casu: nec tenebitur hic graduatus habens collationem per mortem resignatarij publicare, nec obest verbum, & inde secuta sunt nulla: quia si resignationes fiant à resignatario, ille sequitur: sed mors resignatarij non sequitur resignationem, sed factio venit, nec est ex factio resignationis, sed est extranea à resignatione. ideo tanquàm extranea non consideratur: arg. l. continuus. ff. de verb. obliga. nec iste resignans amplius restabitur de illo beneficio, de quo est iam prouisus.

Tamen nec ex clausul. quouismodo, posset dicere collatum sibi esse beneficium per obitum: siquidem ista regula comprehendit tantum vacationem tempore datę contingentem, & non futuram: nisi sit in rescripto si neutri, vel si nulli. c. susceptum, de rescript. in vj. Gomez. q. xvj. & superiùs scripsi in regula, de infirmis resignantibus, & in hoc rescripto si neutri, quomodo intelligatur.

Nullius sint roboris, vel momenti.

GLOSSA DECIMOCTAUA.

- 1 **R** A T E T, quòd quando iura requirunt publicationem & notificationem alicuius actus fieri: tunc data est à iure forma, quę si non seruetur, actus non valet, cle. causam, in fine, de electio. ob id annullantur collationes non ita publicatę. Notificatio in actu facienda est de forma.
- 2 Item non valeret impetratio interim facta de illo beneficio, licet postea resignans moreretur in possessione, tum quia non adhuc vacat: tum etiam quia beneficium, quod poterit vacare, non potest interim conferri. c. commissi. de ele. in vj. c. si tibi, de præb. eo. lib. Aegid. Bellamera dec. dclij. Supposito, si tamen hic resignatarius adeptus fuerit: aliud beneficium incompatible, vacabit hoc primum per c. de multa. quia collatio interim valet, sed resoluitur postea per obitum: ideo dicerem tene-ri promoueri, per c. licet tamen, de elect. vt alibi dicam. Impetratio beneficij resignantis manentis in possessione non potest ante obitum fieri.
- 3 Quæro, aliquis constituit procuratores ad resignandum coram Papa suum beneficium, quod procurator resignauit, & is cui facta est prouisio, non accepit possessionem intra sex menses, nec alio tempore: deum resignans iterum resignat, in vim cuius secundę resignationis, collatum est beneficium secundo: & is adeptus est possessionem, postea moritur resignans beneficium intra sex menses, vel vltra, confertur per mortem. Quæritur cui debeatur? Et videtur, quòd illi cui est collatum post mortem, per istam regul. Cancell. xxxij. quę vult beneficium censi vacare per mortem. Secundo resignatario an debeatur vel per mortem.

Item per primam resignationem beneficium amiserat resignans. c. 4
in praesentia, de renuncia. etiam quoad possessionem glo. assignari, in c.
inter, de praeb. nam renunciatio beneficij inducit quoque resignatio-
nem possessionis, quae animo perditur. Innocen. in c. super hoc, de re-
nuncia. Panormi. & Imol. in c. solicite, de resti. spoliato. Calder. consil.
iiij. rub. de renuncia. ergo non poterat iterum resignare: alioqui daretur
materia calumniandi. & sic faciendi plures resignationes: quod non est
permittendum.

Resignans iterum
crimine stellio-
natus tenetur.

Item ille, qui secundo resignat, nihil agit, quinimò stellionatus cri- 5
mine venit puniendus, per gl. fi. in c. nulli, de rebus eccles. non alienand.
vt dicit Berber. in viator. iuris, rub. de crimine stellionatus, in fin.

Aliàs dolus resignantis prodesse illi secundo resignatario: & quando 6
secunda resignatio valeret, posset resignans semper fraudare primum,
quod nequaquam est dicendum: imò illa simulatio, & variatio est in cle-
ricis maxime prohibita, clem. vna. de renuncia.

Resignans factus
recipiens post in-
timatam sibi pro-
uisionem tenetur
ad restitutionem
fructuum.

Vnde si is qui resignauit, remaneat in possessione de facto post resi- 7
gnationem, tenebitur ad restituendum fructus, quos percepit à die sibi
intimatam bullae resignationis seu collationis: quia prius bonam fidem ha-
bere poterat, si superior noluisse admittere, de Rota decis. clvij. licet.
reus, in nouis. aliàs est decis. j. tit. de renunciat.

Primus prouisus
praefertur secun-
do etiam si secun-
dus possideret.

Item si beneficium conferatur vni, & postea alij, & isti secundo tra- 8
datur possessio, nihilominus praefertur primus, per c. capitulum, de
rescr. c. tibi, & c. duobus, illo tit. in vj. nec habet locum in beneficialibus
lex quoties, C. de rei vendic. vt asserit Ias. col. iiij. quia in beneficialibus
non requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio sed ac-
ceptatio c. si tibi absentis, de praeb. in vj. Dy. in regu. qui prior, de regul.
iuris, in vj. igitur postquam valebat prima resignatio vsque ad mortem,
ergo secunda valere non potuit.

Nec refragatur, quòd secunda collatio primae debet praeferi. c. illud, 9
& c. suggestum, de iure patro. Respon. horum tex. rationem esse separa-
tam, videlicet, quia illic prima non fuit iure facta, sed in isto casu secus,
& non minus censetur iure facta, licet primus resignans non adipiscatur
possessionem in vita resignantis, quia hoc potuit facere semper: quòd si
non fecerit, vacauit per obitum.

Et in dubio praesumitur renunciatio iure facta. c. Confaldus. xvij. q. ij. 10
& is qui dicit eam non legitimam, hoc debet probare. c. cum dilectus,
de success. ab intesta.

Nec etiam obest, quòd non sit mortuus in posses. Respond. contra- 11
rium esse verum: quia secundus resignatarius nomine primi resignantis
erat in possessione, & sic videtur resignans primus in possessione dece-
fisse, & erat in possessione respectu primi, qui nunquam habuit possessio-
nem: alioqui semper fieret fraus huic regulae: & huic sententiae subscribo.

Resignans mor-
tiens in possessio-
ne resoluit ius se-
cundi resignata-
rii.

Item si primus resignatarius ante sex menses resignauerit alteri, & 12
postea primus moriatur non facta publicatione, & post sex menses, pu-
tarem

tarem secundi resignatarij ius resolui, & extinguere sicut ius primi extin-
guitur per hanc regulam, si resignans fuerit mortuus in possessione: quia
quod in vno statuitur, & in duobus habet locum. l. singularia. ff. si cer-
tum peta. Et resolutio iure primi resignantis, resoluatur ius secundi. l. lex
vectigali. ff. de pignor.

13 Adhuc quia prouisio vltimi est subreptitia: quia si primus resignans
expressisset Papae possessionem non captam à se, nec resignationem pu-
blicatam, forte non contulisset, vel non ita de leui. c. postulastis, de re-
scrip. quamuis Dominus Gomef. hic in prima quaestione tenuerit con-
trarium, dicens se iudicasse, tamen iudicauit contra hanc regulam, ibi
& inde secuta.

14 Nec refragatur, quòd de prima resignatione debeat intelligi secun-
dum eum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. significat. quod salua
eius reuerentia verum esse non putarem: quia ille §. hoc sermone, non
habet locum in dispositione legis, quae semper loquitur, & sic non solum
in primo actu, sed & in omni, aliàs omnes leges iam essent sublatae, qua-
rum semel casus euenit: quod est contra l. Arriani, C. de haeretic. vbi lex
semper est in viridi obseruantia: & ita limitauit in dict. §. hoc sermone.

15 Item non obstat, quòd superior consentit huic secundae resignationi,
& quando dominus consentit, tunc non habet locum. l. lex vectigali, te-
ste Guid. Papa in decis. Delphi. quaestione cccclxxv. Emphyteuta. Re-
spon. verum hoc esse, quando dominus sciens consentit, secus si igno-
rans: nec ignorans iuri suo renunciat, aut sibi praedudicat. l. mater. ff. de
inofficio. testamen. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. vnde si in
secunda resignatione fuissent omnia narrata, & Papa huic derogando
regulae conferret secundo, tunc crederem opinionem Gomef. procedere,
aliàs non. Papa enim non videtur velle plus iuris conferre, quam resi-
gnans haberet, nec huic regulae derogare, nisi hoc expresse dicat: & cum
hac regula annullat collationem & resignationem, ergo & primam,
& alias.

16 Item poterat primus accipere possessionem, quamdiu viuebat resi-
gnans ergo poterat excludere secundum: nec facit secunda resignatio,
quin vacet per mortem, & sic nec recredientia, nec possessorium debet
huic habenti secundam resignationem adiudicari: quia per hoc verbum,
& inde secuta, omnia hic annullantur.

17 Item non valet secunda collatio ratione subreptionis, & fraudulentae
resignationis. Oldr. conf. cccxxiiij. factum, col. iiij. scripsi in glo. vacantia.
§. volumus, de coll. in Concorda. quia Papa ius tertij non intendit tollere.
Et si Papa sciuisse primam resignationem & prouisionem iam factam,
isti secundo non contulisset: ob id secunda collatio nulla est, & subreptitia.

18 Imò pulchre scribit Gomef. in commentar. ad regulam de infirmis
resignantibus, quaestione xl. quòd si infirmus per procuratorem resi-
gnauerit in curia, & postea rursus in fauorem alterius cum derogatio-
ne illius regulae secundo confertur beneficium, & infirmus moriatur in-
tra vi

tra viginti dies, adhuc vacabit per obitum: & secunda renunciatio (quæ nulla est) non impedit quominus vacet per obitum: sic & hîc dicemus.

Collatio facta per vicarium reuocati quando ualeat.

Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum, antequam reuocationem sciuerit, valet. l. si fortè, ff. de offic. præsid. quem text. singularem dicit Roma. singul. lviij. & Ias. in l. more, col. iij. num. 8. ff. de iurisdic. omnium iud. & Dec. consil. cccxv. sic valebit prima prouisio per resignationem antequam fuerit reuocatus procurator resignantis.

Nec me mouet gloss. & ibi doc. in c. ex tenore, & c. in nostra, de 20 rescrip. & quod no. Oldra. consil. cccxix. quidam Hugo, vbi concluditur, quod prima electio seu prouisio, quæ est inutilis, non præstat impedimentum, nec hæc literæ primæ nullæ præstant impedimentum secundis validis. Respond. verum esse: sed in hoc casu prima prouisio facta erat valida, & ita secunda valere non poterat, pendebatque effectus, nempe si publicatio fieret, & possessio peteretur in vita resignantis.

Ideo pendente hoc tempore non poterat remoueri beneficium ab hoc primo resignatario, & alteri prouideri: & ita tamen est, quicquid in contrarium dicatur, vt beneficium per mortem vacare censeatur, non obstat. duabus resignationibus factis & prouisionibus.

Insuper quæro: valeat ne collatio facta à Cancellaria post reuocationem procuratoris intimatam cameræ? Et breui respon. valere, per text. in cle. vna. de renuncia. vbi renunciatio facta post reuocationem non intimatam procuratori, vel illi in cuius manibus cessio facienda est, valet, & dicit ibi glos. in verb. facienda, in hæc verbâ.

Post reuocationem intimatam cameræ an valeat collatio facta à cancellaria.

Quod quando mandatum est generale ad cedendum in manibus eius qui recipere possit, non potest iuuare notificatio, nisi facta sit ei, qui recipit huiusmodi mandatum, & imputet sibi, qui debuit omnibus intimare, vel saltem procuratori. Idem tenet Bonifac. & alij in d. cle. vna. Et sic consului, obrinuitque in magno Regis Consilio Do. Guiliel. Fabri contra de Cumbis.

Item in eo loco reuocatio fieri debet, vbi negotium agitur, alioquin non valet: l. sed & si pupillus. §. pro scribere. ff. de instito. actio. Sed camera est diuersum tribunal à Cancellaria, & separatum: & loca distincta, & officialésque separatos habent, & diuersos: ergo notitia facta in vno loco non ligat in alio, sicut facta vni, non ligat alium. d. cle. vna. quia paria sunt minus plenè intimare vel nihil intimare: l. veluti, ibi, vel minus plenè edictum. ff. de ædendo. l. quoties, qui fatisdar. cogant. & ibi multa doc. citant: & sic intimatio illa omni carebit iuris effectū, cle. causam. in fin. de elect.

Collatio facta eodem die quo reuocatio an ualeat.

Præterea dubitatur, an valeat collatio facta à Cancellaria, si appareat eo die collationem, & reuocationem esse factas in eadem cancellaria, vel consensum à procuratore præstitum? Respond. valere per text. in d. clem. vna. de renuncia. vbi valet prouisio facta ad resignationem procuratoris, antequam peruenerit ad notitiam illius, vel eius in cuius manibus

manibus facienda erat cessio: sed non apparet hîc quod facta fuerit notificatio reuocationis ante prouisionem, nam potuit esse postea: ideo is, qui dicit reuocationem antea factam oportet quod probet: allegans enim tempus illud probare debet. l. cum actum. ff. de negot. gest. plenè scripsi in tract. nomina. q. xiiij. num. 11. & seq.

26 Si autem resignantes post admissionem resignationis factam à Papa possent ab ea discedere, frequenter illuderetur Papæ, cuius iudicium ab eorum arbitrio pendere videretur. c. bonæ. ij. circa fin. de postula. præla. & qui dicit aliquid reuocatum, hoc probare debet. l. cum tacitum. ff. de proba. l. sancimus. C. de testa. & probare debet ante reuocatum, vt supra dictum extitit: quia non est verisimile procuratorem resignasse, aut etiam Papam prouidisse, si antea fuisset intimata reuocatio: ideo quæ prouisio prius facta præsumitur, quàm reuocatio: ideo parti alleganti reuocationem prius factam incumbit probatio. l. ei qui. ff. de proba.

27 Si tamen fuerit facta cessio in Cancellaria die prima Martij, & intimatio eodem die in eadem Cancellaria: si die secunda procurator consenserit, non valebit prouisio: cum à die consensus præstiti computetur tempus, quod non retrahetur: cum extrema non sint habilia. de quibus Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Quamuis consensum retrahi dicat Roma. consil. cccxl. nu. 7. per l. si. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudic. quia paria sunt ab initio consensum interuenire, vel ratihabitionem subsequi, regul. Ratihabitionem, de reg. iur. in vj. Sed non hoc casu, quia reuocatio iam erat intimata.

A die consensus computatur tempus.

28 Verùm cum hodie isti sex menses computentur à die supplicationis vt patet in hac regula, si procurator consenserit, valet.

29 Insuper notandum est, quod si quis resignauerit coram Papa beneficium in fauorem certæ personæ, & non aliter, nec aliàs, si Papa sic contulerit, & is noluerit acceptare: poterit resignans suam semper continuare possessionem, & sine noua collatione illi beneficio inferuire, tum ratione huius clausulæ non aliter, quia non intendit aliter resignare, nisi iste habeat: iste non vult habere, nec acceptat, ob id resignatio non valet.

Resignans non admittit resignationem potest semper suam retinere beneficium.

30 Tum etiam quia aliter facta resignatio pro non facta habetur, vt pote contra formam mandati. Sicque iudicauit Senatus Parisien. pro Domino Bochetel. canonico sancti Stephani Bituricen. qui valetudinarius resignauerat in fauorem nepotis, qui noluit acceptare, post quàm Bochetel conualuerit: vnde cum idem auunculus vellet rehabere stallum in choro, & locum in capitulo (vt moris erat) Capitulum denegauit eum recipere sine noua collatione: & post nouam collationem volebant eundem cogere ad soluendum pro ingressu Capam, vel triginta scuta solui solita à singulis canonicis: tandem fuit condemnatum Capitulum ad expensas, damna & interesse, anno 1549. die vigesima tertia Ianuarij in magna camera. vide quæ scripsi in tract. nomina. questione xxj.

Arctum.

Resignans an sine noua collatione ad suum possit redire beneficium.

Duæ resultant. inde quaestiones: prima, an sine noua collatione liceat 31 ad beneficium resignatum redire: & in hoc facerem seq. casus. primus est: si resignatio facta fuerit secundum mandati formam, non poterit resignans redire ad suum beneficium absque noua collatione. Doct. in cap. cum venerabilis, de excep. c. si beneficia, de præb. in vj. quod est verum, si resignatarius acceperit possessionem.

Secundus casus, quando beneficium fuit resignatum contra mandati formam, tunc redire potest resignans ad suum beneficium absque noua collatione. d. c. si beneficia, vt nec quidem perdat suam primæuam possessionem: nam quod fit contra formam est nullum. c. cum dilecta, de rescript. ideo semper retinet ius & possessionem, quia non censetur resignasse.

Tertius casus quando quis resignat in fauorem alicuius, & non aliter, ipso non acceptante resignans manet in possessione, donec ipse acceperit: nec aliàs renunciatio valeret. d. c. si beneficia, & in cle. vna, de renunciatio.

Prouisus in possessionem mitti debet.

Quamobrem oportet resignatarium mitti in possessionem, alioqui 34 prædo est. l. si ex stipulatione, ff. de acquir. possess. doct. in c. in literis, de restit. spol. tamē non est priuatus iure in beneficiis minoribus, qui adeptus fuit beneficij possessionem, si aliàs bonum haberet titulum. Domi. & Franc. in c. eum qui, de præben. in vj. & Nicol. Milius in verbo, beneficium. q. lvij. scripsi in tract. de pacific. possessor. nu. 237. cum seq. & vide quæ scripsi supra de misio. in posses.

Administras ante confirmationem iure est priuatus.

In Episcopatibus autem, & Abbatiis iure priuatus est, qui administrat ante confirmationem vel prouisionem à Papa receptam, etiam si 35 autoritate Regia. c. avaritiæ, de elect. in vj. alibi scripsi.

Illa tamen dignitas non potest iterum conferri ante declarationem: 36 vt censuit Senatus anno 1508. in mense Ianuario.

Ante confirmationem electus non agit possessorio.

Imò electus ante confirmationem non potest se opponere, ne incidat 37 in poenam illius: c. avaritiæ, nec impetrare literas falsinæ, aut manu tenentiæ, quia non habet solidum ius ante confirmationem, d. c. avaritiæ, & c. si. de elect. lib. vj. Alia multa scribit Gomef. quæ videre poteris, si tibi ista non sufficiant.

Amittitur beneficium per coniugium.

Adhæc nostra voluntate beneficium amittitur per matrimonium: vt 38 si beneficiarius ducat uxorem, cogitur relinquere beneficium, c. j. de cleric. coniug. quia non bene conuenit psalterium cum cithara: & coniugatus cogitans quomodo placere valeat vxori, minus ea, quæ Dei sunt, complere potest, cum quasi diuisus in duo plenam sui nõ habeat potestatem, vt ei à quo stipendium recipit, plenius famuletur, c. diuersis fallaciis, de cleri coniug. vbi quoque dicitur, quia per tales coniugatos substantia rerum ecclesiasticorum solet deperire.

Insuper quia voluptatibus simul & carnalibus desiderijs, ac diuinis 39 & ecclesiasticis vacare non valeant. c. iij. de cleri. coniug.

Sive contraxerit matrimonium, siue sponsalia. c. vno. de clericis con- 40 coniuga

iuga. lib. vj. vbi gl. intellige sponsalia de præfenti, secus si cõtraxerit sponsalia de futuro. d. c. vno, & Aufre. in decis. Tholos. q. ccxxxix. Pano. & alij in c. j. de cleric. coniuga.

41 A fortiori quoque si contraxerit matrimonium cū vidua, tūc enim vt bigamus omni quoque priuilegio clericali priuatur, c. vno, de bigamis, lib. 6.

24 Declara in coniugato, eum non posse obtinere beneficium, quamdiu vxorē habet: nam si matrimonium priuet iam adeptum, multo fortius prohibet habendum: quia turpius eiicitur, & c. c. quæ admodum, de iure. & multa facta tenet, quæ fieri prohibentur. l. patrē. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

43 Nisi vterque vouerit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem, tunc coniugatus cum vnica virgine beneficium habebit. Nam hoc casu videtur quoad effectum solum matrimonium: vt est in singulis casibus positus in c. ij. de cleric. coniug. Coniugatus quādo uxorem & beneficium habere possit.

44 Quinimò hoc modo poterit ordines recipere. c. cõiugatus, de conuers. cõiugat. c. Episcopus. lxxvij. dist. & sic est casus mirabilis, in quo habēs vxorē potest ordines sacros sumere, & effici presbyter, ac beneficium obtinere.

45 Admittit etiam coniugatur beneficium, quamuis matrimonium sit nullum, vtpote inuitum cum consanguinea, vel alia, cum qua prohibitum erat, cle. vna, de sponsal. Imol. in c. Ioannes, de cleri. coniuga. l. in l. vbi penul. C. de transactio.

46 Verum quia super his matrimonijs quandoque dispensatur, & quidem frequentissimè: ideo adiugam hęc Regu. cancel. super qua dicam impedimenta matrimonij, & super quibus dispensetur, & à quo, & in quibus non possit dispensari. Præterea licet non valeat collatio vel prouisio non publicata, tamen valebunt gesta interim facta per eum qui iam resignauerat propter publicā vtilitatem. l. barbarius. vbi scripsi. ff. de offic. prætor. l. qui tibi. C. de his qui à non dom. manumittunt.

Regula. xlvj. Innocen. viij. de dispensationibus in gradibus prohibitis.

Item voluit quòd in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut aliàs prohibito, ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit, & si scienter, ponatur clausula addita in quinterno.

GLOSSA PRIMA.



DVERTENDVM est, quod interdum super matrimonio requiritur dispensatio, aliquando non, si fiat secundum formam à iure præstituram, non requiritur: si vero contra iuris prohibitionem, tunc requiritur dispensatio, bb

Dispensatio super matrimonio quando à Rege petenda sit.

quæ postulari debet interdum à Papa, aliquando ab imperatore seu à Rege.

Tunc à Papa impetratur, quando prohibitio ab eo emanauit, & imminet peccatum, vt in gradibus consanguinitatis, affinitatis publicæ honestatis, & aliis prohibitis à iure canonico, vt in c. non debet, & per totum, de consanguinitate & affinitate, & infra dicitur.

Tutori prohibetur nubere cum pupilla.

Aliquando facta est à iure ciuili prohibitio propter aliquam causam honestam, vt pote ius ciuile tutori prohibet, ne nubat cum sua pupilla, vel aduulta, nec filius eius aut nepos, l. senatusconsulto, & seq. ff. de ritu nuptiar. & quæ personæ sub ista prohibitione comprehendantur, probatur in l. si quis tutor, & l. non solum. ibidem.

Et hoc ius ciuile ex causa prohibuit, videlicet ne pupilla vel aduulta circumscribatur in re familiari ab his, qui rationes eius gestæ tutelæ reddere compelluntur. l. libertus. §. senatusconsulto. ff. de ritu nuptiar. & ne matrimonia sic coacta fiant.

Et tunc solet Imperator, vel Rex in hoc Regno, vel alius in suo superiore non recognoscens dispensare super hoc matrimonio contrahendo: vt l. si tutor. C. de interd. matrimo. vbi sunt hæc verba, si tutor vel curator pupillam, vel aduultam quandam suam sibi, vel filio suo, nullo diuino impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eum, vel veluti in confessum de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit: vides ergo quomodo Imperator super hoc dispensat.

Et interdum audiui factam huiusmodi dispensationem à Rege cum nobilibus & diuitibus in Francia, quia pauperes super hoc dispensari non petunt.

Idem si magistratus tempore sui officij velit nubere cum aliqua sibi subiecta, quia ius hoc prohibet timore impressiois: ideoque solet hoc princeps permittere. l. vna. C. si quacunque præditus potesta. quod hodie non seruatur.

Mulier secundo nubens dignitatem prioris matrimonij impetrare potest.

Idem si velit mulier nubere ante annum lucus ratione infamiae vitanda, solet hoc impetrare ab Imperatore, vel rege, l. si qua mulier. C. ad Tertulia. l. j. vbi Bald. de secund. nup. hoc tamen non solet impetrari in Francia, licet matrimonium contrahatur.

Idem si mulier velit impetrare nuptias ad retentionem prioris dignitatis, vt pote quia fuit nupta senatori, nunc vult inferiori nubere cum retentione dignitatis: hoc à principe impetrabit: quod rarum est. l. nuptiæ. ff. de senator. prohibetur tamen ne matrimonium contrahatur per rescriptum subrepticium principis: nec licet alicui impetrare nuptias à principe sub depotationis poena, & aliis positis in rub. C. si nuptiæ ex rescripto perantur.

Rapere puellam quasi dicitur qui Regis beneficio illam petit.

Imò tantum est rapere puellam, quantum regis beneficio illam postulare. c. nullus. xxxvj. quæstione secunda. contra quosdam nobiles qui mulieres inuenire nesciunt, nisi eas principis literis, & præceptis impellant:

impellant: hæc tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico sunt correctæ. c. penul. & vltimo. de secundis nuptiis: quia matrimonia reguntur hodie iure poli, non iure fori, c. Euphemium. secunda q. tertia. Federic. consil. trigefimosexto, casus talis. Lucas de Penna in l. si. colum. iij. C. de incol. lib. x.

11 Potest tamen princeps in iuramento & aliis, quæ ius diuinum non destruant, sed iuuent constitutionem super hoc edere, non ad annullandum matrimonium, sed vt honestius contrahatur, & sine coactione, & scandalo: qua constitutione transgressa, & sic honestate violata poterit iudex hunc transgressorem mulctare, vel bonis priuare, quæ merè temporalia sint, & non subiecta ecclesiæ, quòd si principis interuenerit dispensatio, non erit locus impositioni mulctæ.

12 Et sic videmus hodie etiam quo ad matrimonia seruari leges imponentes mulctam, aut bonorum priuationem, sed non illas, quæ infamiam irrogant. cap. fin. de secund. nup. c. cum secundum leges, de hæretic. lib. vj. & per totum tit. C. de incest. nupt. nec seruantur leges illæ quæ matrimonium annullant, cum illud sit iuris diuini, quæ sunt notanda, quicquid dicant canonistæ: quia principis est continere ciues suos in honestate: cum præcepta iuris præcipua sint honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere. l. iustitia. ff. de iustit. & iure. Parisi. consil. l. j. considerata, in iij. vol.

Leges disponentes super matrimonio qua seruantur.

Super aliquo gradu.

GLOSSA SECUNDA.



GRADVS in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scalarum, graduum, vel aliorum locorum: vt sicut de vno gradu in gradum ascendimus, vel descendimus, ita & per gradus consanguinitatis de vna persona in aliam, l. iurisconsultus. §. gradus. ff. de gradi. & est habitudo personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duarum inter se personarum differant. Ioannes Andreas in declara. arbor. consanguinita.

Gradus quid sit.

Aduertendum est, quòd cum in statutis vel consuetudinibus fit mentio de gradu, vt tertio, vel quarto gradu, seu alio: tunc fiet computatio secundum ius ciuile: tum quia recta est computatio: tum quòd statuta magis accedunt ad ius ciuile, secundum quod persona qualibet faciet gradum. §. fina. institut. de grad. affinita. fin. vbi doct. C. de successor. edicto. Bartol. cōsi. ccxxiij. an fratres. Alber. Brunus in tract. de statu. excludē. foemi. artic. xij. q. xxj. Bened. in repe. c. Raynutius, in verb. & vxorem, nu. 86. de testa. Præpo. in declara. arbor. consang. nisi consue-

rudo vel statutum aliter disponderet. Bald. in l. ult. in fin. C. de successor. edito. Deci. conf. ccccxlviij. concurrat, col. ij. & conf. dlxiiij. domino, in fi. vel esset in terris ecclesiar: quia verisimile est, quod ad ius suum statutum referatur, id est ad ius canonicum.

Item fallit quando primùm habita fuisset mentio iuris canonici, vel ageretur de computatione gradus quo ad matrimonium. Ias. consil. lxxix. statutum, in iij. volu. quia præcedentia declarant sequentia. l. si seruus plurium, in fine. ff. de legat. j. alia tradunt doct. in declarat. arbor. consanguinita.

Consanguinitatis.

GLOSSA TERTIA.

Consanguinitas quid.



CONSANGVINITAS est attinentia diuersarum personarum ex eo proueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem, teste Ioannes Andr. in declar. arbor. consanguinita. vbi plus addit, quod consanguinitas dicitur à cum & sanguine, quia à communi sanguine descendunt: vt Præpo. & alij declarant ibidem. Notandum est, quod licet olim prohibitio vsque ad septimum gradum esset, quandoquidem homines antiquitus viuebant diutiùs, vt septimum eis gradum videre contingeret: hodie augete malitia populi & diminuta deuotione, diminuta, quoque est ætas: & quia difficile est peruenire, & videre quartum gradum: quamobrem hodie vsque ad eum quartum gradum inclusiue prohibetur matrimonium quis contrahere cum consanguineo, vel consanguinea. c. non debet, de consanguinit. & affinit. vbi aliæ assignantur rationes: sed si vnus sit in quinto gradu, & alius in secundo vel tertio, potest inter illos contrahi matrimonium sine dispensatione, per reg. Collateralium in linea inæquali: quoto gradu distat remotior à stipite, tanto distat inter se. d. c. non debet, de consanguinit. & in arb. consanguinita. declaratur. Petr. Paris. consil. liij. dixi, in iij. volu. & consil. seq. ibid.

In quinto gradu existens potest contrahere cum existente in secundo vel tertio.

Vel affinitatis.

GLOSSA QUARTA.

Affinitas quid.



AFFINITAS est personarum proximitas ex coitu proueniens inter copulatam, & consanguineos copulata, & inter copulatam, & consanguineos copulati, teste Ioan. Andr. & Præpos. in declar. arbor. affinit. vbi dantur descriptiones: vt ibi ipse scripsi. Et sicut in quarto consanguinitatis gradu prohibitum est matrimonium, ita in quarto affinitatis gradu: vt est notandum in arbor. consanguinitatis, & alia quæ dicuntur in consanguinitate. & in taxa, & in expeditione illius, seruari solent in affinitate: nisi procedat affinitas ex actu fornicario præcedente, quia tunc nulla est compositio: quia datur litera clausa, & tantum taxatur quoad expeditionem, ac si aperta: & in primo gradu affinitatis datur dispensatio: quod remaneat matrimonium ob scandalum vitandum, fauore scilicet matrimonij: & ne super coitu credatur partibus ad separandum matrimonium: & quia hoc impedimentum est à iure canonico inuentum: vt doct. scribunt in declar. arbor. affinita. & Prouincial. fol. 36. in no. super dispensa. matrimo. versi. item potest.

Tantum taxatur dispensatio affinitatis sicut consanguinitatis.

In primo gradu affinitatis dispensatur.

Aut aliàs prohibito.

GLOSSA QUINTA.



- M**ULTIS modis prohibetur à iure matrimonium, quæ his verbis continentur.
- 1 *Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire ne quibus, Hæc socianda vetant connubia, iuncta retractant.*
 - 2 *Matrimonij impedimentum.*
 - 3 *Error quædo vitiet matrimonium.*
- 1 **M**ULTIS modis prohibetur à iure matrimonium, quæ his verbis continentur.
 - 2 Hic duo exprimentur gradu prohibiti, videlicet consanguinitatis & affinitatis: addit gloss. tertium, videlicet publicæ honestatis, de qua infra.
 - 3 Quartus est ratione erroris videlicet personæ: vt si quis putet contrahere cum Catharina, & contrahat cum Bertha, qui error personæ vitiat matrimonium: quia non est consensus, vbi est error. l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iudic. & errantis nulla est voluntas. l. cum testamentum, & l. non idcirco. C. de iur. & fact. ign.
 - 4 Idem in errore conditionis, vt si contrahat cum serua, putans contrahere cum libera, & hi impediunt matrimonium. Error verò qualitatis, vtpote quia putabat eam esse virginem, vel error fortunæ, si putabat diuitem puellam: isti errores non impediunt matrimonium, quia non respiciunt substantiam matrimonij: alioqui ferè omnia irritarentur, cap. j. in xxix. q. j.
 - 5 Et super hoc impedimento non quæritur dispensatio, & habita non prodest, altera parte inuita: sed partis errantis postea consensus interueniens matrimonium rarum facere potest: sicut dicitur de Iacob, qui volebat contrahere cum Rachel, & fuit ei data Lia, quæ lippis erat oculis, tamen cum ea postea consensit: vt patet Genes. xxix. & seq.

*Conditio impe-
dit matrimonium.*

Quintò conditio apposta in matrimonio: vt si puella contraxerit ea lege, si pater voluerit, si pater nolit consentire, non valet matrimonium, c. super eo, de conditio. appostis. Si tamen à conditione recessum fuerit, valebit matrimonium, vtpote si pater permiserit, vt alius illam filiam ducat. c. per tuas, de conditio. appostis.

Item si non valeant sponsalia, non teneor sponsam accipere. c. de illis, de conditio. appostis, & melius esset non contrahere, quàm contrahere: & in hoc contractu rapere mulierem, & processus infinitos ad illam promissam pecuniam habendam excitare.

Si verò conditio fuerit contra substantiam matrimonij, vitiat contractum, secus si aliàs fuerit illicita, quia tunc habetur pro non apposta, c. j. & c. vlt. de conditio. appost. Hippoly. consil. cclxxxvj. & in hoc casu non dispensationem exigi, vel raro.

*Votum solenne
impedit matrimo-
nium.*

Sextò votum solenne impedit ac dirimit matrimonium, vt votum in professione religionis emissum, aut votum in suscipiendis ordinibus factis. c. vno, de voto, in vj. si verò fuerit simplex votum vt regulariter est, quodlibet aliud tunc impedit quidem matrimonium, sed non dirimit contractum. c. meminimus, & seq. ac per totum, qui cleric. vel vouen.

*Super uoto Pa-
pa dispensat, &
debetur composi-
tione.*

Et super hoc voto etiam solenni potest Papa ex causa dispensare, c. io veniens, qui cleri. vel vouen. glo. in c. proposuit, de concess. præb. & in c. cum ad monasterium, vbi Panor. & alij, de statu monach. Arret. consil. lix. in facto. ideòq; potest ex magna causa dispensare cum monacho, vel sacerdote, vt cōtrahat matrimonium: vt docet Io. And. in regul. semel Deo. de reg. iuris, in vj. in Mercurial. refert multos huius sententiæ Deci. consil. cxij. in præfenti, col. ij.

Aut si de facto quis iam post votum contraxerit, absolutionem petere debet à transgressione voti, & quòd in matrimonio remanere possit: verum super hoc, & cum votorum commutatione non solet Papa dispensare sine compositione, quæ fit secundum personæ qualitatem & illius substantiam, nunc plus, nunc minus.

*Cognatio carna-
lis matrimonium
impedit.*

Septimò cognatio impedit matrimonium, & intellige cognatio carnalis, id est consanguinitas: vt supra dictum fuit in gloss. tertia, vel de cognatione spiritali: vt inferius dicetur. scripsit Buchard. in suo decreto lib. vij. c. xxij. si quis neprem suam in coniugium duxerit, anathema sit: & si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit in coniugium duxerit, anathema sit.

*Compositioe cur
Papa super his
recipiat.*

Sed miratur Staphil. in tract. de literis gratiæ & iustitiæ, quomodo Papa recipiat pro ista dispensatione compositionem: nam aut est iusta causa dispensandi, & tunc dispensare debet, iuxta no. in capitul. bonæ ij. de postula. præla. & in l. j. §. permittitur, de aqua quotid. & æstiu. & iusta causa est dispensandi in gradibus prohibitis etiam à iure diuino, videlicet ob bonum pacis & quietis inter principes, & homines sibi subditos capitul. ij. de despon. impube. si verò non est causa, dispensationem abicere debet.

Sed

14 Sed desinet mirari, si consideret quàm multi dispensationes huiusmodi impetrarent, si gratis concederentur, qui saltem impensarum timore deterriti non audent, & semper infestarent aures Pontificis, petendo se cum dispensari: dareturque materia delinquendi, contra l. conuenire, ff. de pactis dotal.

15 Sicut dicimus de statuto, quòd si imponit pœnam pro homicidio pecuniariam paruum, non valet, quia daret materiam delinquendi, secus si magnam: allegatur rex. not. in §. pœna, de iniur. instir. quem not. Alber. in tracta. statutorum, in ij. parte, quæstio. cxxij. & Ludovic. Roma. singul. dccvj. & Rochus Curtius in c. fi. col. xxj. de consuetud. & Hippolyt. in l. j. nu. 19. ff. de sica. ideo necesse est vt malitia hominum comprimatur, & vt compositio soluat.

16 Et quando Papa dispensat, sic in narratione dicere solet: Iulius, & c. & si inter illos, qui consanguinitatis aut affinitatis nexu iunguntur, instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdican: summus tamen Pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab homine obtiner, sed à Deo, personarum & temporum qualitate pensata utiliora inspiciens nonnunquam iuris rigorem, maximè circa sublimes personas, ex regali profapia descendentes, mansuetudine comparat.

*Clausula in his
dispensationibus
ponenda.*

17 Et quòd negat iuris seueritas, benignitas dispensationis indulget. Sanè, & c. postea narrat factum, & demum dispensat, ac non obstantia tollit: hæc est huius dispensationis summa: vt superius scripsi in tract. de dispensat.

18 Secundò cognatio spiritalis impedit matrimonium, ac dirimit contractum, cap. j. & per totum. xxx. q. j. & in tit. de cognat. spiritali, nisi necessitatis causa baptizauerit, cap. ad limina. xxx. quæst. j. & ista contrahitur per baptismum & confirmationem, cap. j. & fina. de cognatio. spiritali, in vj.

*Cognatio spiri-
tualis impedit
matrimonium.*

19 Omnes etiam quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt baptismate suscepti, c. omnes, xxx. q. j. & ideo deponatur presbyter, & duodecim annis pœniteat, qui cognouit illam quam in confessione audiuit, cap. fin. ibid. Cognationis huius spiritalis viginti sunt personæ prohibitæ, quas scribit Panor. in cap. Martinus, de cognat. spirital. tam in baptismo quam in confirmatione.

*Deponi debet
presbyter qui
cognouit eam quæ
in confessione
audiuit.
Persona viginti
in spiritali co-
gnatione probi-
bitæ.*

20 Prohibetur ergo primò matrimonium inter baptisatum & baptisantem: inter baptisatum, & filios baptisantis, inter baptisatum & uxorem baptisantis prius cognitam, inter baptisantem & parentes baptisati, inter parentes baptisati, & uxorem baptisantis prius cognitam, inter leuatam & leuantem, inter leuatam & filios leuantis: inter leuatam & uxorem leuantis prius cognitam, inter parentes leuati, & uxorem leuantis prius cognitam, inter leuatam & parentes leuantis.

21 Et totidem sunt personæ in confirmatione, super quibus difficilior Papa dispensat: & solet esse taxatio sicut in consanguinitate: non verò solet fieri compositio in hac cognatione, secundum quosdam.

bb iij

Super cognatione spirituali quæ do Papa dispensat. **Item** super cognatione spirituali ad contrahendum non facile dispensat Papa, sed super contracto sic, licet possit in his omnibus dispensare, veluti quia sunt iuris positivi. Ad matrimoniū igitur etiam contrahendum dispensare poterit, siue sit paternitas, siue fraternitas, aut compaternitas: vt tradit Panor. in rubr. de cogno. spirituali.

Cognatio non contrahitur, quæ do puer fuit baptisatus domi. **Verū** inter leuantes nulla contrahitur cognatio. cap. si de cogno. spirituali, lib. vj. ideo non opus est aliqua dispensatione aut declaratione.

Idem si puer in domo fuerit baptisatus sine solennitate, & postea ad ecclesiam delatus, vbi solennitas baptismi fuit obseruata: & ibi aliqui tēnerūt puerum, vt nulla contracta sit compaternitas, quia non est ibi baptismus, sed solennitas baptismi, ex qua non contrahitur cognatio spiritualis, & data fuit declaratio in plumbo, vt testatur Prouincial. fo. 28. ego ipse etiam aliam vidi declarationem, quam obtinuit quidam ex consil. Do. Philip. Probi, doct. egregij.

Cognatio legalis an impediat matrimonium. **In** cognatione verò legalis, vt si per adoptionem soror mihi esse coeperit, quandiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt. cap. vno, de cogno. legali. Et super hac non vidi impetrari dispensationes: quia pater potest illā dissoluere emancipando, ideo non est opus dispensatione.

Incestus prohibet matrimonium, & quis super eo dispenset. **Obstat** incestus impedit matrimonium sine dispensatione, sed non dirimit iam contractū. c. transmissa, de eo qui cognouit consang. vxor. suæ. **Et** an Episcopus possit dispensare, scribit Panor. in c. j. ibidem, non posse, quando verè commissum est crimen incestus, id est cum propriis consanguineis vel affinibus, nisi ratione iuuetutis. c. si duo, in fi. xxxv. q. vj. Secus crimen esset commissum cum consanguinea sponſæ: & sic non esset verè crimen incestus. c. ij. illo tit.

Machinatus in mortem viui nō potest accipere illius coniugem. **Notandum** est etiam alia duo esse impedimenta, quibus impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum: primum est, si alter coniugum vir aut vxor machinatus fuerit in mortem alterius cum effectu, adeò quòd mors secuta fuerit, & tunc iste nunquam poterit cum adultera contrahere, nec in contracto matrimonio remanere. c. j. & per totum, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter. c. j. de diuor. c. si quis viuente. xxxj. q. j.

Dispensatur in conscientia cum eo qui machinatus fuit mortem. **Idem** dicendum est & multò fortius, si vterque in mortem machinatus est cum effectu. doctor. in capitul. super hoc, de eo qui duxit in matrimon.

Promittens uiuo coniuge contrahere cum Titio non poterit contrahere cū mortuo coniuge. **Limitatur** in conscientia, quando matrimonium est contractum, & negotium penitus est occultum, tunc Papa dispensabit vt remanere possit cum adultera ad vitandum scandalum ob dissolutionem matrimonij, capitulo quia circa, de consanguinitate. & taxa sigilli diminuitur in foro conscientiæ: & bulla clausa mitti solet: quod secus est in aliis bullis, quæ non conceduntur in foro conscientiæ.

Secundū impedimentū est, si viuente primo coniuge, alter dederit

derit fidem de matrimonio cum altero contrahendo mortuo suo coniuge, & eam post promissionem cognouerit: tunc illa fides data cum coitu sequente impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit iam contractum, cap. relatum, & cap. sequen. xxxj. quæst. j. cap. j. & si. de eo qui duxit in matrimo.

31 **Solet** tamen Papa cum his dispensare, dum modò neuter eorū in mortem alterius mortui machinatus fuerit: & dabitur legitimatio prolis susceptæ post obitum alterius, & exinde suscipiendæ.

32 **Tertium** est, quod impedit, sed non dirimit: vt si quis de facto duxit, quam polluit per adulterium, & ex qua suscepit liberos, vxore sua prima viuente, dispensabitur (ea prima mortua) cum eis: vt ipsi prius ad tempus separati (dum neuter istorum in eius mortem machinatus fuerit) possint matrimonium inter se cōtrahere de nouo: & de expresso venit, quando legitimatur proles concepta, & suscepta post obitum primæ vxoris. d. c. j. vbi doct.

33 **Idem** si quis interfecerit vxorem, sine spe enim coniugij absque dispensatione remanebit. capit. interfectores, xxxij. quæstio. ij. & in casibus positis in capit. hoc ipsum, §. de poenitentibus, xxxij. quæstione secunda, vbi glos. not.

34 **Non** cultus disparitas. Christianus enim cum Iudæa vel Sarracena, contrahere prohibetur, cap. caue, xxvij. q. j. & in hoc casu non solet Papa dispensare, nisi infidelis ad Christianismum peruenerit: vt not. doct. in c. j. de conuers. infidel.

35 **Decimò** vis compulsua impedit matrimonium, quia vbi est vis, non est consensus, c. cum locum, de sponsal. & matrimonia debent esse libera, cap. gemma, eod. ob id etiam metus qui potest cadere in constantem virum impedit matrimonium, c. veniens, ij. de sponsa. glos. in c. abbas, de his quæ vi metusve caus. sunt. Ias. in l. Titia. ff. de verb. oblig. c. de illis, ij. & c. ex literis, de despons. impub.

36 **Nec** super hoc matrimonio solet Papa dispensare, quippe substantia deest, vide licet consensus, c. sufficit, xxvij. q. ij. super qua substantia Papa non dispensat. doct. in cap. cum ad monasterium, de statu monach. Ange. de Clauas. in summa Angel. in verb. matrimonium iij. in vltimo impedimento: vbi dicit Papam non posse dispensare in his impedimentis, quæ remouent consensum, vt conditionis, erroris personæ, impedimentum metus & priuationis sensus, vt in furioso.

37 **Sed** si hic coactus postea consenserit carnali copulæ, matrimonium rati habitatione conualescit, capitul. in super, qui matrimo. accus. possunt, nec hoc casu egemus dispensatione, sed consensus postea superueniens conualidat matrimonium, vt prædixi: & doctor. in l. interpositas, C. de transaction. Petrus Paris. consilio quinquagesimo tertio, quamuis, in iij. vol.

38 **Vndecimò** ordo sacer impedit & dirimit matrimonium, per capitul. secundum, qui cleric. vel vouent. minor verò ordo non, vt ibi, & capitul. qui

qui verò, & capitul. seruatum, xxxij. distinctio. sed si presbyter de facto contraxerit: dispensat interdum Papa cum Regibus & illustribus, vt vxorem retineant, & in matrimonio de facto contracto remaneant: vel si ageretur de pace publica Regni, vel ex separatione graue scandalum immineret, capitu. quia circa, in fi. de consanguinit. vel quando longo tempore in eo matrimonio perseueratum fuerit, & inde suscepta proles. cap. de gradibus. xxxv. quæst. viij. cap. non debet, de consanguinita. Rom. consil. cccvij. in casu.

Papa quando dispenset cum pro-motis, ut matrimonium contrahant.
Dispensat etiam in foro conscientie, quando receptio ordinis fuerit 39 occulta, cum limitatione tamen, quòd si ille presbyter vxori suæ superuixerit, perpetuò sine spe coniugij se contineat, & quòd officium beate virginis Mariæ saltem diebus dominicis, & festis per modum satisfactionis, quoad vixerit recitare teneatur. & ita de facto vidi cum quodam fuisse dispensatum.

Infamis est habens duas uxores, vel concubinas cum uxore.
Duodecimò ligamen. nam ligatus cum prima non potest cum secunda 40 contrahere, quia non potest quis duas uxores, vel sponsas habere, nec quidem prætextu cuiusdam dispensationis, §. affinitatis, instit. de nuptiis. imò duas habens sponsas aut uxores, vel vxorem cum concubina, efficitur infamis, l. eum qui. C. ad legem Iuliam, de adulter. l. j. in fi. ff. de his qui. no. infam. §. si verò effusa, in authen. quib. mod. natural. efficiant. sui. Ra. uen. in Alpha. in verb. concubina.

Et aliquando vidi oppositum cõtra quendam mercatorem habentem 41 vxorem cum cõcubina, & hoc factum admissum ad reprobationem illius adducti in testimonium, c. nuper, de biga.

Imò si quis contraxerit sponsalia per verba de præsentibus: vt est solitum 42 fieri in iurisdictione Senatus Tholosani, & in Prouincia, & postea cõtrahat matrimonium etiam in facie sancte matris ecclesie cum altera, quam cognoscat, tamen primæ adhærere tenetur. c. si inter, de sponsal. cap. j. & per totum, de desponsa. duorum.

Dispensari quædo potest cum eo, qui accepit secundam uxorem, postquam auisset primam mortuam.
Item si quis in longinquis partibus existens audiuerit vxorem suam 43 mortuam, & sic probabiliter credens alteri nupserit, dabitur eidem dispensatio, quod cum secunda remanere possit cum absolute ab adulterij & incestus reatibus: & quòd credulitate huiusmodi durante exactus debitum coniugale reddat, non autem exigat, prouiso tamen, quòd si primam ad eum redire contigerit, amplexibus eidem reiectis primæ adhærere teneatur, c. in præsentia, de sponsal. capit. dominus, de secund. nuptiis.

Audita morte coniugis quando alter contrahere possit.
Si verò maritus vel vxor fuerit certior factus per nuncium specialem 44 ad hoc missum de morte alterius, tunc non solum dabitur, quòd in matrimonio contracto remanere valeat, verum etiam si nondum contractum sit, quòd contrahere possit: & fit per viam declarationis, seu dispensationis ad cautelam, vel per modum licentie, vel permissionis, & cum absolute ab adulterij: vide. rex. in authen. hodie. C. de repud. vbi Bald. & alij tractant.

Decim

Decimotertiò honestas, quæ vocatur iustitia publicæ honestatis, quia 45 in conuentionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quod honestum sit. l. semper. ff. de ritu nuptiar. vnde dicit rex. in c. si quis vxorem desponsauerit, vel eam subarrauerit, quanquam postmodum, præueniente die mortis eius nequiverit eam ducere in vxorem: tamen nulli de cõsanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: quod si inuentum fuerit factum, separeretur omninò. xxvij. q. ij. & c. sponsam, de sponsal. c. accessit, & c. duo, de desponsa. impube.

46 Etiam si sponsalia sint nulla, vt pote contracta inter consanguineos, d. cap. ad audientiam, de sponsal. secus si essent nulla ex defectu consensus, c. vno, de despon. impuber. in vj. Et super hoc dispensat Papa etiam in secundo gradu: & bonum esset episcopos super hoc tam leui impedimento posse dispensare: imò, vt dicunt doct. in c. non debet, de consanguinit. bonum esset si tolleretur hoc impedimentum.

47 Ego tamen putarem non esse tollendum: quia honesta seruanda sunt & non tollenda. Maximum enim est iuris præceptum, honestè viuere. §. iuris autem præcepta, de iustit. & iure, in instit. & iustitia. ff. illo titul. & maius est honestatem seruare.

48 Decimoquartò affinitas impedit matrimonium: vt declarauit superiùs in verb. affinitatis.

49 Decimoquintò si vir non possit coire ratione frigiditatis naturalis, 49 vel accidentalis. quia est castratus, aut ex debilitate, vel siccitate membri, vel quia non potest emittere semen: tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere si sit arcta (quod ratum est) impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum. cap. iij. cap. laudabilem, & cap. fraternitatis, & per totum, de frigit. & maleficiat. & Hostiensis in §. finali, in summa illius tituli.

50 Et in his nulla postulatur aut datur dispensatio: potest tamen remanere mulier tanquam socia, si velit, vt vidi apud Cathurcos. c. consultationi, de frigidis, vbi qui scit impedimentum, & contrahit, non potest deinde conquiri.

51 Si tamen frigiditas superuenerit post consummatum matrimonium, non dirimet ipsum: vt not. in c. fraternitatis, & ibid. & in c. j. & per totum xij. q. j. quia nihil aut tam humanum est, quàm vt fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse: l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio.

52 Et casus in quibus sponsalia de futuro soluuntur, tradit glos. in cap. sit quippe. xxvij. quæstione ij. scribens hos versus, & in cap. quemadmodum de iure iurand.

53 *Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis & absens, Lesa q. uirginitas, membri damnum, minor etas. Heresis ac lapsus, fidei q. remissio prorsus, Sponsos dissociant, & vota futura retractant.*

sunt

Clandestinum
matrimonium pro-
hibitum & quā-
do dicitur clan-
destinum.

Sunt & alia impedimenta, videlicet vnum generale, quo prohibetur alicui, ne clam matrimonium contrahat: & clandestinum dicitur matrimonium tribus modis. Primò quando testes non adsunt, capit. quod nobis, de clandest. desponsa. Secundò quando non fit cum solennitate requisita capit. aliter, xxx. quæstione v. Tertiò quando prætermisissis publicationibus (quas banna vocant) celebratur, capit. cum inhibitio, de clandest. desponsa. & super duobus vltimis episcopus dispensat. doctor. in d. c. cum inhibitio.

Tempore prohi-
bito non debet
matrimonium con-
trahi.

Aliud speciale dicitur impedimentum, quod est, vel à iure, vel ab homine: à iure, utpote prohibetur tempore quadragesimæ, & alio tempore prohibito contrahi matrimonium, cap. capellanus, de fer. cap. non oportet, xxij. quæst. iij. quod est intelligendum, ut conuiuia & solennitates nuptiarum fieri prohibeantur, sed non sponsalia etiam de præfenti. glo. & doct. in d. c. Capellanus.

Post iudicis pro-
hibitionem ma-
trimonium non
est contrahendū.

Ab homine interdum fertur impedimentum: ut si iudex prohibeat ob aliquam causam, ne pars contrahat, antequam de matrimonio fuerit cognitum: si iudex iste habebat causæ cognitionem matrimonij, & tunc si causa sit perpetua, propter quàm interdicitur, & eo casu peccat qui contra talem prohibitionem contrahit: & separabitur matrimonium data sententia diuortij, & probato impedimento coram iudice ecclesiastico, c. vlt. de matrimo. contra interd. eccles. contract.

Episcopus an
possit super ma-
trimonio dispen-
sare.

Si verò impedimentum erat temporarium: tenebit matrimonium: sed in pœnam debet iste contrahens ad tempus separari, c. j. & ij. de matrimo. contra interd. eccles. Angel. Clauf. in sua summa, in verb. matrimonium, iij. versic. impedimentum primum, & seq. † Vbi dicit quod regulariter non potest episcopus dispensare in impedimētis matrimonij, ne contrahatur, nec contra cōcilia, sed in criminibus impediētibus matrimonium solum contrahendum poterit episcopus dispensare: vide eundem Angel. in verb. dispensatio. §. v. & per doct. in c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic.

Ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit.

GLOSSA SEXTA.

Non dispensatur
cum muliere raptā.



RT SIC Papa quoties dispensat super consanguinitate vel affinitate, solet adiicere hanc clausulam, dummodò rapta non fuerit: quia super hoc non intendit dispensare, etiam si expressim peteretur dispensatio: nam de iure civili raptor non potest contrahere matrimonium cum rapta, quinimò furca suspendendus est, l. vna, C. de raptor. virgin. text. in authentic. de raptis mulierib. collatio. ix. Secus est de iure canonico, cui statuer per text. in cap. penult. & fin. de rpto. text. in cap. tua, & cap. denique, xxxvj. quæst. ij. requiritur

quiritur tamen hoc casu voluntas parentum, secundum Barba. consil. vltim. in fin. ij. volum. quod in præfentiarum non discutio, sed dum opere pretium fuerit: & scripsi in l. Marcellus, ff. de verborum signification. potest tamen Papa, si velit, non obstante hac regula dispensare, sed non solet, quia res mali est exempli.

Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

GLOSSA SEPTIMA.

VL T. dicere, quòd si raptor scienter contraxerit, cum rapta: & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in quinterno apposita, ut separentur ratione delicti pro tempore, quousque ad arbitrium commissarij congruam egerint pœnitentiam, cap. ex literis, de eo qui cogno. consang. vxoris. & postea dispensetur cum illis: & facta dispensatione omnes pœnæ legales cessabunt: ut videtur innuere gloss. in capitu. de puellis. xxxvj. quæst. ij.

Taxe curie Ro-
mane super ma-
trimoniis & il-
lorum dispensa-
tione.

- 2 Vltimò figendum est menti, quòd in his matrimoniis contrahendis erant olim Romæ diuersæ taxæ: nam si agebatur de contrahendo in quarto consanguinitatis, vel quarto affinitatis gradibus, taxa erat ad xiiij. Iul. & xxvij. carl. & pro bullæ expeditione dabatur regulariter xxxij. carl.
- 3 Si verò ignoranter contractum fuerat, & scienter consummatum in quarto gradu, taxa est ad ix. carl. & xxij. Iul. & compositio solebat esse adducatos x. vel xij. Sed in tertio gradu compositio ad xv. porrigebatur.
- 4 Idem quando erat scienter contractum, & consummatum: eo enim casu cum datario componi solitū erat ad x. ducatos, & hoc semper in iij. gradu. De matrimonio etiam scienter contracto, sed non consummato non est compositio, sed adduntur quatuor carl. pro absolutione.
- 5 Sed si agebatur de tertio gradu, siue scienter matrimonium contractum esset, vel aliàs: aut si agebatur de illo contrahendo, semper taxa augebatur de carl. ij. saltem plusquàm in quarto. Et plus taxatur quando scienter contractum est, quàm si ignoranter: plus quoque si agebatur de impedimento consanguinitatis & affinitatis simul, quàm si de altero tantum: quia duo vincula sunt vno fortiora, capitulo primo, de treuga & pace.
- 6 Si autem petatur dispensatio super matrimonio ignoranter contracto, & consummato in foro conscientie: tunc non datur compositio, cum occultum est impedimentum. At solet impedimentum limitari, quatenus consanguinitas vel affinitas penitus occulta existat, & cū claus.

Compositio non
datur pro dispen-
satione in foro
conscientie.

in foro conscientiae tantum, vt nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis, siue processibus factis, seu praesentibus.

Et in his duobus gradibus videlicet quarto & tertio solet facillime Papa dispensare cum praedictis compositionibus: verum quoad sequentes gradus est aduertendum.

In secundo gradu an Papa dispensat.

In secundo autem gradu Papa non solet dispensare inter ascendentes & descendentes, sed in collateralibus dispensat in linea equali, non autem in linea inequali, vt videlicet quod patruus possit ducere neptem in vxorem: sunt enim isti in ij. gradu in linea inequali.

Sed cum filiis duorum fratrum poterit dispensare, licet sint in ij. gradu, & in linea equali. gloss. & Panormit. in c. proposuit, de concess. praebend. & in c. literas, in verb. diuina, de restitu. spoliat. & Anch. consil. ccc. lxxij. reuocatur. cap. de infidelibus, de consanguinita. Et quia patruus & neptis sunt de iure diuino prohibiti, non filij duorum fratrum, sed de iure canonico tantum: & quia non reperitur haecenus cum patruo & nepte dispensatum, ideoque prohibitum censetur. inter corporalia, de transla. Episcopo. hoc expresse tractat Ant. de Rosellis in suo tract. de potest. Imperator. versicu. Sed in hoc est notandum, fol. 83. col. iij. tamen in regno Franciae inuenit dispensatum Io. Brunel. in tract. de sponsalib. in xxij. conclus. vt asserit.

Etiam inter ascendentes & descendentes Papa non dispensat: nam ascendentes sunt descendentibus loco parentum. S. ergo, de nup. in inst. & quandiu est notitia parentelae coniungi non debent. cap. progeniem, cum seq. xxxv. quaest. iij. Praepos. in c. non debet, de consanguinita. & pluribus hoc probat idem Ioannes Brunel. in tract. de sponsalib. in vigesima tertia conclus.

Limita nisi in foro conscientiae, quia solet absoluere eos, qui sic occulte peccauerunt, videlicet in actu fornicario, & in matrimoniis ad euitandum scandalum, si separarentur.

In primo gradu non dispensatur nisi in foro conscientiae. Papa non dispensat cum xij. personis diuina lege prohibitis.

At in primo gradu nunquam dispensatur, nisi in foro conscientiae, & in matrimoniis iam contractis: prohibetur enim hoc & lege naturali, & diuina: nam dicitur, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & sic relinquendus est pater & mater, vt non cum illo contrahatur.*

Sunt etiam duodecim personae diuina lege numeratae, cum quibus non dispensat Papa, quae conscribuntur Deuteron. cap. xxvij. & Leuit. xx. personae vero sunt haec: pater & mater, filius, soror, neptis, amita, matertera, vxor patris, & vxor fratris, nurus, socrus, vxor patris. glo. in cap. literas, de restitu. spoliat. & in c. gaudemus, de diuor.

Tamen de vxore fratris mortui reperitur dispensatum cum rege Anglor. Consuluit Aegid. Bellamera, consil. xxvij. & Paris. consil. lxxvij. in iij. vol. & Mantua. consil. cxxj. quae sunt contraria consilia: veruntamen ego crederem Papam dispensare posse ex causa super hoc, & dispensationem ad hoc factam valere. Et in Euangelio prohibebatur adulterium & incestus vxoris fratris viuientis.

Sed

15 Sed cum apud Biruriges fuissem vocatus in consilium harum rerum, & quidem Theologus me pertentasset, quid mihi videretur: cum sententiam deprompsissem, non fui postea vocatus: quia non obseruaeram doctrinam Specul. in titul. de aduocato, quando interrogaberis tace, & eris in consilio: sed qui querebant consilia, non veritatis querebant sententiam, sed adulationis: ex quibus multa mala fuerunt exorta, ne plura.

De rescriptis mistis.



NSVP ER alia sunt: quaedam rescripta, quae mista vocari solent a quibusdam: sed ego communia dicerem, quia communiter impetrantur & a Papa, & a Principibus secularibus, & quaedam habent communia: vt docet Imperator in titu. communia vtriusque iudicij, de legatis, de successio. & alia nempe religiosus testari non potest, cap. ij. de testamen. quia ingressus monasterium dedicat se & sua omnia Deo. igitur nil habet, de quo testetur athen. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. & quia bona quaesita ex ecclesiis dicuntur esse de patrimonio Christi, cap. commissaria, de election. in vj.

Monacho a Papa facultas testandi conceditur.


2 Ideo vicarius eius videlicet Papa poterit ex causa concedere, vt religiosus testetur de his bonis, quae ex fructibus beneficij, aut alias ex industria quaesierit: vt docet Bald. in l. si. col. vj. C. vnde legitur. & in athen. nisi, ad Threbel. doct. in c. in praesentia, de proba.

3 Exteri autem seculares quicquid acquirunt in hoc regno ex bonis regni praesumuntur acquisisse, sicut vxor de bonis mariti, l. Quintus, ff. de donatio. inter vir. & vxor. ob id de his testari vel disponere non possunt: sed Rex in hoc regno bona illa iure (quod vocant) albinagij occupat: vt scribit Bened. in repetit. cap. Raynutius, in verb. & vxorem. nume. 10642. de testam. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *Des confiscations.* S. j. quia solius in hoc Regis interesse vertitur: ideo ipse concedit, vt exterius etiam clericus testari de illis acquisitis, & acquirendis possit, l. si quando, C. de in officio. testa. iuncta l. vacantia, de bonis vacant. lib. x. & Felin. in c. j. nu. 9. versic. declara, de rescrip. & Albert. Brunus, in tract. de forma & solennita. actus, fol. 65.

Exteri seculares de Regis concessione testantur.

4 Et qui non potest iudicare aliquem, non potest dispensare cum illo, teste Specul. eod. titul. S. postremo, versic. Sed illud quaeritur: & ita sedum vniscuiusque iurisdictionem tam Papa, quam princeps secularis concedunt rescripta. Et haec concessiones quaedam tendunt ad acquirendum, aliae ad conseruandum, aliae ad vtrumque: vt inferius demonstrabimus: ideo ea rescripta tractare hic volui, vt hanc materiam, & hos tres modos compleam.

Dispensare quis possit.



Papa concedit
exteris, ut in re-
gno beneficia
habeant.

Item literæ solent dari extraneis clericis à Papa, vt liceat eis beneficia habere in regno, quamuis non loquantur idioma patrio, contra capitulum neminem, septuagesima distinctione, vt in regula cancellariæ patet.

Tamen propter Regis Franciæ priuilegium adhuc opponeretur exteris inhabilitas: ob id etiam res ista naturalitatis literas illis concedere solet, quibus indulget, vt beneficia possint in regno habere vsque ad talem summam, & bona possint in regno acquirere, perinde ac si nati in regno, & regni originarij essent: veluti Romanos etiam quibusdam prouincijs olim concessisse reperimus, in l. ff. de censib.

Quare exteri
episcopatus &
beneficia in re-
gno habere non
possunt.

Præfatum autem Regis Franciæ priuilegium, ne quis alienigena beneficium in regno suo acquirat, aut teneat sine eius permissione secundum glo. pragma. sanct. in proem. in verb. exterorum, firmatum fuit lege Regià à Carolo septimo edita: qua prohibitum fuit exteris, ne in regno beneficia ecclesiastica, nec dignitates, maxime pōtificales habeant & teneant, tum ne regni secreta reuelent, teste Bened. in repet. d. c. Raynutius, in verb. & vxorem, nu. 1044. de testam. vbi dicit illam fuisse publicatam, die viij. Aprilis. in Parlamento Paris. Pictauis tunc sedente.

Tum etiam quia non valent propter idioma diuersum, docere populum sibi commissum, quod maxime interest, c. inter cætera. de off. ordin. etiam quia in fundandis ecclesijs isti extranei nil dederunt, neque illorum parentes: ideo dicitur Deuteron. xvij. c. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. facit l. in ecclesijs, ibi in vico natus, C. de episc. & cleri. & in l. vna. C. non licere habita. metro. lib. xj. facit c. bonæ, ij. de postular. prælator. in fi. c. nullus inuitus, lxx. distinct. c. neminem, lxx. distinct.*

Præceptoris san-
cti Antonij &
Hierosolymitani
ab exteris obli-
neri possunt.

Quod tamen non procedit in præceptoris sancti Antonij, & Hierosolymitanis: nam cum homines & exteri, & Galli, & omnes nationes in illis deseruiant, & ex antiquitate temporis istæ commendæ, siue præceptoris passim antiquioribus conferantur. & si extraneo collatæ sint, valet collatio: nec super hoc vidi dispensationem obtineri, quia sic in fundatione continetur: bonum esset tamen vt Hispani eas, quæ in Hispania sitæ sunt, & Gallias, quæ in Francia habentur.

Quia videlicet exteri exhauriunt regnum pecunijs, quas ex regno extrahunt: eorum conscientiam relinquo, ad quos vsus consumant. Item nascitur scandalum regnicolis, vt ignotus bona filiorum deuoret, vt nunc fit: quia filij regni foras eiiciuntur, & extranei panem filiorum deglutunt.

Et hac de causa malè ac pessimè in quibusdam ecclesijs regni videmus officium celebrari: quia extranei multi non quærunt nisi lac, & lanam, & non commodum subditorum: vt dicit gl. in clem. dudum, in §. huiusmodi, de sepultur. & quia super hoc extat regula cancellariæ. eam hinc subiiciendum duxi, cum aliquot elucidationibus.

Reg

Regula xx. quòd quis intelligat idiomata.

Item voluit, quòd si contingat ipsum alicui personæ de parrochiali ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiam expectatiam concedere.

GLOSSA PRIMA.

STATVIT hæc regula prouisionem non valere, vel gratiam de parrochiali ecclesia factam ei, qui non loquitur, aut non intelligit idioma patriæ, etiam si in ea Papa diceret pro expressis habentes: de qua claus. scripsi in glof. Concorda. in verb. pro expressis, in forma manda. & superius in signatura gratiæ & in bulla. Fundaturq; Ezechiel. iij. c. in princip. ibi. *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignota lingua tu mitteris ad domum Israel, quorum non possis audire sermones, &c.* quia Papa intendit vnicique in sua patria prouidere: vt dicit tex. in c. bonæ, circa fin. de elect. quod nec vellemus ei præficere alienum. facit c. nullus, lxx. distinct. l. in ecclesijs. C. de episc. & cler. c. fin. de cleric. peregrinan. c. sanctorum. lxx. distinct. & sic expressio nationis requiritur in literis gratiæ, aliàs sunt subreptitiæ per supradicta.

Collatio benefi-
cij extraneo facta
non ualet.

Ratio est, quia curatus præfectus ecclesiæ parrochiali, tenetur audire confessionem suorum parrochianorum, & illis pœnitentiam iniungere pro qualitate peccati. c. omnis, de pœnit. & remissi. & tenetur eos docere ac prædicare. cap. inter, de offic. ordin. & c. ecce, xcvi. distinct. quæ præstare non posset ignorans illorum idioma: quapropter id prohibet iste text. alioqui alium habere, qui intelligeretur. c. quoniam, de offic. ordin.

Ratio cur non
extranei benefi-
cij Regni præ-
fici non ualeant.

Ideo non solet in hoc regno exteris prouideri, nec quidem per Papam, aut alium, cui mandaretur de prouidendo: imò si extero mandaretur prouideri, non poterit ei conferri in vim mandati ecclesiæ parrochialis, per hunc text. Et sic non recipitur Papæ dispensatio in Francia contra istam regulam, quæ est iuris diuini, adhæc ratione priuilegij dati Regi Franciæ, vt nullus alienigena sine literis naturalitatis possit in regno beneficia obtinere: quamuis in patria obedientiæ soleat huic regulæ Papa derogare: imò inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente, qui non intelligatur, Deuteron. xxvij. c. vbi dicitur, *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, &c.* Et Hieré. v. c. idem dicitur: ideo requiritur & à Papa, & à Rege concessioem habere.

Dispensatio pro
extero à solo Pa-
pa au recipia-
tur.

Cardinalis exte-
rus episcopatum
in regno sine re-
gis consensu ob-
tinere nō potest.

Et nec ordinarius, nec legatus in Francia posset alienigenæ conferre, qui se conferant illud beneficium à regnicola poterit impetrari: quod est notandum, Quod priuilegium regni necdum prohibet extero habere ecclesiam parrochiale. de qua regula loquitur, sed etiam alia quæcunque beneficia, ac alia bona, etiam si illi fuissent Cardinales, sine Regis tamē beneplacito: quamuis dictus Gomes, hñc q. ij. volens Cardinalibus fauere, multa pro ipsis adduxerit: tamen in Frãcia seruatur quod dixi: si tamen post adeptionem beneficii exterus Regis literas obtinuerit, valebit adeptio; & beneficium retinere poterit, vt fuit in Senatu iudicatum: prout scripsi in tract. de pacific. possess. nu. 217.

Nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi huiusmodi ecclesia consistit, prouisio seu mandatum, & gratia desuper quoad parrochiale ecclesiam, nullius sint roboris vel momenti.

GLOSSA SECVNDA.

Prouisio cōpre-
hendit etiam cō-
mendam.



PROUISIO requiruntur sequentia primò quòd Papa conferat, ibi ipsum, nam hñc per excellentiam intelligitur. s. sed ius quidem ciuile, in st. de iure natura. idem tamen in alio, cum sit eadem ratio, vt suprà dixi: videlicet, quòd nō valet presentatio, institutio, collatio, electio, vel alia dispositio. cum verbum prouisionis, sit generale. glo. in clem. fi. de elec. scripsi in verb. prouisionem. s. præfatiq; ordinarij, de colla. in Concor. & ratio quæ est in Papa habet etiam locum in alijs, cum à iure exprimat, quòd statuitur in regula, vt suprà dixi.

Et idem puto si Papa commendet, cum eadem sit ratio in ista regula: & prouisio potest etiam comprehendere cōmendam, quia prouisum dicitur alicui de beneficio cōmendato. Dom. & Perus. in c. nemo, de elect. in vj. † Nam cōmēda est verus titulus: vt scripsi in tract. de pacific. possess. & superius tract. de cōmēda: & quia aliàs fraus legi fieri posset dando in cōmendam: quòd fieri non posset in titulum cōcedendo: nec magis est regulariter priuilegiata cōmēda, quàm alius titulus, sed minus: vt superius dixi tit. de cōmēda.

Secundò requiritur beneficium conferri personæ scienti loqui idioma patriæ, ibi loqui sciat, & intelligitur loqui, si loquendo intelligatur à populo, vt prædicare possit. cap. quoniam, de offic. ordin. scilicet hñc dicitur si intelligibiliter loquatur. Et sic quamuis talis loquatur quædam verba, quæ intelligantur, sed non omnia: tamen non habet locum hæc regula.

Tertiò

Loqui et intelli-
gere idioma pa-
triæ exterius de-
bet.

Tertiò quòd intelligat, ibi, intelligat scilicet perfectè: nam si tantum quædam verba patriæ intelligeret, nihilominus haberet locum hæc regula, cum non dicatur intelligere. arg. l. discretis. C. qui testam. facere. possunt.

6 Tamen posset Papa non obstante hac regula vnire capitulo ecclesie parrochiale ecclesiam, licet illi de capitulo non loquerentur idiomate patriæ illius beneficii, quia sufficeret hoc casu præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret: & ita posset iste text. limitari: nam sufficit quòd immediata persona intelligat.

Vniri potest ecclesia parrochialis monasterio monialium.

7 Et ideo consului vnionem factam de parrochiali ecclesia conuentu monialium non annullari, per hanc regulam: licet istæ non loquerentur, nec intelligerent idioma patriæ: sufficeret enim (vt dixi) præficere vicarium perpetuum, qui intelligat: quamuis d. Gomes. hñc. q. ij. dicat hoc text. non comprehendi, bene tamen q. xj. fatetur vicarium perpetuum: debere intelligere, & loqui idiomate patriæ, quòd verissimum arbitror: imò etiam requiritur quòd intelligat, & loquatur Latine sufficienter, aliàs quomodo posset Euangelium prædicare ignarus? Ideo Episcopus ignorans Donatum deponitur, in c. fi. de ætat. & quali.

8 Et parum curamus in Gallia dummodo sciat legerè & cantare: vt dicit Domi. & Perus. in c. si pauper clericus, de præb. in vj. ob id multæ ignorantia curatorum ortæ sunt in populo hæreses.

9 Verum nō valebit vnio ecclesie regni facta alteri extra regnum: quia Regis interest, & nominatorum ac aliorum incolarum Regni, ne pecuniæ extra regnum transferantur: nec vlla præscriptione iuuabitur talis vnio: vt superius dixi in tract. vnio.

Vnio de beneficio Regni extra Regnum nō valet.

10 Quartò requiritur illam ecclesiam esse parrochiale, ergo non haberet locum in præbenda & beneficio simplici, nec in dignitate non curata: quia in his non habent locum rationes huius regulæ, & quando impetratur per alienigenam, non requiritur derogatio huius regulæ. Sed in Francia idem in omni beneficio ratione priuilegij, cum alienigena in Francia beneficia, sine Regis consensu non posse habere, quæcunque sint illa beneficia.

11 Quintò quòd loquatur idiomate loci in quo est ecclesia, & illud intelligat, nec sufficeret intelligere idioma vicinum loco beneficii, vel loqui sed oportet quòd loquatur & intelligat proprium idioma loci beneficii: & per hoc respondi, quòd aliquis de Montepessulano potest habere beneficium in Vasconia, quia intelligi idioma, & loqui potest intelligibiliter idioma: & idem dicerem in Petragoricem. Prouincia, Aruetnia. Lemouicem. & Rutenen. quia idioma conuenit in multis, & qui vnum intelligit vel loquitur, alia potest loqui.

Gallus ubique in Regno beneficia obtinere potest.

12 Et sic Gallus poterit etiam habere beneficium in Normania, Picardia, Burgundia, & Cenomania, ac in patria Borbonij, quia multum conuenit idioma: vnde qui loquitur, & intelligit vnum, aliud paruo negotio loqui potest: quamuis Domi. Gomes. quæstio x. videatur tenere contrarium: cc iiij sed

sed nesciebat horum idiomatum conuenientiam.

Vnde cum Gallicus hodie sermo vbique intelligatur in Regno, is qui loquitur Gallicè, dummodo aliàs sit idoneus, beneficia in toto Regno obtinere non prohibetur: vt scripsi in tract. vt contrac. & alij actus Gallicis concipiantur verbis, in ij. tomò constit. Reg.

Limitantur prædicta quando Papa dispensaret expressè contra istam regulam: nam is potest dissoluere, qui & ligare. l. si puellæ. ff. de spons. dicite. tamen vt superius scripsi.

Dispensatio pro
exteris.

Item fallit hæc regula, si dispensasset per rescriptum perinde valere, dummodo in ea sint expressa illa, quæ debent exprimi: de quo plenè Cassad. in decis. super regu. Cancel. decis. xxxij. lata fuit sententia, quam sequitur Gomef. q. vij. super hac regula: & dispensatio sic dicere solet, Quòd (vt asseris) idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis: nos enim tecum vt ecclesiam prædictam habeas, &c. dispensamus, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictis statutis & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, autoritate Apostolica per presentes cõcedimus pro viso, &c. Gomef. quæstione xiiij. sed vt dixi supra in hac patria non reciperetur sine Regis assensu.

Ad hæc solet dici in his literis à Rege concessis, Quòd si moueatur processus isti super beneficiis sibi collatis, teneantur litigare coram iudicibus Regiis, ad quos spectabit cognitio, per totum titul. de causis, in Concorda.

Dispensatio debet cum extero
dum degat in
Regno.

Prouiso quòd in regno degant apponi solet. Ergo si extra Regnum, non solet concedi, vel rarò, vt non deferant pecunias extra regnum.

Quæ literæ ad beneficia solent comprobari in magna camera Parlamenti, vel computorum quemadmodum sæpius ipse vidi.

Literæ extero-
rum ubi compro-
bari debeant.

Veruntamen si exterus habeat potestatem acquirendi beneficia in Regno, intelligitur iustè, & secundum regulas Regni: vnde per nominationes non poterit obtinere vltra ducentos florenos, nec regularia beneficia, si sit secularis: nec enim decet eum magis esse priuilegiatum, quam esset filius Regni, cui ista sunt prohibita, in §. volumus, de collat. in Concorda. Hodie extat lex Regni, qua cautum fuit, vt exteri qui habent Episcopatus, seu alia beneficia in Regno, non possint habere vicarios, nisi regnicolas, & originarios: alioqui si Episcopus exterus populum docere non potest, docebit eius vicarius, & poterit audire confessiones, & alia facere, quæ Episcopus Regni, vel curatus faceret. Et ista contentio est iusta & iuri diuino conformis, quæ fuit publicata anno. 1554. mense Octob. facit cap. inter cætera de offi. ordinar.

Rex prouidet ut
pauper alatur
in monasterio a
se fundato.

Item quemadmodum Papa grauat interdum Episcopum, vel Abbatem per mādatur, vt recipiat aq̄liem, & illi prouideat: ita & Rex militi impotenti, aut alteri pauperi interdum indulget intuitu pietatis, vt alatur in monasterio iure Regali fundato: & hoc solet Rex mandare Abba

Abbati & conuentui.

21 Nam si vergat patronus ad inopiam est alendus. c. quicumque. xvj. q. vij. c. nobis, in fi. de iure patro. ob id si esset alius patronus pauper, teneretur monasterium ipsum alere, sic & istum à Rege præsentatum: quia licet Rex aut fiscus sit semper diues, idoneus, & soluendo. l. ij. ff. de fund. dotol. tamen iure patronatus consideratio & monasterio à se fundato vel à prædecessoribus Regibus, æquum fuit huiusmodi præsentatis subuenire.

22 Ad hæc quicquid habent clerici pauperum est & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptionique peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. c. fi. xvj. q. j.

23 Verum si dubitetur an Abbacia sit ex fundatione Regali, necne, præsumunt Regales esse ex fundatione: deò mandante Rege, si appareat vobis quòd sit de fundatione, interim dum litigatur super hoc prouidebitur isti pauperi, & aletur, vt censuit Senatus anno 1550. die xvij. Februarij cõtra Do. Fumee Abbatem, De la causture: licet is qui impetrat, hoc deum habeat probare, vel procurator Regius, qui hoc asserit. l. actor. ff. de proba.

Monasterium an
sit de Regali fun-
datione quis pro-
bare debeat.
Arrestum.

24 Vnde in stylo Parlamenti. Arresto cclxxix. sequuntur iudicia, &c. si dicitur, Quòd si rex in principio sui Regni post suam coronationem in Abbacia Regni sui de gratia sua existente possit ponere in monasteriis monachorum vnum monachum, & in monasteriis monialium quandam monialem.

Rex in princi-
pio regni mona-
chum seu monia-
le proficit.

25 Secundò mandatur in his literis, vt alatur iste tanquam alter religiosus, nolens vt lautius tractetur: & super hoc non potest transigere prouisus, remittendo, aut aliàs sine iudicis autoritate: quia prouisio hæc succedit loco alimenterum. l. cum hi. ff. de transactio.

Transigere non
potest prouisus.

26 Tertio non solet Rex iterum prouidere, si iam pro vno scripserit: imò dicit. Pour uen toutes voyes, qu'autre n'aye esté receu en vostre dicte abbaye de fupuis nostre aduenement à la Couronne, par vertu de nos dons, & lettres patentes. Sicut dicit Papa si pro alio non scripserimus, vt in c. mādatur, & seq. de rescrip. scripsi in forma mand. in Concord. nec enim solet Rex vnum monasterium vel ecclesiam duobus grauare, vt hic: quòd si scripserit, nõ recipietur secundus, tanquam contra intentionem Regis.

Pro duobus non
scribit Rex.

27 Quarto requiritur, quòd Rex vel eius prædecessores fundauerint illud monasterium, vel sic de Gardia, vt quidam volunt: ergo si ipse vel antecessores Reges non fundauerint, non debet Rex illud monasterium grauare. nam quem non honorau, grauare non possum. l. ab eo. C. de fideicom. ne hoc videmus factum, nec concessum. vide quando dicatur de gardia in c. generali, de elect. in vj.

28 Quintò de hoc prouideri debet pauperi non habenti vnde se alat, & impotenti, qui sibi non valet subministrare: alioqui dicit Hier. ad Damasum Papam, clericos illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. c. clericos. j. q. ij. c. fi. xvj. q. j. aliàs non esset elemosina, de qua velle Regem intelligere constat

Pauperi nihil
habenti prouide-
ri in monasterio
debet.

386 Regul. quod quis intelligat idioma.

constat per hæc verba in suis literis apponi solita, *Par pitie, & Amosne, & si auent des seruities, qu'il nous a fait.*

Seruitia probanda non sunt.

Nec debet inquiri de seruitiis, aut opponi quod non seruiert, quia 29
duæ rationes sunt: & vna cessante non cessat concessio. S. affinitatis, de
nup. in infi. & quod non debet probari, seruitia probant iurium inter-
pretes, in l. si donatione. C. de collatio.

Sexto debet ubi in monasterio, ibi *Auens donné & octroyé, donnons* 30
& octroyons ledit lieu & viure d'un religieux en vostre dicte abbaye, &
ibi, deliurez, chacun iour, pitance, viures & autres ses necessitez. Et si non
possit ibi viuere propter malos suos mores, vel monachorum, extra mo-
nasterium debet ubi ei victus, per l. Caio. §. fin. ff. de alimen. & cibar. leg.

Operari an debeat hic in monasterio recipi.

Nec tenebitur iste operari, sicut a finus monasterij, cum ista alimen- 31
ta debeantur eidem ex Regis dispositione, Bartol. in d. l. Caio, in fine.
Bald. Salic. & Iac. in l. j. C. de lega. quod secus forsitan esset, si ex legis di-
spositione alimenta ei deberentur, sicut uxori à viro gloss. in l. sicut. ff.
de operis liberti. Si tamen ad aliquas leues operas requireretur, tunc ne
iuste quidem eas recusare deberet, vt non inertem vitam ducat: imò
quicquid potest in utilitatem monasterij facere debet, saltem orare
debet pro Abbate, & fratribus qui eum alunt, & pro Rege qui hoc
indulfit.

Victus nomine quid ueniat.

Septimo victus appellatione veniunt omnia necessaria ad vitam: vt 32
in l. verbo victus, & seq. ff. de verb. significatio. & ibi plenè scripsit: tamen
in literis exprimi solet sic, *Deliurez par chacun iour pitance, viure & au-*
tres ses necessitez. Et sicut manna singulis distribuebatur diebus à Deo
Opt. max. filiis Israël, ita hîc vult isti suam portionem dari, vt tanquam
panis quotidianus huic erogari debeat, ne fame deficiat: quia nemo vi-
uit vento. l. si. C. de aliment. pupill. præstand.

Pro qualitate persone quis alendus & vestitendus.

Octauo in literis inferi solet, *Telles que de raison,* & sic debet intelli- 33
gi pro qualitate persone. l. sed & si quid. §. sufficienter autem alere, &
vestire debet, secundum ordinem & dignitatem. ff. de usufructu: &
postea in literis declaratur. *Comme à l'un de vosdictz religieux, avec ve-*
stement suffisant: exprimuntur vestibus, quamuis satis vi verborum com-
prehenderetur: vt dixi supra, in dicta lege. verbo victus. ff. de verbo-
rum significa.

Abbas an bis grauari possit.

Nonò eo mortuo alius in vita Regis non potest ibi præfici: quia non
potest Rex grauari nisi semel, vt superius scripsi, etiam si fuerit nouus
Abbas: quia ad vitam Regis tantum vnus præfici debet. Ergo si mortuus
fuerit Rex, & adhuc viuat Abbas, is rursus poterit per alium Regem gra-
uari: quamuis in mandatis dixerim contrarium esse, in §. j. de manda.
Apostolicim concord.

Si tamen illè cui est prouisum adhuc viueret, debet Rex nouus expe- 35
ctare mortem illius, antequàm prouideat, ne sit molestus monasterio:
& ne vno & eodem tempore sit grauamen duorum, contra capit. man-
datum & seq. de rescrip. in vj.

Decimò

De rescript. rehabilitationis misto. 587

38 Decimò ex conuentione poterit isti dari pecunia singuli annis extra
monasterium: ne ipse veteranus, qui solitus erat deuorare gallinas, nunc
velit deuorare monachos, & solet regulariter extra conuentum alii: quia
quæ conuentio lucis ad Balia? quando tamen patres sunt concordés,
quid ad iudicem? l. j. ff. de noui operis nuncia.

Extra conuen- tum alii, an de- beat prouisus in monasterio.

39 Vndecimo ad hoc vt hanc portionem habeat iste, pro quo mandatur
non tenetur habitum sumere, sed in habitu suo, qualiscunque sit, victum
habebit: tum quod in literis non mandatur, tum etiam professio ex vo-
luntate fieri debet, non ex coactione. c. j. & per totum de regula. tran-
seunt. ad religio. ideo ipse profiteri non tenetur.

Oblatus hic non tenentur habi- tum sumere.

40 Duodecimò dicerem, quod si huic pauperi deferretur pingue patri-
monium ex successione, vel aliàs, extingueretur hæc monachalis portio,
quæ est ad formam pauperum: & cessat causa mandati ea. si pauper, de
præben. in vj. cle. gratiæ, de rescript. Alia dubia poterunt ex his decidi,
breuitatis gratia tantum ea inferens, quæ nullibi à doctoribus scripta
esse reperi.

Portio monacha- lis extinguitur, quando pauper obtinet pingue patrimonium.

De rescripto rehabilitatio- nis misto.

1 **T**E M alia sunt rescripta gratiæ mista, quæ & à Papa, & à
principibus secularibus conceduntur. Primò literæ rehabi-
litationis, & à Papa & à principibus dantur secularibus, à
Papa autem clericis: vt in rub. de elect. derog. in Concorda.

Homicida quomodo à Papa & Rege sit rehabili- tandus.

scripsi ibi, si quis commiserit simoniam, effectus est inhabilis officia &
beneficia, ideo opus est, vt à Papa fiat habilis, & sic dicitur rehabilitari,
id est iterum habilis fieri, sicut antea erat. c. de regularibus, & c. quoniam,
de simo. glo. in §. simoniacè in ver. perpetuo, de elect. in pragma. Et sic ad
beneficia fiet habilis à Papa, sed quo ad officia temporalia & regia Rex
eum habilem reddet, qui prius erat inhabilis ad illa.

2 Item si quis homicidium committat, inhabilis est ad beneficia. quia
est irregularis. c. ad audientiam, de homicid. & ibi Soci. clem. vna, illo cit.
oportet ergo quod à Papa rehabilitetur, alioqui nunquam beneficium
obtinere poterit, & à Rege quoad Regis officia: sic dixi de periurio in
interpreta. l. si quis pro eo, in fi. ff. de fideiussor.

3 Addendū est, quod si quis vtroq; iure fiat inhabilis, ab vtroq; principe
debet habilis reddi: vt superius dictū fuit: quoad ius canonicū à Papa tan-
tū: quo ad ius ciuile ab Imperatore, Rege, vel alio principe non recogno-
scente superiorē. Si verò tantū vno iure quis inhabilis reddatur tūc vnus
erit rehabilitatio: vt si quis absq; dispensatione obtinuerit duo beneficia,
efficitur inhabilis à iure potificio. Extraua. Execrabilis. de præb. tūc indi-
get rehabilitatione ab ipsis pontificibus & solus Papa in his rehabilitat

Item

Rehabilitare clericum qui in-formationes con- scripsit, uel con- demnauit ad mor- tem solus Papa potest.

Item Papa est rehabilitare illum clericum, qui condemnauit quem-
piam ad mortem, uel dictauit sententiam sanguinis, aut scripsit. c. senten-
tiam, ne cleric. uel monach. Idem si in formationes conseripsit, ex quibus postea ille delinquens
condemnatus, & mortuus fuit. Panor. & alij in d. c. sententia. unde uidi
quendam commissarium eo solo inhabilem dici, quod in materia cri-
minali in formationes conseripsit, ex quibus secuta erat mors, seu mem-
bri mutilatio alicuius, seu abscissio: oportetque duo probare, quod ille
scripserit in criminibus, & ex illa scriptura securam fuisse mortem, aut
mutilationem.

Rehabilitatio quando a solo principe datur.

Unde si quis tantum fuerit condemnatus ad Galeas, quia non sequi-
tur immediata mors, illa qui scripsit in formationes, non est irregularis.
vide Federic. consil. lxxvij. & Hippol. in l. vna, numero 182. C. de raptor.
virg. A. principe temporali solo datur rehabilitatio, si tantum agatur de
suo officio, uel si is inhabilis factus sit per suas constitutiones: ut pote si
quis fuerit a iudicibus Regis priuatus tabellionatu, & inhabilis ad offi-
cia effectus, per c. ij. & c. sicut, ne clerici uel monachi. & Ias. in l. j. ff. de iu-
stitia & iure, princeps tantum in suo officio rehabilitare potest, & solet
quandoque ne postea ipse sine officio fame pereat.

Idem dicendum de apparitoribus nemorum, qui laici esse debent ex
constitutionibus Regis, alias priuati sunt, nisi rehabilitentur a princi-
pe in rub. Des. caux. & Forestz, ordina. vij. artic. xix. & seq.

De rescripto nobilitatis misto.

Nobilitat Papa & Rex Fran- cia.



L E M nobilitare potest Papa, & seculares principes: unde
cum in fundatione caueatur, quod nullus nisi nobilis reci-
piatur, poterit Papa creare impetransem nobilem ad effe-
ctum obtinendi beneficium, sicut uidemus de canonico ad
effectum habendi dignitates, in §. fin. de reseruatione in Concorda, uel non
obstante fundatione isti concedere, & ita frequentius fit: quod uix susti-
nerent Canonici sancti Ioan. Lugdunen. aut Briodi in Aruenia.

Adhuc secularis princeps nobilem facit, & natalibus restituit, licet
dixerim in l. restitue j. ff. de uerb. signific. aliud esse restituere natalibus,
quam nobilitare contra Budæum, ut in rubric. ff. de natal. restituend. Et
in hoc rescripto solet ita princeps post salutationem dicere.

Clausula nobili- tatis literarum.



Robitatis merita, nobiles actus, gestus-
que laudabiles, & uirtutum insignia, quibus
personæ decoratur & ornatur merito nos indu-
cunt

cunt: ut eis instar opera creatoris propria exem-
pla tribuamus: ut eos eorumque posteritatem
fauoribus congruis attollamus, quatenus hu-
iusmodi prærogatiua ipsi latentur, cæteri que
ad agenda quæ bona sunt ardentius aspirent,
& ad honores suffragantibus uirtutum, bono-
rumque operum meritis adipiscendos allician-
tur, & aduolent.

3 Procemium igitur harum literarum duo continet. Primò propter uir-
tutes & merita, ac nobiles actus principem eum decorari uelle iure no-
bilitatis: nam uirtus nobiles facit, & scientia: unde doct. dicitur nobilis.
Bar. in l. iudices, C. de dignita. facit glo. in l. societas. ff. pro socio. unde cū
quidam rogaret Sigismundum Imperatorem, ut eum nobilitate decora-
ret. audiuit illum plebeiorum numero eximi posse, sed nobilem eum fieri nõ
posse: sensit enim prudentissimus princeps eum demum merito cæteris an-
teferri, qui ob eximias animi dotes omnium in se conuerterent oculos,
quosque homines susciperent ob uirtutis admirationem, quã in illis cernerent.

Nobilitati quis qua de causa possit.

4 Ex quibus patet principem non recognoscentem superiorem nobili-
tate posse, quia cum ipse sit nobilitati fons, omnes riuulos nobilitatis ab
eo decet oriri: ut Bart. Rebuff. & alij scribunt in l. j. C. de dignit. lib. xij. &
Io. Raynald. in trac. nobilita. in iij. q. & nouissimè Do. Tiraquel. in suo
amplo tra. nobilitat. c. vj.

5 Secundo ut alij incendantur ad uirtutes, & bona opera, princeps nobi-
litar: unde Iuuenal. ait, Satyr. viij.

Boni mores non bilitant & pe- cunia.

*Et tamen ut longè repetas, longè que reuoluas
Nomen, ab infami gentem deducis Apylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut aliud quod dicere nolo.*

6 Ideo non debet quis nobilitari, nisi sit bonis moribus præditus, alio-
qui diceretur nobilis quasi nocibilis, licet plerisque nobilitet hodie pe-
cunia, iuxta l. nobiliores. ubi Bald. C. de commerc. & mercator. & ipsi di-
cuntur nobiles in pecunia, non fortè in uirtutibus.

Nobilitati qui possint.

7 Tertio requiritur, quod sit ingenuus, & non feruus, nec homo manus
mortuæ: In literis enim habetur, homo liberæ conditionis, mansit autem
Romæ diu constitutum, ut ferui ingenuorum veste non uerentur, quippe
qui nec colobia, nec calceos habeant, quæ liberis dabantur: crepidis quo-
que aut muleis uti feruos, aut plebeios erat lege uetitum sicut feruis erat
usus annulorum prohibitus, in rub. de iure aureor. anulo. ff. hodie apud Pa-
ris. & liberi & ferui muleis utuntur.

dd Quarto

Cum filij nobilitantur, intelligitur de legitimis.

Quartò cum posteritas legitimitur, intelligitur de natis ex matrimonio legitimo: nam bastardus ista non decoratur nobilitate, quemadmodum solet in literis dici. Et eundem liberæ conditionis cum tota eius posteritate, & prole vtriusque sexus in legitimo matrimonio procreata, & procreanda, ac eorum quemlibet de nostræ Regiæ plenitudine potestatis, & gratia speciali nobilitauimus, & nobilitamus per præsentis, nobilisque facimus, & qui posteriorum nomine contineantur, declarat tex. in l. j. in fi. ff. de iure immunita.

Insignia nobilitum.

Quintò reddit eos habiles ad omnia priuilegia, quibus cæteri nobiles vtuntur in regno Franciæ, ac vt possunt & consueuerunt, veluti stemmata scuto gestare, enses deferre: sed virtus congruentius est nobili insigni, quippe nobilis sine virtute est tanquam fex olei.

Artifices non debent nobilitari, sed militiæ dediti.

Sextò vult Rex, vt masculina posteritas in legitimo procreata matrimonio, ac procreanda valeat cingulo militiæ decorari: quandoquidem Aegyptij, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi omnes qui artificio incumbere, pro ignobilibus ducebant, qui verò militiæ, generosos: vt scribit Alex. in lib. Genial. v. c. xvij. ob id Rex vult vt deinceps tanquam veri nobiles militiæ accingantur.

Nobiles illi dicuntur, qui sic reputantur.

Septimò statuitur in dictis literis, vt de cæterò nobiles habeantur ab omnibus, teneanturque ac in perpetuum censeantur: & hoc est quod vult Bart. in l. j. C. de dign. lib. x. vbi illi dicuntur nobiles, qui tales reputantur: & dignitas dicitur: quæ reputatur pro dignitate. c. cum accessissent, de constit. & in c. de multa, de præb. c. j. de consuetud. in vj. scripsi in §. cum verò, de colla. in Concord. quomodo probanda sit hæc nobilitas.

Priuilegia nobilitum.

Octauò Rex vult in literis nobilitatis istum denuò factum nobilem omnibus priuilegiis, prærogatiuis, iuribus vniuersis & singulis, quibus cæteri nobiles regni vtuntur, gaudere, etiam vt plenariè deinceps pacificè, liberè, & quietè, ac in perpetuum vtantur & potiantur.

Quæ sint illa priuilegia, Bart. & alij declarant in d. l. j. aliqua scripsi in d. §. cum verò: & alia docet Bened. de Curtil. in trac. nobili. in vj. parte.

Et sic isti noui nobiles seu filij eorum poterunt nominari post triduum sicut alij veri nobiles.

Nonò quòd ipsi nobilitate, feuda, ac retrofeuda nobilia ac possessiones alias quæcunque sint, & quæcunque præfulgeant autoritate seu nobilitate tenere, & possidere in perpetuum valeant, ac acquirere, tanquam si nobiles ab antiquo essent propter feuda antiqua dicit, vt declarauit in arbor. feudor.

Feuda potest possidere nobilis nouus.

Decimò non tenentur ea bona & feuda extra manus suas ponere, nec vendere: sicut dicitur in l. fi. C. de iure emphyteo. & de religios. in c. vno, de religios. domib. in vj.

Financia debetur camera computorum.

Vndecimò hîc nouus nobilis financiam debet Camera computorum, & cæteris officialibus Regis, vt eum molestari super hoc non permittant, nec ipsum inquietent quomodo & c. & hæc financia ex quædam pecunia, quæ taxatur à magistris computorum.

Vltimò

18 Vltimò nonobstantia apponuntur in literis, ibi, non obstant, & c. de quibus nonobsta. vide per Feli. in c. nonnulli, de rescrip. superius scripti in form. no. prouisi.

19 Sigillum verò taxatur arbitrio audientiarum, & contributoris, quem *Controleur* vocant, & solet audientarius post sigillum appositum literas deferre ad cameram computorum, & non dare partibus: vt partes à camera computorum accipiant soluta financia, nisi princeps financiam remittat ex aliquâ causa. ista sunt præcipua, quæ ex his literis elicere potui, non recepta aliqua mercede à nouis nobilitas.

Sigillum à quo taxatur.

De rescripto legitimationis misto.

1 **S**E Q V I T V R rescriptum legitimationis, quod est gratiæ, & mistum: nam Papa ad spiritualia legitimize solet, videlicet ad ordines, & beneficia, ca. j. & ij. de filiis presbyterorum, lib. vj. de his dixi superius in dispensa. super defectu natal.

Papa ad spiritualia legitimat, princeps ad temporalia.

2 Et princeps temporalis legitimat in temporalibus. c. per venerabilem qui filij, sint legit. glo. in c. j. distinct. x. plenè Lucas in l. fin. col. penu. C. de his qui sponte munera subeunt. lib. x.

3 Extra terras ecclesiæ, vbi Papa & in temporalibus & spiritualibus legitimat: d. cap. per venerabilem, & de iure etiam temporalia & spiritualia etiam dicunt doc. posse legitimize, sed ipse tot concessit priuilegia, quæ nunc destruunt eum, & eius potestatem: nam principes postea viurparunt & temporalia, & spiritualia, dicentes, temporalem temporalia decent: igitur ad honores seculares & dignitates, aliosque actus princeps legitimize solet. cap. j. x. distinct. c. per venerabilem, qui filij sint legi. & maximè Rex Franciæ, de quo ibi. † Et in hoc rescripto sic orditur Rex post salutationem.



Legitime genitos quos vitæ decorat honestas, naturæ vitium minimè decolorat: nam decor virtutis abscondit in prole maculam genituræ: & pudicitia morum macula originis aboletur: notum igitur, & c.



HO C principium extrahitur ex c. Nunquam de vitis erubescamus parètum, sed semper amplectamur virtutem: quia non est omnino nec virtute, aut vitio parentum, aut laudandus aliquis aut vituperandus. l. vj. distinct. facit l. generaliter. §. dd ij

Spuriōs. ff. de decurio. ibi, spurij ad decurionatum, & re & vita honesta recipiantur, quod vtiq; non sordi erit ordini.

Sed ibi dicitur competitorē legitime quæsitum præferendum, ob id vt passim recipiatur, oportet quod legitimeretur, & à principe seculari, & ad habendum & retinendum bona: vt plene scripsi in scholast. priuileg. xcvij. & superius. nam qui ad temporalia legitimat, non facit habilem ad spiritualia; nec econtra. glo. j. in capitul. lege. x. distinet. capitul. autoritatem. xv. q. vj. & lo. Ferald. in tract. de iur. reg. Fran. in xv. priuilegio. † Et fuit Comes Palatinus condemnatus, quod seruasset contra-rium: vt docet Aufrer. in stylo Parlam. Aresto cclj. Item in eodem Parlamento. Alias esset vsurpare iurisdictionem alienam contra cap. nouit, de iud. quamuis in d. cap. per venerabilem. gloss. & docto. ibi disputent, An Papa quoad temporalia legitimare possit. Et non est dubium in locis, in quibus temporalia administrat, sed vbi præfectus est princeps in temporalibus, non solet legitimare: capit. lator. & c. caussam, qui filij sint legitimi nisi super matrimonio dispensaret: vt docet Bend. in d. cap. Raynutius, num. 202. in verb. & vxorem de testament.

Comes palatinus condemnatus quod ad temporalia legitimasset in regno. Arestum.

Causa quibus conceditur legitimatio.

Secundò princeps in hac legitimatione solet inferere causas, quibus mouetur ad legitimandum, vt propter seruitia facta in bello, seu alibi: & sic ex causa moueri solet, sicut dixi supra de dispensatione, licet sine causa legitimare possit per l. j. C. de senten. passis. & ita decidit Spec. in tit. de leg. §. nunc breuiter, vers. & no. quem refert Ludouic. à Sardis, in tract. de legitima. c. requisita, in legitim. vers. nonò quæritur.

De plenitudine potestatis solet quis legitimari non inuitus.

Tertiò solet princeps in dictis literis talem legitimare de nostre Regiæ potestatis plenitudine, per quam potest derogare legibus in contrarium facientibus, per gloss. in §. fin. in authen. quib. mod. natural. efficiantur sui, collat. vij. & l. j. C. de natural. liber. Tamen non solet Rex legitimarè inuitum, sicut nec emancipare. l. iubemus. C. de emancipat. liber. sufficit tamen legitima rati habitio. §. generaliter, in authen. quibus modis natural. efficiantur sui, collat. vij. Boër. in decis. Burdegalen. quæstione clx. sed circa.

Petere quis possit legitimationem.

Licet quoque patri legitimationem filij sui petere. §. liceat. qui. modis natural. efficiant. legit. colla. vj. & eo mortuo filius petet. §. si verò is solummodo, ibidem. & authent. item sine. C. de natural. liber.

Et generaliter solet in Francia impetrari hæc legitimatio, seu dispensatio per quemlibet procuratorem, vel consanguineum, aut amicum, argument. l. primæ. C. de precib. Imperato. offerend. vbi non refert à quo rescriptum impetretur, sed cui concedatur. gloss. in verb. precum. §. fuit igitur, quibus mod. natur. efficiant. legit. Barto. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posthum.

Legitimus non est proprie legitimus.

Quartò vult, vt in iudicio & extra pro legitimo habeatur, & sic poterit sistere in iudicio, habita tamen patri reuerentia. l. parentes, ff. de in ius vocand. & sic dicitur legitimus ciuilitè, non verè: nec refragatur text. in §. si quis ergo, & §. & quoniam, in authen. quib. mod. natura. efficiant. sui,

sui vbi naturales nihil differunt à legitimis: quia hoc verum est in effectu, sed proprie quoad veritatem secus: quia vnus est legitimus, alter legitimatus, nisi fiat legitimatio per subsequens matrimonium: quicquid dicat Anto. Rosel. in suo tract. legit. & pro prima opinione facit rex. in §. sit igitur, in authen. quib. mod. natural. efficiant. legit. colla. vj.

11 Quintò indulgetur per hanc legitimationem, vt hic legitimatus bona immobilia possit acquirere, & acquisita retinere, ideo poterit etiam feuda habere: quamuis de iure naturales legitimati non succedant in feudo. §. naturales, si de feudo fuerit contr. inter dom. & agnat. vass. quia in hoc Regno feuda redacta sunt instar. patrimonialium: ergo legitimati succedent, sicut in patrimonialibus de consensu patris: vt docet Guido Papæ in decis. Delphi. q. lix. secundus vsus, & consi. xvij. super casu. col. iij. & Boër. q. cxxij. ex prædicta, & Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem, nu. 182. de testam.

Legitimus feuda etiam acquirere potest.

12 Septimò indulgetur, vt de bonis illis disponere inter viuos, & testamento possit ad suæ voluntatis libitum: alioqui naturalibus non legitimatis succedit fiscus: vt scripsi in proce. consi. Regiar. & in tract. de literis natural. in ij. tomo ord.

Legitimus de suis bonis disponit.

13 Octauò vt possit succedere patri, matri, & aliis consanguineis conceditur, dummodò ex eorum processerit voluntate: quia non contra eorum voluntatem rumpet testamentum per querelam, aut per contra tabulas: sed possunt ei bona donari, vel ipse legitimatus hæres institui potest.

Legitimus potest etiam legitimis existentibus succedere.

14 Ideòque si pater non prouiderit, non succedent hi legitimati consanguineis etiam existentibus, quia non sunt ad hoc legitimi facti, nisi vt succedant ex voluntate legitimantis: de qua voluntate non apparet quando non disposuit, ergo illi non succedent. argu. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne, de præsumptio. nam legitimari potest filius ea lege, vt non succedat, teste Franc. Cremenf. sing. xvj. parte, & c. sed si institui fuerint, vel donata eis bona, excludunt in hoc consanguineos: quandoquidem nituntur eius voluntate, cuius sunt bona, qui poterat etiam exteris relinquere: multò fortius & huic legitimo, dummodò legitima relicta fuerit legitimis.

15 Nonò excipit dummodò non fuerit ius aliis acquisitum, quæ clausula ex necessitate est apponenda: vt dicit gloss. in regula Cancellæ. xvij. quam refert Bened. in repeti. d. c. Raynutius, in verb. & vxorè, nume. 189. quia non intendit princeps legitimare in præiudicium filiorum, vel consanguineorum, quibus est ius quæsitum. §. si quis, ergo filios legitimos non habet, in authentica: quibus modis natural. efficiant. sui, collatione septima.

Princeps in præiudicium consanguineorū legitimare non debet.

16 Vnde si quis habens filium legitimum, velit legitimare naturalem, nisi faciat mentionem de filio legitimo, non valebit legitimatio, per d. §. si quis ergo, & §. si quis verò, quib. mod. natural. efficiant. legit. colla. vj. & hoc tenet Anto. de Rosel. in tract. legitima. in ij. requisito.

Nec poterit hic legitimatus succedere cum legitimo: ut decidit Guido Papæ q. cccclxxxij, vtrum sed in regno cum ex voluntate tantum potentium legitimacionem, seu parentum succedant, etiam si non esset facta mentio filiorum, valere poterit: non tamen præiudicabitur filio, nec consanguineis, nisi parentes disponant.

Citati consanguinei in comprobatione legitimacionis debent.

Ideo dicunt quidam faciendam esse citationem in impetratione rescripti: sed hoc non seruat vsus Forensis in Francia: tamen in comprobatione rescripti citari debent consanguinei, quorum nisi facta sit mentio, non valebit: ut ibi Rosellus concludit. Barto. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vide Boer. in decis. Burde. quæstione cxxij, an in concessione, imò dicit Baldus in §. filij nati, si de feudo fuerit controuers. quòd Imperator legitimans naturales extantibus legitimis est vnum pecus non habens præ oculis iustitiam publicæ honestatis: refert Feli. in c. primo, columna ix. numero 31. versi. quinta declaratio, de const. & Ferracaul. prima: quia diuus Paul. ait, *Non erit hæres filius ancille, cum filio libera. c. dicat. xxxij. q. iij.*

Quinimò & si pater non habens filios legitimos legitimauerit suos naturales, & postea procreat naturales & legitimos, legitimati non succedent: ut tenet Dinus, quem refert Bartol. in l. ex facto, columna ij. ff. de vulgar. per l. si vnquam. C. de reuocand. dona.

In qua l. si vnquam. Do. Tiraquel. nume. 223. in verb. donatione largitus abundè tractat hanc quæstionem, & demum suum interponit iudicium, quòd si pater & princeps legitimantes cogitauerint de filiis, non reuocatur legitimatio: si non cogitauerint id quod verisimilius est, tunc non succedunt legitimati cum legitimis.

Post legitimacionem procreati filij legitimi an succedant rupta legitimacione p legē si vnquam.

Sed ad certiore huius dubij decisionem viderentur faciendi casus sequentes, primus est, quòd legitimatio per susceptionem legitimorum non reuocatur, quominus sit semper legitimus, & valebit legitimatio quoad filium legitimatum, ut possit succedere de voluntate patris, sicut extraneus succederet, si institueretur: & sic potest intelligi opinio Rayner. & Bart. ac aliorum in d. l. ex facto.

Maximè quia non solet in Francia legitimari ad successionem, nisi voluntas eius, cui succedere debet, interueniat: ut inferiùs explicatur: ideo potest hæres institui à patre hic legitimatus, sicut extraneus.

Secundus casus est, quòd filius legitimatus ab intestato non succedet cum legitimo: quia si verè omnium bonorum donatio fuisset facta, rumperetur per superuenientiam liberorum, dicta l. si vnquam. C. de reuocand. donationib. fortius impediatur ius succedendi, si nascatur legitimus, secundum dictum Paul. *Non erit hæres filius ancille cum filio libera*, etiam quia ad hoc non est legitimatus. & sic intelliguntur opiniones Dini, & aliorum, erit tamen quoad alia legitimatus.

Tertius casus est, quòd si legitimatio fiat per subsequens matrimonium

nium, succedet ille legitimus factus cum aliis postea in matrimonio natis. & in omnibus eadem iura cum his consequetur, per c. tanta, vbi plenè doct. scribunt. qui filij sint legitim. l. cum quis. C. de natural. liber. vbi Bal. & l. Diui. ibid. & per ista sublata sunt omnes rationes dubitandi & conciliata: sic que in Francia seruamus, ut in omnibus sufficiat hæc breuis distinctio selecta ex multis scriptis quodammodo inter se multum confusis: ut quilibet videre poterit.

25 Decimò vult hæc legitimatio quòd ad omnes honores, officia, & alios actus legitimos isti legitimari admittuntur, ac si essent ex legitimo matrimonio procreati: quippe legitimis existentibus spurij non recipiuntur ad honores, l. generaliter. §. spurij, ff. de decurio. Nam in honoribus, & muneribus gerendis imprimis consideranda est persona eius, cui defertur honor. lege honor. §. de honoribus. ff. de muneribus. & honoribus.

Legitimati ad honores admittantur.

26 Sed cum sint legitimati, etiam existentibus legitimis recipi poterunt: nec posset quis appellare vel opponere, quominus reciperentur: quia rescriptum vult, ut perinde recipiantur, ac si legitimi essent: & quia non est impedienda dignitas eius, qui nil admittit, l. spurij, ff. de muneribus & honoribus.

27 Vndecimo cauetur his literis legitimacionis, quòd filij orti ex eorum legitimo matrimonio possint succedere in bonis suis quibuscunque iure hæreditario: & hæc clausula magni est momenti ad tollendum diuersas opiniones: quia tam de iure quàm de consuetudine filij spuriorum etiam in regno nati successionis sunt incapaces, sicut & patres eorum, glos. & doct. in l. fin. C. de natur. liber. Bart. consil. centesimodecimo octauo, adiutus Baldus & alij in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & posthum. & ista videtur communis opinio, teste Alexand. consilio lxxij. circa primum, in tertio volumine, Guido Papæ consilio decimo octauo, super casu, in fine. Chaffan. multa refert in consuetudine Burgund. in rubric. *des fiefz*. §. quinto, numero septuagesimo, sed hoc tollitur hinc.

Filij legitimorum an succedere possint.

28 Et ibi dubitatur, an filius spurij possit auo succedere? Respon. quòd non: sed non est dubium quin possit succedere suo patri, quia cessant rationes posite per doct. ergo & depositio, maximè per hanc legitimacionem, per quam & auo succedere poterit, de voluntate tamen illius, & aliis consanguineis.

29 Duodecimò limita nisi vltra defectum huiusmodi natalium aliud quidpiam repugnaret prædicto bastarde, ut si quoque esset hæreticus, vel regni inimicus, non posset succedere, per l. primam, C. de hæredib. instit.

Legitimus regni inimicus non succedit.

30 Decimotertiò finantia soluitur sicut dixi in rescripto nobilitatis, & sic in legitimacione requiritur scriptura, qua probetur gratia, per legem vnic. C. de mandat. princip. & quia legitimatio fit per rescriptum. §.

Scriptura in legitimacione necessaria.

illud, in fi. quibus modis natural. efficiant. sui, collatione septima. quod rescriptum non potest esse sine scriptura: vt superius scripsi: & hoc expressè scribit Ludouic. de Sardis in tract. de legi. c. requisita, in legitima impetran. in q. xiiij. vide quæ plenè scripsi in Concord. in §. j. in verb. literas, de manda. Apostolic.

Legitimatio subreptitia non ualet. Decimoquartò si hoc rescriptum sit subreptitium, non valebit: vt con- 31
suluit Signo. consil. cccix. ideo oportet exprimere qualitatem spurietatis, teste Feli. in c. postulasti, col. iij. eod. Quamobrem exprimi debet, si natus sit ex consanguineo, vel consanguinea, vel ex adultero, seu moniali, aut monacho: alioqui legitimatio nullius erit momenti vt Anto. Panor. & alij dicunt in d. c. per venerabilem, qui filij sint legit. debet quoq; fieri mentio de nobilitate parentum, teste Io. Andr. in c. fi. de filiis presbyter. ac Fel. in d. c. postulasti, col. iij. cum seq. de rescrip.

Decimoquintò requiritur etiam clausula, non obstant. quæ etiam ex 32
consuetudine inferi solet. l. fin. C. si contra ius, gloss. in §. fin. quibus modis natura. efficiant. sui, collatio. septima. l. prima. C. de natura. liber. Luuicus de Sardis in tracta. legitima. capitu. requisita, in legitim. impetran. quæst. xj. & seq.

Decimosextò quid operetur hæc clausula absque præiudicio venien- 33
tium ab intestato, scribit Anto. Capit. in decis. Neapolit. q. xxij. fuit apud me, superius dixi in forma dispensatio.

Legitimatio per oblationem curiæ est sublam. Vltimò quamuis legitimatio fieret olim per oblationem Curie, nem- 34
pe si quis offerebat suum filium curiæ, vt in §. generaliter, quibus modis natural. efficiant. sui, collatio. vij. item cum quis eum nominabat filium quem ex ea susceperat, cum qua matrimonium consistere poterat, etiam legitimabatur, & per §. ad hoc autem, in authent. vt liceat matri & auicæ, collat. vij. plenè Ludoui. à Sardis in tracta. de legiti. cap. de legitima. per patris nomina.

Hos tamen modos non vidi in curiis Franciæ seruari, sed si matrimo- 35
nium probetur, sit legitimatio, non aliàs, per cap. tanta est vis, qui filij sint legit. vel per Principis rescriptum, vt hîc: quos duos modos frequētissimè vidi contingere.

Rex Franciæ legitimat quoscūque spurios. Et per rescriptum Princeps noster legitimat tam naturales, quàm 36
spurios & incestuosos, & quacunque alia macula irretitos, sicut Imperator. per text. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nuptiar. quicquid dicant nonnulli iuris interpretes. facit gloss. in §. fin. in authen. quib. modis natural. efficiantur sui, collatio. septima, Ioannes Ferald. in priuilegio decimoquinto.

Et hæc legitimatio similis est Alchimæ, quæ facit apparere illud, 37
quod non est: transmutare tamen vnam speciem in alteram non potest. Sicut legitimatus figuram legitimi gerit, sed non habet eam substantiam, quæ proficiscitur à rerum natura, quæ diuina & immutabilis est: vt docet Bald. in c. j. col. v. nu. 23. de confi.

Alia

38. *Alla multa sunt rescripta & concessiones quæ conceduntur & à Pa-
pa, & à Principibus secularibus tam mistim quàm etiam ab vno solo. ve-
rùm quia nonnulla parui sunt momenti, alia in curiis petrand. exercentur
aut beneficia non concernunt, quæ hîc totis prosequor neruis, ideo da-
missa nunc faciam: ista interim, lector. amantissimè, benignò. (vt solès)
animo suscipies.*

39. *Verùm ne quicquam ex his, quæ necessaria sunt ad hanc materiam
omittamus beneficiariam, afferam quædam de concessione, quæ sit per
breue, quod interdum ad gratiam respicit, vt inferius videbitur.*

De breui Apostolico & aliis.

BREVE seu breuis dicitur scriptura parua & summa rerum. Breue quid di-
continens, siue Commentariolus, vt placuit Budeo in an-
not. prior. Ad Pandect. probat tex. in l. fin. C. de conueniend.
fisci debitor. lib. x. iuncta l. j. de apochis publicis ibidè huius
significationis secundum eum exempla ponuntur in l. actuarij, & l. iube-
mus, ac l. excellentia. C. de erogatione militaris anno. lib. xij.

2. Item quælibet breuis scriptura potest etiam breue vocari. c. humane.
in fi. xxij. q. v. vnde scripturam continentem numerum modiorum salis
& quantitatem breui conscriptam, breuet. vocant ordin. regia. in tit. du. sel.
ordin. ij. artic. xix. & seq. & artic. xxxix. & quid debeant continere ibidem
describitur, & ordin. iij. artic. xxij. & seq. & in d. l. excellentia. C. de eroga.
militar. anno. lib. xij.

3. Breue testatum vocatur, quod summam rei aliquando testium non-
dum tabellionis subscriptione confirmatum, quod rectius clientale in-
strumentum dicitur: vt placet Olden. & Spiege. in hoc verbo, proba-
tur. in §. j. quid sit inuestitura. vbi breue testatum accipitur pro instru-
mento publico breui concepto, fidem vassali & domini continens, se-
cundum Baldum & alios ibidem, & Zazi. in tract. de feudis, titul. qualiter
feudum constitua. idem in §. item si vassallus, si de inuestitura feudi con-
trouer. fuerit.

4. Galli etiam schedam notariorum, seu primam scripturam à notariis
Regiis factam, breuet. vocare solent, quia breui concipi solet, & con-
scribi, & cum clausul. & c. de qua scripsi in l. cæterorum. ff. de verborum
signific. vulgus etiam Pergamentum vocat breue, teste Albert. in dictio-
na. in verbo, breue, quod postea ad effectum executionis, & aliorum ex-
tendi debet in instrumentum publicum: & hæc scriptura apud notarium
remanebit: vt in c. quoniam contra, de probat. l. contractus, vbi doct. C. de
fide instrument. & in titul. de tabellion. collatio. iij. doctor. in cap. j. de fide
instrument.

5. Et in hoc breui tenentur notarij conscribere sequentia primò nomi-
na &

*Requisita in bre-
ui notariorum.*

na & cognomina contrahentium; nam ad recognoscendos singulos nomina comparata sunt. Itad recognoscendos. C. de inge.

Status & qualitas partium in breui notarij conscribere debet.

Secundo debent notarij qualitates partium; & statum earum describere. In de sic contrahens sit procurator, mercator vel aduocatus, debet illam qualitem notariis exprimere: vt postea iudex pro qualitate personae facilius iudicare possit, l. ij. ff. de re iudic.

Nam si ager promiserit medico, non valebit promissio, l. i. Medicus, 7 ff. de varijs & extraordin. cognitio, vel si litigans aduocato, vel procuratori quorum libis promiserit, l. i. item. C. de procurator. vbi ad ista notariis exprimere tenetur.

Tertio debent notarij scribere contractum planè, vt facile possit intelligi, vt per totum tit. de tabellio in athen. colla. iij.

Quarto à quo sit promissum, & quis, vel à quo, & contra quem, dicitur tex. in simili, in l. j. in fi. ff. de appell.

Quomodo causa debet exprimi, alioqui promissio sine causa non valet.

Quomodo causa debet exprimi, alioqui promissio sine causa non valet, l. i. j. Si circa. ff. de doli excep. quia indistinctè dicitur quis sine causa promittere, l. cum de indebito. S. penult. ff. de prob. plenè scripsi in tract. de literis obligatijs.

Sexto debet in breui dies solutionis & complementi contractus conscribi, arg. l. exempto. s. offerri. ff. de actio. empr. alijs in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, presenti die debetur, l. in omnibus. ff. de iudic.

Septimò solent notarij obligare bona vtriusque contrahentium, si contractus hoc exigat, l. Labeo, ij. S. j. ff. de verborum signific. & aliquando corpus: vt scripsi in tract. de liter. oblig. arti. j. & sequen. in primo tomo consti. t. Regia.

Octauò dies contractus solet etiam in hoc breui apponi, glo. in l. generali, C. de tabular. libr. x. De hac data scripsi in forma mandat. in fi. in Concordat.

Nonò subscribere solent notarij, per l. hac consultissima. C. de testa. 14 & hoc breue sic confectum, non habet executionem, nisi in instrumentum publicum redigatur, & sigillo muniatur Regio, vel alio authentico: vt scripsi d. artic. j. de liter. obligat. Alia quæ in instrumentis publicis poni solent, conscribit. gloss. in d. l. generali, & doct. in c. j. de fide instrumento. & Barbá. in illius repet. rubr.

Breue Apostolicum quid sit.

Aliud est breue Apostolicum, quod dicitur Diploma, seu rescriptum à Papa, seu poenitentiario magno emanatum, quod sic describi potest: breue Apostolicum est scriptura modica, in paruis concessa negotiis, in papyro frequenter scribi solita, cera rubea, annuloque piscatoris sigillata, ac signo secretarij subscripta.

Primò dico Apostolicum ad differentiam alterius breuis, de quo supra dixi: & hoc solet concedi & à Papa, & à Cancellaria, ac à summo poenitentiario: & horum quodlibet dicitur Apostolicum, & sic breuia dicuntur literæ Apostolicæ.

17 Secundo dicitur in definitione, scriptura, quippe sine ea breue non potest consistere, sicut de bulla superius tradidi in materia nouæ prouisionis, & in forma manda. Apostol. S. j. in verb. literas. in concordat.

Scriptura in breui requiritur.

18 Tertio modica dicitur, quia breuibis verbis fit, teste Bal. in c. j. de controuer. inuesti. vel quod in breuibis materijs concedi solet, & summatim negotium contineat, utpote sine præfationibus, & sic dicitur in modicis concessa negotiis, quia in arduis bulla utimur: & in signatura solet dici, quod in forma breui expediri possit: si materia hoc exigat.

In paruis materijs breue concedi solet.

19 In papyro descripta ad differentiam bullæ, & confessionalis, quæ in membrana describi solent: vt experientia nos docet, & interdum tamen vidi breue in membrana conscriptum, nec ob hoc vitari, sed frequentius in papyro, vt sit alius casus minus frequens non excludatur, per athen. cassa. C. de sacrosanct. eccles.

Breue in papyro conscribi solet.

20 Postea dicitur cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi sigillatur. Demum tolluntur non obstantia, sicut in bulla, ibi, non obstantibus.

21 Item signatur anulo Piscatoris, ad differentiam aliorum sigillorum, & vocatur hoc sigillum anulus Piscatoris, quia diuus Petrus, qui piscator erat, hoc sigillo primus, vt verisimile est, usus fuit: & sicut absq; præfationibus & amplius verborum utebatur, ita & nunc Pontifices summi post eum, in hoc breui vtuntur.

Sigillum quare vocatur anulus Piscatoris.

22 Quam breuium materiam Alexander sextus Pontifex id temporis maximus ampliauit multum, & primus secretariorum collegium instituit: vt patet in suis regulis, etiam ad differentiam signaturæ, quæ sigillari non solet: & sic appellatione signaturæ non continetur breuis, nisi materia & ratio ista contineant: quia hæc sunt diuersa. gloss. in regul. Cancellaria. xxv. & regul. xxix.

Signatura nomine non uenit anulus Piscatoris.

23 Et quamuis olim non concederet breuia, nisi in materia iustitiam concernente: tamen hodie per breue non solum expediuntur negotia circa iustitiam, sed etiam circa gratiam: vt idem scribit Gomef. vbi supra, vnde vidi sæpius concedi priuilegium à Papa: bibliopolis per breue, vt liceret typis mandare talem librum, nullique alteri per certum tempus: interdum priuatiuè alijs omnibus prohibebatur à Papa, ne per decem annos imprimerent sub poena excommunicationis: vt licet videre in Iafonis consilijs, vbi est tale priuilegium, & alibi in multis libris.

Breua & gratiam & iustitiam respiciunt.

24 Quæro, quæ causæ per breue expediuntur? Respond. supplicationes, siue commissiones de simplici iustitia potest Cancellaria sine speciali Papæ commissione concedere & literas, secus in breuibis: quia per breuia causa pendens in partibus committitur, quam non potest Cancellaria committere: vt etiam firmat Aegid. conclus. xlvi. Gomef. in tract. breuium, numero 2. & sequen. vbi breuia æquiparat bullæ expeditæ per cameram, per ea quæ no. Cardinal. Alexan. in cap. in memoriam, col. penult. xix. distinct.

Causæ que per breue expediuntur possunt.

Et ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quæ transit per cameram, quia non examinatur per diuersos officiales, ita non vitiat breuia, sicut alias vitiat bullam, quæ conceditur per cancellariam. cap. ad audientiam j. de rescript. superius scripsi, & in tract. de rescript. & literis regis, in ij. tomo constit. regiar.

Dispensatio & rehabilitatio per signaturam conceduntur. Item dispensatio fieri potest per signaturam, & habitatio, & valet absque literarum expeditione: cum gratia sit perfecta per fiat, vel concessum: vt consuluit plenè de Ripa in lib. ij. resp. c. xj. de iure sufficit, nec dicitur intrusus, qui duo beneficia habet cum simplici signatura, si in illa sit dispensatus, nec incidit in extrauag. Execrabilis, gl. in reg. cancella. liij. scripsi in interpret. c. postulasti, in glo. retinere, de cleri. excommunic. ministr. vbi in conscientia foro dixi tantum prodesse signaturam, quantum bullam: ibi vide.

Rehabilitatio per breue non solet concedi. Imò Alexand. Papa vj. statuit, quod non daretur priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit, quod in regno recipitur, in quo possessionem ex simplici signatura recipiunt: hodie habitatio non fit ex stylo curiæ Roma. per breue: & hoc prohibuit Alexan. vj. vt in suis reg. quilibet videre potest.

Aliquando tamen ad duos menses, ad duas dignitates in eadem ecclesia, & ad quatuor menses, ad duos canonicatus, & præbendas per breue dispensatur: vt not. Staphil. in suo tract. versic. in super conceditur. Per breue quoque dispensatur secundum eum cum homicida, & habilitatur: quod prohibuit Alexand. vt dixi: sed si impetrans sit pauper, concedi poterit per breue.

Breuis imperfectio perinde ualere confirmatur. Et cum quædam inuenitur imperfectio in hoc breui, possum impetrare literas perinde valere, vel confirmationem gestorum per aliud breue: licet quidam teneant contrà: nam & si gesta ab alio soleant, quàm à Papa confirmari, tamen ab ipso Papa gesta per breue non confirmabuntur. Ego putarem Papam hoc posse: sed melius esset impetrare confirmationem perinde valere.

Dispensatio de non promouendo & per breue & signaturam conceditur. Item dispensatio de non promouendo per annum communiter ex sola signatura dabitur per breue ad biennium: vt in reg. Papæ Alex. vj. continetur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam verò ultra, quantum Papa vult concedere.

Prorogatio de non promouendo non debet esse maior quàm prima concessio, & ab ipso concedente dari. Et in Francia solemus vt signatura, in qua & annus & biennium concedi solet, prout Papæ placuerit. potestque Papa hoc postea tempus prorogare: sed in prorogatione non debet dari maius tempus, quàm primitus concessum fuerit: vt docet Baldus consilio centesimo vigesimo primo, nobiles, columna vltima, in tertio volumine, per text. in authentic. qui semel. C. quomodo & quando iudex: & l. fancimus, de fideiussor. accessorium enim non debet esse maius suo principali: vt not. in l. cum principalis. ff. de regulis iuris, Hippolytus singula. liij. prorogatio.

Et debet fieri ab eo, qui concessit, vel à superiore: vnde si dispen. à Papa de non

non promouendo fuerit concessa, non poterit prorogare à summo poenitentiario: vt docet Fel. in c. cum olim, in x. q. Panor. de maior. & plenè Gomes. in ij. parte, nu. 11.

33 Vbi dicitur tunc summum poenitentiarum posse concedere per viam nouæ concessiois, sed non prorogationis. gl. in c. hi qui, de præb. lib. vj. nec valeret prorogatio, nisi prima gratia referatur, essetque subreptitia: quia si Papa memor fuisset se iam semel cum aliquo dispensasse, non est verisimile, quod tam facile iterum dispensasset, argum. l. iij. C. de episc. audien. Oldrad. consil. ccxv. puncta.

34 Debet quoque fieri hæc prorogatio prima durante concessione, per l. sed si manente. ff. de preca. & debet apponi in hac prorogatione, quod tempus prorogatum computetur à fine primi temporis concessi, alias curret à die concessiois prorogationis. glo. in c. cum ex eo, in verb. septennium, de elect. in vj. & in clem. vt hi qui, in verb. constitutus, de etate & qualit. glof. & doct. in c. veniens, de præscrip.

35 Item ad visitandum sanctum sepulchrum, quando orator est præsens, conceditur per solam signaturam: si verò sit absens, per breue, & hoc statuit Papa Alexan. in suis regulis: & quando conceditur religiosis, dicitur de licentia superioris eorum, ne vagentur, cap. si cupis esse quod diceris. xvj. q. j.


36 Item per breue non committuntur appellationes extra urbem, nisi pro pauperibus & miserabilibus. Aegidius conclus. xliij. allegatio pauperatis, per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandata. vel nisi altera pars habuerit commissionem per breue in partibus: tunc vt æqualitas feruetur inter partes, altera quoque dabitur, argumen. capitul. non decet licere, & in capitul. in iudiciis, de regulis iuris in sexto, capit. primo de iudic. ibidem. & hoc statuit Alexan. sextus, titul. de referenda. gratiæ & iustit.

37 Item conceditur per breue facultas testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, vsque ad certam summam, modicam tamen, nec est componenda si de modico: quia de modicis maximè Romani & mulieres non curant. l. scio. ff. de restitu. in integrum. secus si de magno.

38 Et religiosis quando hæc facultas datur, statuitur certa summa arbitrio Papæ taxanda: & quod de licentia sui superioris testetur, argumentum capitul. cum ad monasterium, de statu monachor. clementina religiosus, de procurator. Aegid. conclusio. cclxvij. frater. & quando possit concedere, declarat Panormitan. in capitul. cum esset, de testament. in repetit.

39 Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecuniam exponendi in euidentem ipsius ecclesiæ utilitatem solet per breue concedi: quando valor rei alienandæ non excedit centum ducatos, aut in annuo censu quinque ducatos supplicationi introclusæ, teste Staphil. in dict. tract. versic. datur per breue.

40 Altare portatile non solet dari in forma confessionalis per breue, nisi



Prorogatio prima concessione durante fit.

Absenti licentia visitandi sancti sepulchrum per breue conceditur.

Appellationes extra urbem non committuntur per breue.

Facultas testandi quando per breue concedatur.

Alienari res ecclesie an per breue concedatur.

Altare portatile per breue an datur.

ex singulari gratia nobilibus, aut graduatis, aut alijs dignis personis, vt celebrare valeant in oratorijs, vel domibus. arg. tex. in auth. vt in priuat. domib. sacra. mysteria non fiant, colla. v.

Et prædicatores ac minores habent priuilegium, vt cum altari viatico possint celebrare sine episcopi licentia, cap. in his, de priuileg. etiam illud priuilegium cum alijs obtinuit mihi egregius & doctissimus domin. Ioan. suauis Romanus, auditor Romæ excellentissimus, & mihi amicissimus.

*Vestendi carnis-
bus & lactici-
nijs per breue
indulgetur.* Item licentia vescendi lacticijs, ouis, & carnibus per breue datur, de 42
consilio tamen vtriusq; Medici, animæ videlicet & corporis. glo. & doct. in c. fi. lxxxij. distinct. Corset. in singul. incipien. Caro. doct. in c. cum infirmitas, de poeniten. & remissio.

*Doctor ut quis
fiat per breue
quando conce-
datur.* Licentia doctorandi non datur extra terras ecclesiæ per breue, in vr- 43
be autem sic adhibitis ad hoc duobus vel tribus doctoribus eiusdem facultatis, teste Staphil. in dict. tracta. de literis gratiæ, rubric. de rescript. in forma breuium. fol. 190. versic. licentia, vbi tenet licentiatos haberi quoad hoc pro doctoribus: quod videlicet de proximo cingendi pro cinctis habeantur. l. penulti. ff. de testamen. milita. & bonus tex. in l. qui poenæ, ff. de manu. quod non credo verum, per tex. quem allegat in l. nemi. ni. C. de aduocat. diuers. iudic. vbi doct. & Bald. in l. Athletæ, in princip. ff. de excusat. tutor. scripsi in glof. licentiato. §. primo, de collatio. in Concordatis.

Ratio est, quia is qui non est doctor, non potest facere doctorem, nec 44
sibi dissimilem. l. ædiles. §. qui mancipia. ff. de ædili. edicto. Panormitan. in capitul. cura pastoralis, in fi. de iure patron. sic nec doctorum priuilegijs gaudere.

*Fructus ut in
absentia quis
percipiat per
breue an detur.* Indultum de fructibus percipiendis non datur per breue, sed per 45
bullam, si stet in curia Roma, vel in altero beneficiorum resideat, seu in studio generali, non tamen comprehendit hoc indultum, vt qui distributiones quotidianas recipere possit. cap. vno, de cleric. non residen. in vj. glo. in c. ij. de priuileg. ibid. plenè scripsi in scholastic. priuileg. & superius in materia de non residendo.

*Licentia promo-
uendi à quocum-
que antistite per
breue impartitur.* Item per breue datur licentia promouendi ad quoscunque ordines 46
extra Romanam curiam à quocunque catholico Antistite, & gratiam sedis Apostolicæ habente: de quo operentur hæc verba, declarant glof. & doct. in cap. veniens, de præscript. supra dixi, tit. de liter. dimissor. solet tamen addi clausula, licentia sui ordinarij. cap. nullus, de parroch. & hoc est introductum contra infames & pessimos, qui communiter consueuerunt fugere loca propriæ nationis, cap. cum deputati, de iudic. & alios ordinarios confugere: ob id scribitur claus. in cap. j. & per totum, de tempor. ordin. in vj.

Sed episcopis & superioribus in vrbe degentibus, solet concedi licen- 47
tia promouendi sub sola signatura & quod vno die promoueri possint dominico, vel festo: nam istis episcopis solet deferri, capitul. ij. de offi. de-
lega.

lega. in vj. c. quia, de senten. excommunic. ibidem scripsi supra in dispensa. de non promouen.

48 Per breue datur facultas & dispensatio alicui promoti ad locum regularem, vt non teneatur suscipere habitum intra sex menses, per alios eiusdem ordinis gestari solitum, nec professionem emittere regularem etiam solet prorogari ad sex alios menses, intra tamen tempus primum sex mensium. argument. l. si manente. ff. de precar. & sex vltimi computantur à fine primi semestris. argumen. capitul. cum ex eo, de elect. in vj.

*Habitum ne per
sex menses susci-
piat, vel profes-
sionem faciat con-
ceditur.*

49 Imò solet etiam iisdem literis concedi, vt extra monasterium possit habitare deseruendo ecclesiæ cum cura, vel sine: habita tamen licentia sui superioris. capitul. secundo, de statu monachor. Rota decisio. cccc. lxxxij. aliàs est decisio. iij. incip. ad æstimationem. tit. de iniur. & damn. dat. in nouis.

50 Per breue quoque regulari certum ordinem professo datur licentia morandi in alio monasterio, ad quod absque licentia sui superioris conuolauerat: & conceditur absolutio ab apostasia, & ab alijs ecclesiasticis censuris & poenis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurerat, & super irregularitate, quam fortè contraxit celebrando, dum talibus censuris esset innodatus, non tamen incurrit poenas. c. ij. ne cler. vel monach. in vj. Rom. consil. cccxlj. circa primum.

*Morandi in alio
monasterio bre-
ui facultas im-
partitur.*

51 Moniali etiam professæ datur breue cum caussa licentiam transeun- 48
di ad aliud monasterium monialium alterius ordinis, cum consensu superiorum, & cum mutatione habitus: no. in c. Deus qui, de vita & honesta. clericor. quia non conuenit rationi, vt homines disparis professionis & habitus simul in iisdem monasterijs socientur, clementina prima, de electione.

*Moniali profes-
se ad aliud mo-
nasterium trans-
eundi concedi-
tur gratia, vel
ut in patris do-
mo moretur.*

52 Ex iusta quoque caussa per breue concederetur, vt monialis in domo patris seu fratris, seu matris extra monasterium quoad vixerit religiosè viuere possit, de licentia tamen sui superioris, & ea durante. c. periculosè, de statu reg. lib. vj. & si iusta caussa adesset, vel si aliæ alium suscepissent habitum, aut monasterium esset destructum: aut si pater vel mater essent

53 valetudine longa detenti, & indigerent sua filia. † vt vidi concedi virgini cuidam moniali genere nobili, quæ post obitum patris nubere voluit. sed ego consului ibi hoc fieri non posse, quia in monasterio per viginti annos habitauerat, & professionem emiserat, licet diceret se hoc coactè fecisse: sed quia prolixitas temporis quemcunque metum purgauerat, idè non potuit.

54 Exemptio ab ordinario ex caussa per breue dari solet, teste Staphil. in 49
versic. datur, in d. tract. breuium.

*Exemptio ab
ordinario per
breue concedi
solet.*

55 Dispensatio etiam super defectu oculi per breue concedi solet ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines: & quod in illis, etiam in altaris monasterio deseruire liberè & licitè valeat: dummodò in oculo non tanta appareat deformitas, quod ex hac possit scandalum gene-

*Dispensatio su-
per defectu oculi
per breue indul-
getur.*

rari: capitulo secundo, de corpor. vitiar. Et quando est absens, committit solet illius ordinario, qui diligenter aspiciat oculum & defectum: si est in curia, ostendit referendario, qui postea refert: vt superius dictum fuit in dispensa. cum corpo. vitiatis.

Commutationes legatorum ut in aliâ piâ causâ fiat, cõceditur per breue. Commutationes quoque legatorum ad piâ causâ, vt in aliam 56 fiant, per breue concedi solent: aliâs sine sedis Apostolicæ autoritate non fiant, Clementin. quia contingit, de religios. domibus. Auditorius decisio Tholosana xxvj. Doctor. in capitul. nos quidem, de testament.

Intellige quando erat ad opus certum, quia tunc non solet commutari, vt voluntas defuncti seruetur: aliâs secus. l. in conditionibus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. vltima enim voluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. capitulo, vltima voluntas, decimatertia quæstione secunda. ex causâ tamen solet immutari etiam incertis: vt quandoque vidi, & hoc de Papæ autoritate.

Prorogatio de cõsecrandis Episcopis concedi per breue solet. Prorogatio temporis de consecrandis Episcopis solet dari per breue, 58 ad biennium computandum à fine trium mensum datorum de iure. capitul. cum in cunctis. §. primo, de electio. Et hæc prorogatio in Francia dari non solet, nisi episcopis prouisis & confirmatis à Papa, sicut nec de non promouendo ad sacros ordines, teste Staphil. in tracta. de literis gratiæ, in fine.

Dispensatio ab eo qui cum uirgine contraxit, peccati non solet. Datur etiam per breue dispensatio ad omnes ordines, & ad beneficia 59 illis tamen, qui olim contraxerunt matrimonium cum uirgine & vnica iam defuncta: sed cum bigamis non solet Papa dispensare: capit. acutius, & cap. vno, vigesima sexta distinctione. potest tamen Papa de plenitudine potestatis dispensare cum illis, quia est maior Apostolo in potestate. c. sacrosancta. xxij. distinct. Rota decis. cccclxvij. quoddam factum, aliâs est decis. j. de bigam. in nouis.

Hodie nulla petitur dispensatio ab eo, qui contraxit cum uirgine vnicâ: quia hoc iure permittente potest, ergo frustra impetraretur per l. j. C. de Thesaur. lib. x.

Clausula ut per breue expediri possit. Postremò quòd plures modos habeas, lector amantissimè, per breue 61 concedi potest, vbiunque in signatura est expressum, vt in forma breuis expediri possit. Et hoc solet à cautis pragmaticis curiæ Romanæ, in signatura poni, quòd hoc expediatur per breue: vel quòd sola signatura sufficiat. & maximè in modicis, vt expensæ vitentur.

Breue quomodo cognoscatur. Superest videre quomodo cognoscatur hoc breue? Responde, ex sequentibus. Primò ex breuitate, quia sine præfationibus & apparatu fit: at bulla præfationem habet, & aliæ ferè literæ, non minùs ramèn dicuntur breues, quamuis multa fuerint verba pro negotij qualitate: sicut Imperator dicit paucissima verba per vnam, aut duas columnas, in l. cum antiquitas. C. de usufructu.

Secundò

63. Secundò quòd in paruis materiis concedatur, & vbi non est multa pecunia exponenda: & sic in casibus conscientiæ, & in absolutionibus dari potest, & pauperibus ac viduis.
64. Tertio non solet Papa huic breui subscribere, sicut signaturæ, sed secretarius tantum.
65. Quarto in hoc fieri solet mentio anuli Piscatoris, & non in aliis rescriptis: vt superius scripsi. Et vt melius imposterum dignoscatur breue formam & tenorem eius subiicio.

Iulius Papa III.

